Jacobi de Belvisio
Tractatus in usus
et proventus Feudorum

Cr. 6.2



21089
21090
21091

T. GRONOWSKI

IACOBI DE BELVISO, CLARISSIMI AC FAMOSISSIMI IVRECOS. apparatus in vsus & Con suetudines Feudorum.

Infinitis erroribus ac mendis, quibus superiores editiones scatebant, nunc purgatus.

Amicus Heurnius Ebingen



Francisci Antonij Rotkowica I. V. D. C. S. R. C. R. P. mpr

COLONIÆ,
Apud Maternum Cholinum.
Anno 1563.
Cum gratia & priuilegio. Cæs. Maiest.

IACOBVS de Beluiſo V. Iuris Monarcha ſanè perſpicuus, teſte Aluaroto, adeoque ſolidus, Feudorum Vſus (vti de ſemetipſo in Tit. j. §. Vlt. in prin. fatetur, & alij poſt eum conteſtantur) antea octies publicè profeſſus & interpretatus eſt. Quocirca & communi Dd. calculo princeps Feudiſtarum, vt loquuntur, hactenus laudatur, & eius opiniones præ alijs receptę comprobantur, ita vt eius ac Baldi intellectus vulgati illius. §. Titius lib. 2. Tit. ſi de f. def. cont. ſit inter do. & ag. Vaſal. tanquam textui magis genuinus, vt exiſtimant, etiam alijs & communiori præferatur. Scripſit autē Practicam criminalem Iudiciariam, nuper cum eiuſdē repet. in c. Romana. §. Contrahentes, de foro cōp. lib. 6. Item commentaria optima in Nouellas ſeu Autent. olim Anno 1511. in Gallijs cum hoc Apparatu aureo quidem excuſa. Nec non & librum quæſtionum. Vixit verò is circa tempora Gul. Duranti illius Speculatoris. Hunc Baldus, qui, teſte Iaſ. nihil ignorauit, ſubinde recitat, vt penè affirmare liceat, noſtrum de Beluiſo, omnia etiam perbellè & acutiſsimè quidem peruidiſſe.

Jacobus de Beluis. dixi in eius Commentarijs ad vsg feudorum ipsius patriam legamus, aliamve Ciuem Bononiensem reperiri in Actis dni Bonifacij & Jacobi Ranuccij. Jo. Thomas de Manninis in tract. tit. 11. n. 22.

Biblioteka Wyższej Szkoły Handlowej

J. G. RUNOWSKI

MATERNVS CHOLINVS CANDIDO lectori S.

RAcobus de Beluiſo ſuperioribus annis editus fuit, optime lector, tot erroribus & mendis, vt legentibus non magnam vtilitatem adierre poſſet. Nam leges malè citabantur, verbaque corrupta & ſententiæ ſæpe truncatæ erant, atq; verba feudorum cum interpretatione auctoris ſic confundebantur, vt quò ſingula pertinerent, quidue auctor dicere vellet, intelligere non poſſes. Cùm itaque Iacobum de Beluiſo typis meis diuulgaturus eſſem, putaui me rem vtilem viriſque doctis pergratam facturum, ſi iſtū auctorem emendatiùs excuderē, & in vulgus emitterem. Ad id ergo efficiendū vſus ſum opera honeſti ac docti viri Iodoci Gerkingi Lemgonij amici mei, qui tum amicitia, tum legalis diſci-

plinæ iuuandę ſtudio adductus, quantũ temporis anguſtiæ prælumque noſtrũ feſtinans ſinebant, auctorem iſtum ab infinitis vicijs purgauit, leges falsò allegatas reſtituit, truncatas ſententias impleuit, & ſi quæ alia corrupta erãt emẽdauit, atque ad extremum confuſa ſic diſtinxit, vt iam ſcire poſsis, vbi auctor verba feudorum interpretetur, vbi opponat, vbi quærat, vbi ſoluat, quæ omnia dinoſci antea non poterant. Hoc ideo ſignificandum putaui, partim vt ſcires quid in hac editione noui acceſsiſſet, partim ne amicus meus, propter nauatam in hoc auctore purgando operam, debito honore defraudaretur.

Bene vale.

(.˙.)

INDEX

INDEX PRIMVS RVBRICARVM, SECVNdum ſeriem cuiuslibet libri (quorum duo ſunt) eoq; modo, quo auctor allegare ſolet.

De ijs qui feud. dare poſſunt. Fol. 5
De feudo Comitiæ & Caſtaldiæ. 18
Qui ſucceſſores feudum dare teneantur. 21
Si de inueſtitura feudi contro. fuerit. 23
Quibus modis feudum amittatur. la. 1. 38
Epiſcopum uel Abbat. uel Abbatiß. feud. dar. 39
De natura feudi. 42
De ſucceßione feudi. 44
Qui ſucceſſores teneantur, aliàs autem glo. & Bel. allegat. Hic poteſt eſſe Tit. qui ſucc. ten. 47
De contentione inter domin. & uaſal. (aliàs fidelem &c.) cum Rub. de pigno. dato feudo &c. 49
De contentione inter me & domin. de port. 52
De alienatione feudi. 53
De feudo Marchiæ Duc. & Comit. 56
De inueſtitura Noua, aliàs eſt. §. fin. præcedentis Rub. 58
An maritus ſuccedat. 58
De feudis datis minimis ualuaſor. 58
Quibus modis feudum amit. aliàs la. 2. uel quibus cauſis feud. am. 59

Apud quem uel quos contro. feudi diff. 59
Constitutiones feudales Dom. Lotharij. 60
De beneficio fratris & qualiter frater &c. 61
De feudo sine culpa non amit. 62
Quo tempore miles inuestituram pet. deb. 63
De content. inter domin. & uasall. 65
Quemadmodum feud. ad filiam. 66
Quibus mod feud. constitui potest. 67
Si de Inuestitura inter dom. & uasal. 68
De feudo dato in uicem legis commissa. 71
De usu Mediolanensium. 72

LIBER SECVNDVS.

De feudi cognitione. 74
Quid sit inuestitura. 76
Per quos fiat inuestitura. 81
Quid præcedere debeat. 86
Qualiter uasallus iurare deb. 86
De forma fidelitatis 87
De noua fidelitatis forma. 87
De inuestitura de re aliena facta. 88
Qualiter olim feud. poterat alienari. 90
Quis dicatur Dux. Marchio, Com. 92
De successione frat. uel gradib. succed. 93
De fratrib. de nouo benef. inuestit. 95
De Inuestitura quam Titius accepit. 97
De uasallo decrepitæ ætatis. 97
De Inuestitura in maritum facta. 97
De

De controuersia feudi apud pares. 100
De eo qui sibi uel hæredib. masculis. ibid.
De duob. fratrib. à Capita. inuestit. 101
An remoueri debeant testes qui pares. 102
De controuers. inter Episcop. & uasall. 102
De uasallo milite qui arma. 103
De milite uasallo qui contumax. 103
In quibus causis (aliàs casibus) feud. amit. 104
Quæ fuit prima causa benefic. amit. 105
Si uasallus de feudo ab aliquo interp. 110
Si de feud. controuersia fuerit. 111
De pace tenenda & eius uiolat. 120
Hic finitur lex, deinde consuetudines. 125
De filijs natis ex matrimo. ad morganicam. 133
De feudo fœminæ. 133
Si uasallus feudo priuetur. 134
Qui testes necessarij sunt ad nouam. 135
De consuetudine recti feudi. 136
De lege Corradi. 139
De clerico qui inuestituram fecit. 142
An mutus uel alius imperfectus seu. ret. 143
An ille qui interfecit fratrem dom. 144
De uasallo qui contra constit. Lothar. reg. 45
De alienatione paterni feudi. 146
De capitulis Corradi. 148
De controuersia inter masculum & fem. 151
De cõtrouersia inter dominũ & emptorẽ feudi. 152
De controuersia inter uasallum & alium de beneficio. 154

Quid iuris sit si uasallus post aliena. 154
An agnatus uel filius defuncti. 156
An apud Iudicem uel curiam. 158
Qualiter dominus proprietate feudi pri. 159
De feudo non habente propriam naturam. 160
De eo qui finem fecit agnato pro feu.pat. 161
De natura successionis feudi. 162
De capitaneo qui curiam uendidit. 164
De prohibita feudi alienatione per Lothar. 166
De allodijs. 182
De prohibita feudi alienatione per Fredericum. 184

INDEX ALIVS RVBRICARVM secundum ordinem Alphabeti, & vti eas auctor allegat.

De alienatione feudi 53
Alienatione feudi paterni. 146
Allodijs 182
An agnatus uel filius def. 156
An apud Iudicem uel curiam, 156
An ille qui interfecit fratrem domini 144
An maritus succedat uxori 58
An mutus uel aliàs imperfectus 143
An remoueri debeant testes 102
Apud quem uel quos controuersia feudi diffiniatur. 59

Bene-

Beneficio fratris & qualiter frater in beneficio fratris succedat. 61
Capitaneo qui curiam uendidit. 164
Capitulis Corradi. 148
Consuetudine recti feudi. 136
Constitutiones feudales domini Lotharij Imperatoris. 60
Contentione inter dominum & uasallum, (aliàs fidelem.) 49
Contentione inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti. 52
Controuersia inter masculum & fœminam de beneficio. 151
Controuersia (aliàs content.) inter uasallum & alium de beneficio. 154
Controuersia (aliàs contentione) inter dominum & emptorem feudi. 152
Controuersia feudi apud pares terminanda. 100
Controuersia inter Episcopum & uasal. 102
Contentione inter dominum & uasallum de inuestitura feudi. 65
Clerico qui inuestituram fecit. 142
Duobus fratribus à capitaneo inuestitis. 101
Eo qui finem fecit agnatis pro feudo pater. 161
Eo qui sibi uel hæredibus suis masculis & fœminis inuestituram accepit. 100
Episcopum uel Abbatem uel Abbatissam feudum dare non posse. 39

Feudi cognitione. 74
Feudis datis minimis uaſuaſoribus. 58
Feudo dato in uicem legis commiſſoriæ. 71
Feudo fœminæ, uel de beneficio fœminæ. 133
Feudo Guardiæ & Caſtaldiæ. 18
Feudo Marchiæ uel Ducatus. 56
Feudo non habente propriam feudi naturam. 160
Feudo ſine culpa non amittendo. 62
Filijs natis ex matrimonio ad morganicam. 133
Forma fidelitatis. 87
Fratribus de nouo beneficio inueſtitis. 95
His qui feudum dare poſſunt. 5
Hîc finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiunt. 125
Hîc incipit Tit. qui ſucceſſ. ten. aliàs uerò qui ſucc. ten. 47
In quibus caſibus (aliàs cauſis) feudum amittatur. 104
Inueſtitura de re aliena facta. 88
Inueſtitura in maritum facta. 97
Inueſtitura noua quæ annectitur alioqui Rubricæ de feud. March. 58
Inueſtitura quam Titius accepit. 97
Lege Corradi. 129
Milite uaſallo qui contumax eſt. 103
Natura feudi. 42
Natura ſucceſſionis feudi. 162
Noua fidelitatis forma. 87

Pace

Pace iuramento firmanda (aliàs inter ſubditos tenenda) 169
Pace tenenda & eius uiolatoribus. 120
Per quos fiat inueſtitura. 76
Pignori dato feudo, eſt annexa Rub. de content. inter domi. & uaſal. 49
Prohibita feudi alienatione per Lotha. 166
Prohibita feudi aliena. per Frederic. 184
Qualiter dominus proprietate feudi priuet. 159
Qualiter uaſallus iurare debeat domino. 86
Qualiter olim poterat feu. alienari. 90
Quæ fuit prima cauſa beneficij amitt. 105
Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. 66
Quibus modis feudum amittatur, la. 1. 28
item la. 2. aliàs quib. cauſis feudum amit. 59
Quib. modis feudum conſtitui poteſt. 67
Quid iuris ſit ſi uaſallus poſt aliena. 155
Quid præcedere debeat an inueſtitura. 86
Quid ſit inueſtitura. 76
Quis dicatur Dux, Marchio uel Comes. 92
Qui ſucceſſores feudum dare tenentur. 21
Qui ſucceſſores teneantur (aliàs hic pot. eſſe tit. qui ſucc. te.) 47
Quo tempore miles inueſt. pet. 63
Si de feudo controuerſia fuerit inter dominum & agnatos uaſalli &c. 111
Si de feudo uaſallus ab aliquo interpellatus fuerit 110

Si de

INDEX.

Si de inuestitura Feudi fuc. controuersia. 25
Si de inuestitura inter dominum & uasallum lis oriatur. 68
Si uasallus feudo priuetur. 134
Succesßione feudi. 44
Succesßione fratrum uel gradibus succedentium in feudo. 93
Vasallo decrepitæ ætatis. 97
Vasallo milite qui arma. 103
Vasallo qui contra constitutionem Lothæ. 145
Vsu Mediolanensium. 72

FINIS.

APPARATVS FAMILIARIS DOMINI IACOBI DE BELVISO, vtriusque Iuris professoris, super Consuetudines, seu vsus Feudorum.



Iber iste quem annuente Domino lecturi sumus, liber Vsus seu Consuetudinum Feudorum nũcupatur: verùm quia propriam habet naturam, nec sequitur ordinem nec stilum librorum Iuris ciuilis, & quia breuis & compendiosa narratio solet auditorum animos excitare. & ad retinendum faciliùs informare, ideo vtile fore putaui omittere præfationes cõsuetas hîc, nec vtiles nec necessarias, secutus consilium Gaij, fidelissimi Legum interpretis. ff. de origi. iuris. l. j. & modernorum breuitate gaudentium, qui etiã syllabam vnã non necessariam non apponunt. vt. ff. quòd me. cau. l. j. & C. de preci. impe. offe. l. fi. & C. de appel. l. ampliorem. §. in refutatorijs. Et huius libri materiam, rudem, specialem & propriam extraneam & separatam multimodè à iure communi per distinctiones volumus aperire, q̃ multũ operantur, vt in proœmio Insti. §. igitur. &. ff. de do. ex. l. j. Videamus igitur primò quid sit feudum seu beneficium, unde dicatur feudum seu beneficium, deinde qualiter distinguatur feudum, item qualiter feudum acquiratur, item qualiter

qualiter feudū cōstituatur, quæ personæ possunt feudum dare, & quæ accipere, & quæ res in feudū dari possunt, & quib. modis feudū amittatur. Item qualiter causę feudi examinent. De his & alijs, suis locis plenius pertractabimus: & ideo de his ad præsens breuiter pertrāseamus. Aduertatis, ista declarant totā materiam de vsibus feudorū iucognitā.

Primò ergo videndum est quid sit feudum, vnde dupliciter describitur. Vno modo sic: Feudum est concessio rei pro homagio facta, arg. ad istam descriptionem, extra de præscript. c. diligenti. Et bene dixit homagio ad differentiam iuris emphyteotici, quod conceditur propter quandam annuam prestationem. C. de iure emphy. per totum Inititu. de locat. §. adeo. Secundo modo describitur sic: Feudum est concessio rei facta cum traditione vtilis dominij, ad vtendum & fruendum cum exhibitione alicuius honesti seruitij. Vtendum & fruendum ideo dicit, quia feudatarius habet vsum & vsumfructum. Item honesti seruitij ideo dicit, quòd rei turpis nulla est obligatio. ff. de verbo. obliga. l. generaliter. ff. māda. l. si remunerandi. §. rei turpis. hoc non prosequor. Et dic plenius vt in summa, vel dic aliter, vt no. extra de feu. c. j. in lectura Hostien. §. est autem ratio. uidemus quid sit feudū. Sed quid sit beneficium? Primò, beneficium est beneuola actio tribuēs gaudium capienti: capiensq; tribuendo, & in id quod facit prona, & sponte sua parata, vt infra in quib. causis feudum amit. §. beneficium. Ideo autem dicitur, beneuola actio, quia ex beneuolentia quadam procedit. Ideo additur, tribuens gaudium, quia qui accipit feudum, percipit vsum fructum

fructum & commodum, quod est gaudium: quia gaudium est, & solatium, capere fructum. Ideo subiungitur capiensque tribuendo &c. quia propter commodum quod capit tribuit seruitium domino & sponte, vt. inf. de uas. qui cōtra consti. Lot. feu. ali. c. j. §. fi. Describitur & alio modo beneficium, vt dicto ti. in qui. cau. feu. amit. §. fina. Sequitur videre vnde dicatur feudum. Dicitur autem à fide seu fidelitate. i. fidei datione. Hinc est quòd inuestitura fieri non debet ei, qui fidelitatem facere recusat, vt tit. per quos fit inuestitura, & per quos ac. c. nulla. Sed nonne in quolibet contractu bona fides requiritur? vt C. de actio. & obliga. l. bonam fidem. & graue est fidem fallere. vt ff. de consti. pecu. l. j. in prin. Respondeo sic. Sed hic magis & exuberantior requiritur bona fides, quia feudum principaliter datur propter fidem & fidelitatē, vt. inf. per quos fiat inuestit. c. ij. & de for. fi. c. j. & de no. fi. for. c. j. Sed beneficium dicitur eò quòd beat, hoc est, beatos facit accipientes, quia beare est idem quod prodesse, vt ff. de verbo. signi. l. bonorum. Secundò videndum est qualiter feudum distinguatur. Distinguitur autem sic: quia feudum aliud paternū, aliud nouū, aliud maternum seu fœmineum. Itē feudum aliud cum fidelitate, aliud sine. Item feudum aliud conditionale, aliud non. Item feudum aliud perpetuum, aliud non. Item feudum aliud habet propriam naturam, aliud non. Item feudum aliud nobile, aliud minùs nobile, aliud mediocriter nobile, aliud ignobile. Itē feudum aliud ecclesiasticum, aliud seculare. Item feudum aliud est diuisibile, aliud non. Item feudum aliud

est

qualiter feudū cōstituatur, quæ personæ possunt feudum dare, & quæ accipere, & quæ res in feudū dari possunt, & quib. modis feudū amittatur. Item qualiter causę feudi examinent̄. De his & alijs, suis locis plenius pertractabimus: & ideo de his ad præsens breuiter pertrāseamus. Aduertatis, ista declarant totā materiam de vsibus feudorū incognitā.

Primò ergo videndum est quid sit feudum, vnde dupliciter describitur. Vno modo sic: Feudum est concessio rei pro homagio facta, arg. ad istam descriptionem, extra de præscript. c. diligenti. Et bene dixit homagio ad differentiam iuris emphyteotici, quod conceditur propter quandam annuam prestationem. C. de iure emphy. per totum Inititu. de locat. §. adeo. Secundo modo describitur sic: Feudum est concessio rei facta cum traditione vtilis dominij, ad vtendum & fruendum cum exhibitione alicuius honesti seruitij. Vtendum & fruendum ideo dicit, quia feudatarius habet vsum & vsumfructum. Item honesti seruitij ideo dicit, quòd rei turpis nulla est obligatio. ff. de verbo. obliga. l. generaliter. ff. māda. l. si remunerandi. §. rei turpis. hoc non prosequor. Et dic plenius vt in summa, vel dic aliter, vt no. extra de feu. c. j. in lectura Hostien. §. est autem ratio. uidemus quid sit feudū. Sed quid sit beneficium? Primò, beneficium est benevola actio tribuēs gaudium capienti: capiensq; tribuendo, & in id quod facit prona, & sponte sua parata, vt infra in quib. causis feudum amit. §. beneficium. Ideo autem dicitur, benevola actio, quia ex benevolentia quadam procedit. Ideo additur, tribuens gaudium, quia qui accipit feudum, percipit vsum fructum

fructum & commodum, quod est gaudium: quia gaudium est, & solatium, capere fructum. Ideo subiungitur capiensque tribuendo &c. quia propter commodum quod capit tribuit seruitium domino & sponte, vt. inf. de uas. qui cōtra consti. Lot. feu. ali. c. j. §. fi. Describitur & alio modo beneficium, vt dicto ti. in qui. cau. feu. amit. §. fina. Sequitur videre vnde dicatur feudum. Dicitur autem à fide seu fidelitate. i. fidei datione. Hinc est quòd inuestitura fieri non debet ei, qui fidelitatem facere recusat, vt tit. per quos fit inuestitura, & per quos ac. c. nulla. Sed nonne in quolibet contractu bona fides requiritur? vt C. de actio. & obliga. l. bonam fidem. & graue est fidem fallere. vt ff. de consti. pecu. l. j. in prin. Respondeo sic. Sed hic magis & exuberantior requiritur bona fides, quia feudum principaliter datur propter fidem & fidelitatē, vt. inf. per quos fiat inuestit. c. ij. & de for. fi. c. j. & de no. fi. for. c. j. Sed beneficium dicitur eò quòd beat, hoc est, beatos facit accipientes, quia beare est idem quod prodesse, vt ff. de verbo. signi. l. bonorum. Secundò videndum est qualiter feudum distinguatur. Distinguitur autem sic: quia feudum aliud paternū, aliud nouū, aliud maternum seu fœmineum. Itē feudum aliud cum fidelitate, aliud sine. Item feudum aliud conditionale, aliud non. Item feudum aliud perpetuum, aliud non. Item feudum aliud habet propriam naturam, aliud non. Item feudum aliud nobile, aliud minùs nobile, aliud mediocriter nobile, aliud ignobile. Itē feudum aliud ecclesiasticum, aliud seculare. Item feudum aliud est diuisibile, aliud non. Item feudum aliud

est

est transitorium ad masculos tantùm, aliud ad masculos & fœminas. Item feudum aliud est transitorium ad omnes qui tenent eundem gradum, aliud ad primogenitum tantùm. De singulis breuiter videamus. Prima distinctio est quòd feudum aliud paternum &c. Paternum quidem dicitur æquiuocè. Propriè & largè, quod acquisitum est à superioribus, hoc est, ab eo qui fuit agnationis communis, vt infrà, de natu. suc. feu. circa prin. &. infra. de gradi. succes. in feu. §. is verò. Dicitur impropriè & strictè quod à patre tantùm quæsitum est, vt, de his qui feu. da. pos. §. cùm verò Corradus. & no. infra de suc. in feu. §. j.

Nouum autem feudum dicitur quod de nouo & primo est acquisitũ, vt. inf. qui test. sunt ne ad proban. inue. c. j. circa princ. Maternum autem seu fœmineum dicitur quod per fœminam est acquisitũ, vt. inf. de bene. fœm. c. j. & quæ sit eius feu. natura, dic vt in ijsdem. c.

Distinctio secunda quòd feudũ aliud cum fidelitate &c. dic quòd regulariter simplex & directum feudum est cum fidelitate. In feudo tamen interdum per pactum remittitur fidelitas, id est, sacramentum fidelitatis, vt ti. per quos fi. inuesti. nulla. & c. inf. quæ fu. prima. cau. bene. amit. §. est & alia in fi. & infra de cap. Corr. in. prin. vbi de hoc. Tertia distinctio est quòd feudum aliud conditionale est &c. Regulariter dic quòd feudum simplex & rectum, est purum. Interdum tamen ex pacto datur ad certum seruitium, vel ad conditionem certam. vt infra quæ sit inuesti. §. pe. &. fi. & inf. *. qui ca. feu. amit. §. fi. & de capi. qui cur. ven, c. fina. vbi. de hoc.

Quarta

Quarta diuisio est, quòd feudum aliud perpetuum &c. Regulariter quidem feudum simplex & rectum est perpetuum, vt infra quib. ca. feu. amit. §. fi. & dicitur perpetuum, quod transit ad hæredes vt ibi. Casualiter autem feudum non est perpetuum, vt. inf. quib. mo. feud. cõ. potest. c. j. & de consu. rec. feu. c. j. & de feu. march. c. j. Sed hodie hoc est vsurpatum in feudo march. comitatus & aliarum dignitatum vt inf. de aliena. feu. §. i.

Quinta diuisio est, quòd feudum aliud habet propriam naturam &c. Feudum dicitur habere propriam naturam, quod est simplex & rectum, de quo non debet quis diuestiri sine culpa, quod etiam transit ad hæredes, vel ad eum etiam cui in feudum dederit, vt inf. de na. feu. c. vno. & ti. de feu. non habente propriam naturam. c. j. & de his qui feu. dare pos. c. j. per totum. Feudum verò non dicitur habere propriam naturam, quod datur accipienti, vt ipse & sui hæredes & cui dederit habeant, vt dicto titu. de feudo non habente propriam naturam. Item feudum quod sine inuestitura est acquisitum, dicitur non habere propriam naturam feudi. vt. inf. qui. mo. feu. consti. po. c. j. Item feudum Guardiæ & Castal. vt infra de feu. guar. & castal. Item feudum cameræ & cauenè. vt inf. de feu. cogni. c. ij. & de no. feu. in princip. Item feudum soldate, vt inf. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. c. j. §. fina. Item feudum quod non est trãsitorium ad hæredes, de quo dictum est supra.

Sexta diuisio est, quòd feudorum aliud est nobile &c. Nobile quidem dicitur, quod datur ab Imperatore Regi, & quod datur Marchioni, Comiti & similibus habentibus dignitatem.

Minus nobile dicitur, quod datur his, qui accipiunt à march. comite & similibus. Mediocre seu aliqualiter nobile dicitur quod datur ab his qui feudum habent à march. vel comite. Primi appellantur capitanei regni. Secundi valuasores maiores & capitanei. Et tertij minores valuasores. Ignobile dicitur feudū, quod datur à minoribus vasallis & alijs inferioribus, tūc enim accipiētes nullam acquirunt nobilitatem, vt inf. de his qui feu. da. pos. circa prin. & ti. quis di. Dux, Marchio. c. j.

7 Septima diuisio est, quòd feudū aliud est ecclesiasticum &c. Ecclesiasticum feudū dicitur, quod cōceditur à personis ecclesiasticis. Seculare quod à secularibus, vt infra de his qui feu. da. pos. in prin. & ti. episco. vel abba. c. j.

8 Octaua diuisio est, quòd feudorum aliud est diuisibile &c. regulariter quidem & omne feudum est diuisibile. Fallit in march. duca. comi. vt infra si de feu. fue. controuer. c. omnes. & de prohi. feu. ali. per Fre. §. j.

9 Nona diuisio est, quòd feudorum aliud est trāsitorium ad masculos tantum &c. Dic regulariter quòd feudum simplex & rectum transit ad masculos tantum & non ad fœminas, vt, de his qui feu. da. pot. §. hoc autem notandum, & de suc. feu. §. filia. Fallit si per pactum aliud actum est, vt ibi. tunc enim succedunt non relicto masculo, vt inf. epis. vel ab. c. j. §. quin etiā, & infra de eo qui sibi & hęre. mas. vel fœm. inuesti. ac. c. j. Fallit etiam in casibus, vt ti. quē ad. feu. ad fili. pert. c. j. Fallit in feudo fœmineo inf. de ben. fœm. c j. & de natura suc. fe. circa prin. & an mari. suc. vx. m be. vbi de hoc.

Dec-

Decima diuisio est, quòd feudorum aliud est transitorium ad omnes qui tenent eundem gradum &c. Regulariter dic, quòd feudum transitorium trāsit ad omnes hęredes, vt inf. de his qui feu. dare pos. §. & quia. de suc. feu. in prin. & titu. si de feu. fue. contro. c. omnes. Fallit in his qui viuunt iure Francorum: tunc transit ad primogenitum tantum, vt in regno Franciæ & Siciliæ & in Anglia seruatur. Tertiò videndum est qualiter feudum constituatur? Cōstituitur quidem inter viuos pactionibus & stipulationibus, constituitur & in vltima voluntate. Sicut & seruitutes prædiales & personales, argu. ff. de vsufru. l. iij. & institu. de ser ui. §. fi. & de vsufru. in principio.

10.

Constituitur etiam mera libertate cōcedentis, facta propria inuestitura cum fidelitate, vt ti. quibus modis feu. consti. po. c. j. Quartò sequitur videre qualiter feudum acquiratur. Acquiritur quidem feudum inuestitura, aut eo quod habetur pro inuestitura. Item succesione, vt infra de feu. cogni. c. ij. in si. & de consu. rec. feu. c. j. Item acquiritur propter delictum agnati, vt inf. si de feu. fue. controuer. c. si Vasallus, & tit. si vas. feu. pri. cui. de c. j. Item acquiritur præscriptione, vt inf. de feu. da. in vicem. l. commis. c. fi. &, si de feu. fue. controuer. c. si quis per triginta annos.

Quintò videamus quæ personæ possunt feudum dare? & quidem si feudum est vetus, quilibet potest inuestituram facere. Si verò nouum, potest omnis, qui habet legitimam suorum bonorum administrationem, vt inf. per quos fiat inuestitura c. j. in prin. §. fi. & de notis feu. §. item sciendū. Sextò sequitur videre quæ personę possunt

accipere? Et certè regulariter quelibet persona potest accipere feudum, nisi ignorantia prætẽdatur in dante, vt inf. per quos fit inuesti. §. personam.

Septimò videndum est quæ res in feudum dari potest? & quidem regulariter propriè dari possunt ad rectum feudum res immobiles, aut solo cohærentes, aut quæ inter immobilia computantur, vt inf. de feu. cogn. c. ij. in prin. nisi earum rerum alienatio prohibeatur vt inf. per quos fiat inuesti. c. j. §. scilicet & res.

Octauò videamus quibus mòdis feudum amittatur: Et quidem regulariter amittitur, si vasallus deserit sacramentum fidelitatis, infra de for. fide. & ti. de no. fi. for. Item si vasallus committit feloniam, vt in curia amplius stare non possit, vt in ti. an ille qui interfecit fra. do. c. j. Item si delinquat in dominũ, vt inf. quæ fuit prima causa be. a. §. deniq;. Item alienatione vt inf. de prohibi. feu. alie. per Freder. §. j. Et amittitur multis aliis modis vt inf. qui. mo. feu. amit. per totum, & in ti. quæ fuit prima causa be. a. per totum.

Nonò & vltimo sequitur videre qualiter causę feudi examinentur? Sed quia non possunt simpliciter sub regula tradi, dic de his vt inf. apud quem vel quos contro. feu. def. debeat. c. j. & de contro. inue. & de conten. inter do. & vasal. de inuesti. feu. & ti. se. & de contro. feu. apud pares terminanda c. j. & de. l. Corradi c. j. & ij. in prin. Et plenè habetur infra de prohi. feu. alie. per Frede. c. j. §. si inter duos, & hæc sufficiant ad declarationem huius libri. Et licet glosa non exponat hanc rubricam, possumus tamen breuiter circa eius expositionem initi. Nam tractaturus de feu. sumit exordiũ à personis

sonis quæ feu. da pos. Et quia per dationem correlatiuè sequitur acquisitio, & post acquisitionem habetur retentio, subiungitur in rubrica, qualiter acquiratur & retineatur. Sed quæri posset principaliter, quare præmittit de personis, quæ feu. da. pos? Respondeo quod parum est ius esse, &c. vt Instit. de iure natu. §. fi. & quia persona est dignissima creaturarum creatura, ff. de edi. edicto iustissimè, in prin. Et quia primò est de personis quærendum, quàm de ratione iuris, vt ff. de testa. l. si quæramus, & ff. de iu. Codic. l. Quidam referunt, post prin.

Quæri potest secundò, quare præmittit de datione ante acquisitionem? respondeo, quòd beatius est dare quàm accipere: & sic dignior est datio, quam acquisitio, xij. q. ij. c. princeps. ff. commo. in rubrica. Descendamus ad nigrum.

DE HIS QVI FEVDVM DARE possunt, Rubrica. 1.

QVia de feudis &c. Titulus iste diuiditur in tres partes. Primò de personis qui feudum dare pos. Secundò de feudorum acquisitione & retentione. Tertiò de natura feudorum. Secunda pars incipit ibi, & quia. Tertia in §. notandum est, vsq; ad fi.

Item prima pars subdiuidi potest in tres partes. Primò continuatio ad sequentem materiam. Secundò quæ personæ ecclesiasticæ & quando possunt feudum dare. Tertiò quæ personæ seculares. Secunda pars incipit in ver. feudum. Tertia in ver. marchi. Casus summarius vsque ad §. & quia &c. feudum dare possunt prælati ecclesiarum, si eccle-

fiæ eſt conſuetudo,& nobiles ſeculares, & qui ab eis feuda accipiunt,videte literã. Caſum in terminis attendite. Tractaturus de feudis continuat ſe ad materiã dicẽs. Primò videndum eſt de perſonis quæ feudũ dare poſſunt. Secundò dicit quòd feudum dare poſſunt prælati eccleſiarum ſi eccleſiæ conſuetudo eſt. Tertiò dicit quòd feudum dare poſſunt ſeculares nobiles, marchio & comes qui propriè appellantur Capitanei. Item qui feudũ ab eis accipiunt, qui propriè dicuntur regis valuaſores,& hodiè capitanei, feudum dare poſſunt, ſed qui ab eis feudum recipiũt dicuntur minores valuaſores, hoc dicit. videte expoſitionem. (Quia de feu. &c.) Archiepiſcopus etiã ſine cõſenſu capituli ſi eſt eccleſiæ cõſuetudo vt hic & infra. ep. vel ab. & extra. de his quæ fiunt à præla. c j. & c. cum apoſtolus. Aliàs ſecus, vt extra. de rebus ec. alie. vel nõ. c. ad noſtrã, vel dic vt in ſumma quæ incipit. Tractaturi de feudis, rubrica, quis poteſt dare feu. §. Sed quæro. (Ab iſtis) id eſt marchi. & à comite. (qui & ipſi) i. & hi, qui feudum habẽt à marchi. vel à comite. (qui ab eis) id eſt, qui feudum habẽt ab eis, ſcilicet à marchi. vel à comite. Quia prin. huius ca. obſcurè & imperfectè traditur, ideo latius & plenè inſiſtendum eſt. Et primò Oppono octo vel nouem modis. Dicitur hic, quòd prælatus poteſt dare feudum, ſi eccleſiæ eſt conſuetudo, ſed videtur quod licet non ſit conſuetudo, dare poſsit ſicut & laicus quilibet vt inf. de cleri. qui inueſti. fa. in prin. Solutio legendum eſt de rebus proprijs poteſt vt ibi. de rebus eccleſiæ non poteſt, niſi antiquitus fuerit conſuetudo vt hic. Oppo. videtur quod non poſsit etiam ſi ſit conſuetudo

eccle. vt inf. epiſ. vel ab. in princip.

Solutio. res de quibus eſt cõſuetudo dare poteſt vt hic: Sed res eccleſiæ ſubiectas de quibus non eſt cõſuetudo, dare nõ poteſt vt ibi. Oppono quod hodiè nõ poteſt, licet ſit eccleſiæ cõſuetudo, quia papa Vrb. hodie prohibet ſimpliciter in futurũ dationem, vt dicto ti. epi. vel ab. in prin. & confirmat præteritã dationẽ ſi præceſſerit conſuetudo vt dicto titu. Epiſcopũ vel Abba. j. & ij. reſpõ. ergo videtur prohibere in futurũ dationẽ etiam ſi eſt conſuetudo. ar. ff. de le. & ſenatusconſul. l. cum lex, & ga quod de vno cõceditur de altero negatur, vt. ff. de cõdi. & demon. l. cũ ita. §. fi. Solutio, in eo, quòd cõfirmat ibi cõſuetudinẽ præteritam, videtur approbare conſuetudinem ſimpliciter, & per conſequens videtur permittere conſuetudinem nouam induci. Et quod dicitur, quod prohibet ſimpliciter in futurum dationem, verum eſt, vbi nulla eſt nec induceretur conſuetudo. Vel dic quod noua non poteſt induci cõſuetudo, ſed antiqua ſeruabitur, vt extra. de deci. quamuis, vel eſt ſpeciale in rebus ſpiritualibus. Secus in tẽporalibus vt dixi. vel dic vt no. dicto ti. epi. vel ab. &c. Oppono quod Archiepiſcopus non poteſt in feudũ dare etiã res illas de quibus eſt cõſuetudo, vt inf. de cle. qui inueſti. fa. §. fi. Solutio, aut tẽpore introitus inuenit res illas in dominio, & non poteſt vt ibi. aliàs poteſt vt hic notatur. Opponitur quod prælatus nõ poſsit in feudum dare etiã ſi ſit eccleſiæ cõſuetudo, vt inf. qui ſuc. teneantur. c. j. Solutio aut dat in feudum rem de qua eſt conſuetudo poſt feu. apertum, & poteſt, vt hic, aut ante, & nõ poteſt purè, ſed ſub conditione, vel ſi poſsidet qui accepit, vel conſen

6 ſiente eo qui detinet. vt ibi notatur. Opponitur quòd non poſsit dari in feu. res eccleſiæ, nec conſuetudo inducit quòd detur vt extra. de deci. c. ad hoc & c. quamuis & c. ſi Solue ibi loquitur in ſpiritualibus rebus hîc in tẽporalibus, vel dic vt in-
7 fra no. in diſtinctione. Opponitur, videtur quòd res eccleſiarum in feu. dari poſ. etiã ſi eccleſię non ſit conſuetudo, vt extra, de rebus ec. alie. vel non c. ad noſtram. Solutio, ibi ex cauſa prælatus poteſt dare in feu. cum conſenſu capituli, licet nulla ſit conſuetudo, ſed ſine cauſa non poteſt: nec etiam cum cauſa ſine conſenſu capituli, vbi non eſt conſuetudo, vt hic, & xij. q. ij. c. abbatibus, vel dic vt
8 in ſumma. Oppono. quod hæc permiſsio, quod res de quibus eſt conſuetudo poſsit dari in feudũ ſit inſufficiens, quia diſtinguendum eſt: aut eccleſia eſt locuples, aut deducta eſt ad inopiam: quia ſi deducta eſt ad inopiã, potius debet prelatus retinere, quàm in feudum dare, ar. in Aut. vt deter. ſit numerus cleri. &. de eccleſiaſti. rerum immo. alien. col. j. ſ. inueſtigantes. Solutio, credo quòd cũ hac diſtinctione debeat intelligi, quod hîc dicitur ſimpliciter. Ad ſolutionem horum contrariorum diſtingue: aut clericus ſiue prælatus dat in feudum rem propriam: aut rem eccleſiæ. Primò caſu poteſt, vt inf. de cleri. qui inueſti. fi. in princ. Secundò caſu, aut dat in feudum rem ſpiritualem, aut temporalem. Si ſpiritualem, aut ab antiquo eſt conſuetudo eccleſiæ eam in feudum dare, & tunc etiam poteſt, vt extra. de. deci. c. quamuis. & c. prohibemus, & c. fi. vbi de hoc. Aut nulla eſt conſuetudo, vel de nouo inducitur, & tunc ſiquidem prælatus dat in feudum ius ſpirituale nõ poteſt.

teſt. Si verò fructus poteſt ad tempus: & cum cauſa: ſine cauſa vel in perpetuũ non poteſt, vt j. q. iij. c. peruenit, & 16. q. ij. in prin. & extra. de deci. c. ad hoc. & c. quamuis & c. prohibemus & c. fi. ſin autẽ rem temporalem, aut rem quam eccleſia tenet in feudum, & ſecundum Azo. ſi feudũ eſt regale, poteſt: & ſi ab alio tenet, non poteſt. Sed hoc dictum nec probatur iure nec conſuetudine, & ideo dicerem indiſtinctè, quod poteſt hoc caſu à quocunque teneat eccleſia, ſicut & quilibet Vaſallus poteſt, vt no. inf. de cap. cor. ſ. propter. quinimo magis debet licere eccleſiæ ſi teneat ab alio, quàm ſi teneat à Rege. in autent. de al. & emphi. ſ. ea verò, Erit tamen neceſſarius conſenſus capituli quia alienatio eſt, vt in ſumma, quãdo dat aliam quam non habet in feudum. Siquidem eſt eccleſiæ conſuetudo feudũ dare, aut dat res eccleſiæ ſubiectas: & non poteſt vt inf. epiſcopũ vel abb. in prin. aut alias, tunc aut Epiſcopus eſt inferior prælatus, & poteſt, ſi ſibi appropriatur, vel tempore introitus inuenit in dominio: ſi verò eſt Archiepiſcopus vel ſuperior, aut tempore introitus inuenit in dominio, & non poteſt, aut poſtea aperitur & poteſt, vt infra de cleric. qui inueſti. fa. ſ. fi. aut prælatus quicunque dat in feudum alicui rem quam miles tenet in feudum ab eccleſia, aut dat ei qui poſsidet aut alij. Si alij: aut eo qui poſsidet conſentiente aut prohibente vel ignorante: & tunc aut purè vel in diem aut ſub conditione, & aut præmoritur inueſtitor, aut inueſtitus, aut tenens feudum hoc non proſequitur. Sed dic plenè vt no. inf. qui fuc. teneantur. Si verò nulla eſt eccleſiæ conſuetudo, aut ſolus prælatus dedit in

feudum sine consensu capituli non potest, vt extra. de rebus ecclesiæ alie. vel non. c. ad nostram & xii. q. ij. c. abbatibus, aut prælatus dat cum consensu capituli & cum causa & potest: sine causa nō potest vt hic & d. c. ad nostram cum si. Circa hanc materiam remanent quædam dubia quæ per quæstiones debent decidi.

Quæritur ergò quāto tēpore inducatur cōsuetudo talis: q̄ prælatus possit in feudum dare? Quidā dicunt quod à tempore de quo nō extat memoria ar. ff de aqua plu. ar. l ij. in prin. &. ff. de aqua quoti. & æsti. d. hoc iure. §. ductus aquę. Alij vt Azo. dicunt quod triginta an. ar. C. de præscri. xxx. an. l. cōpetit & l. omnes, & de emanci. lib. l. j. & ij. & l. fi. Alij dicunt q̄ longo tempore, quia per vsum & cōsuetudinem talē quod possit ecclesia feu. dare, quæritur ecclesiæ honor & species Iurisdictionis, nec perdit ecclesia directum dominium, & recipit seruitiū, & multis de causis vasallus perdit feudū & reuertitur ad dominum, ar. C. de emanci. libe. l. fi. & de mu. & hono. l. j. & in autent. vt deter. fit numerus cleri. §. nouimus, &. ff. de leg. & senatuscon. l. diutina. Sed mihi videtur quòd xl. annis inducatur, vt. C. de sacrosan. ec. autēt. quas actiōes, quia sicut iura & res ecclesiæ non præscribuntur minori tempore vt. d. autent. sic nec ius dandi in feudum debet præscribi, quia correlatiua sunt, si enim præcedit datio, ergò sequitur acquisitio, & vbi est acquisitio ex vna parte, ergo ex altera erit species alienationis vt. ff. de re. permu. l. j. & de verb. sig. l. alienationis: ergo xl. annis: & non minori tempore debet præscribi, quia vno correlatiuorum posito ponitur & reliquum, & vno remoto

remoto remouetur & reliquum, vt. ff. de procur. l. Pomp. §. sed & his, & de institu. l. sed & si pupillus. §. penul. tutor. Quæritur an inducatur consuetudo si vnus prælatus, semel dat in feudum & accipiens possideat xl. annis? Respondeo non, sed exigitur binus actus ar. C. de epi. audien. l. iij. §. fi. Nam requiritur consuetudo vt hic. Sed consuetudo est communis assuetudo & frequens, vt. C. quæ sit longa consue. l. j. frequens dicitur quæ fit bis vt in autent. de defen. ciui. §. fi. & communis quæ communiter procedit, ergo saltem à duobus vel saltem bis ar. ff. de testi. l. v. cum autent. de testi. §. quia verò. Ergo est necessarium vel quòd idem prælatus dederit bis duobus, vel quod duo prælati duobus: vel eosdem seu eundem inuestierit diuersis tēporibus successiuè cū præscriptione prædicta. Quæritur, si prælatus dederit in feudum de nouo etiam duobus, an sit necessarius tacitus consensus capituli in consuetudine inducenda, temporis cursu? respondeo sic, sicut & populi, ar. ff. de leg. & senatusconsul. l. sed ea, & debebit acquisitio & datio fieri eo animo vt inducatur consuetudo sicut in qualibet consuetudine de iure est statutum. Quæritur an sit necessarium vt possit induci consuetudo quòd ipsa datio in feudum facta à prælato sit vtilis ecclesiæ non damnosa? respondeo sic, quia consuetudo debet esse rationabilis, vt extra, de consue. c. fi. & ff. de le. quod non ratione, & l. quod contra rationem. Quæritur an in consuetudine requiratur causa probabilis, iusta & sufficiens? respondeo sic, vt notatur dicto, c. fi. extra. de consue. Ergo videtur quòd consuetudo non possit induci si da-

tio

gio fit facta à prælato ſine conſenſu expreſſo capituli, quia datio in feudum & rerum eccleſiaſticarum alienatio facta à prælato ſine conſenſu capituli eſt nulla, vt extra, de dona. c. ij. & xij. q. ij. c. ſiue ergo, & cauſa nulla & pro non cauſa habetur, & ſine ti. ar. ff. de condi. ſine cauſa l. j. & l. pe. & C. de epi. & cleri. Autent. hoc ius porrectum. Reſpõdeo illud procedit in longa conſuetudine nõ longiſsima vt puto. Nam debet in ea ſufficere tacitus conſenſus capituli, vt ff. de le. de quibus. & C. de præſcrip. xxx. an. l. ſi quis emptionis. Quæritur ſi conſuetudo eccleſiæ eſt feudum dare, an prælatus poſsit dare feudum cognatis ſuis? Et videtur quod non, vt in autent. de alie. & emphi. §. Oeconomum, & ij. q. iij. c. peruenit, & lxxxix. di. c. iudicatum, & c. ſequenti. Econtrà videtur quod ſic, ſic vt lxxxvj. di. c. non ſatis, & ff. ſi quis in frau. pa. Vitus libertus & C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus nulli, & xij. q. ij. in prin. & c. caritatem, & c. ſi quos de ſeruis, & c. liberti eccleſiæ §. fi. Reſpondeo quòd poteſt eis dare in feudum modicum, tamen & maximè ſi ſint pauperes, bonæ vitę, benemeriti, & vtile eſt eccleſiæ, ar. lxxxix. di. c. decenter, & ar. dicti. c. non ſatis, cum ſimilibus. Cõtra notatur in ſumma Iaco. & inf. qui ſuc. de. & ti. ſi de inueſti. inter dominũ & vaſallis ori. c. j. §. fi. Quæritur nunquid vaſallus eccleſię poſsit dare in feudũ aliis ſine cõſenſu prælati? & videtur quod ſic, ſi habet rectũ feudũ, ſicut & vaſallus priuati, ſi tamen eadẽ lege & equali perſonę, quia eccleſia non videtur lædi, cùm nõ perdat dominium. Nam vaſallus directũ retinet, & vtile dominium translatum in eum tranſfert in ſecũdum vaſ. ar. inſ. de ca. cor. c. vno. §. propter,

pter, vbi de hoc del. cor. c. ij. contra tamẽ notatur extra. de deci. c. prohibemus.

Quæritur aliud ſi eſt eccleſiæ conſuetudo vnam vel duas res in fe. da. an poſsit alias res in feudum dare prælatus de quibus non eſt conſuetudo? reſpondeo non vt inf. epi. vel ab. in prin. Quæritur ſi conſuetudo eccleſiæ ſit dare feudum accipienti & ſucceſſoribus maſculis, an poſsit prælatus dare alicui: & ſucceſſoribus maſculis & fœminis? videtur quod non, quia à conſuetudine recedi nõ debet, vt ff. de le. & ſenatuſconſul. de quibus, & maximè prælatus debet ſeruare conſuetudines in datione feudi, vt hic & ti. epi. vel ab. ij. reſpon. & propter iuramentum quod papæ præſtat. fœmina feudo ſeruire non poteſt, vt inf. an mutus vel aliter imperfectus. c. j. in fi. Ergo per talem dationem eccleſiæ conditio fieret deterior. Sed prælatus cõditionem eccleſiæ non poteſt facere deteriorem, meliorem ſic, vt C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus nullam & l. iubemus nulli, & autent. hoc ius porrectum, & extra, de his quæ fiunt à præla. ſine cõſenſu cap. c. cum apoſtolica. Econtra videtur quod poſsit, quia vbi eſt conſuetudo eccleſiæ dare feudum, prælatus poteſt dare in feudum, nec diſtinguitur cui, vt hic, ergo &c. ff. de publicia in rem acti. l. de precio, & extra de feudis. c. ij. Præterea prælatus poteſt dare rem eccleſiæ & in emphyteoſim eccleſię à ſucceſſoribus maſculis & fœminis, vt in autent. de nõ alie. aut per re ec. §. per emphy. Ergo & in feudũ dare, quia vtrobiq; tranſit vtile dominium, & eadem ratione videtur ineſſe, & vbi eadem ratio, idem eſt ius. ff. ad leg. aquil. l. illud, cum ſuis concordan.

Item

Item vasallus potest seruire feudo per substitutum, ergo sicut potest dari masculis, sic & fœminis, quia seruire poterunt per virum, ar. C. de natu. lib. l. si quis seu liber. §. fi. præterea qui potest dare, debet & posse reformare ar. ff. de pac. iure gentium. §. adeo. & de in li. iuran. videamus. §. iurare. Credo quod non potest, nisi præcesserit meritum ex parte accipientis, vt inf. de lege. cor. c. ij. §. pro socio & ti. quemadmo. feu. ad fi. perti. c. fi. & ff. de pub. & vec. & com. l. vectigalia, & si quid in frau. pa. l. viuus libertus. Quæritur an vasallus ecclesiæ possit vendere feudum sine cõsensu prælati, vel cum consensu. Prælati sine consensu capituli? & videtur quod possit proximo agnato qui successurus est in feudum sine consensu prælati, vt inf. de alie. feu. §. & si clientulus in fi. §. & ti. per quos fit inuesti. §. sed & res. Econtra videtur quod non possit sine consensu prælati alicui alienare, quia rerum ecclesiasticarum prohibetur alienatio, vt in autent. hoc ius porrectum, & extra. de re. ec. alie. vel non. c. j. & inf. de prohi. feu. alie. per Fre. in prin. & de dec̃i. c. prohibemus, extra. de constitu. c. quæ in ecclesiarum, in fi. Sed cum consensu Prælati videtur quod possit fieri venditio, maxime quia precium videtur succedere in locum rei, & conuerti in feudum, ar. ff. de peti. here. si in rem, & vasallus videtur durare & iureiur. cogi, sicut prius, vt inf. de ali. feu. §. & si clientulus, hinc est quod si emphyteota det in emphyteosim alij, ipse manet obligatus, vt. C. de iu. emphy. l. ij. in fi. vbi de hoc, ergo & primus vasallus remanet obligatus à simili. Sed videtur quod non possit vendere etiam cum consensu prælati,

sine

sine consensu capituli, vt in autent. hoc ius porrectum & xij. q. ij. c. sine, & extra. de his quæ fi. à præla. sine consensu ca. cum apostolica, & de rebus ec. alie. vel non. c. fi. Sed videtur quod etiam cum consensu prælati & capituli non possit fieri alienatio, quia per venditionem cum consensu prælati & capituli ecclesia perdit directum dominium, vt extra de rebus ec. alie. per totum. Præterea resoluto iure donatoris resolueretur ius acceptoris, vt dicto. §. & si clientulus. Item precium non potest conuerti in feudum, vt inf. si de feu. vas. inter feu. c. j. vbi de hoc, & ideo videtur feudum totaliter extinctum, quia non consistit in rebus mobilibus, vt inf. de feu. cog. c. sciendum, & vasallus videtur & absolutis à sacramento fidelitatis, per hoc ecclesia videtur omni iure priuata, & enormiter læsa. Respondeo, mihi videtur, cum vasallus ecclesiæ vult vendere, quod duplex possit consilium & remedium adhiberi, vnũ est, quod vasallus vẽdat cum consensu prelati, & tutius est etiam quod capitulum vendat eadem lege qua habet, & æquali personæ, vt inf. de leg. Cor. c. ij. hæc acto in contractu, ante contractum & post contractum quod emptor debeat recognoscere feudum ab ecclesia, & sibi seruire pro eo & venditor refutare: & facit. inf. qua. olim feu. po. ali. §. j. in fi. §. & secundum hoc emptor erit successor, & venditor tenetur de euictione, & ecclesia non inuenitur læsa. Secundum est consilium & hoc magis frequentatur in vsu, quod Vasallus qui vult vendere non vendat sed refutet feudum prælato, vt ipse inuestiat eum qui empturus esset, prælato consentiente in id, ne

deci-

deciperetur refutando, & tunc post refutationem vasalli prælatus inuestiat eum qui alias empturus esset, & ipse recognoscere debet feudum ab ecclesia & fidelitatem facere, & si timet nouiter inuestitus casum euictionis, stipulari potest à vasallo qui vendidit de indemnitate sua prout fuerint concordes.

Sed nunquid talis venditio vel refutatio, præiudicabit filijs vel agnatis? dic. inf. de suc. feu. §. j. & de vasal. decrep. æta. §. j. & si de feu. fuerit contro. c. Titius, & de alie. feu. pater c. j. Et eadem consilia etiam præcedere possunt in vasallis laycorum & secularium personarum.

Et quia vidimus de personis.

Iste. §. continuatur ad præcedentia in hũc modum, dictum est supra à prin. vsq; ad præsentem. §. de ptima parte rubricæ, scilicet de personis quæ feu. da. pos. Sequitur de secunda & tertia parte rubricæ, videre scilicet de acquisitione & retentione feudi. Diuiditur autẽ iste. §. vsq; ad. §. Notandũ in tres partes. Primò tractatur de acquisitiõe & retentione feudi iure antiquo & nouo. Secũdò de successione filiæ in feudum. Tertiò de successione feudi iure nouissimo. Prima pars durat vsq; ad. §. hoc autem notandum. Secunda vsq; ad. §. hoc quoq; sciendum. Tertia vsq; ad. §. notandum. Casus, vasallus ipso viuo nõ priuatur feudo, ipso vero mortuo ad filios æqualiter feudum pertinet, & si filij non sint, ad nepotes & ad fratrem eius nõ extantibus, si feudum est primum vel nouum, si hoc per pactum actum fit, filiæ verò in feudum non succedunt. Nouissimo autem tempore collatẽ

laterales vsq; ad septimum gradum descendentes, masculi verò descendentes succedunt in infinitũ. Videamus ergo literam vsq; ad. §. notandum. Casum pueriliter ita potestis ponere licet non esset necesse propter prouectos. Primò continuat se Imperator dicens, vidimus de personis quæ feu. dare possunt, videamus nunc de initijs feudi. Et sciendum est quod antiquissimo iure fuit in potestate domini feudum reuocare quãdocunq; sibi placuerit; postea vero ante annum finitum non potuit reuocare, deinde fuit vita feu. extensa vsquẽ ad vitam fidelis. postea verò mortuo fideli pertinebat ad filios, ad illum tamẽ quem dominus voluerat eligere, deinde cœpit ad omnes æqualiter pertinere. postea verò Imperator Corradus Romã profectus rogatus à fidelibus legem cõdidit, quod ad nepotes feudum produceretur, & vt fratri sine legitimo hærede defuncto, frater in feudũ quòd erat patris eorum succederet. Si verò frater à domino feu. nouum accepit, ipso defuncto sine legitimo hærede frater ei non succedit. Idem & si cõmuniter acceperint nisi per pactum aliud fuerit specialiter conuentũ, relicto tamen legitimo hærede semper frater excluditur. Ex hoc. §. vsq; ad. §. hoc autem notandum. Et primò expediamus istã partem, & videamus expositionem literæ, & bene aduertatis quia liber iste multum indiget subauditionibus. (Et quia de personis) scilicet in parte præcedenti (initia) circa acquisitionem & retentionem, (auferre) etiam sine culpa, (produceretur); i. extenderetur, (non pertineret) etiam in antiquo tempore, (filios) nõ omnes, sed quem &c. (hodiè) iure nouiori pertineat, æqualiter; vt infr. de suc. feu.

feu. in prin. & omnes præstabũt fidelitatem æqualiter, nisi ex diuisione ad vnum perueniat, vt infra si de feu. fuerit cõtro. c. omnes, & dic vt ibi, (ex filio) acquirentis feudum, (hærede) id est, filio & masculo & sic intellige in feudo, vt inf. de alie. feu. §. & si clientulus (quod fuit) id est in feudo paterno, (feudum) nouum, (defuncto) postea quidẽ (non succedit) vt. inf. sequitur (acceperint) feudum nouum. (scilicet) quod alter alteri succedat.

In §. hoc autem notandum etiam ita ponitur casus. Filiæ licet de iure Romano succedebant vt masculi, in feudum non tamen succedunt, nec earum filij, nisi hoc specialiter conueniatur per pactum, & h. d. vsque ad. §. hoc quoque. in quo ita ponetis Casum. Olim collaterales non succedebãt nisi vsque ad patrueles, hodiè autem vsque ad vij. gradum, descendentes autem masculi in infinitũ. Videamus expositionem (legibus) Romanis ipsæ & earum filij, (patrueles) qui sunt in quarto gradu, (antiquis) respectu modernorum, & hoc sequitur, tamen antiquiores eis, benè fuerunt (moderno) id est nouissimo, (frequentatum) id est frequẽter in vsum deductum. ff. de vsu. l. ij. (iure nouo) i. nouissimo, & aduertatis benè quia liber indiget inquisitione & diligentia licet quidam derideant. Sed qui deridet, deridetur. In isto §. vsq; ad. §. hoc autem ita procedam. Primò ex isto. §. elicia tria ar. ad causas. Secundò assignabo nouem vel decem contraria & breuiter vos expediam. Primò est ar. ad causas scilicet quod ius accrescẽdi locum habeat in feudis. Nam litera dicit quod si fratres simul succedũt in feudo paterno quòd postea frater fratri succedit quasi iure accrescendi, vt scilicet

cet ver. cum verò Corradus. Argu. tamen contra. in ver. quod etiam, & est fortius ar. in eo, quod ibi frater fratri non succedit. nec ad eum peruenit iure accrescendi, licet simul fuerint inuestiti. Sed ista fuit magna quæstio apud antiquos. Odofredus tangit eam. C. quando non pe. partes, circa fi. py. in xij. q. atq; in Brocardico libro xxxviij. dominus meus Dynus tangit similem. ff. de vsufru. legato. l. codicill. in prin. & ibi videatis quid sit tenendũ de iure communi. Si quæratur quid sit tenendum de iure cõsuetudinario? distingue aut est feudum paternum aut nouum. Si paternum tunc locum habet successio & ius accrescendi, tamen magis propriè dicitur successio seu successorium edictũ vt hic & inf. de bene fra. c. vno. & de feu. mar. c. ij. & extra. de feu. c. ij. vbi de hoc. Si verò nouum tunc non habet locum regulariter successio: nec ius accrescendi, vt hic, & ver. quod etiam. fallit in duobus fratribus inuestitis vt ipsi & post eorum mortem filij etiam habeant vt. inf. de duo. fratribus à capi. inuesti. c. j. Item fallit quando hoc conuenit per pactum vt infra in ver. nisi hoc &c. Item quando communi pecunia est quæsitum, vel si cum armis & equis communibus vel in hoste regis domino etiam sciente si & in simul steterint, de quo dic, vt infra de bene fra. & qualiter frater. c. vno. & de fra. de nouo bene. inuesti. c. ij. est ar. ad causas, & ad Brocardicum malè solutum videlicet quod cum pacto licet quod sine pacto non licet hic probatur in ver. nisi hoc nominatim &c. De hac materia tractatur in libro disputatorio domini Py. in rubrica, licitum est tacitè &c. Sed tamen super hoc quatuor sunt Brocardica, primum,

quæ licent sine pacto, licent & pacto. Secundum, quæ sine pacto non licent: nec cum pacto licent. Tertium quæ sine pacto non licent, cum pacto licent. Quartum quædam non licent pacto quæ licent sine pacto. Sed glo. non tangit, nisi vnum tantum. Assumo primum, quæ licent sine pacto licent & cum pacto, vt sunt illa quæ auctoritate legis licent, illa & pacto licent, & istud regulariter est verum quæ licent auctoritate legis, licèt & pacto, vt. ff. de pac. non impossibile, &. l. iurisgentium. §. ait prætor & de ver. ob. si stipulatio ita facta in fi. §. Secundum quæ sine pacto non licent nec cum pacto, vt sunt illa quæ omninò sunt prohibita per legem & est regulariter verum vt. ff. de verb. obl. l. generaliter &. l. nolenti, & de pactis iurisgen. §. si ob maleficium, &. §. si paciscar. Tertium est quæ sine pacto non licent, licent cum pacto, & hæc est regula, & obtinet in alijs casibus à præmissis vt his quæ lex expresè non permittit: nec expresè prohibet, sed alias sunt præter. l. vel his similia, vt hic & C. de pactis. l. j. &, l. si quis in conscri. ff. depo. l. j. §. si conuenerit & de pac. l. j. & l. pactum, fallit. ff. de verb. ob. l. stipulatio ista. §. alteri. Instit. de inutil. stip. §. alteri. & tangit gl. ff. de pac. l. & hæredi. §. filia. Quartum quædam non licent pacto quæ licent sine pacto, & hoc speciale in suis casibus. ff. de pac. l. iurisgen. §. si paciscar & l. si vnus. §. illud & de regu. iu. l. actus leg. & l. expressa & de condi. & demon. l. nonnunquàm, & hæc procedit vel permissione vel quia magis per expressum, quam per tacitum homines imitarentur ad delinquendum, vel quia magis offenderetur lex.

Tertium

Tertium ar. ad causas colligitur ex hoc. §. hoc quoq; sciendum in fi. §. quod infinitas toleratur vt ff. de fideicom. si ita. Sed contra. C. de sacrosan. eccle. vt inter diuinum. dominus Dy. soluit istud brocar. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. fi. sed defectiuè in meo iudicio diximus, & bene dixit, ipse enim distinxit aut agitur de contrahenda obligatione, aut de extendenda aut de tollenda & exceptione præstanda. Primo casu vitatur, vt. d. l. qui bona. §. fi. Secundo casu aut est contracta certa significatio verborum: & ad infinitatem extenditur & tunc toleratur: alias in dubio vitatur. Tertio casu toleratur. Sed contra primum membrum est, ff. de dam. infec. si finita, in prin. Nam ibi agitur de obligatione inducenda, & tamen ibi toleratur, licet conditionaliter quo ad quid. Item tolleratur infinitas: & tamen agitur de obligatione inducenda in. l. illa. ff. de fideicom. si ita est. ibi perpetua. Item eodem modo. ff. de verb. ob. l. & Ideo hæsitatur. §. j. & institu. de loca. §. adeo, & in his omnibus agitur de obligatione inducenda. Item in alio deficit sua solutio. quia vbi dixit de iure quolibet quærendo & tollendo: & præiudicium generando, & ideo dantur tres solutiones: vna est mea, alia est Azo. tertia est Py. dic ergo secundum meã, aut certa est legis dispositio vel hominis voluntas aut dubia. Si certa aut se habet ad finitatem tantum, & tunc euitatur infinitas, vt. l. allegata vt inter diuinum, & in autent. vt determina. sit numerus cle. §. j. aut se habet ad infinitatem & tunc toleratur legibus allegatis, ff. de ver. ob. & ideo. §. legitur de damno infecto, si finita in prin. siue agatur de obligatione inducenda siue cõtracta ex-

tendenda siue de ea tollenda, vt.ff. de in litem iuran.l.in actiõe.§.iurare & de doli.excep.l. purè. §. fi.& de fideicom.l.si ita.Si verò dubia est,regulariter in dubio euitatur: vt dicta.l.qui bona. §. fi & de verb.ob.l.eum qui in prin. & de le. iij.l. fi. cum. § si quis.x.fallit in obligatione tollenda, & liberatione quærenda, vt.d.l. purè §.fi.& de fer. l. oratione. per ea quæ tibi pater quod non videtur procedere distinctio domini Dyni. & non obstat. d. l.qui bona. §.fi. quia non determinatur ibi simpliciter quod in obligatione inducenda videtur infinitas. Sed dicitur ibi oppositum. quia dicitur ibi quòd si dies est appositа in obligatione inducenda certa vel incerta, finita vel infinita vitatur infinitas vt.d.§. fin. &.l. si finita in princi. Sed si nulla esset dies expressa tum quia scienter fuit omissa,tum in dubio in infinitum debet esse obligatus vt in secundo dicto.§.fi.in.l.qui bona,& ista est breuis solutio & bona Azo & Canonistæ dicunt quod regulariter infinitas euitatur vt l.vt inter diuinum. Fallit autem ex permissione.l. vt.ff. de in litem iuran.l.videamus.§. iurare. Item propter consensum partium vt.ff.de verb.ob.& ideo. & de dam.in fec.si finita.in prin.Item ex generalitate verborum vt. ff. de fideicomm. l.si ita. Py. dicit aut ex infinitate sequitur absurdum vel inconueniens, & tunc vitatur, alias toleratur, & sic intelligit.l. pro vtraque parte ali.Sed quia difficile est hoc scire, ideo teneas primam, quæ est breuis & bona.

Modò veniamus ad contraria & in contrarijs expediam duas glossas nostras & erimus expediti.

Oppo-

Opponitur primò.hic dicitur quòd feudum seu beneficiũ fuit breuissimæ vitę, quia dominus potuit reuocare quandocunque.contra. Nam beneficium debet esse perpetuum,vt in Autent.consti. quæ de dig.§. illud. ff.de consti. prin.l. beneficium. Solutio. Regulariter beneficium debet esse perpetuum,vt in contrarijs,fallit vt hic:vel aliter, aut beneficium conceditur perpetuò,tunc est perpetuum , vt in contrarijs , aut ad tempus, tunc secus , vt hic:aut est dubium , & in dubio est perpetuum vt ibi.

Opponitur secundò,Nam hic dicitur quod durat etiam post mortem fidelis,contrà , immò hodiè solum durat per annum vt inf. ti.j.in prin. Solutio secundum quosdam quod ibi dicitur est hodiè correctũ per hoc,quod hic habemus. Sed certè non est verisimile vt posteriora iura per priora corrigantur,vt ff.de legi.& senatusconsu.l.non est nouum,ideò dic quod regulariter est hodiè longissimæ vitæ vt hic.fallit tamen in quibusdã casibus vt in feudo Guardię & Castaldiæ;& in alijs in glo.tactis.Et est ratio quia accessorium regulatur iuxta suum principale.ff.de regu. iu. cũ principale.Sed concessiones & officia propter quę feudum conceditur sunt temporales & ipsum beneficium est temporale & multotiens Rex Carolus in regno Siciliæ facit tales concessiones officiorũ ad beneplacitũ. Opponitur tertiò. Hic dicitur quod mortuo fideli feudũ ad omes filios æqualiter pertinet. Cõtra.Nam in Frãcia pertinet ad primogenitum. Solutio,triplex est ius Consuetudinariũ,videlicet cõmune,Longobardorũ, & Franciæ: iure cõmuni & Longobardorum pertinet ad omnes æqualiter

vt hic.in Francia vero ad primogenitum.in regno Siciliæ se.March.& comitatus pertinet ad primogenitum,in alijs autem æqualiter ad omnes. Opponitur quarto.Nam dicitur quod filij & nepotes 4
succedunt in feudo,contra no. infra de feu. fe. c. ij.Solutio in filijs in potestate retentis non habet locum successio,in emãcipatis & alijs sic,& est ratio,quia sui etiam viuente patre domini dicũtur, & ideo post mortẽ magis accedere dicitur eis administratio quàm successio, Institu. de hære. quali.& dif. §. sui. Et ista est veritas & dic vt ibi no.
Opponitur quintò,quod nec in alijs habeat locũ 5
successio vt inf.an agna.vel fi.d.c.j. Solutio secũdum veritatem non est successio ex testamẽto vel ab intestato,nisi ea ratione quis teneatur ad onus feudi.Sed est quædam successorum continuatio, quia de prædecessore transit in alium, sicut est in beneficijs ecclesiasticis,ar. ff.de adop. l. si arrogator. & infra ti. ij. Opponitur sextò ad ver. cum 6
vero nam videtur quod litera sibi ipsi repugnat. Nã primò dicit quod frater fratri succedit,secundò dicit quod nõ succedit(& modo venio ad glosam)distingue ergo aut feudum est paternum aut nouum,si paternum regulariter frater fratri succedit,vt hic primò dicit,fallit vt dicit glosa, quãdo frater commisit culpam in dominum, nec satisfecit,vt in Lombardia de benefi.&c.c.vlti.& ar. inf.de prohi.feu alie.per Fre.§.illud. si sit nouum regulariter non succedit, vt in ver. sin autẽ. fallit propter pactum,vt hic in ver. sed nominatim &c. Item si quæritur est feu. pecunia communi, vel armis & equis communibus vel si simul inuestiti fuerũt ita quod alter alteri succederet: vel in hoste

ste regis domino sciente si & simul steterint, de quo dic vt inf.de benefi. & qua.c.j.& infra de duobus fratribus.c.vno. & hoc vult glosa dicere licet inordinatè Opponitur septimò, & iam est solutũ.inf de benefi.fra.c.vno.Solutio aut simul sunt 7
inuestiti,& actum est,quod vnus alteri succedat: & tunc succedet,alias non,nisi pecunia communi, vel armis & equis communibus &c.vt supra dixi.
Opponitur octauò. Nam videtur quod nullo ca- 8
su succedat frater, nam hic dicitur quod tunc succedit,cum frater sine hærede successit, sed nunquam aliquis succedit sine hærede, quia saltem succedit fiscus.ff.ad Trebel.ex facto.§.fi.vnde vir. & vxo.l.j. Solutio,regulariter nemo decedit sine hærede,vt ff.de iure fisci.l.j.& de bo. na. l. j. fallit in feudo vt hic.Nam in feudo filius dicitur succedere vt hic & infra de feu. alie.c.vno.§. si vero, & ideo qui sine liberis decedit,dicitur mori sine hærede. Opponitur nonò. Nam hic dicitur quod 9
vsq; ad nepotes est successio in linea descendenti & collaterali vsque ad fratrem. contra. Nam inf. in.§.hoc quoq;,dicitur quod succedunt collaterales vsque ad septimum gradum:& descendentes vsque ad infinitum. Solutio, distingue octo iura: & istud est notabile. Tu captiue qui non intelligis me,Primò enim fuit ius antiquissimum,& tunc nulla erit vita feudi,quia dominus quandocunq; etiam sine culpa vasalli potuit reuocare. Secũdò fuit aliud ius antiquum, & tunc vsque ad vitam accipientis erat modica vita videlicet vnius anni. Tertium antiquum & tunc vsq; ad vitam accipiẽtis & non vltrà. Quartò erat ius nouum,quo iure pertinebat ad vnicum filium quem dominus eli-

gere voluerit. Quintò ius nouius quo iure extẽdebatur ad omnes filios. Sextò de iure magis nouo extendebatur ad nepotes: & eodem tempore ad fra. Septimò iure adhuc nouiori vſq; ad quartum gradum in collateralibus. Octauò de iure nouiſſimo in collateralibus vſq; ad ſeptimum gradum, in deſcendẽtibus vſq; in infinitum. Et nota quod hodiè in ſucceſsione feudi vocantur collaterales in linea tranſuerſali aſcendentium, deſcendentium & ex latere vſq; ad vij. gradum vt. inf. e. §. hoc quoq; & inf. in ti Imperator Lotharius. c. ſi quis. & inf. de gra. ſuc. in feu. §. his vero. In linea verò deſcendentiũ vocantur deſcendentes, vſq; in infinitum vt hab. in. §. hoc quoq; ſciendum in fi. niſi prædeceſſor cõmiſerit felonia, nec eius ſucceſſori dominus gratificatus ſit & dic vt in glo. vel dic clarius vt notatur in glo. de feu. mar. du. & co. c. j. §. fi. Aſcendẽtes autem non ſuccedunt deſcendentibus vt inf. de gradi. in prin. & de na. ſuc. feu. in prin. Et poteſt eſſe ratio naturalis. Nã probitas decreſcit ex ætate & manet ſuis viribus in ætate iuuenili vt. C. de athletis. l. j. li. x. Et ideo quia pater ſenex debilior præſumitur, quam filius iuuenis, ideo filius patri, non econtra in feu. ſuccedit pro hoc. inf. de vaſ. decre. æta. c. j. Modo redeo ad gloſam. Quærit glo. nunquid quęrendum ſit in contractu cuius ſit precium? videtur quod ſic. vt hic. Nã quęritur, hic ex cuius pecunia feudum ematur, ſed cõtrà. Nam in emptione non quæritur cuius ſit precium. C. de rei ven. l. ſi ex ea pecunia. Solutio regulariter non quæritur cuius ſit precium in emptione quia ſemper quæritur cõtrahenti ſuo nomine, vt. l. ſi ex ea pecunia, fallit in dote. Item in pupillo & milite, ſecundum

cundum quod iſtos caſus notat glo. per tres vers & leges in quibus iſti caſus comprehenduntur, videatis in gl. Item credo in re empta ex pecunia eccleſiæ. Item fallit in feu.. interdum. Opponitur ad hunc. §. Hæc autem, nam hic dicitur quod filia non ſuccedit in feu. Contra, nã ſublata eſt in feudo differentia inter maſculos & fœminas. C. de libe. præteri. maximum vitiũ. Solutio de iure Romano ſic ſuccedit fœmina vt maſculus. Sed fallit in feudo, vt hic ratio eſt. quia nõ poteſt fœmina domino ſeruire. Sed quare tunc filij eius qui ſeruitia facere poſſunt excludũtur? glo. dicit quod nulla eſt ratio, ſed potes dicere quod ratio eſt, quia ſublata eſt prorſus media perſona in ſucceſsione, vt puta, mater, per quam tranſitum facit, vel aptũ eſſe debet, vt poſſet ad ſequentem perſonã tranſire, & ideo ad ſubſequentem media perſona deficiente non tranſfertur. ar. C. de le. hare. l. meminimus, & ar. C. de quæſtio. l. diuo mar. & ff. de pœnis l. hæredi in prin. &. §. j. &. C. de decu. l. nullus. li. x. Opponitur ad idem infra de natu. ſuc. feu. in prin. Solutio in paterno non, ſed in materno ſic, vt ibi, vel dic vt ibi no. & inf. de bene. feu. in prin. & infra an ma. ſuc. vx. in be. c. j. Opponitur, inf. quẽadmodum feu. ad fœ. per. c. vno. Solutio regulariter, nõ ſuccedit. Fallit ſi à domino redemit, vel ſi dominus propter ſeruitiũ vel amorem patris ei dedit, vel ſi per pactum eſt, vt hic, & vide in dicto ti. proximè allegato. Opponitur ad idem. Nam in regno Siciliæ fœminæ ſuccedunt. Solutio iſtius, ibi ſeruatur propter pactũ. Sed in ciuitate Paduæ & Veronę debet idem ſeruari, ſi per pactũ ſit actũ, ſed idem dicas cum ſpecialiter propter amorem

patris

patris conceditur feudum fœminæ secundū quod de hoc no. supra in prin. Si autem simpliciter dominus aliquem investiret tunc intelligitur feu. concessum secundum suam propriam naturam vt hic.

Notandum est autem.

Intellectus breuis vsq; ad fi.ti.cum istud feudū, quod datur à capitaneis vel regis valuasoribus propriam naturam habet, quod verò à minimis datur propriam naturam non habet, duobus casibus exceptis qui in litera continentur, videatis literam.

Casum autem literaliter ita ponetis. Si quæratur quod feudum habet propriam naturam, certè illud quod à capitaneis vel regis valuasoribus datur, sed illud quod à minimis datur, propiam naturā non habet, quia licet domino aufferre quandocunque, licet aliter in curia Mediolanen. obseruatur, & hoc est verum nisi fideles cum domino Romam in exercitu perrexerint, vel nisi dominus aliquid propter feudum acceperit, tunc enim auferre nō potest nisi restituto precio quod datum est. videatis expositionem. vasallo, id est qui habet à Mar. vel Comite propriam, quia non auferetur sine culpa. minimis qui feu. habent à capitaneis vel valuasoribus. Aliter, contraria Mediolanen. quid ergo habemus facere de iure feudorū, cum consuetudo Mediolanen. quæ est localis, plerunq; seruetur in his feudis vt inf. patebit volunt quidam dicere quod liber iste non est auctorisabilis, sed est bolrelra quæ hoc dicit, & quidam fecerat verius pridiè istam oppositionem, nec cogi-

caui

caui istam quæstionem, ante hæc tempora disputare, & tamen Octo vicibus Librum istum legi, sed probo per quatuor argumenta quod liber iste est auctorisabilis. Primò per locum ab auctoritate. Secundò ab opinione. Tertiò à partium sufficiēti enumeratione. Quartò à similibus. Ab auctoritate, sic, nam iste Consuetudines insertæ sunt inter Imperiales constitutiones & de principis conscientia quod est verisimile, quia ex quo inter cōstitutiones suas sunt insertæ, ergo seruandæ sunt quasi eius auctoritate factæ ar. C. de emenda. Iusti. C. §. j. ff. de legi. l. nam vt ait: Imperator. Præterea istum librum approbare videtur vr dixi, ergo censentur eius consuetudines ar. C. de ve. iure enu. l. ij. §. omnia, & per consequēs ab omnibus obseruandæ sunt, vt ff. de supel. lega. l. iij. §. fina. Secundò ab opinione. Nam communis est opinio quod sit auctorisabilis, & vltra montes & citra mōtes & hoc omnes tenent. Item Glosatores tam in iure canonico, quām in iure ciuili ipsum approbant allegādo eius titulos, & capitula: & communis opinio multū operatur. C. de testi. l. j. ff. de offi. præ. l. barbarius. Tertiò à sufficienti partium enumeratione. Nam si quæratur qualiter deciduntur negocia feudorum certè vel legibus Romanorum vel iure Lombardorum, vel iure consuetudinario vt inf. de feu. co. c. §. in prin. & Insti. de offi. iudi. in prin. Sed cum in iure Romanorum non tractetur de feudis & in paucis locis in legibus Longobardorum. Ergo sequitur quod secundum ius cōsuetudinarium debet decidi ar. Insti. de his qui sunt sui iuris. §. placet. & de act. & ob. l. obligationum ferè. §. placet. maximè si consuetudines non reperiantur

tur de feudis, ergo istæ tanquam generales debẽt seruari, vt. ff. de legi. & senatusconsul. l. de quibus. Præterea cum in legibus de eis non tractetur, nec in iure Lombar. ergo quando feu. datur. videtur dari secundum naturam feu. in isto iure consuetudinario contenti. Ergo tacitè quasi in pacto & conuentione deductum videtur quod iure isto consuetudinario est dispositum, igitur seruabitur quod in isto libro scriptum est ar. ff. si cer. pe. l. cum quid & de hæredi. instit. l. à se toto. Quartò à simili. Nam iura Romanorum in parte originem sumpserunt à iure non scripto, quo vna ciuitas vtebatur vt insti. de iure natu gen. & ciui. §. & non inelegánter. Ergo nõ est absurdum hęc iura seruare per dictas rationes. & quia possunt dici generales cum in principis curia seruarentur & ipso mandante fuerunt in scriptis redactæ, quod credere debemus, non attendas ergo consue. Mediolanen. seu Placen. sed istud ius consuetudinarium generale in hoc libro approbatum, & sciatis quod in regno Siciliæ causæ feudales magnæ causæ reputantur, & alibi & ideo bene aduertatis. Opponitur ad istum, §. nam hic facit differẽtiam inter maiores valuasores & minores. Solutio, ibi corrigitur quod hic dicitur. Opponitur, nam hic licet minoribus non maioribus, contra. ff. de offi. pre. l. barbarius, glo. hic tangit sed non soluit. inf. de feu. mar. c. j. Sed solue quòd quædam per excellentiam conceduntur maioribus & illa non licent minoribus vt in contrario, quędam propter vtilitatem concedũtur minoribus, & illa non licent maioribus vt hic. Sed vile est conferenti beneficium illud auferre, & ideo hoc non licet maioribus, ar. in

ar. in autent. consti. quæ de dig. §. illud. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. in prin. §. j.

Opponitur nam hic dicitur in fi. quod feudum emitur. Sed contra. inf. de feu. da. in vicem l. commiss. Solu. à domino non emitur vt ibi. à vasallo sic vt hic, & potest esse ratio. Quia donatio cum fit à domino & maximè à nobili debet esse mera & libera: & à remuneratione pecuniaria absoluta, ar. ff. de dona. l. j. in prin. & dicto ti. consti. quæ de dig. & hic, sed donum à vilissimo factum semper habet remunerationem annexam similem ar. ff. de peti. hære. l. & simile. §. consuluit & manda. l. idemq; §. fi. & l. se.

DE FEVDO GVARDIAE ET Castaldiæ. Rubrica. 2.

Licet in isto libro non continuentur rubricæ sicut in iure ciuili, quia non est hic idẽ stylus & ordo. Sumpta tamen materia ex precedentibus istam rubricam sic potestis continuare ad præceden. dictũ est supra ti. j. §. & quia, de vita feudi: inde sumpta materia & occasione sequitur rubrica in qua tractatur de vita feudi Guardiæ & Castaldiæ. Et ad euidentiam istius tituli sciendum est, quod quoddam est feudum quod habet propriam & rectam naturam, & illud est simplex, perpetuum & transitorium ad successores nec sine culpa amittendum, vt sup. ti. j. §. hoc quoq; sciendum. Aliud est feudum quod non habet propriam naturam quod nec est simplex nec perpetuum nec ad hæredes trãsitorium, sed temporale. & de tali loquitur titulus iste. Sequitur nigrum.

Item

Item illud quod datur.

Et intelligas. Nam titulus iste diuiditur in duas partes. In prima parte tractat de vita feudi Castaldiæ & Guardiæ, & quod datur pro mercede alicuius rei. Secundò de contentione eius feu. inter dominum & vasal. Prima pars durat vsque ad. §. si vero, & secunda durat vsq; ad fi. Aduertatis ergo ad summarium intellectum in toto titulo. Feudū Guardiæ & Castaldiæ, & illud quod pro mercede alicuius rei datur elapso anno reuocari potest, nisi ad certum tempus detur. Sed si Castaldi nomine proprij feudi dicant se possidere, nō defendūt sibi possessionem nisi de iure suo probent.

Ad casum in terminis aduertatis vsque ad. §. si vero. Quæsitum fuit ab Imperatore deuita feudi quod datur nomine Castaldiæ, Guardiæ, & mercedis. respondet Imperator dicens quod tale feudum est annale: & post annum reuocari potest etiam precio pro eo dato non restituto, & hoc est verum nisi vsque ad certum tempus fuerit constitutum. Tunc enim ante tempus finitum reuocari non potest, & hoc vsq; ad. §. si vero. Expositiōem videaris. (Item istud). Item est dictio continuatiua, vt. ff. de leg. iij. in repetendis, Dic ergo non solum illud feudum quod datur à minoribus valuasoribus est reuocabile, vt sup. ti. j. §. si. hic, & illud quod datur nomine Castaldiæ &c. Dicet prouectus, quæ sunt ista feuda Guardiæ & Castaldiæ & illud quod pro mercede datur? tangit aliquantulum glo. Sed dic quod sicut actor dicitur ille cui res domini gubernanda mandatur: sic Castaldio dicitur cui res domini gubernanda committitur.

Sicut

sicut dicimus in Oeconomo. C. de sacrosan. ec. l. iubemus, &, quod cum eo. l. fi. dicitur ergo feudū Castaldiæ quod dominus concedit alicui propter castaldiam quam exercet, id est, quia Castaldus est domini. Sic enim facit Rex in Sicilia & in Apulia. Guardia est vbi quis deputatur ad guardiam alicuius castri, & propter hoc feudum sibi constituitur, & talem guardiā Rex Carolus militibus committit. Feudum quod pro mercede, dicitur illud quod concessum est alicui in mercedem propter laborem, facit. inf. de conten. inter do. & vasal. § fi. Opponitur ad istius constitutionis principiū. Nam hic dicitur quod feudum est annale sed cōtra. sup. ti. j. §. & qua & §. hoc quoq; sciēdum. Vbi dicitur quod feudum est perpetuum. Solutio secūdum quosdam quod hic dicitur determinatur & corrigitur per hoc quod ibi dicitur. Sed ista solutio non placet, nam priora iura posteriora nō corrigunt. ff. de legi. non est nouum Solutio dic aliter, quod illud est regulare, videlicet quod omne feudum sit perpetuum, illud autem quod hic dicitur est speciale, & hæc est veritas, & ratio est: quia omne accessorium regulatur secundum principale. ff. de regu. iu. cum principalis. ff. de fideiuf. l. grę cè. §. illud &. C. de vsu. l. eos. Sed Guardia siue Castaldia, propter quod feudum illud cōceditur, ad tempus datur, qua finita, finitur & accessorium. & hoc tetigi in proxima lectione.

Si vero.

Sciatis quod iste. §. subtilis est valde, & glo. insigit vno modo, & ego alijs duobus modis, & secundū glo. vasallus hic ignoranter accepit in feu-

D dum

dum caſtaldiæ, quod erat proprium & ſimplex. Pone ergo caſum ſecundum gl. Quidam miles regis nomine proprij & recti feudi tenebat quoddam caſtrum, factus eſt Caſtaldio, & accepit illud idem ignoranter vt feudum caſtaldiæ, anno elapſo curia vult ab eo auferre caſtrum, dicit miles, feudū eſt proprium rectum & ſimplex, curia negat. Quęritur quid iuris, reſpondetur quod niſi probet per pares curtis, vel per breue teſtatum ſe antequam caſtaldio factus eſſet, vel poſtquam caſtaldio eſſe deſijt, inueſtituram accepiſſe, non poterit defendere poſſeſsionem: & domino cogetur reſtituere. Videamus expoſitionem (proprij feudi) i. tāquam proprium feudum, id eſt, nomine recti & ſimplicis feudi, non nomine caſtaldiæ, (propterea) quia dicit feudum nomine proprio poſsidere, (curtis) pares curtis appellantur conuaſalli domini. Nam per eos debet fieri probatio, ſi qui ſint: aliàs autem per extraneos. inf. quid ſit inueſti §. ſi vero. inf. de conſue. feu. c. j. §. ſi. (Breue teſtatum). i. per inſtrumētum publicum, & à partibus approbatum, inf. quid ſit inueſtitu. §. ſi enim inueſtituram nomine proprij feudi.

Super iſto §. in apparatu antiquo fuit vna gl. in qua fuit vnum contrarium bonum & ſubtile. Sed in nouo apparatu quē habemus eſt omiſſa: & malè. primò ergo ſuper iſto §. videamus Brocardicum. Secundò contraria. Nota ergo Brocardicum quod ratione adiuncti præſumitur quid ademptum niſi probetur conceſſum & fortè proueſtus neſcit elicere iſtud ex præſenti §. ſed ſumitur ſic. Præſumitur enim hic feudum à milite ratione adiuncti, id eſt, propter caſtaldiam ademptum, id eſt,

eſt, non conceſſum niſi probet conceſſum, vel dic ademptum id eſt apertum poſsit de facili adimi vt hic & allegat gl. pro & cōtra. pro facit. ff. de his qui no. infa. l. furti. Contra. ff. de dona. inter vi. & vxo. ſi ſponſus. §. generaliter. Nam ibi ratione cōnexitatis tenet donatio. Dominus Pyl. ſoluit, & benè aut adiectio eſt vtilis & neceſſaria, & addenda in eo, nec inſeparabilis, tunc ratione adiuncti præſumitur quid conceſſum, niſi probetur ademptū vt dicta. l. ſi ſponſus. §. generaliter: aut eſt adiectio vicioſa, turpis vel ſeparabilis, & tunc præſumitur ademptum niſi probetur conceſſum vt hic, & l. allegata pro iſta parte. Sed dicet proueſtus quomodo eſt adiectio vicioſa in iſto. §? reſpōdeo quia fuit caſtaldio domini, vt infra de conten. inter do. & vaſ. §. habita. Opponitur & iſtud, contrarium eſt in gl. hic dicitur quod miles debet probare, contra. inf. ſi inter do. & vaſ. c. ij. §. fi. vbi nulla exigitur probatio, ſed ſtatur eis iuramento. Solutio. Dicit gl. & malè, ibi vaſallus poſsidet, hic non, ſed iſta ſolutio eſt contra iſtam literam. Nam hic dicitur in litera quod poſsidet ergo eſt in poſſeſsione, & poſsidet, cum aliud ſit poſsidere & in poſſeſsione eſſe, ff. de acqui. poſ. poſsideri. §. fi. & ideo dic aliter, quod hic vaſallus fuit vel eſt caſtaldio, ibi non, ideo ſufficit ibi iuramentum, hic nō, & eſt ratio propter ſuſpitionem vt modo dixi ar. infra de conten. inter do. & vaſal. c. j. Opponitur ſecūdò, & hoc eſt ſubtile contrarium, & non eſt in gl. ſed eſt in antiquo apparatu: & bene, contra. inf. ti. ij. §. Item ſi vaſallus, vbi dominus probat, hic autem vaſallus probat. Solutio ſecundum Py. hic vaſallus non poſsidet ibi ſic, ſed hoc eſt falſum vt

dixi in proximo contrario, vel dic. Ibi Vasallus fuit ad Guardiam, hic ad Castaldiam deputatus, hoc non placet, quia non nititur ratione, vel dic tertiò, hic Castaldio dicebat se aliquo tempore vt castaldio possedisse, ibi cõtra simpliciter negauit, ar. C. de excep. si quidem, in autent. de testi. §. si vero dicatur. Vel verius dic, hic dominus agẽdo cõtra vasallum negat simpliciter concessisse in feu. sed in contrario cõfitetur se dedisse nomine Guardię, & hoc bene dicitur in litera. Ratio diuersitatis est, nam cùm dominus negat simpliciter, res præsumitur omnino libera. C. de serui. altius. ff. de seruit. l. fi. & de libe. causa. liberis: & ideo quia hic dominus simpliciter negat, vasallo incumbit probatio, sed ibi constat per confessionem domini rem esse subiectã alicui seruituti, licet sit dubium de qualitate seruitutis, & ideo ibi in dubio probat dominus qui est actor, vt. C. de eden. l. qui accu. & de probatio. l. actor. Potest secũdo intelligi §. iste, quod vasallus id quod in feudum prius accepit per castaldiã, accepit nomine proprij & recti feudi, postquam desijt esse Castaldus, sed dominus hoc negat in lite. Vel dic tertiò quod Vasallus simpliciter possidet nomine proprij & recti feudi, & dominus agendo contra eum simpliciter negat se sibi vllam inuestituram feciſſe certè succũbere debet vasallus, nisi probet quod hic dicitur, & tunc expone literam possidẽt. subaudi & dominus negat aliquam inuestituram se feciſſe. cætera non mutantur, & etiam non est opus dicere quod dicit gl. quia hic ignoranter proprium feu. accepit pro castaldo in feu.

QVI

QVI SVCCES. FEVDVM DARE tenentur? Rub. 3.

Ista Rubrica continuatur ad præcedentia sic. Dictum est *sup. ti. ij. de personis quæ feudum dare possunt, & accipere: sumpta inde materia & occasione dicit hic de successoribus eorum qui feudum dare possunt.*

SI vero Archiepiscopus.

Titulus iste diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de prelato qui feudum, quod alius tenet ab ecclesia, alteri, ipso viuẽte concessit in diem. Secundum loquitur de layco. Prima pars durat vsq; ibi, in layco vero, ibi incipit secunda & durat vsque ad fi.

Casus summarius successor prælati non cogitur inuestituram à prædecessore factã & non expletam de feudo quod alius tenet, ratam habere, nisi eo consentiente qui feudum tenet, sit alius inuestitus, inuestiens autem cogitur eam adimplere feu. sibi aperto. Sed layci successor cogitur indistinctè adimplere inuestituram à predecessore factam? videte literam.

Sed casum literalem videatis. Prælatus ecclesiæ vt Archiepiscopus, Episcopus vel similis feudum ecclesiasticum quod alius tenet, cuidam alij concessit: ita quod post decessum istius qui nunc feudum possidet alius feudum habeat. Quæritur nũquid successores istorum prælatorum teneantur

iſtam conceſsionem ratificare? reſpõdeo, aut prælatus decedit ante illum qui feudum poſsidet & tunc non tenentur ſucceſſores confirmare, licet in illa cõceſsione pares curię fuerint, vel ſuper ea breue teſtatum factũ fuerit, & hoc eſt verum niſi cõſentiente eo qui detinet, alius miſſus fuerit in poſſeſsionem, aut niſi præmoriatur ille qui feudum detinet ante inueſtitorem, tunc omnino teneretur inueſtitor adimplere: hæredes verò laycorum omnino tenentur cõceſsiones feudi per prædeceſſores factas ratas habere, & confirmare, &. h. d. vſque in fi. videatis expoſitionem. Et primò expoſitionem rubricæ. (qui ſucceſſores) pręlati vel layci (teneãtur) ſcilicet implere inueſtituram factam à prędeceſſoribus: Aduertatis modo ad nigrum (detinet) in feu. ab eccleſia, (hanc) quam de nouo accepit (inueſtituram): de feu. alieno (detinet) feu. ab eccleſia (deceſſerit) ante ſucceſſorem, & ſic feudum domino fuit apertum, vt de feu, in vicem. l. commiſ. :.ij. & ſi de feu. contro. fu. inter do. & vaſal. c. moribus, (modis omnibus) .i. conſentiente eo qui detinet, vel non (omnino) id eſt, ſiue præmoriatur inueſtitor ſiue inueſtitus ſiue feu. tenens, vt infra hic poteſt eſſe. ti. qui ſuc. tene. c. j. in prin.

Opponitur, nã hic dicitur quod ſucceſſor prælati non tenetur ex facto prædeceſſoris. contra. ff. de reg. iur. ex qua perſona & l. cum prætor in hęredem. Solutio, aut loquimur de ſucceſsione pręlati tunc non tenetur vt hic, aut de ſucceſsione layci & tunc tenetur, vt in cõtrario, ratio diuerſitatis eſt, quia prælatus non eſt ſucceſſor, id eſt, non habet prælaturam à prædeceſſore iure ſucceſsiõis teſtamentariæ vel ab inteſtato, ſed ex electione, extra de elo-

de electio. c. ij. viij. q. j. per totum. ſecus in layco vt patet in ſuis tractatibus in iure ciui.

Opponitur. Nam hic, ſemper ſuppoſito quod inueſtitura iſta valet, de futura ſucceſsione facta eſt, ergo non valet. ff. de ver. ob. l. ſtipulario hoc modo. C. de pac. l. fi. Solutio, aut eſt cõceſsio facta de feudo perſonæ certæ, & tunc iure Romanorum non valet. Sed iure conſuetudinario ſic, vt hic. vel aliter poteſt dicere vbi de feudo certæ perſonæ facta eſt conceſsio, aut facta eſt purè: & nullo iure valet, vt in contrarijs, & hic poteſt eſſe ti. qui ſuc. tenean. c. j. vel dic non valet, niſi ſtatim capiat effectum vt ibi notatur: Aut in diem vel ſub conditione, & tunc valet ar. ff. de pig. ſi fundus. ſ. aliena res. vel dic quod valet in feudis, ſed non de iure communi. Et eſt ratio in feudis quia multis alijs caſibus quam per mortem perire poſſunt vt inf patebit, Aut facta eſt conceſsio de feudo incertæ perſonæ, tunc valet vtroque iure ar. ff. pro ſo. l. iij. ſ. de illo. & de hoc eſt bona glo. C. de pac. l. fi.

Diſtingue ergo. & gl. tangit, cum prælatus facit inueſtituram feudi quod alius tenet. Aut fit purè, & dic quod non valet, videlicet quo ad hoc vt ſucceſſor teneatur, vel vt ſtatim ſumat effectũ vt inf. Hic poteſt eſſe ti. qui ſucceſ. tene. c. j. Aut in diem vel ſub conditione, & tunc aut inueſtitor præmoritur antequã tenens feudum, & non tenetur ſucceſſor, vt hic in prin. Idem eſt ſi ante mortem ſuã nõ exiſtat dies vel cõditio, ſub qua vel in quã fuerat inueſtitus vt inf. hic poteſt eſſe ti. qui ſucceſ. teneã. c. j. in fi. Niſi ſit facta conſentiente eo q feudũ tenet vt hic. c. j. ver. niſi ille. Aut tenẽs præmoritur,

vel existit dies vel conditio antequam inuestitor decedat & tunc tenetur inuestitor indistinctè vt hic in ver. sed si ille. Si vero præmoritur inuestitus ante inuestitorem siquidem feudū aperiatur, inuestitor tunc tenebitur hæredi inuestiti inuestituram adimplere.

Si vero sibi nō aperiatur sed suo successori, successor non tenebitur ratam eam habere vt hic & inf. Hic potest esse titulus qui suc. te. c. j. successores aūt layci semper tenētur siue præmoriatur inuestitor vel inuestitus vel feudum tenens, vt hic in. §. layci vero. & inf. hic potest esse ti. qui suc. tene. c. j. in prin.

Quærit glo. nunquid prælatus ecclesiæ potest dare feu. ecclesiæ cognatis suis? Videtur quod nō. C. de sacrosan. ec. auten. quibuscunq;. i. q. iij. c. peruenit, & hoc tenet gl. hic &. inf. & hic potest esse ti. qui succes. te. c. j. Tamen potes dicere quod prælatus cognatis suis benemeritis si sint vtiles ecclesiæ & maximè si sint pauperes, potest feu. ecclesiæ dare, dummodo non imminensum, vt xxxvj. di. c. nō satis &. lxxxviij. di. c. & decenter. &. xij. q. ij. c. quisquis Episcopus. &. C. de sacrosan. l. iubemus, & si quis in frau. pa. l. viuus. In his enim capitulis & legibus dicitur, quod prælatus potest prouidere eis, & ecclesiastica officia committere si sint benemeriti. Idem ergo dico in feudis, cum non videam diuersitatis rationem, & hoc dixi sup. ti. ij. in prin.

Quæritur nunquid vasallus ecclesiæ nouo successori teneatur iterū præstare sacramentum? distingue aut simpliciter iurat, & tunc tenetur iterū iurare, hoc. n. & in laycis obseruatur vt inf. quæ fuit prima causa bene. am. in prin. & de ca. corra.

in prin.

in prin. aut prælatus recepit ab eo iuramētum pro se & alijs Canonicè intrantibus, tunc non tenetur iterum iurare. extra de iureiu. c. ego Episcopus. &c. veritatis, & sic facit Episcopus Paduanus multotiens.

SI DE INVESTITV. FEV. CONtro. fuerit. Rub. 4.

Continuatur sic, superius de personis quæ feu. dāt & accipiunt, & de retentione & acquisitione feudi dictum est, quia tamen super hoc interdum inter dominum & uasallum multæ oriuntur cōtrouersiæ, ideo de eis dicit.

Si autem controuersia.

Summarium intellectum istius Tituli vsq; ad. §. item si vasallus, videatis. Si inuestitura sit facta coram paribus curtis, vel per breue testatum, dominus tenetur inuestitum mittere in possessionem. Si vero in possessiōe fuerit & lis ei moueatur à domino, sibi datur defensio per iuramentum: si non fuerit in possess. tunc domino datur defensio per iuramentum, nisi in casu, quando est vasallus de alio feudo, domino tunc remittitur sacramentum: Si autem aliquis dixerit feudum ad se per successiōem pertinere, si de iure suo probare potent obtinebit & h. d. vsq; ad. §. item si vasallus, videas literam. Et primò videas vsq; ad. §. cum autem. Dominus inuestiuit aliquem de feu. coram paribus curiæ, vel per breue testatum: nunquid tenetur eum mittere in possessionem feudi? certè sic. Sed quid si miss-

sus est in possess.& possidet, dominus tamen mouet sibi quæstionem de feudo, quæritur cui datur defensio? Certè vasallo. Si autem in possess. non fuerit, nec supradictis modis probare se inuestitũ poterit,domino datur defensio.Sed quid si quis possidet feu.vnum sine controuersia, dicit tamen se esse inuestitũ de alio ab eodem domino cui datur defensio?certè ex quo vasallus nec in possessione est:nec supradictis modis probare poterit, licet de rigore iuris domino daretur defensio, scilicet quod teneretur iurare,tamẽ quia aliunde vasallus est,de æquitate domino remittitur. Et.h.d. Videte expositionem,(inuestitura)abusiua. Nam dicitur abusiua, quæ fit per anulum vel per martellum:propria per missionem in possessionem. Hic ergo dicit de abusiua, vt hic patet in litera.Secus si vera facta esset, quia tunc tenetur dominus amplius eum mittere in possessionem,vt.inf.quid sit inuestitura in prin.

Expone literam(defensio)i. sacramẽtum ad sui defensionem, vt infra de consue. rec. feu. c.ij.& sic expone in sequenti litera. & not. hic commodum possidentis,vt no. in gl.& facit.ff. de rei ven. is qui.Insti.de interdictis.§.commodum.(Inuestituram)de qua dominus sibi facit controuersiam (fuerit) feu. de quo est controuersia seu contentio(ordine)supradicto (aliunde)id est,alio beneficio(defensio) de rigore puto legendũ datur.Iac. In summa dixit,remittitur.i.tollitur, quia datur vasallis.Sed certè illa expositio nõ valet.Quia hoc non importat litera,nã hic non possidet nec probat vasallus,quomodo ergo sibi daretur defensio?certè nullo modo.Item de rigore daretur domino

mino vt hic dicit, sed ex æquitate remittitur,sed remittere non est tollere,vt.ff. de iureiu.l. remittitur,dic ergo remittitur proprie, scilicet domino, defensio.i.iuramentũ ar.inf.de cõsue.rec.feu.c.i. §.in quibusdam &.ff.de iureiu.l.iusiurandũ.§.hoc iusiurandum:& hæc placet,vt no. inf. quid sit inuestitu.in prin.Sed dicet prouectus vnde sumitur hæc æquitas?respondeo,certè ex eo quod alias vasallus nec possidet nec probat,& ideo licet de rigore dominus iurare deberet:ex æquitate tamen ista defensio sibi remittitur.ar.inf. decõten. inter do. & vasal.de inuestit.§.hæc ita.

Modò veniamus ad glo.& aduertatis, quia non prosequor gl.Nã cæcus dicitur qui per aliam viam progredi nescit,nisi secundum quod glo.ducit.

Opponitur.Nam hic dicitur quod possidẽti incumbit probatio. sed contra. inf. de consue. rec. feu.c.ij.in fi.Solutio,quod simpliciter hic dicitur, ibi determinatur.

Opponi.Nam non probante actore reus absoluitur sine sacramento, quia actor probare debet. C.de proba.actor. de eden. qui accusare. Solutio. Aut iuramentum defertur à parte parti:& tunc debet iuramentum præstari vel referri.vt.inf.de cõsue. rec. feu. c. sacramentum. manifestè enim turpitudinis est nec iurare nec sacramentum referre.ff. de iureiu. manifestè. vel dic aliter de iure communi vt ibi: Aut defertur à iudice: tunc aut actor probat plenè & reus condemnatur.ff. de rei ven.l. officium. aut nullo modo probat & tunc reus absoluitur de iure. vt in contrarijs, &. C. de his qui ad ec. confu. l. præsenti. §. sicubi. sed in feudo potest iudex deferre, si sibi videbitur expedire:

pedire: vt in.d.§.sacramentum, aut actor semiplenè probat, aut per vnum testem, aut per priuatam scripturam, vel per comparitionem literarum: & tunc aut vnus tantum nouit veritatem, & sibi defertur iuramentum, vt.ff.de iureiu.iusiurandum. de pec.§.j.aut vterq; nouit, & tunc honestiori defertur. Si autem sint pares tunc aut feudū est modicum: & tunc actori defertur ar. C. vnde vil.si quando.aut magnū, & tunc reo defertur, vel confertur in arbitrio iudicis vt.d.c. sacramentum, in dubio verò magis defertur possidenti. Magnum. n. est commodum possessionis vt hic & insti.de interdic.§. commodum. & tunc potius reo. vt no.C. de re.cre.in bonæfidei.

Cum autem.

Si inter dominum & vasallum de inuesti. sit cōtentio. dictum est quid fiat, sed quid si' quis agnatus vasalli defuncti dicit feudum ad se iure successionis pertinere, quia paternum fuit: dominus dicit illud esse nouum, quæritur quid fiet? respondeo. Quia si agnatus est in possessione medietatis vel partis feudi, vel proprietatis cambium nomine illius feudi habet, vel alio modo poterit probare feudum esse paternum, obtinere debet & h. d. Aduertatis quia non omnes intelligunt istum casum, nam hic agnatus fuit in possessione partis feudi, & partē feu. petit, & sic hic fuit actor. & ideo vel probatione vera, vel per præsumptionem obtinet. Videatis expositionem (pertinere) domino affirmante, nouum, (in possessione) agnatus partis & minoris dimidiæ, quod est contra regulam. Nam appellatione partis dimidia continetur. ff. de ver.

ver.sig.l.nomen filiarum.§. portionis. & no.j. de conten.feu. inter do.feudi.i. pro parte eius feudi de qua non facit controuersiam (habuerit) ab eodem domino qui sibi remouet controuersiam. vel dic etiam ab extraneo & tunc admittentur extranei testes (obtinebit) scilicet iurando ad probationem suam, videtis ergo hic intellectū, & quis hic petit, & qualiter. Caue tamen, quia, si est inuestitura vetus, non est opus probare per pares, vt. inf. qui testes sint ne. in fi. & no. infra, quid sit inuesti. in prin. Sed quare in parte non possessa hic vincit? gl. nō tractat. Sed potest esse ratio propter partem quam possidet, quia propter hanc præsumitur de toto ar. ff. de proba. cū de indebito.§. sed hoc contro. Sed quare dicit quod agnatus est actor? respō. deo gl. hoc dicit. Item quia sibi incūbit onus probandi, ergo actor est, alias enim non probaret. C. de proba. actor. Et potest iste.§. intelligi tribus modis. Primò quando agnatus agit vel asserit feudū paternū, sed dominus dicit nouum. Secundò quādo agnatus agit & asserit feudum paternum, dominus autem negat se vllam fecisse inuestituram: & his duobus casibus, dic quòd agnatus potest petere partem feudi quando possidet partē vel cambium partis: sed vbi non possidet partem vel cambium partis, dic quod tunc petit totum vt in fi.§. Tertiò dic quòd dominus hic agit, & agnatus ideo probat quia pro domino erat præsumptio vt inf. de gra.suc.feu.§. fi. & de consue.rec.feu in prin.

Opponitur primò, quod agnatus per has coniecturas non debet obtinere sine probatione vel iuramento. vt sup.e. ver. si vero fuerit & inf. de cōten. inter me, & do. de portiōe fra. mei. Solutio, dic idem hic, quod ibi.

Secun-

Secundò opponitur, quod vasallus non debet probare, sed dominus, vt inf. de inuesti. in ma. fac. §. j. Solutio. Hic agnatus agit, ibi dominus, vel dic quod hic erat pro domino magna præsumptio, ibi pro agnato. vt infra de gra. suc. in feu. §. fi. Opponitur tertiò quod agnatus non debet cogi probare per testes, sed per iuramentum, vt inf. fi de feu. contro. fne. c. j. & in dicto ti. de inuesti. in ma. fac. §. j. & inf. Si de inuesti. inter do. & vas. lis ori c. ij. §. fi. Solutio. Aut probat plenè & vicit & obtinet sine iuramento, vt. inf. Aut non probat & possidet, tunc iurat vel iuramentum domino refert. Sin autem non possidet sed dominus, tunc dominus iurat, vt ibi.

Opponitur quartò, quia non statur solo iuramento vasalli, sine. xij. sacramen. vt inf. fi de inuesti. inter do. & vas. lis ori. c. ij. in prin. & de consue. rec. feu. c. ij. §. j.

Solutio. Aut pro aduersario est præsumptio, & tunc iurans nō solus, sed cum. xij. iurabit, aliàs autem solus. Vel dic aut iurat principaliter qui nouit veritatem, tunc iurat solus: aut successor qui ignorat, & iurat de credulitate & tunc non iurat solus sed cum duodecim sacramentalibus. Hoc nō placet vt dicto ti. de consue. rec. feu. c. ij. §. j. vel dic quod est in arbitrio iudicis. Hoc non placet, vt dicto ti. de consue. rec. feu. c. ij. §. j. vel dic aut pro eo qui iurat est probatio alia, tunc iurat solus, aliàs non. Hoc non placet, vel dic quod nunquam iurat solus. & sic determinantur omnia capitula. Vel dic aut domino sciente vel ignorante fuit in possessione vasallus. Vel dic aut vasallus possidet anno aut minus anno, domino sciēte, vt inf. si inter do. & vas.

& vas. lis oria. c. ij. §. fi. & de conten. inter do. & vas. de inuestitu. feu.

Item si vasallus.

Quia inter controuersias est illa quæ sequitur, ideo subsequenter de ea tractat. Ad summarium intellectum attende vsq; ad. §. si quis de manso. Si vasallus possidet castrum nomine feu. dominus autem dicat nomine Guardiæ eum possidere, domino incumbit probatio, & si probauerit, vasallus condemnabitur, nisi vasallus probet legitimè se inuestitum à domino postquam ius Guardiæ ab eo accepit: domino vero in probatione deficiente, vasallo datur defensio. Idem est dicendum si vasallus dixerit se nomine recti feudi possidere, dominus autem dicit se pro pignore dedisse. Vide literam. Ad casum aduertatis. Quidam miles possidet castrum vel aliam rem nomine recti feudi, dominus dicit quod sibi dedit nomine guardiæ, quæritur cui detur probatio? & respondetur quod datur domino, quo probante, vasallus cōdemnabitur, & domino restituet possessionem: nisi vasallus per pares curiæ vel per breuè testatum probauerit se à domino inuestitum nomine recti feudi, postquā illud à domino guardiæ suscepit, domino vero nō probante datur vasallo iuramentum, & hoc vsq; ad. §. similiter. Vide expositionē (illius) vasalli (defensio) i. iuramentum ad defensionē sui. Nota hic quod cū miles possidet nomine recti feudi, domino datur probatio, & si probauerit dns, miles possessionē restituet, nisi exceptionē suā probauerit. ff. de rei ven. officiū. in prin. C. de excep. siquidē, quo deficiente datur vasallo iuramentū, vt infra.

vt infra. Sciatis quod iſte. §. continet ſententiam, & pondus magnum licet litera ſit facilis.

Opponitur duriſsimè ad. §. iſtū primò per glo. ſup. de feu. guardiæ. c. j. §. j. Solutio vt ibi. & eſt ibi duplex reſponſio: primò quidem illud quod nomine recti feudi tenet, poſtea recepit pro caſtal. Sed hic quod nomine proprij feudi accepit, poſtea recepit vt pro guardia. Iſta non eſt bona ſolutio, quia non eſt reperire rationem diuerſitatis. Secūda eſt ſecundum Py. quod etiam hic vaſallus poſſidet & non dominus, ſecus ibi, vel non præſumitur ibi poſsidere. Sed iſtud eſt cōtra literam illam vt ibi dixi. Præterea quare in contrario præſumeretur non poſsidere caſtaldiam, hic, ſic, non eſt ratio, & ideo dic ſolutionem meam. Nam ibi conſtat quod per caſtaldiam accepit vaſallus, quod nomine recti feudi poſsidet, quia cōfitebatur: hic autem non conſtat, quia in aliquo tempore pro guardia accepit, quia hoc ſemper negabat. Vel dic quartò quod ibi dominus agendo ſimpliciter negat, ſed hic confitetur pro guardia datum, ideo ibi vaſallus probat, hic dominus. Ratio eſt, quia vbi dominus negat ſimpliciter, præſumitur res libera, niſi prohibetur res libera niſi probetur contrarium, ar. C. de ſer. expor. l. moueor. de ſerui. & aqua. l. altius. ff. de libe. cauſa. l. liberis. Et ideo ibi vaſallo aſſerenti incumbit probatio. Sed vbi dominus dicit pro Guardia ſe conceſsiſſe, cōſtat rem ſubiectam alicui ſeruituti, licet ſit dubiū de qualitate ſeruitutis, & ideo hic in dubio probat dominus qui eſt actor. ar. C. de proba. actor. & de eden. qui accuſare.

Oppo. glo. ſecundò in eo quod hic dicitur, vaſallo

ſallo deferri iuramentum, quia videtur non procedere de iure, actore non probante &c. C. de edē. l. qui accuſare. Solutio ſecundum gl. hic ad cautelam defertur iuramentum. ſic. C. de re. cre. in bonæfidei, & de iureiu. l. admonendi. Hæc ſolutio nō placet, quia in d. l. non defertur iuramentū ad cautelam, ſed ſemiplena probatione præcedēte. Ideo dic ſecundum me: aut actor probat plenè, & reus condemnatur, aut ſemiplenè & tunc defertur iuramentum, vt hic & dictus. ll. aut nullo modo, & tunc aut ſuſpicio eſt cōtra reum: tunc iurat ad ſui purgationem, vt hic & inſ. de conten. inter do. & vaſ. c. j. §. hoc ita: Aut nulla ſuſpicio eſt, & tunc abſoluitur, vt in contrarijs, & ſecundum hoc illa litera, Domino vero &c. dupliciter poteſt intelligi, vno modo quod dominus ſemiplenè probauerit. Hoc poſſet impugnari, quia ſimpliciter dicit litera, in probatione deficiente, & à quo remouetur genus & eius ſpecies, vt. C. ne fiſ. rem quam ven. l. j. lib. 10. & ff. de fun. inſtru. l. fundi. §. fi. Reſpondetur. hoc ar. procedit, quando non diſtinguitur ali bi, vt. l. de precio. de publi. & de teſta. l. quæſitum: Vel dic alio modo, quod nihil probauit, ſed erat præſumptio contra vaſallum, quia officialis domini fuit. & ſciatis quod iſte. §. continet ius commune, & quicquid loquor in iſto. §. loquor de iure communi.

Oppo. extra gl. videtur quod domino nulla incumbat probatio, nam ſuſpitio eſt contra vaſallū ratione officij, præſumptio ergo quæ eſt cōtra vaſallum transferre deberet onus probandi. inſ. de conten. inter do. & vaſ. §. hoc ita. C. de epiſ. & cle. autent. licentiam. & ſupra de feu. guat. §. j. &. C. de

dona,inter vi.& vxo.l.etiam.&.ff.de do.inter vi.& vxo.l.quintus. Solutio ſecundum Canones triplex eſt.Suſpitio quædam eſt temeraria, quædam probabilis,quædam violenta. Temeraria non inducit præſumptionem, nec aliquam probatiõem ſeu obligatiõem aliquam operatur. C.de iure deliberan.ſancimus, in prin.ij.q. j. c.j. & vj. q.j. c.oues.Si verò ſit ſuſpicio probabilis, expurgatiõem inducit vt.j.q.j.c.multi.& j.q.v.c.presbyter. Secundum nos dic. Aut eſt ptæſumptio iuris, aut hominis,Si Iuris,transfert probationem, vt hic &.C.de proba.ſiue poſsidetis,&.C.de do.inter vi. & vxo. etiam.aut hominis & tunc ſubdiſtingue, aut eſt ſuſpicio pro actore contra reum,tunc habet locũ ſacramentum ad purgationem, & hoc nulla intercedente probatione. C.de his qui ad ec. confu. l.prẽſenti.§.ſicubi.Ibi enim eſt prẽſumptio quod aliqua bona ſint penes eum,ex quo debitor ad ec. cnnfugit, ideo ibi iurat nulla præcedente probatione.Sic.C.de iure deli.l.ſancimus.§.licentiã.Ibi enim eſt contra hæredem ſuſpitio, ideo ſibi datur ſacramentum ad ſui purgationẽ.ff.re.amo.l. Marcellus. Aut eſt ſuſpicio pro reo contra actorem, & tunc non datur ſacramentum actori, quia reo poſſet magnum periculum vitę imminere.Sed maior probatio ex parte actoris requiritur. ff. quod me cauſa.l.nõ eſt veriſimile,in glo.quæ dicto modo debet intelligi. Et nota quod hic loquitur de ſuſpitione hominis,& eſt pro actore cõtra reũ ratione officij,ideo hic non actori ſed reo datur ſacramẽtum.Aut eſt ſuſpicio violenta,& in hoc cõcordant omnes.Nam talis ſuſpicio operatur probationem & condemnationem in auten.vt nulli.

iudi

iudi.§. quia vero.C.de adul.l. ſi quis, & iſta ſunt optima & notabilia.

Opponitur adhuc extra glo. nam videtur quod iſte vaſallus debeat puniri in translatione poſſeſsionis propter ſuũ mendacium, quia ſic fit in actione in rẽ,in auten.de trien.& ſemiſ.§.illud. ff.de rei ven.l.ſi.

Solutio,diſtinguitur,quia aut conuentus in actiõe reali ſimpliciter negat quod actor ponit,ſed poſtea confitetur poſt probationem actoris,& tũc punitur in translatione poſſeſsiõis, vt ibi:aut præmiſſa negatione excipit & tunc ſerua.l. Siquidem. C.de excep.aut confitetur ſed addit exceptionem, & tunc etiam dic vt.d.l. ſiquidem: aut non negat factum ſimpliciter ſed qualitatem facti, tunc habet locum.§.noſter.Hic enim vaſallus poſsidebat rem domini & hoc nullus negabat. Sed in qualitate poſsidendi diſcordabant,quia dominus dicebat ipſum poſsidere nomine guardiæ, ſed vaſallus dixit ſe poſsidere nomine feudi recti,ideo nõ punitur ar.ff.de proba. l. cum de indebito, & infra de conté.inter dominum & vaſal.§. ſimiliter. vbi de hoc.& infra ſi de feudo vaſall.ab ali.interpe.fue.§. ſi.vbi de hoc.

Tertiò opponitur gl.per locum à diuiſione. Aut vaſallus confitetur, aut negat,& ita nullo caſu actor probat, quia ſi fateatur dominus habet propoſitum,ſi inficietur,poſtea non admittitur, quia qui ſcripturam propriam negat,nõ admittitur vt. C.de non nu.pec.autent.qui contra propriam gl. reſpondet in his finibus & malè ſupponendo pro regula,quòd qui negat,poſtea non auditur.Sed nõ eſt verum. ff. de re iuris.l.nemo ex his. Fallit, ſi

lex impediat vt.d.l. nemo. & sic intelligitur dicta autent.in casu speciali,vt ibi no.in.d.l.nemo.quia ibi dicitur nisi lex impediat,est ergo regula,quod qui negat,benè auditur,sed fallit ibi in odiū negantis propriam scripturam,& in alijs casibus ibi notatis,& ita notant Canonistæ.xiij.q.iij.c.ij.§.fi. & bene sciatis istum.§.quia totus est de iure communi.vnde licet Liber ille sit Consuetudinarius, infinita tamen loquūtur de iure communi in eo.

Similiter &c.

Hic repetitur idem quod supra in proximo.§. alio tamen modo loquendi,& vide casum. Quidā possidebat castrum nomine recti feudi, dominus dicit ipsum dedisse nomine pignoris, Quæritur quis probabit?certè dominus.& si probauerit,Vasallus domino castrum restituet, nisi supradicto modo probet,scilicet per pares curiæ, vel per breue testatum,se dictum castrum accepisse in rectum feudum,postquam illud pignori accepit. Domino vero in probatione deficiente,tunc vasallo da tur iuramentum.Vide expositionem.(Accepit) id est,nisi probet exceptionem cōdemnabitur, vt.ff. de rei ven.officium in prin.(defensio)dic vt supra proximo.§.dixi.

Extra glo.formo forte contrarium, hic dicitur quod domini est probatio, contra.inf.de conten. inter do.& vas.§.similiter.&.§.hoc ita, vbi dicitur quod vasallus probat,& in alio etiam est contra, quia ibi domino datur sacramentum.

Solutio,aut vasallus confitetur se accepisse aliquo tempore pro pignore prius tamen, vel postea dicit se possedisse nomine recti feudi, tunc vasallus

Ius probat propter præsumptionem quæ est contra eum:aut negat se aliquo tempore pro pignore accepisse,& tunc dominus probat, vt hic: aut est dubiū,& tunc in dubio præsumitur magis pro libertate ar. C. de serui. l. altius. & supra de feu. guar.§.j.

Si quis de manso.

Summarius intellectus in isto.§.talis est.Si inter dominum & vasallum sit contentio de incremento feudi,si dominus in ea curte aliquid sibi retinuit,tunc vasalli est probatio. Aut nihil sibi retinuit,& vasallus possidet,tunc iuramento suo stat.Aut nō possidet,& tunc incrementum suum amittet,nisi probet legitimè.vide literam.

Casus talis est.quidam Comes vel Baro inuesti uit quendam militem de quodam manso, postea creuit mansus.Quæritur ad quem pertinet incrementum?& respondetur,aut dominus in ea curte aliquid sibi reseruauit, & tunc ad dominum pertinet,nisi vasallus probet se de incremento inuestitum per pares curtis vel per breue testatum, aut nihil sibi retinuit,& tunc aut possidet vasallus, & tunc probat cum iuramento, aut non possidet, & tunc per pares curiæ vel per breue testatum probabit se inuestitum de incremento. Vide Expositionem,(dixit)vasallus(pertinet,)id est,pertinere debeat per inuestituram domino negante(in curte).i.in loco in quo est mansus,(obtinebit) si probet incremētum per inuestiturā, & hoc eo nō possidēte,aliās secus si possidet,& hoc sequitur. Sæpè est cōtentio de isto incremēto:& tamen gl. leuiter trāsit,primò ergo opponā ad.§.& indistinctè recitabo glo.

Oppono huic.§. quod incrementum pertinere non debeat domino, vt in primo respon. nec accrescere debeat feu. vt in secundo & tertio respõso. hic dicitur vt. inf. de inuesti. de re. ali. §. ex contrario. Solutio, aut incrementum accedit facto vasalli, aut casu. si facto vasalli, & tunc aut est separabile, tunc pertinet ad vasallum, nec accrescit feu. vt in prin. aut inseparabile, tunc accrescit feu. vt in secundo respon. si casu, tunc distingue, vt dicit iste. §. quia aut dominus aliquid reseruauit, & tũc ad eum pertinet, nisi vasallus probet: aut nil, & tunc statur sacramento vasalli si possidet, alias probare cogetur, vt hic.

Oppo. contra primum dictum huius. §. quia videtur quod sit insufficiẽs. Nã debet distingui quis haberet maiorem partem in curte dans quàm accipiens, sicut distinguitur in donatione. C. de dona. sancimus. §. ne autem autem. Saluemus textũ de iure communi, quia de iure cõmuni loquitur. Dic ergo quod ibi loquitur in diuisione & in electione præstandæ æstimationis ratione partis, hic in incremento vt hic, & est ratio, quia istud incrementum non transit nisi constet de volũtate trãsferentis. ar. ff. de regu. iu. quod euincitur &. C. de proba. siue possidetis, ideo pro domino præsumitur, vt hic: nisi constet de eius voluntate. vt. d. l. siue possidetis. Sed in contrario bene constat de voluntate transferentis, sed dubium erat de electione, fit ergo prælatio in quadam qualitate non in re ipsa, vel in iure ipsius rei.

Oppo. ad idem quod deberet distingui quis maiorem habet partem, cum magis trahit ad se minus instit. de re. diuisi. §. si tamen. ff. de contrahen.

hen. emp. si in emptione in prin. Solutio. aut aliud est principale, primò accessoriũ accedit principali (vel sic) sequitur in principale, & sic scribas, vt ibi, &. C. de vsuris. l. eos. ff. de reg. iur. cum principalis.

Secundò casu non, quia vtrunque censetur suis virtutibus per se subsistere vt hic: vel, ibi est speciale iure specificationis vel terminationis: vel dic, aut est separabile aut inseparabile, vt supra.

Ad solutionem cõtrariorum distingue, si quæratur de incremento feu. de quo loquitur. §. iste, dic aut incrementum accedit facto vasalli aut casu. Si facto vasalli, & tunc aut est separabile, & tũc ad vasallum pertinet, aut inseparabile, & tunc accrescit feu. vt in. §. ex contrario. Aut casu, & tunc aut dominus vasallum de feu. inuestiuit cum omni incremento, & certum est quod tunc ad vasallum pertinet vt. inf. proxi. §. in prin. aut sine incremento & certum est, & tunc aut est latens incrementũ aut apparens, si latens, tunc pertinet ad vasallum non obstante pacto, si apparens tunc non vt. ff. de vsufr. l. si fundi. §. j. vbi est similis quæstio. vt. e. ti. l. vsufr. ff. de condi. sine causa. l. j. §. si. aut est dubium, & tunc venio ad istum. §. quia tũc aut dominus aliquid sibi reseruauit, tunc si latens, pertinet ad vasallum: si apparens tunc ad dominum, ad hoc in prin. ratione impossibilitatis & difficilis discretionis. ar. ff. de vsufr. l. item si fundi. §. j. &. §. ij. &. l. vsufr. venari. §. j. aut nil sibi reseruauit, & tunc aut vasallus possidet, & tunc sibi defertur iuramentum. vt in fi. §. aut non possidet, & tunc oportet cum per pares curiæ

vel per breue testatum probare incrementum ad eum pertinere, vt in ver. sed si dominus, & in ver. si vero fidelis.

Sed extra materiã feudi eamus per aëra. Si quæritur quid iuris sit in incremento, aut vtrunq; est principale, & tunc est separatum aut coniunctum, si separatum, tunc non est dubium, quia neutrum sequitur aliud, sed quodlibet stat per se, aut est cõiunctum, & tunc maius attrahit ad se minus, licet minus sit precioſius vt prẽallegato. §. si tamen. insti. de re. diuisi: aut vnum est principale aliud accessorium, tunc accessorium sequitur principale, vt in. l. si in emptione. ff. de contrah. empt. & ar. ff. de re. iu. l. cum principal. & C. de vsu. l. eos. cum si.

Rursus.

Summarius intellectus est. facta inuestitura cũ incremento, pertinet incrementum ad vasallum, non ad dominum: resoluto verò iure datoris, resoluitur ius acceptoris cum omni incremento. videatis literam. Casum iuxta literam videatis. Marchio Comes vel Baro militem inuestiuit de quodam castro cum omni incremento, incrementum postea accreuit, quæritur ad quem pertinet? & respondetur quod ad vasallum. Sed pone miles accepit feu. & illud alij concesit, moritur miles qui alij concesit sine hærede, & sic apertum est domino feudum, nunquid resoluitur ius acceptoris, & redit ad dominum? certe sic, & cum omni incremento. Vide expositiõem, (obueniret) & dominus cõfitetur, sed si negaret dic vt in precedenti. §. (viuente eo) fatuè locutus est hic. & ideo sub. idem si eo mortuo. si feu. sit perpetuum, quia tunc non est

est maior ratio, quare ipso viuente quam eo mortuo. & ideo potes subaudire maximè (ille) vasallus (fecit) de feu. quod habet, (sine hærede). i. sine filio, (alium). i. dominum antiquiorẽ, & sic multi possunt succesiue dare, & tunc semper ad proximum dãtem redit feudum (post mortem) idem est de eo quod in vita creuit cùm eadẽ sit ratio vt dictum est, (regressum fuerit) feu. totale.

Aduertatis nam gl. est defectiua: & indiget suppletiõe magna, & melius est in summaria, addam tamen aliter de forma mea, & in isto. §. est vnum brocardicum.

Nota ergo duo. Primò, quod vasallus feudum quod habet potest in feudum dare, nec est hodiè correctum, nisi dolo hoc faciat. inf. de ca. cor. c. j. §. præterea, vbi de hoc. Secundò nota quod resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. inf. ti. j. §. rursus. &. §. præterea. infra de suc. feu. §. hoc quoq; . gl. non arguit in contrarium. Tu potes arguere. inf. qualiter olim feu. po. ali. §. j. & infra de ali. feu. §. j. in fi. & illa sunt contra de iure consuetudinario. De iure Romano est contra. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. l. si debitor. de aliẽ. iudi. mu. causa facta. l. ex hoc edicto in fi. cum. l. se. Dicas ergo in feudis, aut accipiens ius per feudum acquisiuit accipiendo in feudum rem feudalem à vasallo, tunc regulariter resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, siue dator ius suum amittat refutatione, siue morte vel culpa, vt hic & infra ti. j. §. rursus. cũ concor. Fallit, & gl. non dicit, quando vasallus secundus recognoscere vult dominum primum, & sibi seruire & iuramentum præstare. hoc tangitur infra, qua: olim feu. po. ali. §. j. in fi. nisi in fraudem

accepit, & hoc tenet Iac. in summa. Item, fallit, & istud non est in summa, quando vasallus dat proximo agnato qui successurus est, vt infra de alie. feu. §. & si clientulus, &, per quos fit inuestitura. §. sed & res. nisi amittat primus vasallus per culpam commissam in dominum, vt infra, quæ sit prima causa. be. a. §. j. Aut accepit rem feudalem à vasallo per contractum alium, & tunc aut contractus celebratur voluntate domini, aut sine. si cum voluntate domini, tunc nō resoluitur ius acceptoris resolutio iure datoris. vt. d. §. sed & res &. d. §. & si clientulus, aut sine voluntate domini ipso ignorante, & tunc aut contractus est licitus & tunc resoluto &c. resoluitur ius acceptoris vt hic & in. §. rursus. aut est illicitus & tunc non resoluitur, sed statim domino feudum aperitur. infra ti. j. §. item. & de alie. feu. in prin.

Sed quid in alijs casibus à feudo, nunquid resoluto iure datoris, resoluitur de iure communi ius acceptoris? Ia. tāgit in summa. Sed dic plenius: aut resoluitur ius datoris facto suo proprio, & tūc nō resoluitur ius acceptoris, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri. ff. de re. iu. non debet & ff. qui mo. pig. vel hyp. sol. si debitor in prin. de ædili. edic. bouem. §. pignus: aut facto suo & alterius, & tūc benè resoluitur, vt. ff. de pig. l. lex. & l. grege. §. j. & ij. & iij. & ita est in contractu emphyteotico. & facit. C. si pig. pignori da. sit. l. j. aut casu tūc resoluto &c. resoluitur ius acceptoris. vt hic. & inf. ti. j. §. rursus.

Quærit glo. & non intelligit se, nunquid vasallus vasalli domino domini. i. priori domino teneatur seruire? & respōdet gl. secundū illa iura quod non,

non, infra, qua olim feu. po. alie. c. j. hodiè forte tenetur, & inferius determinabitur plenius. Tu dicas. regulariter vasallus vasalli nec olim nec hodiè cogitur primo domino seruire, vt hic, & ar. ff. quemad. vsufru. a. l. si legatum vsum fructum. nam vasallus vasalli mei, non est vasallus meus sicut nec libertus liberti mei, est libertus meus. ff. de lib. agno. si quis ali. §. si quis à liberto. item nec socius. ff. pro socio. nam socius ar. ff. de ver. sig. l. Modestinus. Non tamen debet dominum offendere, aliàs amittit feu. vt. inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. illud. Fallit, quando vasallus vasalli vult recognoscere à primo domino. & ei seruire, vt inf. qualiter olim feu. po. alie. §. j. in fi. & hoc verum est quando secundus vasallus est eiusdem conditionis cum primo & eadem lege accepit, aliàs non vt. inf. de. l. cor. c. ij. §. penul. cum similibus. Tamen quidam per illud c. dicūt, quod cogitur seruire, quod falsum est, & teneatis benè in mente lectionem istam.

QVIBVS MODIS FEVDVM amittatur? Rubrica. 5.

Continuatio istius rubricæ patet ex prin. textus, supra dictum est de acquisitione & retentione feudi, sed quia illud quod ligatur est solubile ut in auten. de nup. §. i. & corporalia sunt faciliora ad dissoluendum, quam componendum, licet in incorporalibus sit secus, ut extra. de transla. episcopi. inter corporalis, ideo post constitutionem sequitur uidere de dissolutione.

Quia

Quia supra dictum est.

VIdeatis summarium intellectum vsq; ad. §. rursus. Si vasallus peccat in dominum amittit feudum & reuertitur ad dominum: si in alium, amittit feu. sed non reuertitur ad dominum, &. h. d. vsq; ad. §. rursus. videatis literam.

Casus vsque ad. §. similiter. Auctor primo continuat se ad præcedentia dicens, visum est de acquisitione & retentione feudi, sequitur videre de eius amissione.

Primò feudum amittitur si vasallus dominum suum in prælio pugnantem non mortuum nec ad mortem vulneratum dereliquerit.

Item amittitur si vasallus dominum cucurbitauerit, id est cum vxore domini concubuerit. Itẽ si cõcumbere cum vxore domini se exercuerit, vel cum ea turpiter luserit.

Item si cum filia domini vel cum nepte ex filio, vel cum muliere filio nupta, vel si cum sorore domini in domini domo concubuerit feudum amittit, & hoc vsq; ad. §. similiter. Vide expositionem. (si enim) prima causa admittendi (dominum non ad mortem vulne.) facit pro hac litera optime. ff. quod vi aut clam. l. Si alius. §. est & alia (de) nõ debet esse in litera, (exercuerit). Nota verbum exercuerit, (luserit) ponendo manus ad pectus vel simile, sed hoc non est turpe Paduæ, nec etiam dare super spatulas Bonon. tamen turpe non reputaretur, (hæc ita) videte literam benè, nam quidã habent, hoc ita obtinet, & hæc bona, & tunc fit relatio ad proximum dictum, & dic hoc, id est, si cum sorore domini in domo domini &c. vt infra, quæ sit

sit prima causa. §. rursus. Vnde in sorore interest vtrum in domo vel extra. In alia litera legitur sic: hæc ita obtinent, & ista mala. quia tunc ad omnia præcedentia fieret relatio, quod non est verum. Et nota in domo, & antequam veniam ad materiam, expediam me de isto. §. similiter. vsque ad. §. rursus.

Dictum est supra de causis quibusdam quibus feudum amittitur, sequitur de alijs. Et quidem amittitur si vasallus similiter dominum assallierit, vel si vasallus dominum vel dominam in castro etiãtes assallierit scienter. Item fratrem suũ occiderit vel domini, vel nepotem, id est filium fratris. Item si libellario nomine, id est, per contractum emphyteuticum amplius medietate rem alienauerit, vel pro pignore dederit, ita vt transactum permittat, vel dolo hoc egerit feudum amittit, & his omnibus casibus feudum ad dominũ reuertitur, & hoc vsque ad. §. rursus. vide expositionem, (assalierit) in personam (sciens) maximè (fratrem suum) id est vasalli vel domini (nepotem) id est, filium fratris. Nota istam literam. Nam aduocati Bonon. multum allegant eam, vt infra dicam (libellario), id est in cõtracto emphyteutico. (vel) dic similiter, vt quando datur ad libellũ. (permittat) apud creditorem suum vt sua sit, vel ad alium transmittat. Nam baratatores hoc multotiens faciunt. Nam videntes legem commissariam in pignoribus esse prohibitam, faciunt hoc, ac si nomine tranactionis pignus recepissent, quod similiter in feudo est prohibitum, vt hic & inf. de feu. da. in vic. l. com. c. j. (his omnibus) &c. quidã habent hoc in litera: & quidam non. In ista materia

sic

sic procedam. Primò eliciam duo argumenta ad causas. Secundò veniam ad oppositionem. Tertiò ad quæstiones quæ sunt in gl. quæsitę.

Nota ergo, si vasallus cum sorore in domo domini concubuerit, feudum amittit, secus si extra. Et sic nota quod ratione Loci aliquid est illicitũ quod aliàs non esset illicitum. Sic & in autent. vt liceat matri & auiæ. §. si vero. ff. de adul. quod ait. Sed contrà. Nam ex varietate loci &c. C. de tem. in te. resti. pe. superuacuam. ff. de institor. act. l. cum interdũ. ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. glo. nõ soluit, & est forte Brocardicũ, nec inuenio alibi solutum. Soluas ergo sic, & est vera solutio: in iure scripto seruando regulariter non inspicitur locus. C. de legi. l. leges: & de iuris & fac. igno. l. constitutiones &. d. l. superuacuam. Fallit aliquando, vt. C. de epi. & cle. l. non plures. de his qui ad ec. confugi. præsenti. In iure autem non scripto tunc idẽ dico, & hoc si sit generale, vt populi Romani secus autem si sit locale, vt. ff. de legi. l. de quibus, communia prædi. l. vẽditor. §. si constat. in alijs autem casibus aut à iure statuitur locus, & tunc locus spectatur, vt. ff. de iusti. & iur. l. pe. §. fi. aut non statuitur locus, & tunc aut est locus honestus, & super re honesta, & tunc non inspicitur, vt hic. & ff. de pœnis, aut facta. §. locus, aut est locus inhonestus & tunc inspicitur, vt. C. si mãc. ita fue. alie. ne prosti. l. fi. ista est mea distinctio. Aliam etiam poteritis notare secũdum me, & hæc est magis particularis. In iure scripto regulariter non inspicitur locus. Fallit in casibus alle. In iure non scripto si sit generale non inspicitur locus, si speciale tunc sic. In iudicijs vero, aut sunt iudices ordinarij aut delegati:

gati: in ordinarijs autem aut sunt voluntarię iurisditionis aut contentiosæ: in voluntaria non inspicitur, vt insti. de libert. §. multis autem. In cõtentiosa, aut requiritur plena causæ cognitio, aut semiplena: si plena, tunc locus inspicitur vt. ff. de iusti. & iu. l. penu. §. fi. si semiplena, tũc nõ inspicitur vt. ff. de interroga. act. l. noluit. §. j. In delegatis aut est statutus locus certus, aut non. Si certus locus statuatur, tunc inspicitur: si non, tunc non inspicitur vel dic vt. ff. de iud. l. si locus. In arbitris aut certus locus statuitur: & ille inspicitur, aliàs nõ, dummodo locus sit honestus. ff. de arbi. l. si cum dies. §. si arbiter. In appellationibus idem vt. C. de senten. & interlo. om. iudi. l. cum sententiam. In contractibus autem non attenditur, vt. C. de contrahen. emptio. l. j. In delictis sic. Aliquãdo enim pœna augetur propter locum, vt. ff. de pœnis, aut facta §. locus, & hic, aliàs ex varietate loci non generatur &c. vt. C. de tempo. in inte. resti. l. superuacuam. ff. de legi. l. leges.

Item litera illa, nepotem, id est, filiũ fratris facit ad quæstionem quæ multum frequentatur in Italia, & præcipuè Bonon. Nam quidam sunt priuilegiati pro se & nepotibus suis, nunquid ad filios fratris extenditur priuilegium? videtur quod sic ar. ff. de inoffi. testa. si instituta. §. si de inoffi. Sed ibi dicitur de nepote quo ad auum. ff. de in rẽ verso. l. & nil interest, & ibi etiam loquitur de nepote ad auum. Sed iste textus multum facit quod ad nepotes extendatur, id est, ad filios fatris, & per istum textum obtinent aduocati in palatio Bonon. quòd ad filios fratris extẽdatur, & ad hoc. C. de succes. edic. l. j.

Oppo-

Opponitur.j.ad §.istum & glo. tangit.Nam hic dicitur,si vasallus dominum vel dominam in castro existentes scienter assalierit feu.amittit, innuit ergo,quòd si ignoranter fecerit,feudum non amittit.Sed cõtra.inf.de no.si.for.per totum. Solutio,hic subaudi maximè.

Nota hic,quando vasallus venit contra formã iuramenti fidelitatis,feudum amittit,vt hic. Sed contra,nam propter hoc non amittit feudum, vt infra,quæ sit prima cau.be.a. §. illud. Soluit glo. aut venit contra formam iuramenti fidelitatis alienando,tunc non amittit iure isto, vt in cõtrario.Sed hodiè sic.inf.de prohi.feu. alie. per Frede. §.j aut venit contra formam iuramenti delinquẽdo,& tunc semper perdit vt hic.

Opponitur tertiò.Nam hic dicitur, quòd si vasallus fratrem suũ occiderit feudum amittit. Sed contra.inf.an ille qui occidit fratrem domini sui. c.j.Solutio aut vasallus fratrẽ domini occidit, & tunc non amittit,vt hic:aut suum, & tunc amittit,vt in contrario. Sed istius solutionis nulla ratio est.ideo dic:aut vasallus occidit proditionaliter fratrem domini vel suum:& tunc feudũ amittit,vt hic:aut casu,vel alio modo, & tunc non, vt in contrarijs.

Nota ergo,quòd propter aliquam proditionẽ vasallus feudũ amittit: & meritò proditor nullũ debet habere beneficium,cum beneficiũ propter fidem concedatur,vt.inf.quæ sit prima causa be. amit.c.ij.& proditor nullam fidẽ habet.Et istę sunt duæ bonæ regulæ,vna,quòd vasallus veniens cõtra formam iuramẽti feudum amittit.Alia, quòd propter proditionem feudum amittit.

Oppo-

Opponitur extra glosam, ad vltimam solutionem,in qua dicitur,quòd si vasallus sine proditione occiderit fratrem domini,non amittit feudũ, videtur quod omnimodo amittat.Nam qui cum sorore domini concubuerit siue proditionaliter, siue non,feudum amittit,vt hic,& in tertio respõso.Solutio,cum sorore domini concumbens,feudum amittit,sed fratrem occidens,non, nisi cũ distinctione,vt dixi.ar.C.de rap.vir.l.j.§.pe. Et est ratio,quia inter omnes iniurias lex reputat illã maximam iniuriã,& lex magis abhorret, & ideo eo casu lex permittit vindictam, vt. d.l.j. C. de rap. vir.& de episc.& cle.l. raptores.Sed nulla lege inuenitur cautũ quod occidẽs fratrem domini sui tãta pœna puniatur.Tenent tamen Doctores,quod defendendo se, licite potest vt j.de pace tenenda.§. si quis hominem alium &.d.l.de rap.vir.

Nota ergò quòd maius delictum est,cum sorore domini concumbere,quàm fratrem eius occidere.

Oppo.extra glo.Nam hîc dicitur quòd qui fratrem occidit,feudum amittit, & ad dominum reuertitur.Sed contrà,quia reuertitur ad proximiorem agnatum.inf. si de feu. fuerit contro. c.si vasallus.& si vasal.fe.pri.c.vn.&,an ille qui interfecit fratrẽ domini suiin prin. &.§.j. Gl. soluit istud contrarium & malè,aut occidit fratrem domini,& tunc ad dominum reuertitur, aut suum,& tunc ad proximum agnatum. Sed ista solutio non est bona,quia inter eos non reperitur talis differentia, vt hic & dictis tit.

Dicet proiectus, nonnè rationes duæ vincunt vnam:Sed in fratre duæ sunt,ergo &c. Verum est,

quando in vnum coniunguntur per ratiõem, ſed hic tales non reperiuntur,ergo &c. Itẽ regula eſt, quòd ad dominum non reuertitur ſi fratrem occiderit, vt dictis ti.& poteſt eſſe pro gl.& ſic eſt indiſtinctè,quando cum ſorore domini cõcumbit, vt hic.Sed dic aliud in fratre,aliud in ſorore vt hic dixi.Et tunc dic idem eſſe in fratre ſuo & domini, ꝙ ad proximum agnatum feudum reuertitur, vt in contrarijs.& quòd hic dicitur in litera, his omnibus &c.refertur ad alios caſus.ſic inf. ti. proximo.

Oppo.ad ver.aut ſi libellario,vbi dicitur quòd ad dominum reuertitur,ſed contra,nã reuertitur ad proximũ agnatum.inf.de ſuc.feu.§.j. Solutio, aut feudum eſt nouum,& tunc reuertitur, vt hic: aut paternum,tũc ad proximum agnatum, vt ibi. Vel hic non ſupererant agnati,ibi ſic, & dic vt in contrario,vbi plenè notatur. Venio ad quæſtiões, & gl.tangit omnes & benè.

Quæro ergo primò, quia dicitur quòd vaſallus debet dominum in prelio exiſtentem iuuare,nunquid iuuare debet ſiue iuſtè ſiue iniuſtè prelietur? dicit glo. reſpon.vt inf. hic finitur.l. deinde incip. con. reg. c.j. vbi ſoluitur, aut dominus iuſte prepreliatur,& tũc tenetur eum iuuare vt hic, aut iniuſte,& tunc tenetur eum iuuare ad ſui defenſionem,non autem ad alterius defenſionem, niſi velit. Tamẽ de iure canonico ſecus crederem.Nã miſericordius eſt iniuſtè operantibus operã nõ præbere,quàm ſi impendamus. Non enim opem fert qui ad peccandum adiuuat. Et ſic vbi iniuſtè prælietur de iure canonico non debet eũ aliquo modo iuuare.xiij.q.vj.c.j.& hoc teneas.

Quæro ſecũdò,quid ſi dominus iniuſtè prælietur,

tur,& vaſallus ſciens,ſponte incepit eum iuuare,& poſtea eum non mortuum nec ad mortem vulneratum dereliquit,nunquid feudum amittit?Certè non,quia ſufficit, ſi cui vel in paucis &c. vt. C.de nego.ge.l.tutori ar.C.de ap.ſi quis libellos.

Quæro tertiò,ſi vaſallus in prælio brachijs abſciſsis vel ad mortem vulneratus,ita,quòd omnino inutilis ad auxilium domini redditur, fugit, nunquid feudũ amittit? Certè caſus eſt,quòd non amittit,vt inf.de feu ſine cul.non amit.c.ij. Item, non videtur damnum dare &c.ff.quod vi aut clã. l.ſi alius.§.eſt & alia.

Quæro,nunquid ſalutem domini ſuæ ſaluti debet præponere?videtur quod ſic.Nam ſeruus ſalutem domini,ſuæ præponit ſaluti.ff. ad Silania.l.j. §.hoc autem.Glo. tenet contrarium, & benè quia non tantum ius habet dominus in vaſallo, quantum in ſeruo.

Quæro,quid ſi vaſallus cũ inimicis domini copulauerit amicitiam, vel aliter contra dominũ ſe habuerit, vt magis inimicus, quàm amicus domini preſumatur,nunquid feudum amittit?Videtur quòd ſic, arg.C.de inof. te.l.liberi. Sed caſus eſt. inf.quot.te.ſint ne ad proba.ingra.c.j. Quæritur, quid ſi vaſallus culpam commiſerit, propter quã feudũ debet amittere,& dominus in vita ſua non placitauit eum.nunquid hęredes,domini poterũt contra eum cauſam excitare? Videtur quòd nõ vt. C.de reuo.do.l.j.de inoffi.te.omnimodo. Tamen poteſt diſtingui: aut dominus fuit ſciens & potuit eum placitare, & noluit, tunc eſt verum quòd dicit glo. videlicet, quòd hæredes non poſſunt cauſam excitare.aut fuit ignorans, vel ſciens non

potuit eum placitare, & tunc possunt hęredes eam fam excitare. ar. ff. de inoffi. test. l. mater decedens & de pigno. ac. l. Gaius.

Quæro, si vasallus cum sorore domini cogitauit concumbere, & attentauit, non tamē perfecit, nunquam feudum amittit? Et glo. tractat super hoc distinctionem, quæ tangitur super l. si quis nō dicam rapere. C. de epi. & cle. & no. in distinctione domini Py. in rub. cum quis habet volūtatem delinquēdi &c. Sed tu distingue vt distinguitur. inf. de capi. qui cur. ven. c. si voluerit. & d. l. si quis nō dicam, & de fur. qui ea mente.

Quæro, nunquid quòd hic dicitur sit hodiè correctum, scilicet vt possit auferri feudum sine certa culpa conuicta? Certè non, cum nō inueniatur hodiè specialiter correctum, immo. inf. confirmatur, vt in auten. qui mo. na ef. §. tribus. &. inf. quotem. mi. inuesti. pe. de. c. iij. de feu. sine cul. non amit. c. j. & supra, de his qui feu. da. pos. §. fi.

Rursus si fidelis.

Summarius intellectus istius. §. est iste. Vasallus si alienet per libellum minus medietate, & sine hæredecesserit. vel, postquam ad libellum dederit, vel pignori obligauerit, domino refutauerit, tunc feudum ad dominum reuertitur, vide literā.

Ad euidētiam istius. §. præmitto vnum. Iure antiquo vasallus potuit vendere feudum, vsque ad medietatem, sine cōsensu domini, vt. inf. qualiter olim po. fe. alie. c. j Sed iure nouo, vēdere sine voluntate domini, non posset: sed ad libellum dare sic, vbi hic. & supra tit. j. §. fin.

Iure nouissimo nullo modo alienare potest sine vo-

ne voluntate domini, vt. inf. de prohi. feu. alie. per Lotha. & de prohi. feu. alie. per Fre. in princ. Item sciatis quod iste. §. loquitur de licita alienatione. Sed præcedens de illicita. Aduertatis ergo ad casum. Miles quidam habens castrum in feu. minus medietate cuidam dedit ad libellum, vel fortè in feudum concesit, postea sine hærede decesit, nunquid feudum amittitur? Certè sic, & redit ad dominum. Idem, si postquam ad libellum dedit, vel pignori obligauit, domino refutauerit, tunc enim ille qui ab eo accepit nullo iure aduersus dominū se tueri potest, &. h. d. Videte expositionem. (minus medietate) & idem si medietatem. inf. de feu. ali. §. j. (dederit) & sic licitè iure isto vt dixi vt. inf. de ali. feu. §. & si clientulus. (Refutauit) vasallus, quòd potest etiā domino inuito. vt inf. de vas. qui contra confli. Lotha. c. j. §. fi. (nullo iure) nisi velit priori domino seruire, & ab eo feudum tenere, vt. inf. qua. olim feu. alie. potest. c. j. §. j.

No. ergo resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, & de hoc no. supra ti. j. §. rursus.

Quid, si culpa datoris ius suum dissoluatur, nūquid eodē modo resoluitur ius acceptoris? Certè sic, siue culpa, siue alio modo dissoluatur, ar. istius. §. & supra ti. j. §. fi. Sed quid, si refutatōie vel morte ius datoris resoluatur, nunquid acceptor aget de euictione? Respon. aut acceptor accepit sciens vel ignorās Si sciēs, nō agit, nisi stipulatus vel pactus. Si ignorans, sic. vt inf. de inue. de re. alie. fac. c. j.

Sed quid, si propter culpam dans feudum amiserit, nunquid accipiens agere poterit de euictione? Certè sic ar. ff. so. ma. l. pe. circa prin. ff. loca, si merces. §. conductor.

Præterea.

Casus.si frater maior,ad quem feudum pertine re debet,fratrem minorem consenserit inuestiri, vt feudum habeat, postea reuocare non potest, & hoc vsq; ad.§.item.

Casus.Comes vel Baro habet filium minorem bonæ vitæ,pulchræ formæ,magni valoris: habet etiam filium primogenitum malę vitę & hebetem & negligentem:fecit minorē de feudo à domino inuestiri, primogenito cōsentiēte, pater moritur, vult feudū postea reuocare,nunquid potest?Certè non.Et ista quæstio fuit de facto in Almania.Vide expositionē.(cōsenserit) tacitè vel expressè,(eos) etiam extraneos(habet)vt inf.si de feu.fue.cōtro. c.Titius.& inf.de alie.feu.c.j.§.j.

Quærit gl.nunquid oportet quod expressè cōsentiat?Certè non,immo sufficit, quocunq; modo siue expressè siue tacitè,vt infra de prohi. feu. alie.per Lotha.impe.c.j.& ibi no.

Item si fuerint &c.

Casus.Si duo fratres feudum inter se diuiserint, & vnus plus medietate suæ partis alienauerit,& sine hærede legitimo decesserit, ad dominum feudum reuertitur.Vide literam.

Casus.Quidam castrum quoddā accepit in feudum eo tenore,vt frater suus cum eo partem haberet,postea feudum inter se diuiserūt. Ille autem qui partem accepit,plus medietate alienauit,& sine hærede legitimo decessit.Quæritur,vtrum feudum pertineat ad dominum vel ad fratrem? Certè ad dominum.Vide expositionem. (accepit)eo tenore,quòd simul succedāt,(medietate)suę partis.

Iste.

Iste.§. est subtilis,& alibi tractabo eum.

Oppo.gl.nam indistinctè videtur ad dominum pertinere,vt inf.quæ sit prima causa benefi. amit. c.j.§.fi.Sed illud intelligas cū determinatione istius.§.& quòd ibi dicitur:reuertitur ad dominū,verum est,cum sine hærede legitimo decesserit. tamen litera illa loquitur indistinctè.

Item alio modo oppo.gl.& videtur quòd ad proximum agnatū pertineat.inf.quæ fuit prima causa.c.j.§.pe.So.hic peccauit alienando,ibi alio modo.Sed gl.hic videtur tenere quod reuertitur ad dominum:alibi tenet contrarium.inf.de suc. feu. §.hoc quoq;.& ibi patet.

Oppo.extra glo.nam videtur quòd ad fratrem debeat pertinere.inf.de suc.feu. §. hoc quoq;. So. aut est paternum,& reuertitur ad fratrem , vt ibi: aut nouum, & tunc ad dominum, vt hic. Sed quæ est ratio?Respon. hic feu. peruenit à fratre ad fratrem,ibi à genere & à principe habet feudum , & ideo hoc factum fratris præiudicat fratri,ibi non. arg.ff.de inter.& re.l.iij.&,de iure pa.l.iiij. &.l. diui fratres.Et est not.

Oppo.nam hic innuitur quòd nō reuertitur ad dominum si sit legitimus hæres, sed ad filium,sed contra.inf.si de feu.fue.contro.c.Titius.& glo. est contra.inf de suc.feu §.hoc quoq;.&,quę fuit prima causa bene.amit.§.fi. & supra.c. §. item si fratrem.ver.aut si li.Item,quòd non ad filium debet reuerti,videtur per locum à diuisione , quia aut filius non succedit patri in hæreditate, & tūc nec succedit in feudo, aut succedit in hæreditate, & tunc non potest venire contra factum patris. vt inf. an. ag. vel fi. de. c.j. So. dic quòd nec hic

nec ibi reuertitur ad filiū, filius tamen fa. non admittit dominū nec fratrem, sic. ff. de inoffi. test. l. pap §. quoniam autem, & de le. j. l. plane. §. si coniunctim. Hæc solu. non placet, vt. d. c. Titius. Dic ergo aut nouum, aut paternum fuit feudum, sed in paterno vocantur agnati, vt ibi. In nouo autē, filius facit partem licet non vocetur ad partem, vt hic, & dictis legibus.

Sed quare hic pactum non operatur idem, in nouo, quòd ibi antiquitas in paterno? & dic vt ibi no.

Vltimò nota quòd iste. §. potest intelligi duobus modis. Vno modo secundum gl. altero, quando alter fratrum tantummodo fuit inuestitus in casibus quibus quæritur vtrique, & succedunt ad inuicem, vt no. supra de his qui feu. da. pos. §. cum vero.

Item si quis feudum.

Si vasallus feudum in curte domini vel extra curtem habuit, cum dominus districtum vel honorem haberet, pro nulla parte potest feudum alienare sine domini consensu, & hoc dicit vsque ad finem. Vide literam.

Casus. Quidam Comes vel Baro, alicui militi in curia sua concessit aliquod mansum in feu. Quæritur an idem vasallus partem aliquam istius māsi poterit alienare, vel libellario nomine dare sine domini voluntate? & certè non. Nam nec obligare quidem potest. Idem est, si extra curtem habeat, & dominus districtum vel alium honorem habuerit, quia si tunc sine voluntate domini aliquid alienauerit, feudum ad dominū reuertitur. Vide expo-

expositionem, (in curte) multipliciter exponitur, id est in camera Regis. Sicut ego percepi annuatim trecentos florenos de camera Regis Caroli in Sicilia, aliàs intelligitur in curte, id est, campa, vt quia quolibet die percipiebat certam mēsuram vini, & certos panes de cāpa Regis, & sic hic vel dic in curte. i. in aliqua villa vel castro, & potest hic intelligi, in aliqua parte etiam minus dimidia. inf. si inter dominum & vas. §. si vero.

Distingue ergo circa istum. §. aut vasallus habet feudum in curia domini, aut extra. Si in curia, tūc non potest aliquo modo alienare, vt hic in prin. Si extra, tunc aut dominus habet districtum vel honorem, tunc non potest, vt hic in fi. aut nō habet, tunc aliter de iure veteri, aliter de iure nouo. Nam de iure veteri, vasallus potuit alienare vsq; ad medietatem sine consensu domini inf. qua: olim feu. po. alie. c. j. & sup. e. §. item si fratrem. &. §. sequenti. &. §. item si fuerit de iure nouo, vēdere non potuit, sed libellario nomine dare, vt sup. §. rursus, & no. inf. de suc. feu. §. j. Iure nouissimo nullo modo alienare sine volūtate domini potest, vt inf. de prohi. fe. ali. per Lotha. in prin. & de prohi. feu. alie. per Fre. c. j. §. j.

EPISCOPVM VEL ABBATEM vel Abbatissam feu. dare non posse. Rub. 6.

Huius rubri. continuatio sumitur ex ti. sup. de his qui feu. da. pos. in prin. quia ibi dictum est de prælatis eccles iæ, & qui feudum dare possunt, ideo sumpta inde materia, sequitur præsens titu.

Item si Episcopus.

Iste tit. totus diuiditur in tres partes. In prima parte tractat, an prælati ecclesiarum possunt dare in feudum? In secunda, an fœminæ succedant in feudum? In tertia, an mutus succedat in feudum? Prima pars, durat vsque ad. §. quinetiam. Secunda vsque ad §. mutus. Tertia, vsq; in fi. §. Vt meliùs procedam, videatis intellectũ summarium vsq; in fi. ti.

Papa Vrbanus inhibet prælatis ecclesiæ, res ecclesiæ in feudum dare in futurum. Sed consuetudo feudalis confirmat dationem præteritam, & permittit etiam dare in futurum, si est ecclesiç cõsuetudo. Secundò, dicit quòd existente filio, regulariter fœmina non succedit. Tertiò dicit, quòd mutus non retinet feudum. Si tamen magnum sit, & ipse est inops, tantum ei relinqui debet, vnde sustineri possit, & hoc vsq; in finem. Videatis literam. Casum aduertatis vsq; ad. §. quinetiam. Diuiditur tamen ista prima pars in tres partes. Primò prohibet res ecclesiæ in futurũ in feudum dari. Secundò, prius datum cõfirmat. Tertiò, si consuetudo sit ecclesiæ feudum dare permittit. Prima pars durat vsq; aduer. quod autem. Secunda, vsq; ad ver. idem iuris. Tertia, vsq; in fi. §. Dic ergò, Papa Vrbanus prohibet prælatis ecclesiæ res ecclesiæ in feudum dare quæ eis subiectæ sunt, & si contra fecerint non valet. postea confirmat feudum datum ante eius prohibitionem, deinde permittit personis ecclesiasticis res ecclesiæ in feudum dare, si antiquitus ecclesiæ fuerit consuetudo, aliàs enim ipso iure non valet datio, & h. d. vsque ad

que ad. §. quinetiam. Vide expositiõem. (quæ) scilicet res, (eis) scilicet prælatis (subiectæ sunt), id est, tempore sui ingressus in feu. data non inuenit, eorum tamẽ erat consuetudo aliqua, in feudum dare aliquam rem, vt differant à sequenti: vel dic simpliciter, id est, non erat consuetudo ecclesiæ feudum dare (vigorem) illa datio in feudum, (ante) decretum Papæ (datũ) legitimè, id est, secundum iura, quæ eo tempore obseruabantur, aliàs secus, vt ar. in autent. de incest. nup. §. ij. & ut factæ. no. consti. in princ. & §. j. & ij. (debet) secundum consuetudinem tunc obtinentem (feudum dare) de aliquibus rebus ecclesiæ. Hoc solum aduertatis ad differentiam casum. In primo casu Papa prohibet res ecclesiç in futurum in feudum dari. Secundò, præteritam dationem confirmat, & meritò, cùm leges dant formam futuram futuris &c. C. de legi. l. leges: in autent. vt fa. no. consti. in prin. In tertia uerò parte permittit Papa res ecclesiæ in feudum dare, si ecclesiæ sit consuetudo. De ista materia uideatis quòd dixi sup. de his qui feu. da. pos. in prin. Vbi ple. no.

Quinetiam.

Casus. regulariter fœmina non succedit in feudum filio relicto masculo, licet hoc actum fuerit in datione feudi. Filio enim masculo relicto, vlterius fœmina non admittitur. Et hoc vsq; ad. §. mutus. Vide expositionem (masculo) siue fœmina, secundũ gl. (non admit.) hæc regula bona est. Nota ergo, ex quo masculus supereſt, nõ succedit vlterius fœmina, vt. inf. de eo qui fi. vel suis hæ. c. j. circa prin.

Quærit

Quærit gl. quid, si vasallus decedat relicto filio masculo & fœmina, nunquid vterq; succedet? certè non, sed masculus tantum, per. §. istum. & per. c. alle. inf. de eo qui si. vel suis. c. j. in prin. &. inf. ti. ij. §. ij.

fœmina semel exclusa ad succe. tur ppetuo exclusa.

Quærit glo. incidenter, quid si masculus subitò post mortem patris moriatur, vel natus illico deceſſerit, nunquid fœmina succedit? Gl. dicit, quòd sic. ar. ff. de iniu. rup. testa. l. posthumus. Parum facit, quia in vita patris decesit, pro gl. facit. C. cõmunia de le. l. fi. §. sed quia & debo. quæ lib. l. fi. §. fi. & de vi & vi ar, l. qui post &. ff. de iniust. test. l. filio. tamen contrarium facit. C. de posth. he. l. ij. & iij. &. ff. de lib. & posth. l. quod dicitur. Teneas tamẽ opi. glo. quia inuestitor & inuestitus videntur hoc voluisse per pactum, quod fœminę succedãt, & propter precedentem voluntatem interdum receditur à iure communi, ar. in auten. de hær. & fal. §. si quis autem non implens. cum seq. §. & facit. ff. si cer. pe. l. cum quid. & dẽpo. l. j. §. si conuenerit.

Et no. quòd hæc consuetudo quòd fœmina non succedat, nec continet æquitatem nec iuris rigorem, quia est contra pactum. & videtur esse contra domini & vasalli intentionem, debet tamen seruari si feudum est simplex & datum est ad rectum feudum, & istum. §. vidi de facto in regno Siciliæ.

Mutus.

Iste. §. potest intelligi dupliciter, quòd loquatur de feudo paterno, vel de nouo: melius est quòd intelligatur de nouo. Dic ergo. Marchio Comes vel Baro militem quendam inuestiuit, postea ex accidenti

denti miles iste factus est mutus, nunquid potest feudum retinere? Certè non. Et intelligo de muto qui nullo modo loquitur. Si tamen amplũ sit feudum, & miles sit inops, tantum ei debet relinqui de quo possit sustẽtari. & his omnibus casibus feudum amittitur & reuertitur ad feudum. &. h. d. vsque in finem. Videte expos. (Mutus) post inuestituram factus, & sic ex accidenti, (feudum) nouũ (nõ loquitur) secus si loqueretur impropriè. seu tardè insti. de inuti. stipu. §. mutum. &, quibus non est permis. fa. testa. §. item surdus. (his omnibus) aliquando dixi his omnibus, id est, hoc casu, & sic plurale resoluitur in singulare. Sed nunc dico his omnibus, tribus casibus. In præmissis tamen casibus nil est dictum expresse tacitè intelligitur. In primo enim casu amittitur & reuertitur ad ecclesiam. In secundo si non sit masculus nec pactum, reuertitur ad dominum. In tertio idem, de quo nõ est dubium. Et aduertatis ad glo. quia posset nos ducere in errorem. Opponit glo. sed obscurè per locum à diuisione. Aut iste. §. loquitur de muto à natura aut ex accidenti. de muto à natura nõ potest loqui, quia ille potest feudum acquirere, vt. ff. de reg iu. l. vbi non voce, ergo multo fortius potest retinere, ar. ff. de superfi. l. j. §. quod ait. &, de va. & extraor. cog. l. j. §. perinde. &, de his q̃ sunt sui iuris. l, patre. De muto ex accidenti non, quia omnis homo ante vltimam spiritus respirationem mutus efficitur, & sic omnis homo feudum amittit, nec ad hęredes transiret, quod esset absurdum. Dicit glo. amice tu nimia subtilitate loqueris, igitur loquela tua non est admittenda. ar. ff. qui. mo. pig. vel hyp. fol. l. sicut. §. si debitori. &. C. ad Treb. l. pe.

l.pe.Sed gl.non benè aperit nec per omnia benè dicit.Redeo ergo ad oppositionem, vt eam melius videatis.Opponit gl.sic,aut loqueris de muto à natura,& talis feu.acquirit,ergo & retinet. Addo verum hoc esse,siue sit paternum,siue nouũ.Nouum enim acquirit, cum quilibet hoc faciat, vt. inf. per quos fit inue.c.j.§.pe. ergo & antiquum à simili:igitur & retinet quæsitum. Aut loqueris de muto ex accidenti,& tunc quia omnis homo in vltimo articulo vitæ fit mutus ante vltimã vitæ respirationem,feudum amittit in vita,& non transit ad hæred.Hoc non est verum, quia aliquando in vita amittitur,& transit ad successores, vt inf.si de feu.fue.contro.si vasall.&,c.Titius,&, si vasallus fe.pri.c.j.Quod ergo dicit gl.quòd nimia subtilitas &c. hoc fateor, vt. C. ad Treb.l. vt act. ab hær.& contra.l.j.& d.l. sicut, §. si debitori. ff. qui mo.pig.vel hyp.sol.Et no.q; hæc secunda opi. est de puncto tẽporis de quo loquebatur Io. ff.de inte.restit.l.non solũ in prin.&,quòd me.causa.l.sed & partus.§.fi.Sed ad daclara.op.& earum respon. quæro nunquid in muto ex accidenti intelligitur ille.§?Gl.dicit q; sic.& hęc est prima pars gl. Venio ad secundam partẽ. Quærit gl.de quo feu.intel. §. iste?Quidã dicunt de paterno. vt inf. an mu.vel ăli. imp.c.j.alij dicunt de nouo.Gl.intelligit etiam de nouo & benè,sic etiam dicitur in paruula summa. Ergo probo sic.Nam litera ista dicit retinere, & non dicit acquirere:sed feu. retinetur postquã est acquisitum.quia prius est acquisitio,& inde sequitur retentio. Acquiritur autẽ inuestitura vel successiõe vt inf.de feu.co.c.ij.& de cõsu. rec. feu.c.j. ergo iste mutus feu.acquisitũ volebat retinere.ergo

go ipse de eo feu.erat de nouo inuestitus.Antiquũ autẽ non vult retinere,sed acquirere,nisi esset filius,sed ille.§.loquitur generaliter.

Quæritur de quo muto intelligit iste §?Aut loqueris de paterno feudo, tunc non refert, vt.C.de acqui.pos.l.donatarũ.&.ff.de mu.l.deniq;. §. fi.&. l.cum mandato.Si de nouo,tunc loquitur de muto ex accidenti,non à natura.Nã si à natura, tunc non reuocaretur.ar.C.de act.& ob.l. sicut. Et no. hic quòd legitimè factum est,ex superuenienti casu irritatur,quod dic vt in gl.

Vltimò opponitur.inf.an mutus vel ali.imper.c. j.vbi secundum Ob.& alios potest mutus feudum retinere?So.aut est feudum nouũ, aut feudum paternum. Sed nouum non potest retinere, vt hic, si paternum,sic,vt ibi. Et ratio est, quia cùm quis dat feudum nouum, dat loquenti, & sic non videtur animum habere quod alius retinere possit, quam ille qui loquitur.& ideo ipso facto muto reuocat.Sed in paterno sciuit vel scire debuit quod mutus potuit habere successorem. Et hoc considerare potuit,& si nõ fecit nec sibi prouidit,sibi imputet.& istud alibi non tangitur. Sed diceret proiectus,nonnè ille qui loquitur sic potest fieri mutus,& sic dominus debuit hoc considerare,sicut alius,mutum potest habere successorem? Certè sic, sed non est ita verisimile, vt ipse qui loquitur postea fiat mutus.ar. ff.de le.l.nam ad ea, & quia aduersa fortuna hominũ non est speranda,ff.de ver. ob.l.inter stipulantem.§.sacram.

Quæres à me rationem, & mihi sine rationẽ nõ credes, quare mutus nõ retinet feudum?Respon. quia seruire non potest. Sed obijcis immò potest,

quia

quia retinet intellectũ & vires? Respon. immò non potest, quia seruitium consistit in locutione, vt. inf. de for. fi. &, de no. fi. for. Et no. secundum omnes, quod siue feudum sit paternum siue nouũ semper saltem potest retinere, vnde possit se exhibere, vt hic.

DE NATVRA FEVDI.

Rub. 7.

Continuatio huius rub. sic potest fieri. Quis illud quod dictum est sup. de his qui feu. da. pos. §. i. est correctum, ut patet in isto ti. Ideo istum ti. ponit.

Natura feudi.

SVmmarium intellectum istius ti. videte. Maiores olim sine culpa non poterant feudum à vasallis suis auferre: minores poterant. Hodiè est idẽ in omnibus, vt hic dicit. Videatis literam. Casus. olim si Imperator dabat feudum Marchioni vel Comiti vel Baroni, vel etiam ipsi alijs dederant, sine culpa commissa & conuicta, nõ poterant ab eis feudum auferre. Minores verò feudum concedentes, sine culpa auferre poterant: nisi Romæ hostem fecerint, vel nisi feudum emerint. Hodiè aũt idem ius in omnibus seruatur, videlicet vt nullus vasallũ sine culpa feudo priuare possit. Videatis expositionem (Marchiones). No. quòd Imperator communiter maiores inuestit, aliquando tamen alios, vt infra, quis di. Dux, Mar. Co. Capita. de his patet sup. de his qui feu. da. pos. ij. Respõ. (maiore) vtà nemine possit auferri sine culpa.

No. ergo hic duo primo, quòd iure antiquo ex perso-

personarum qualitate & differentia olim erat illicitum quod aliàs erat licitum.

Secundò no. quòd in feudo tollitur personarũ differentia. Sed licet hoc hodiè sit verum quo ad feudi priuationem sine culpa non faciendam, tamen quo ad alia benè est hodiè differentia. Nam maiores hodiè magis puniuntur pro pace violata, quàm minores, vt infra de pa. iur. fir. §. si quis ante. Item maiora feuda non diuiduntur, minora sic. inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea. Itẽ in feudo Marchionatus, Ducatus, & Comitatus non est successio, sed hodiè sic vsurpatur, vt infra, de ali. feu. §. fi. & ti. seq. Item not. quòd feudum ab initio sponte concessum non potest postea auferri sine culpa cognita & commissa, & sic hodiè remanent differentiæ. Et sciatis quòd hic sunt quatuor brocard. & gl. non soluit. Primum est quòd ratione personarum quid dicitur licitum quod aliàs esset illicitum, & glo. arguit pro vt. ff. de proba. cum de indebito. &, insti. ad l. aquil. §. ij. & C. de procu. l. in litem. Sed non arguit contra. Sed tu potes arguere contrà, vt. ff de ver. obl. l. cum seruus. & de re mili. l. iij. §. fin. in autent. de mona. §. hinc autem nobis. Distingue aut loquitur de iure diuino, aut de iure humano. & si de iure diuino, tunc nulla est exceptio personarũ, vt in autent. de mona. §. hinc autem nobis. Si de iure humano, tunc, aut est licitum simpliciter, & tunc nulla est distinctio personarum. idem si sit simpliciter illicitum. Aut est licitum secundum quid, & secundum quid illicitum, & tunc est personarum discretio, vt hic. Quia aliquando licet maioribus quod non licet minoribus, & aliquando contrà, & aliquãdo ma-

gis punitur maior quam minor, aliquando econtra. Secundum brocardum est, aliquid licet ab initio quòd non postea. Aliter tamen glo. elicit istud brocardum, scilicet, quod ab initio est voluntarium, ex postfacto est necessarium, per. l. C. de act. & ob. l. sicut, cum suis concor. No. ergo regulã, quod ab initio est voluntarium, ex postfacto est necessarium, vt. d. l. sicut. Fallit in societate, mandato, deposito, precario & commodato, & no. hic in. d. l. sicut. vel aliter potes soluere, aut ab initio quid fit voluntarium & legitimè nũciatum, & tunc ex postfacto necessarium. aut fit illegitimè & contra iura & tunc semper est voluntarium, vt. C. de agric. & censi. l. quemadmodum. ff. de adop. post mortem, & ibi tangit glo.

Tertiũ Brocardũ est, quod licitũ est ante, quod postea non licet. ff. de feriis. l. j. de procu. sed & hẽ. de of. præto. si senatus. nec expedit ponere casus omniũ legum propter breuitatẽ temporis, sed ar. contra. ff. de iudi. l. ij. §. fi. ff. de ritu nup. si quis tutor. §. quamuis. Et si volumus ampliare istud brocardum, possumus aliter dicere quam alibi contineatur, & sic: licitum est ante, quod non postea licitum: &, non licitum est ante, quod postea est licitum: &, quod non licet ante, nec postea licebit.

Distingue ergo, aut causa permanet eadem postea, quæ fuit ante, aut mutatur. Si permanet tũc quod ante licitum, & post erit licitum, & quod ante non erat licitum nec post, quia ius non variatur. Et hoc regulariter obtinet in permissis & prohibitis omnino: aut causa mutatur, & tunc, aut quia noua causa tendit ad casum permissiõis, aut prohibitionis. Si permissionis, tunc quod ante nõ erat

erat licitum, licebit postea, & ita intelligitur. ff. de iudi. l. ij. § penul. & d. l. si quis tu. § quamuis. Si ad casum prohibitionis, tunc quòd ante licet, postea nõ licebit, vt hic in prin. & d. l. sicut. Et teneas benè in mente, nec alibi sic inuenies.

Quartum brocardum est. quòd quis non debet duplici damno affligi, vt colligitur hic in fi. super verbo restituendum est &c. ff. de condi. ob cau. si pecu. § pe. ff. de pæn. l. sanctio legum. ff. de iure dõ. iure succursum. C. de epi. aud. tam dementis. Cõtra ar. ff. de transac. quĩ fidem. C. de transac. cum proponas. & l. si quis maior. In decretis soluitur sic, aut afflictio est per se sufficiens, & tunc non afficitur duplici damno, aut non, & tunc sic, vt. ff. ad. l. Ro. de iac. l. nauis ho § pe. & fi. & ista est solu. 7. q. j. cum percussio. Vel aliter, & ista communiter tenetur: regulariter nõ debet quis duplici damno affligi, ne afflicto addatur afflictio. Fallit vbi peccatum vel culpa suadet oppositum, vt ex. l. in glo. alleg. colligi potest. Opponit gl. & non soluit, hic dicitur quòd feu. emitur, contra. inf. de feu. da. in vicem. l. com. c. j. So. aut feudum recipitur à domino, & tunc non emitur, vt in contrario, aut à vasallo, & tunc bene potest emi vt hic, & de hoc planè dixi, sup. de his qui feu. da pos. § fi.

DE SVCCESSIONE FEVdi. Rub. 8.

Continuatur sic, sup. in ti. de his qui feu. da pos. §. & quia. & §. hoc quoq; sciendum, dictum fuit de successione feudi. Sumpta inde materia, sequitur hic de successione feudi.

Sequitur &c.

Titulus iſte vſq; ad finem, diuiditur in quatuor partes. Primò de ſucceſsione feudi in genere. Secundò in ſpecie de ſucceſsiõe collateralium in feu. paterno. Tertiò de ſucceſsione filiæ. Quartò de ſucceſ. collateralium in feudo nouo. Prima pars vſq; ad §. hoc quoq;. Secunda vſq; ad §. filia. Tertia vſq; ad §. in alia. Quarta vſq; in fi. Vt ergo breuiùs me expediam, vide ſummariũ intellectum totius tituli. Caſus breuis. Decedẽte vaſ. ab inteſt. ſuccedunt filij maſculi tantum æqualiter, & nepotes ex filio in locum ſui patris. Sed ex teſtamento nulla valet ordinatio. In feu. paterno frater fratri ſuccedit. Filia in feud. non ſuccedit, niſi per pactum. In feud. nouo frater fratri non ſuccedit, niſi aliter per pactum conueniat. &, h. d. vide literam. Caſus vſque ad §. hoc quoque. Primò auctor ſe continuat dicens. Sup. de acquiſi. feu. & eius retentione dictum eſt, ſed quia de modis acquirendi eſt ſucceſsio, ideo ſequitur de ſuc. feu. videre. Secundò dicit quòd mortuo vaſ. filij æqualiter ſuccedunt excluſis fœminabus, & ſi filius moriatur, nepotes in locum patris ſuccedant, ex teſtamẽto autem nulla eſt ordinatio defuncti, & h. d. expoſitio literæ. (decedit) ab inteſtato (tantum) non filiæ (patris) & ſic deſcendit in ſtirpem non in capita, & facit inſti. de hære. ab inte. §. cum filius. &. C. de ſuis & le. hær. l. ij. (loco ſui patris) etiam cum patruis, vt inf. de na. ſuc. feu. ver. ſuccedit, vbi de hoc (ordina.) ſi non eſt domini voluntate habita, (defuncti) ſcilicet vaſalli, & facit inf. qua olim po. feu. ali. §. donare, & de prohi. feu. ali. per Fre. §. j. & extra de prẽbẽ. c. j. & in decre. 8. q. j. per totum (manente) & ſic no. quòd vaſ. nõ diſponit de feu. quòd tranſi-

tranſitorium eſt ad ſucceſſores ex vi conceſsiõis, ſicut nec prẽl. no. ff. de tute. l. tutela, & ſup. epiſ. vel abba. in prin. &, qui ſuc. te.

Hoc quoq;.

Iſtum. §. intelligo in pater. feu. non in nouo. Vide caſum. Pono ergo. Duo fratres in antiquo feu. primo ſucceſſerunt, & feud. peruenit ad vnum tãtùm, vel ad vtrunque pro parte per diuiſiõem, deinde alter partem ſuam alienauit, vel fecit inueſtire filiam ſuam & deceſsit ſine filio maſculo. Quæro ad quem pertinet feu? Reſpon. Certè ad fratrem ſuperſtitem, vel ad proximos agnatos, olim vſq; ad quar. gra. hodiè vero vſq; ad ſepti. &. h. d. Vide expo. (feu.) id eſt, paterni, (filiam ſuam) quæ regular. non ſuc. in feu. & dic me fratre non conſentiẽte maſculo. No. hic, quòd ſi filius ſupereſſet non reuertitur ad fra. (ad me.) alium fra. (alij dicũt ad 7. gra.) in collateralibus. De hoc dic, vt ſup. de his qui feu. da. poſ. §. hoc quoque. Aduertatis, quia recitabo magnam gl. in tribus contra. & ſubijciam triamea contraria. Opp. ergo hic, quòd mortuo feudum reuertitur ad fratrẽ ſuperſtitẽ, & ſic in vita fratris non reuocatur, contra. inf. ſi de feu. fue. contro. c. Titius. Gl. ſoluit & benè, aut enim alienatio facta eſt iure & conſuetudine approbante, tunc non in vita ſed demum poſt mortem reuocatur, vt hic, aut conſuetudine refragãte, tunc in vita reuocatur vt ibi. Sed quæro quando dicitur fieri alienatio iure & conſuetudine permittẽte? Certè iure veteri vſq; ad medietatem per venditiõem vel per libellum, inf. qualiter olim feu. po. alie. in prin. iure nouo per libellum tantum vſq; ad me-

dretatem fiet alienatio, sup. qui. mo. feu. alie. §. itẽ si fratrem. &. §. fi. Iure nouissimo omnis alienatio prohibetur. inf. de prohi. feu. ali. per Fre. §. omnis, & ideo hodiè agnatus omnẽ alienationem reuocat, & etiam in hac parte hodiè corrigitur iste. §. quia nõ expectata morte fratris, hodiè proximus agnatus reuocat alienationem, & sic expedita glo. vsque ad ver. quòd intelligitur &c. Opponitur, hic dicitur quòd feudum reuertitur ad fratrem, contra. inf. quæ sit prima causa be. amit. §. fi. Glo. soluit duobus modis & benè. Vno modo sic. Aut feudum est nouum, & tunc reuertitur ad dominũ, vt ibi, aut paternum, & tunc ad proximum agnatum vt hic. Alio modo sic. Aut supersunt agnati & tunc reuertitur ad eos vt hic, aut nulli supersunt, & tunc ad dominũ vt ibi. Glo. probat per duas rationes quod ad agnatum pertinebat, quia agnatus etiam olim præferebatur in prohibendo & redimendo, ergo & per consequens in reuocãdo debet præferri. inf. qua. olim feu. po. alie. §. porro. ergo idem in succedendo. Præterea cum vasallus peccat in alium à domino, feu. ad agnatum pertinet non ad dominum. inf. an ille qui interfra. domini se. amit. c. i. & si de feu. fue. contro. c. si vasallus, ergo agnatus præferendus est domino. Soluit gl. tertiò & malè, aut supersunt filij tantum, & tunc reuertitur ad dominum, aut supersunt filij & agnati, vel agnati tantum, & tunc reuertitur ad agnatum vt hic, & sic gl. sentit, quod patre alienãte feudũ nunquam reuocatur, ar. inf. si de feu. fue. contro. c. si vasallus. Sed sequẽs gl. dicit contrariũ. Ista gl. benè dicit in agnatis, de filio patet inferius. in agnatis, contra dicit glo. sup. qui mo. feu. amit. §. item

§. itẽ si fuerint. Opponitur, hic dicitur quòd pertinet ad fratrem, contra sup. qui. mo. feu. amit. §. item si fuerint. Sol. ibi nouum, hic paternũ. & est ratio quia in feu. nouo, facto fratris nõ potest feudum descẽdere in fratrem, ideo nocet factum fratris, vt ibi. Secus in antiquo feu. quòd à genere descendit. ar. ff. de iure patro. l. iij. & l. duo fratres. & ff. de interdi. & relega. l. iij.

Opponitur, hic dicitur, quòd si moriatur sine hærede pertinet ad fratrem, sed si cum hærede, nõ pertinet ad fratrem, sed ad hæredem. Sed contra. inf. si de feu. fue. contro. c. Titius. So. vt dixi sup. qui. mo. feu. amit. §. item si fuerint. Sed illa solutio hic non est bona, quia hic admittitur ad partem frater superstes, ideo potest aliter dici, quod ibi loquitur in nouo feudo, hic in paterno. Sed hoc est falsum, quia vt ibi apparet, ibi loquitur etiã in paterno, ideo dic aliter, aut pater alienat consuetudine, & iure permittente, aut consuetudine refragante. Primò casu pertinet ad filium, vt hic & inf. de alie. feu. §. & si clientulus. Secundò casu ad agnatos vt in contrarijs.

Opponitur, hic dicitur, quòd si fecit inuestiri filiam, nihilominus ad agnatos pertinet feudum, contra, infra. quemad. feu. ad fi. per. c. vni. in summa paruula malus datur intellectus, ibi enim dicitur, quòd istud c. loquitur in feu. no. sed hoc non est verum, ideo dic: aut viuẽte vas. vasallus fecit inuestiri eã, aut eo mortuo amore patris dominus eã inuestiuit. Primo casu nõ prçiudicatur agnatis, vt hic. Secũdo casu sic, vt in cõtrarijs. Ratio est, quia ipso viuente si inuestiatur filia non tollitur spes agnatis de successione in feudum, quam habent vt

ſuccedãt in feudum, vel eo mortuo, vel quia multis modis poteſt amitti etiã eo viuo. Sed poſt mortem certum eſt nil tale poſſe accidere, & dic, vt no. d. ti. quemadmodum feu. ad fi. perti. Quęres ergo à me nunquid aliquo caſu vaſ. poteſt præiudicare agnatis propter filiam? Et dico quòd non ipſo viuente, titulum autem iſtum intelligo quãdo mortuo vaſal. ſit inueſti. per dominum vt dixi. Quærit gl. quid ſi frater conſentit fratri alienanti, nunquid conſenſus nocet filijs? Gl. arguit pro & contra, & ſoluit: aut eſt nouum, & nocet aut antiquũ, & non nocet. Gl. tamen proxima ſuperior videtur tenere quòd etiam in antiquo filio nocet, ſed non agnatis. Quæritur ſi vaſallus perdit feu. culpa ſua mediante ſiue delicto, non tamen alienando, nũquid alijs præiudicat? Gl. dicit quòd ſic, vt inf. quę fuit prima cauſa be. amit. §. pe. & de na. fe. in prin. & de proh. feu. ali. per Fre. §. inſuper. Tu diſtingue in feu. aut eſt nouum, aut antiquum. Si nouum regulariter tũc patris factum nocet filio, & dicit gl. hic quę incipit, quid ergo &c. arg. inf. ſi de feu. fue. contro. c. ſi vaſ. Si eſt antiquum, aut pater alienat feu. aut cõſentit alienanti, aut culpam contrahit. Primò caſu aut legitimè alienat & iure permittẽte, & tunc ſuccedit filius, vt hic, & nõ nocet ſibi factum patris, vt. d. §. item ſi fuerit. & d. §. & ſi clien. aut non eſt legitimè, tunc ſi ex hæreditate patris peruenit aliquid ad filium vel peruenire poteſt, repellitur filius, nec ſuccedit nec reuocat, & ſic factũ patris ſibi nocet. vt hic in gl. & inf. ſi de feu. fu. cõtro. c. Titius, aliàs non puto quòd filius ſuccedat in feu. & reuocat alienatum, vt inf. an agna. vel fi. de. c. j. quem titu. ſic puto debere intelligi. Secundò

dò caſu non nocet filio, vt hic in gl. Et poteſt eſſe ratio, quia filius non venit, nec diceretur venire contra factum patris, quando pater venditioni conſenſit, nec per ſe obligauit, quia per cõſenſum tantùm naturaliter obligatur vel repudiando ſuo iuri. vt. ff. de pac. l. j. & l. ſi vnus §. pactus, vbi de hoc. Sed quãdo pater ſe naturaliter & ciuiliter obligat, tunc filius non reuocat, quia non poteſt venire contra factum patris. vt. C. de reſtit. mi. l. ea quę. & inf. an agna. vel fi. de. c. j. Tertio caſu aut filius contrahit culpam viuo auo, & tunc non nocet filio, & ſuccedit nepos auo quaſi pater nunquã fuerit in rerum natura, & ſic obtinet ex perſona aui, non patris. vt. ff. de ſena. l. emancipatum. §. fi. & de in ius vocã. l. adoptiuum. §. fi. & de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſi qua. &. l. j §. pe. & fi. autent. de contra. & interdi. & rele. l. iij. & de iu. pa. l. diui fratres. Aut contrahit poſt mortem aut, tũc indiſtinctè nocet filijs, & repelluntur vt inf. ſi de feu. fue. contro. c. ſi vaſalius, & in glo. præalle. &. C. de quęſti. l. diuo Marco.

Filia &. §. in alio.

Iſti duo. §. non plus dicunt niſi quòd filia non ſuccedit in feudum, niſi pacto aliud actum ſit in inueſtitura patris, & demũ filijs non extãtibus: vel niſi fuerit inueſtita in feudo paterno. Hoc idẽ in fratribus dicendum eſt, quòd vbi feudum habuit initiũ à fratribus, nõ ſuccedit vnus alteri, niſi hoc fuerit actũ hoc dicit. Iſta videatis per vos, quia de iſtis ſatis habuiſtis ſupra, de his qui feu. da poſ. §. & quia. &. §. hoc aũt notandũ. &. §. ſe. Et teneatis bene in mente lectiõem iſtam, quia vtilis eſt valdè.

QVI SVCCESSORES TEneantur? Rub. 9.

Continuatio rubricæ sic potest fieri, quia sup. qui suc.ten.obscurè de materia huius ti.quædã dicta sunt, ad eorum declarationem sequitur rub.

Si quis inuestitus &c.

Diuide titu.in duas partes. Primò de inuestitura facta à laico alicui de alieno beneficio. Secundò de inuestitura facta à prelato eodem casu.Secunda pars incipit ibi,hoc ita est. Casus summarius. Si inuestitura facta est à laico de alieno feudo in diem vel sub conditione,fortitur effectũ vasallo mortuo,siue successor præmoriatur, siue inuestitor siue inuestitus siue tenens feudum.Sed purè facta inuestitura non valet.Facta vero inuestitura ab ecclesiastica persona modo prædicto, non fortitur suum effectum,si præmoriatur inuestitor,antequam feudum tenens,vel conditio vel tempus existat.Videte literam.

Ad casum literalem attendatis.Marchio vel Comes militem inuestiuit de alieno feudo,eo tenore quòd habere deberet post mortem vasalli,vel sub conditione,vel in diem, quæritur quis sit effectus huius inuestituræ? Resp.quòd siue præmoriatur inuestitor siue inuestitus siue tenẽs feudum,inuestitor & eius hæres tenetur inuestito, & eius hæredi adimplere inuestituram adueniente die vel cõditione,licet alij dicant contrarium quando præmoritur inuestitus.Si vero inuestitura sit facta pure de alio feudo,nõ valet.hoc primo. Secundò dicitur,

citur,quòd si persona ecclesiastica fecerit inuestituram de alieno feudo in diem vel sub conditione,si præmoriatur inuestitor antequam tenẽs feudum,vel conditio vel dies existat, successor eius non tenebitur adimplere inuestituram.Prædicta locũ obtinent decedẽte vasallo sine successore,& nõ aliter.Vide expositionẽ(fuerit)à laico (post mortem).i.eo tẽpore vt post mortem eius qui feudũ habet id habeat,(vel tẽpore).i.ex tẽpore(de quo) feudo(dicant)& malè secundũ me, & secundu gl. diceres & benè(purè).i.non adiecto die vel cõditione,(de alie.feudo)eo qui feu.tenet non consentiente,aliàs secus,vt sup.qui suc.te.ver.fi.(inuestitura)vt statim capiat effectũ,sed demum eo mortuo sine successore qui feu.tenet,vt inf.de feu.da. in vicem.l.commis.c.ij.& c.moribus.inf.si de feu. fue.contro.c.j.in sum.no.suc.illius. Si vero præmoriatur tenens feudũ, dic vt supra dixi (hoc) q̃ dictum est sup.hoc.c.hucusq; (intelligendum est) vt inuestitura sumat effectũ post mortem tenentis feudi,(de vasal.) de quorum feu. facta est inuestitura. Quæro hic ad declarationem oppositionum,quæ hic tãguntur in litera in prima parte,quæ sit verior,an prima,scilicet quòd hæres inuestiti debeat inuestiri,an secunda quòd non debeat?Gl.approbat secundam tali ratiõe, quia per prædecessorem acquiritur feudũ, sed eo decedẽte ante diem vel cõditionem in ipsius persona locũ non habuit,ergo nec hæredi cõpetit,quia nõ licet hæredi,quod nõ licet defuncto.ff.de diuer.& tẽp. præscri.cum hæres,cum si,& in libello Py. in rub. Non est licitum hæredi &c. Tu dic primam veriorẽ,quia regulariter omnis obligatio quę competit.

petebat defuncto re vel spe trãsit ad hæredes, licet dies vel conditio non extiterit, vt insti. de ver. ob. §. ex conditionali. Hinc est quòd interdum sumit obligatio initium ab hære vt. C. vt ac. ab hære. l. vna. & plenius competit hęredi quàm defuncto, vt. ff. de euic. si per imprudentiam. §. nõ mirum: & ad. l. fal. l. reperitur. Præterea hæres & defunctus eadem persona censetur, vt in autẽt. de iureiu. a. mo. præsti. circa prin. & eiusdem iuris & potestatis debet esse hęres cuius & defunctus fuerat, vt. ff. de regu. iu. l. hæredem. Nec obstant contraria glo. quia vel procedunt & loquuntur de successore singulari, vel quando non licet defuncto ratione vitij vel turpitudinis, vel propter factum proprium, quod non licet hęredi infringere. Sed quando non licet ratione temporis, vel conditionis, non procedũt dicta iura, immò tunc licet hęredi quòd non licet defuncto, vt in alia rubricella in li. Py. Item quęro, quid si inuestitus de alieno beneficio missus est in possessionem ante diem vel conditionem, an hæres eius debet inuestiri, seu talis inuestitura firmari? Respon. glo. quod sic. Sed licet gl. hoc tetigerit, nõ est dubium per ea quæ supra dixi, quia siue sit missus in possessionem siue non, semper hæres debet inuestiri aduenìente die vel cõditione. Oppo. gl. quomodo potuit secũdus vasallus mitti in possessionem ante diem vel conditionẽ, cùm prior vasallus adhuc possideat? Respon. quòd ante diem vel conditionem vasallus potuit amittere feudũ, quia multis modis amittitur. Vel dic quòd vasallus fortè decessit sine successore ante diem vel conditionis existentiam. De materia istius ti. dic plenè vt supra dixi qui suc. te.

DE

DE CONTENTIONE INTER dominum & vasallum &c. Rub. 10.

Ista rub. potest continuari ad præcedentia in hunc modum: superius in ti. de controuer. inuest. dictum est in genere de contentione inuestituræ, hîc sequitur in specie uide, quando oritur contentio inter dominum & vasallum.

Si contentio fuerit.

Deinde capitulum istud in quatuor partes. Primò datur forma dirimendæ contentionis quando vasallus possidet vel probat. Secundò quandò dominus. Tertiò quando vasallus prætendit inuestituram rei, quam pro pignore accepit. Quartò de effectu feudi Guardiæ & Castaldiæ. Secunda pars incipit in. §. cæterum. Tertia in. §. similiter. Quarta in. §. insuper. Casus summarius. Orta contentione inter dominum & fidelem de inuestitura decidi debet per partes curtis testimonium prohibentes, vel per iuramentũ possessoris iurantis cum duodecim sacramentalibus: In casu solus dominus iurat: feudum autẽ Guardiæ, vel Castaldiæ quandocunq; post annum auferri potest. Ad casum iuxta literam attendatis. Inter dominum & vasallũ orta est cõtentio de feudi inuestitura. Quęritur qualiter sit facienda probatio? Respõ. quòd per partes curtis non per alios, licet regulariter omnes alij admittantur, qui non prohibẽtur, & qui probauerit obtinere debet. Sed inopia probationum interueniente, aut possidet vasallus & iura-

biõ

bit ſolus,vel ſecundum quoſdam cum duodecim ſacramentalibus. Aut poſsidet dominus,& regulariter iurare debet cum duodecim ſacramẽtalibus. Fallit regula ſi vaſallus eſt caſtaldio vel actor, qa tunc iurat ſolus. Item ſi dominus plenè probauerit tunc obtinet ſine ſacramento. Idem dicendum eſt de Guardia,& hoc vſq; ad.§.ſimiliter ſi quis. Vide expoſitionem,(per partes curtis).i.per eorum ſententiam, præhabita tamen cauſæ cognitione, vt inf.de contro.feu.inter pares. c.j. & de prohi. feu.alie.per Fre.§.pe.vel dic.i.per eorum teſtimonium,& ſecundum eorum diſpoſitionem, vt. ff.de of.Præto.l.illicitas.§.veritas, & quæ ſequuntur. inf.(dirimatur)ſub.per iudicem competentem, & hoc placet, quòd inf. dicit alij &c. & hic implicat, vt in autent.de defen.ciui.§.j. col iij. ſic regulariter in alijs cauſis, vt.ff.de teſti.l.j. non ſufficit etiã quæſtionibus feudorum, (probationum) emergente & ſemiplena probatione interueniente, vt ſup.de contro.inue.in prin.&.§.j.&. inf. de conſu. rec.feu.c. ſacramentum. Vel dic aliter vt ibi.(clientuli)id eſt vaſalli,(ſacramẽtalibus)id eſt. deponentibus ſecundum cõſcientiam & credulitatem, & ad purgationem conſcientiæ producentis, ar. extra de purga. ca.c.quotiens. &.c. de teſtibus. &. c.fi.& facit. inf. de conſue. rec.feu.c. ſacramentũ. §.ſinautem à iudice. Et nota, quòd inopia probationum emergente proceditur ad iuramentum,facit.C. de iureiu. in bonæfidei, &. ff. de iureiur.admonendi.(hoc ita) poteſt legi dupliciter, vno modo quòd fiat demõſtratio ad proximè dicta,& bene: & ſic in præcedẽti litera datur regula, quòd dominus iuret cum duodecim ſacramẽtalibus,

bus,hic ſequitur exceptio,quando vaſallus eſt caſtaldus vel actor,tunc dominus iurat ſolus ſine teſtibus. Poteſt ſecundò legi demonſtratiuè ad præcedentia & ſic,in ver.inopia.Dictum eſt, quòd vaſallus poſſeſſor iurare debet,hic ponitur exceptio quòd non iurat ipſe, ſed dominus ſi eſt caſtaldus vel actor domini,& hæc continuatio recipit contrarium,vt inf.patebit,præcedens non, & ideo prima placet.(ſuæ.i.domini).Duplex eſt litera. Nam quidam habẽt & ſuę.i.domini religioni ſtatur, & hæc conuenit præcedentibus lecturis. Alij habẽt, ſuæ religioni non ſtatur,nec habent,id eſt, domini,& tunc fit demonſtratio ad præcedentia, & non ad proxima. & dices ſic, inopia probationum iuret vaſallus poſſeſſor. Fallit ſi eſt caſtaldus vel actor,quia tunc probare cogitur, nec ſtabitur ſoli eius ſacramento(habeat)dominus feu. Quo caſu obtinebit ſine ſacramento. (Nam alioquin multa &c.) Nam hic quòd ratione officij præſumitur quis ſubtraxiſſe vel abſtuliſſe bona domini,eo qa apud ipſum officialem reperiuntur, quòd eſt multum nota.(Idem dicẽdum) quia dictum eſt de vaſallo caſtaldio vel actore,licet in gl. illud nõ tractetur.Et quia litera eſt obſcura & recipit contraria,ideo inſiſtendum eſt.

Opponitur primò.dicit litera in prin.quòd pares curtis ſunt teſtes. q.d.non iudices, immò videtur,quòd pares debeant eſſe iudices hoc caſu, vt infra,de cõtro.feu.apud pares termi.c.j. & de prohi.ſeu alie.per Fre.§.pe.Sol.aut pares ſunt plures, & ſufficiunt ad vtrunque officium,aut ad alterum tantùm, quia ſunt pauci.Primò caſu pares erunt teſtes & iudices. & ſecundum hoc concordant,

& non

& non ſunt contra. Secundò caſu, aut probatio poteſt fieri per pares tantùm, & non per alios, & certum eſt, tunc pares erunt teſtes & alij iudices, vt hic arg. C. de hęre. & ma. l. quoniam. aut probatio fieri poteſt etiam per alios teſtes, & certũ eſt, tunc pares curtis erunt iudices, vt in contrarijs. aut eſt dubium, & in dubio pares erunt teſtes & alij iudices, vt hic, quia facilius poſſunt inueniri iudices quàm teſtes.

Opponitur ſecundò, quòd nõ ſolum pares ſed etiam alij poſſunt eſſe teſtes, vt inf. quid ſit inueſti. §. ſi vero inueſtitura. Solu. aut dominus habet pares: & probatur per pares, vt hic, aut nõ habet, & tunc etiam per alios vt ibi. Item contra ad idẽ. inf. de conſue. rec. feu. c. ſciendum. in fi. & inf. qui teſtes ſunt neceſ. ad pro. no. inueſti. c. j. circa fi. Solu. hic de noua inueſtitura agitur quæ probatur per pares, ibi de veteri quæ probatur etiam per extraneos. Item opponitur. dicit litera, quod vaſallus iurat ſolus vel cum duodecim ſacramentalibus, videtur quòd ſemper iurare debeat cum xij. ſacramentalibus, vt inf. ſi de inue. inter do. & vaſ. lis oria. c. ij. in prin. & de conſue. rec. feu. c. ij. §. j. So. ſecundum quoſdam: aut conſtat feudum eſſe, ſed dubitatur de qualitate feudi, vt puta an ſit paternum, vel collaterale, tunc iurat ſolus vt hic, aliàs ſecus vt in contrarijs. Hæc ſo. eſt in gl. ſupra, de contro. inue. §. cum autem. Sed hęc ſo. non placet quantum ad contraria, quia in tt. ſi de inue. inter do. & vaſ. in prin. erat dubium de qualitate, & tamen iurat cum xij. ſacramẽtalibus, vt ibi apparet, & ideo dic, aut poſſidet anno, domino ſciente & non contradicente, & tunc iurat ſolus

ſolus vt hic in ver. inopia. in prin. aut minus anno & domino ignorante vel prohibente, tunc iurat cum xij. ſacramentalibus, vt d. ver. inopia, ibi vel cum xij & faſit inf. ſi de feu. fue. contro. inter do. & vaſ. c. ij. §. ſi. Vel dic, aut præceſſit ſemiplena probatio, tunc iurat ſolus vt hic: aut nulla, tũc iurat cum xij. vt in contrarijs. Vel dic, aut eſt præſumptio pro eo qui iurare debet, & tunc iurat ſolus vt hoc, c. ver. hoc ita. aut nulla eſt præſumptio, nec interceſſit ſemiplena probatio, tunc iurat cum duodecim ſacramentalibus vt in contrarijs. Vel dic vt no. d. cum §. cum autem. Item opp. dicitur in litera quòd ſi vaſallus eſt caſtaldus vel actor ꝙ dominus indiſtinctè iurat. Sed contra. ſup. de contro. inue. §. item ſi vaſallus: ibi probare cogitur dominus. So. ibi deſijt eſſe Caſtaldus vel actor, & ideo dominus probat, ſed hic adhuc durabat in officio, & ideo dominus iurat, & eſt hæc ratio propter præſentem adminiſtrationem, quam egerit: Vel dic hic poſsidet dominus, ibi vaſallus. Item oppo. dicitur in litera, quòd ratione officij preſumitur domino bona auferre, ſed contra. C. ar. tu. l. ſi defunctus. Sol. aut de bonis domini aliquid reperitur apud eum qui gerit officium, & tunc in dubio præſumitur ſubtraxiſſe vel abſtuliſſe domino, niſi ſibi reddiderit, vel probat à dominodationem ſibi factam, vt hic, & ar. ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. & ff. man. ſi creditor. §. ſi inter: aut de bonis alterius & non domini reperitur apud eum, & non præſumitur quæſiſſe de bonis domini, niſi à domino probetur contrarium, vt ibi.

Similiter ſi quis.

Casus. Comes militi castrum obligauit ex causa aliqua, miles postea dicit se de eo castrum inuestitum. Quæritur cui incumbat onus probatiõis? Respon. quòd militi. qui probare debet idoneis testibus, paribus curtis, & non per iuramentum. Deinde dicitur quòd feudũ Guardiæ & Castaldiæ quãdocunq; dominus à vasallo post annum auferre potest. h.d. Videte expositiõem. (si quis) miles qui se dicit inuestitũ. & no. hic quòd ei qui confitetur pignus, dicit se tamen postea nomine feudi accepisse, non credatur, etiam si possideat. aliàs nõ esset dubium.

Op. secundum gl. ad. §. supra, qui suc. te. §. si mulier, in eo, quòd hic probat vasallus: ibi dominus. So. hic constat pignus præcessisse, & ideo probat vasallus, ibi non cõstat, quòd vasallus negabat, & ideo probat ibi dominus & non vasallus. Domino tamen probante suam intentionem succumbit vasallus, nisi probet exceptiõem, vt ibi. Vel dic quòd iste. §. debet intelligi cum determinatione illius, & secundũ hoc dic aliter casum, & dices quòd hic dominus defecit in probatione & non creditur iuramento vasalli: Sed testibus paribus si assistunt: aliàs secus, vt hic & ibi.

Contra id quod dicitur in d. §. similiter si quis, Opponit glo. vt. C. qui po. in pig. ha. l. fi generaliter, Autent. Item si possessor. So. illud locum habet quando reus inficiatur rem fuisse eius, de quo dicit actor, sed hic non inficiabatur rem actoris, sed erat discordia in qualitate seu iure rei quantum ad possidentem, vel dic vt ibi notaui.

DE

DE CONTENTIONE INTER me & do. de portione feu. fratris. Rub. 11.

Continua ad proximi tituli rubricam. Dictum est in præcedẽti ti. de contentione quæ est inter dominũ & uasallum. Sequitur de contentione quæ est inter me & fratrem uasalli de por. feu. fratris defuncti.

Si contentio fuerit &c.

Diuide. c. istud in duas partes. In prima parte frater superstes partem feudi recepit, quam vel possidet vel alienauit de feu. de quo est cõtentio. In secunda parte nullam recepit partẽ, vel nullam possidet per se vel per alium. Secũda pars incipit ibi. Si verò nullam. Casus summarius. fratri superstiti defertur iusiurandum, si partem habeat in eo feudo, de quo est contentio inter eum & dominum, sed si nullam habet partem, datur domino. h.d. vide literam.

Casus literalis. Ego & frater meus feudum paternum diuisimus, frater meus decessit sine hærede, contentio est inter me & dominum de portione feudi fratris mei, quia dominus dicit nouum esse, ego paternum.

Quæritur, quis nostrum obtinere debeat? Respon. si possideo partem meam, vel eam alienaui, mihi defertur iusiurandũm, & obtinere debeo, sed si nullam partem habeo de eo feudo, domino defertur iusiurandum eius tamen iuramentum mihi non nocebit in alio feudo quòd ab eo possideo sine controuersia. h.d. Vide expositionem. (dicendo) si ego de portione dimidia vel maiori vel etiã

minori possessor sim, vt sup. de cõtro. inue. §. cum autem. (ille) dominus (possideo) portionem meã, vel dic portionem fratris, (alienaui) & ratiõe partis alienatæ aliquid habeam. vt cambium vel precium, vt d. §. cum autem. tunc enim meam partem possidere videor, vt. ar. ff. de vsufr. non vtitur. & l. se. & qui. mo. vsufr. amit. l. Pomp. (fratris mei) habui tamen meam partem de eo feudo, nec domino) nec possidenti, (supradictam rationem) sup. e. ti. quæ est vt possidenti detur ratione possessiõis, & secundum hoc expone, domino, scilicet possidenti, vel dic sup. ti. prox. ver. hoc ita. vbi nanque alioquin &c. vt scilicet propter eam rationem detur hic domino iuramentum sicut ibi, & secundũ hoc dic, quod frater superstes est actor, vel castaldio domini. Hoc non placet, quia non agitur de de feu. fratris superstitis, sed de portiõe fratris defuncti. Vel dic tertio, quod frater defunctus fuit actor. vel castaldio domini, & constat, tunc propter prædictam rationem defertur domino iuramentum. ar. sup. de feu. guar. §. fi. & ar. ff. de diuer. & temp. l. cum hæres, & de reg. iu. l. cum hæredem. & secundum hoc non debet huic. c. applicari rubri. & hoc placet. (propter hoc) scilicet iuramentum feudi, quod possideo ab eo domino, sed non est controuersia.

Op. dicitur in litera, quod etiam alienaui partem meam, nihilominus mihi defertur iuramentum. Hoc non videtur procedere, quia iuramentũ defertur possidenti, & ratione possessiõnis, vt supra ti. j. circa prin. ergo &c. So. tribus modis secundum gl. primò sic. dic alienaui, id est, detentationem in alium transtuli, & per eum possideo, & secundum

eundum hoc concordat: vel dic, aut est contentio de feudo, & defertur iuramentum possidenti vt in contrario, aut de qualitate feudi & tunc defertur agnato siue hic possideat siue non, vt supra, si de feu. fue. cõtro. c. j. vel dic tertiò, quòd hic pro possessore censetur, quia cambiũ vel precium habet, vt dixi in litera.

DE ALIENATIONE FEVDI.
Rub. 12.

Continuatio rubricæ potest sumi ex præcedentibus dictis, quia supra quib. mo. feu. amit. de alienatione tractatum est &c. ideo sequitur rubrica.

Si clientulus &c.

Dfuide. c. vsq; ad fi. in partes quatuor. Primò dicitur quæ alienatio & quemadmodum sit permissa. Secundò cui possit fieri alienatio. Tertiò de effectu alienationis quando sine voluntate domini, & quando cum voluntate, & quando proximo agnato facta est alienatio. Quarto de successione feudi. March. & Comi. an locum habeat. Secunda pars incipit ibi, vnde potest. Tertia ibi & si clientulus. Quarta ibi in. §. in fe.

Casus summarius istius ti. Vasallus hoc iure potest etiam sine voluntate domini feudum alienare ad libellum vsq; ad medietatem, & non in plus, & non per alium contractum, & non ecclesiæ in perpetuum, sed priuato sic, & tũc resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, sed voluntate domini facta alienatio vel proximo agnato manet

ſtabilis omni tempore. In feu. autē March. & Comi. non eſt ſucceſsio, hodiè tamen vſurpatum eſt &. h. d. vide literam.

Caſus literalis vſq; ad. §. inde poteſt. Vaſallus vult feudum alienare, quæritur an poſsit & qualiter? Reſpon. quod poteſt alienare pro parte dimidia: & ad libellum tantum, etiam ſine voluntate domini iure iſto. ſed per legem Lotharij Imperatoris non poteſt fieri alienatio pro aliqua parte modo aliquo, ſed ſecundum Mediola. alienare poteſt totum, & ſine domini voluntate. h. d. Vide expoſitionem. (ſi cliētulus,) id eſt, vaſallus domini. (medium). No. appellatione partis dimidium contineri, ſic. ff. de vſufr. l. etiam. & de ver. ſig. l. nomen filiarum. §. portionis. (poterit) per modū qui ſequitur, (vlterius) id eſt, vltra medietatē, (de libello), id eſt, in emphyteoſi (conſuetudini) per quā permittitur alienare.

Oppo. dicitur hic in prin. quòd alienare poteſt ad libellum, ergo non poterit vendere, vel alium contractum inire. quia cūm vnum ex pluribus conceditur, cætera videntur denegata eſſe, vt. ff. de condi. inde. l. cum ita. §. fi. ſed contra, infra quæ olim feu. po. alie. c. j. in princ. So. iure antiquo poterat omnem contractum inire vſque ad dimidium, vt ibi, & ſupra qui. mo. feu. amit. §. item ſi fratrem &. §. ſe. Nouo iure non poteſt niſi ad libellum vt hic. Iure nouiſsimo non poteſt aliquo modo pro aliqua parte alienare, per. l. Lotha. & Fre. Impera.

Quæritur in gl. nunquid vaſallus hodiè poteſt feudū pignori obligare? Py. tenet quòd ſic per iura antiqua quæ dicit non correcta per iura nouiſſima,

ſima, quod dic vt in gl. In quæſtione iſta non intendo inſiſtere. quia caſus eſt quòd hodiè nō poteſt, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. c. imperialē. §. hac edictali, nec poteſt dici vt dicit Py. quia loquatur. d. §. de fraudulenta pignoratione, vel quādo totum obligare vult, quia loquitur ſimpliciter, indiſtinctè, & generaliter, & ideo ſic debet intelligi, vt. ff. de pub. l. de precio. & de le. j. l. j. §. & generaliter. Non ſic ergo ſicut ipſe dicit, debet intelligi, & maximè quia lex illa ad correctionem iuris antiqui facta eſt. Præterea ſi intellexiſſet ibi Imperator in. §. hac edictali, de fraudulenta pignoratione, expreſsiſſet hoc in tempore, ſicut fecit in alio caſu in eadem. l. in. §. callidis. & facile erat ſibi hoc dicere. Sic. C. de cad. tol. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. &, extra de tranſac. inter corporalia. Item litera ibi prohibet pignorationē expreſsè in totum, & pro parte.

Inde poteſt.

Caſus. Vaſallus feudum vult dare ad libellū in perpetuum alicui eccleſiæ, quæritur an poſsit? Reſpon. non poteſt, ſed priuato benè poteſt, & redditur dupliciter ratio. Prima, quia ſi daretur eccleſiæ, feudum reuerſurum non eſſet ad dominum, cum non deſinat eccleſia habere hæredem. Secunda, quia eccleſia cultrix & altrix iuſtitiæ, non patitur iniuſtitiam, &. h. d. Vide expoſitionem. (inde) id eſt, quia alienatio permittitur, per libellū pro parte dimidi. (preſumi) i. quæri (libellū) etiā pro parte dimidia, vt ſit aliquod dubium. (quod). i. quod poſsit dare ad libellū, (in priuato) id eſt, aliquo priuato, (ex natura perpetui libelli) i. ſecundū naturā

libellarij contractus qui fit in perpetuum. Opp. extra glo. quatuor modis. & primò, litera dicit ꝙ non potest dari ecclesiæ in perpetuum ad libellū, quia nunquam esset reuersurum feudum ad dominum, cum ecclesia nō desinat esse hæres, immò hæc ratio videtur esse falsa, quia reuerti potest ad dominum in casu, scilicet resoluto iure datoris vt inf. proxi. §. &, supra. de cōtro. inue. §. fi. & sup. qui. mo. feu. amit. §. rursus. So. si resoluatur ius datoris, ratio non procedit, vt in contrarijs, aliàs sic.

Secundò op. sic, quòd differentia & ratio non procedit inter ecclesiam & priuatum, sed idem ius seruari debet in vtroque, quia eadem ratio in effectu locum habet in eis, quod patet, quia aut resoluitur ius datoris, & tunc resoluitur ius acceptoris, sit ecclesia vel priuatus: Aut non resoluitur ius datoris, & tūc etiam transit ad omnem successorem in perpetuum, vt hic, & insti. de loc. §. adeo. & licet priuatus posset decedere sine successore, non propterea reuerteretur ad dominum, sed ad vasallum qui dedit in feudum. & ipsius successores, si nō est resolutum ius datoris ipsius. Respon. salua veritate non debuit esse differētia inter ecclesiam & priuatum propter rationes hic traditas, sed potest esse ratio alia, quia difficile est litigare cum ecclesia propter multa priuilegia quæ habet, & in hoc contractu excipiūntur multæ personæ, vt. C. de iur. emphy. l. fi. ar. ff. de ali. mu. iudi. l. j. & ij.

Oppono tertiò, quòd ratio literæ non est bona in eo quod dicit quòd priuatus obuiat iustitiæ, quia iure diuino & humano cogitur seruare, vt. ff. quod quisq; iur. l. j. & ff. de iusti. & iu. l. iustitia, & in decre. di. j. c. j. Respon. sine dubio ratio non procedit

cedit de iure, sed de facto potest procedere.

Quartò oppono quòd reuerti possit ad dominum, si ecclesiæ detur ad libellum, statim post spacium centum annorum, vt. ff. de vsufru. l. an vsusfru. vbi de hoc. Sol. ibi in vsufructu qui perit multis modis, hic in libellario cōtractu, qui de sui natura est perpetuus, vt hic, & dicto. §. adeo. Sed quęro nunquid quod hic dicitur in ecclesia, sit idē in ciuitate? Videtur quòd sic, quia ciuitas nō desinit esse de facili, sicut nec ecclesiā. Et quia difficile est cum ciuitate litigare, & hoc puto verum.

Et si clientulus.

Casus literalis, Miles vasallus feudum dedit ad libellum pro parte dimidia sine domini volūtate, decessit sine liberis. Quæritur an feudum alienatum reuertatur ad dominum? Respon. quod sic. Sed si cum voluntate domini alienauit in totum vel pro parte, vel alienauit fratri vel nepoti seu proximo agnato qui successurus est sibi, manet firma alienatio omni tempore. h. d. Vide expositionem. (Et si de medietate) & sic licite, (eo) clientulo (sine filio) sic infra de le. Cor. c. ij. §. profecto. (permanet) etiam eo mortuo sine hęrede. (fratri vero) &c. potest versiculus iste respicere præcedentia & sequentia: præcedentia dupliciter secundum glo. & benè. Primò sicut dictum est in prin. §. quòd alienatio facta sine voluntate domini, vltra medietatem non valet, fratri tamen facta vel nepoti valet etiam sine domini voluntate. Secundò sic, & caue, quia glo. videtur non benè intellexisse. dictum est supra prox. §. quòd si vasallus alienauit etiam totum voluntate domini stabilis permanet alie-

natio, ſubaudi. in præiudicium domini conſentientis, & etiam alienantis, ſed fratri vel nepoti alienatio libelli facta nõ nocet ſi non conſentiat. Tertiò reſpicere poteſt ſequentia, ſed non apertè, & tunc non eſt. §. ibi, in feu. &c. §. iſte eſt no.

Primò nota quòd reſoluto iure donatoris reſoluitur & ius acceptoris, dic vt ſupra de contro. inue. §. ſi.

Nota ſecundò quòd in feudo hæres habetur pro filio ſeu pro liberis.

Nota tertiò, quòd ſi vaſallus alienat feudum legitimè, nõ reuocatur in vitã vaſalli, facit ad prędicta. ff. ad Treb. l. ex facto. §. fin. vt ſupra de ſuc. feu. §. j.

Nota quartò quod ſi vaſallus alienet feudum legitimè, & moritur ſuperſtite filio, reuerti poteſt ad filium non ad dominum.

Nota quintò quod alienare poteſt cõſenſu domini in totum, & tunc domino præiudicatur in totum, & excluditur ab omni ſuo iure, facit inf. de proh. feu. alie. per Fre. §. j.

Nota ſextò, quod vaſallus proximo agnato poteſt dare ad libellum, & etiam vendere ſine conſenſu domini, vt. inf. per quos fit inueſti. §. ſed & res.

Nota ſeptimò, quod ſi vaſallus alienauit conſenſu domini non conſentientibus agnatis, nõ nocet agnatis, vt & inf. de alie. feu. pa. c. j. in princ. Potes opponere vt dixi ſup. de ſucceſ. feu. §. j. & ſolue vt ibi notaui.

Deinde opponitur ſecundum gl. dicitur hic in litera in prin. quòd ſi vaſallus legitimè alienauit, & poſtea deceſsit ſine hærede, quòd reuertitur ad dominum, ſed videtur falſum, quia quod legitimè factum eſt pœnam nox meretur, & habet effectũ, vt. C. de admi. tu. l. ſancimus, & de adulte. l. Gracchus. So. hic non punitur vaſallus. quia illicitè fecerit, ſed quia ſine hærede deceſsit, vel dic aliter, quod legitimè factum eſt & irreuocabiliter factum manet nec reſcinditur poſtea, vt ibi, ſed legitimè factum, cui inhæret tacitè reſolutio, reuocatur vt hic.

Opponitur iterum. litera dicit, quòd appellatione hęredis continentur filij tantùm, immò videtur quod etiam nepotes & deſcendentes in infinitum, vt ſupra, de his qui feu. da. poſ. §. hoc quoq;. Sol. quod hic dicitur declaratur per illud, & ideo intellige hic appellatione filiorum & nepotes & deſcendentes. ar. ff. de ver. ſig. filij. & l. iuſta. &. l. liberorum. Tangit hic glo. Brocardũ, nunquid appellatione hæredis contineatur filius tantum: an proximus hæres tantum: an omnis ſucceſſor in infinitum? & non ſoluit, ſed ſolue per. l. in tex. & in gl. ff. de ver. ſig. l. ſciendum, vbi dicitur quod regulariter appellatione hæredis continetur omnis ſucceſſor in infinitum. Fallit ibi regula in tribus caſibus illius. l. Fallit etiam in alijs, vt no. ff. de reg. iu. qui per ſucceſſorem. Fallit etiam hic.

In feu. com.

Caſus, Marchio, Dux, vel Comes deceſsit ſuperſtite filio, quęritur an filius ſuccedat in March. Duca. vel Comita? Reſpon. quòd non ſecundum rationabilem vſum, hodiè tamen aliter vſurpatum eſt. h. d. Vide expoſitionem. (vſurpatum), id eſt, conſue-

consuetudine abrogatū, hoc placet vt in summa. Glo. dicit non tenere vsurpationem talem, arg. in auten. vt nul. iu. §. ij. & secundum hoc expone hic vsurpa, id est, frequenter vsitatum, vel dic, id est, consuetudine roborato, sic. ff. sol. ma. si constāte. §. quotiens, & de vsuca. l. ij. Et no. hic quòd dignitates acquiruntur electione seu concessione principis, non successione, vt in auten. vt iud. sine quo. suf. §. j. & ff. ad. l. Iuli. ambitus. l. j.

DE FEVDO MARCHIAE, DVcatus & Comitatus.
Rub. 13.

Rubricæ huius continuatio sumitur ex fine tituli præcedentis.

De Marchia.

Diuide capitulum primum in duas partes. Primò de successione feu. dignitatem habētis, an locum habeat dicitur. Secūdò de suc. aliorum feu. Prima pars durat vsq; ad. §. Capitanei. Secūda vsq; ad fi. Casus breuiter dantur duæ regulæ. Prima pars est, in feu. dignitatum non succedit hę res, nisi sit inuestitus. Secunda est, in omnibus alijs feudis succedunt filij & nepotes, & filijs vel nepotibus defunctis sine descendentibus succedunt eis fratres & nepotes: quinimo & consobrini. &. h. d. Vide expositionem. (Ille) qui inuestituram accepit, (si capitanei) vel pro &. vel dic propriè vt. inf. patebit filij vel li. dic vel propriè non extantibus legitimis, vt dixi supra de suc. feu. in prin. (ex his filijs), scilicet capitanei vel valuasoris maioris vel minoris (prædicti), scilicet filij vel nepotis defuncti fratres. Not. hic quòd filij fratris defuncti succedūt cum patruis, & dic in stirpem. ar. sup. de suc. feu. in prin. & facit in autent. de hær. ab inte. §. si igitur defunctus, (& nepotes) id est, filij fratrum premortuorum in locum sui patris (consobrini), id est, vt defuncto consobrino succedant consobrini. & dic consobrini ex fratribus natis, & sic impropriè ponitur, quia nati ex sororibus non succederent, vel dic propriè si fœmineum est feudum, vel per pactum actum esset, vt inf. de eo qui si. vel hære. suis mas. & fœ. c. j. &, de feu. fœmi. in prin.

Glo. tangit hic tria brocarda. Primum est quòd ex rerum qualitate & differentia licitum deprehenditur, quod alias nō liceret, dic, vt sup. de nat. feu. dixi. Secundum est quòd licitū est minori &c. Sed dic latius quòd licet minori fortius & maiori licet. ff. de off. Præto. l. barbarius. &. C. de postu. l. j. Et quòd non maiori nec minori, vt. C. de decu. l. fi. & regu. iu. non debet actori.

Quod licet minori non licet maiori, vt hic, & sup. de his qui feu. da. pos. §. fi. &. C. de arbi. l. j. &, si de nomen. pos. ap. fu. l. j.

Quod non licet minori nec maiori, vt. ff. de ritu nup. l. obseruandū So. regulariter dicitur quòd dictum est in primis duobus. In tertio & in quarto est casuales. Vel dic, aut quæ aguntur sunt digna, notabilia, vel prę eminentia gradu, dignitate, vel excellentia, tunc obtinet primum & secundū. Si vero turpia & vilia, tunc tertium & quartum. Tertium brocardum, non licet hæredi &c. Dic plenius, licet hæredi quod licet defuncto vt hic. &. ff. de reg. iu. l. hæredem. & de proba. l. pactum. Non licet

licet hæredi quod non licet defuncto, vt. ff. de diuer. & tempo. præscri. l. cum hęres. ff. de testa. mi. l. ea quæ. Licet hæredi quod non licebat defuncto, vt. C. si quid in frau-. pa. l. j. & ij. & de euic. l. fi. & vt act. ab hær. & contra. l. j. & ne ex deli. defun. l. j. Licet defuncto quod non licet hæredi. C. de reuo. do. l. j. §. fi. &. ff. de reg. in l. in omnibus. & l. priuilegia.

So. in prima & secunda est regula, in tertio & quarto est casuale. Nam fallit regula, quando hæres innititur infringere factum defuncti. Itē quando obligatio & actio incipit ab hærede. Itē quando dies vel conditio cessit in personam hæredis. Item cum hęres suo iure vtitur. Item in pœnalibus actiōibus. Item in his quæ sunt personalia seu coherentia personæ defuncti.

Oppo. quia litera videtur repugnantiam continere, qa in principio cap. dicitur quòd hæres Comitis & similium nō succedit. in §. si capitanei, dicitur, quòd hæres capitanei vel valuasoris maioris vel minoris succedit. Sed capitaneus ad differentiā maioris valuasoris dicitur propriè comes, & similes, vt sup. de his qui feu. da. pos. circa prin. & inf. quis dica. dux. mar.. co. c. j. ergo &c. So. disiūctio, vel, accipi debet pro coniuncta expositiuè pro. i. vt plerunq; accipitur, & secundum hoc non loquitur. §. si capitanei, de comite & similibus: sed de valuasoribus qui hodiè capitanei appellantur, vt supra de his qui feu. da. pos. circa prin. Vel dic quòd dictio vel, propriè accipitur, & tunc accipe capitaneū pro eo qui inuestitus est de plebe vel de plebis parte sine dignitate, qui Capitaneus appellatur. j. quis di. dux. mar. co. c. j. §. qui vero à prin-

principe. Item op. ad fi. c. Gl. tenet, quod cōsobrini olim succedebant vsq; ad septimum gradū, hodiè in infinitum. sed hoc videtur falsum in consobrinis seu collateralibus, vt sup. de his qui feu. da. pos. §. hoc quoq;, sed potest saluari gl. sic. Aut feu. de acquirente fecit transitum primordialiter ad descēdentes ex eo, tunc transit ad descendentes in infinitum & transuersales descendentium. Sed ad transuersales acquirentium regulariter nō, vt no. inf. de gra. suc. in feu. c. j. §. si tamen Titj, & hic. inf. de na. suc. feu. §. fi. Aut de acquirente primordialiter fecit transitum ad collaterales ex pacto, vel in alijs casibus quibus potest, inf. de bene. fra. c. j. tunc non progreditur vltra septimum gradū. vt. d. §. hoc quoq;.

DE INVESTITVRA NOVA.
Rub. 14.

Si duo.

CAsus. Traditur regula, quod frater fratri in feu. nouo non succedit, nisi per pactum sit actum, sicut & de filia dicitur. h. d. Vide expositionem (sic & per pactum.) No. hic quòd in feudo de similibus ad similia procedendum est, sic & inf. an mutus vel aliter imper. c. j. & facit. ff. de legi. l. de quibus. &. C. quæ sit lon. consue. l. j.

AN MARITVS SVCCEDAT &c. Rub. 15.

Quia de successione præcedenti ti. sermo habitus est, ideo sequitur rubrica.

Si

Si fœmina.

Diuide.c.in tres partes.Primò,an maritus ſuccedat vxori in feudo fœmineo.Secũdò,an filij. Tertiò, declaratio præcedentium.Secunda incipit ibi,& ſi ipſa.Tertia ibi, hoc dicimus. Caſus, Maritus vxori non ſuccedit in beneficio etiã fœmineo, niſi ſpecialiter ſit inueſtitus:filiæ etiã non ſuccedũt matri etiã in eo feudo de rigore niſi ſpecialiter ſit dictum, vel niſi fuerint inueſtitæ. Sed de æquitate benè ſuccedũt. hoc locum obtinet in capitaneis & maioribus & minoribus valuaſoribus,h.d.Vide expoſitionem,(Inueſtitus maritus) à domino.(dicunt quidam) de rigore conſuetudinario(ſecundum æquitatem.) Not. hic æquitatẽ præferri rigori in feu. (Hoc dicimus) quòd dictũ eſt hoc capitulo & præcedenti, & ſecundum hoc nõ deberet hic eſſe rub. (ſic ſeruatur)vt ſequitur. inf.ti.prox. Sed nunquid filiæ ſuccedunt in feu. dic vt.inf. de bene. fœm.c. j. in princ. & de na. ſuc. feu.in prin. Et no.hic quod licet maritus ſuccedat vxori de iure communi non extantibus propinquis,vt. C.vnde vir & vxor. l.j. non tamen ſuccedit in feudo vt hic.

DE FEVDIS DATIS MINImis valuaſoribus. Rub. 16.

Huius rubricæ continuatio patet ex fine præcedẽtis titu.

Si minores.

Caſus. Minores valuaſores à minimis feudũ auferre poſſunt quandocunq;, tamen reſtituto

tuto precio ſi quid acceperint. h. d. Hoc capitulum eſt hodiè correctum, vt ſup. de na. feu. habetur,& dic vt ibi.

QVIBVS MODIS FEVDVM amittitur? Rub. 17.

Hanc rubricam non expedit continuare.

Si capitanei.

Caſus. Vaſallus quicunque amittit feu. ſi dominum in bello dimiſerit, nec eum iuuit dum potuit:vel ſi credentiam domini ſcienter manifeſtauerit in damnum eius,vel ſi eius vxorem adulterauit,vel ſi contra eum fecit inſultum, vel ſimiles culpas commiſerit.h.d. Vide expoſitionẽ. (Seniores)id eſt, dominos ſuos. Quæruntur hic duæ quæſtiones in glo.Prima eſt ſi vaſallus pandit credentiam domini ſui,an hæc duo ſunt neceſſaria ad hoc quod feudum amittatur,ſcilicet quod ſcienter pandat & quod in damnum domini? Reſpondet glo.quod ſic.argu.ff. de pe. l. interpretatione.Tu dic quod licet non ſciuit,ſi tamen ſcire debuit cedere ad damnum domini,feu. amittit ar. ff.ſi cer.pet.l.quod te mihi dare, in fi.&. ff. man. l. ſi fideiuſſor.Secunda quæſtio eſt, quid ſi vaſallus vxore ſua abſente dominã ſuam vel vxorem domini ſui in lecto ſuo inuenerit,& putans ſuã vxorem cognouerit eam? nunquid feudum amittit? Reſpon glo.& benè quod non,vt.xxxiij.q.ij.in lectum.&.xxix.q.j.§. his ita.Reſpon.vt.ff. de adul.l. pe.De materia huius rubricæ dic vt ſup. qui. mo. feu.amit.in prin.§.j.

APVD QVEM VEL QVOS CONtro. feu. diffiniatur.

Rub. 18.

Rubrica hæc sic potest continuari. dictũ est supra de inuesti. feu. & de perso. quæ feu. da. pos. & quæ acciet de natu. & qualitate feudi, sed quia parũ prodesset ius esse, nisi essent personæ quæ iura redderẽt, ut. ff. de orig. iu. l. ij. §. post originem, Ideo sequitur hæc rub. Apud quem.

Si contentio.

Diuide capitulũ in duas partes. Primò tractat de contentiõe inter capitaneos. Secundò de contentiõe inter valuasores maiores & minores. Secunda incipit ibi, si vero. Casus. Si cõtentio est inter capitaneos de beneficio, Imperator est iudex. Si vero cõtentio est inter valuasores maiores & minores, tunc pares curtis vel iudex curiæ cognoscunt, hoc dicit. Vide expositionem. (Capitaneos) qui propriè dicũtur capitanei. i. Duces, Comites, vel similes regalem dignitatem habẽtes, vt differat à sequenti, (valuasores maiores). i. maiores contendunt cum minoribus, vel dic quòd maiores contendunt inter se, & minores inter se, licet quidam dicant contra & teneant primam, inhærentes literæ. Oppo. quod inter capitaneos pares sint iudices, vt inf. de le. Cor. c. j. ver. j. So. secundũ consuetudinem quæ Mediola. obtinet, pares sunt iudices, vt ibi. Sed secundũ ius commune cõsuetudinariũ Imperator est iudex, vt hic, &. d. c. in prin.

Oppo. secundò, quòd inter capitaneos & valuasores hodiè non debeat esse differentia, vt sup. de. na.

na. feu. c. j. So. secundum glo. quod hic dicitur ibi corrigitur. Hæc so. non placet, tum quia hoc. c. est posterius. ar. ff. de legi. l. non est nouum, tum quia correctio vitanda est in dubio, vt in auten. de admi. of. §. fi. dic ergo, aliud ibi quam hic. Nam ibi tollitur differentia quantum ad hoc, vt à nemine possit auferri sine culpa, hic autem manet differẽtia quantum ad iudices, quia alius iudex datur maioribus, alius minoribus. Remanent hodiè aliæ differentiæ, vt ibi no. Oppo. tertiò, quòd inter omnes vasallos iudex debeat esse dominus, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea si inter duos. Sol. secundum quosdam: aut contentio est inter capitaneos, tunc Imperator est iudex, aut inter valuasores maiores & minores, tunc pares vel iudex curiæ, vt hic, aut inter alios valuasores, tũc dominus, vt ibi. Hæc solu. non videtur bona, quia ibi dicitur simpliciter dominũ esse iudicem, hic distinguit vasallos. Vel dic quod inter capitãneos Imperator est iudex, si ab eo feudum habẽt, vel Rex, si à rege. Sed inter alios vasallos, aut dominus habet pares, vel iudicem curiæ suæ, tunc illi erũt iudices vt hic. Si vero nõ habeat tales, tunc ipse dominus erit iudex, vt ibi. Oppo. quartò, quòd nec pares nec iudex curiæ nec etiã dominus sint iudices, sed iudex rei vel arbiter communis, vt. j. de inue. in mari. fac. c. j. & d. l. Cor. c. ij. in prin. So. aut vasalli inter quos est contentio sunt vasalli eiusdem domini, de alijs feudis, & fe. de quo est quæstio inter eos pertinet ad eundem dominum, tunc aut dominus habet pares vel iudicem suæ curiæ, & illi erunt iudices vt hic, aut non habet, & tunc ipse dominus, vt. d. §. præterea,

APVD QVEM VEL QVOS CONtro. feu. diffiniatur.

Rub. 18.

Rubrica hæc sic potest continuari. dictū est supra de inuesti. feu. & de perso quæ feu. da. pos. & quæ accid. et de natu. & qualitate feudi, sed quia parū prodesset ius esse, nisi essent personæ quæ iura redderēt, ut. ff. de orig. iu. l. ij. §. post originem, Ideo sequitur hæc rub. Apud quem.

Si contentio.

Diuide capitulū in duas partes. Primò tractat de contentiõe inter capitaneos. Secundò de contentiõe inter valuasores maiores & minores. Secunda incipit ibi, si vero. Casus. Si cõtentio est inter capitaneos de beneficio, Imperator est iudex. Si vero cõtentio est inter valuasores maiores & minores, tunc pares curtis vel iudex curiæ cognoscunt, hoc dicit. Vide expositionem. (Capitaneos) qui propriè dicũtur capitanei. i. Duces, Comites, vel similes regalem dignitatem habẽtes, vt differat à sequenti, (valuasores maiores). i. maiores contendunt cum minoribus, vel dic quòd maiores contendunt inter se, & minores inter se, licet quidam dicant contra & teneant primam, inhærentes literæ. Oppo. quod inter capitaneos pares sint iudices, vt inf. de le. Cor. c. j. ver. j. So. secundũ consuetudinem quæ Mediola. obtinet, pares sunt iudices, vt ibi. Sed secundũ ius commune cõsuetudinariũ Imperator est iudex, vt hic, &. d. c. in prin.

Oppo. secundò, quòd inter capitaneos & valuasores hodiè non debeat esse differentia, vt sup. de. na.

na. feu. c. j. So. secundum glo. quod hic dicitur ibi corrigitur. Hæc so. non placet, tum quia hoc. c. est posterius. ar. ff. de legi. l. non est nouum, tum quia correctio vitanda est in dubio, vt in auten. de admi. of. §. fi. dic ergo, aliud ibi quam hic. Nam ibi tollitur differentia quantum ad hoc, vt à nemine possit auferri sine culpa, hic autem manet differẽtia quantum ad iudices, quia alius iudex datur maioribus, alius minoribus. Remanent hodiè aliq differentiæ, vt ibi no. Oppo. tertiò, quòd inter omnes vasallos iudex debeat esse dominus, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea si inter duos. Sol. secundum quosdam: aut contentio est inter capitaneos, tunc Imperator est iudex, aut inter valuasores maiores & minores, tunc pares vel iudex curiæ, vt hic, aut inter alios valuasores, tũc dominus, vt ibi. Hæc solu. non videtur bona, quia ibi dicitur simpliciter dominũ esse iudicem, hic distinguit vasallos. Vel dic quod inter capitaneos Imperator est iudex, si ab eo feudum habẽt, vel Rex, si à rege. Sed inter alios vasallos, aut dominus habet pares, vel iudicem curiæ suæ, tunc illi erũt iudices vt hic. Si vero nõ habeat tales, tunc ipse dominus erit iudex, vt ibi. Oppo. quartò, quòd nec pares nec iudex curiæ nec etiã dominus sint iudices, sed iudex rei vel arbiter communis, vt. j. de inue. in mari. fac. c. j. & d. l. Cor. c. ij. in prin. So. aut vasalli inter quos est contentio sunt vasalli eiusdem domini, de alijs feudis, & fe. de quo est quæstio inter eos pertinet ad eundem dominum, tunc aut dominus habet pares vel iudicem suæ curiæ, & illi erunt iudices vt hic, aut non habet, & tunc ipse dominus, vt. d. §. præterea,

aut non sunt vasalli eiusdem domini de alijs feudis, vel diuersos inuestitores producũt, tunc iudex rei erit iudex, vel arbiter communis cognoscet, qa actor sequitur forum rei, vt. C. vbi in rem act. l. actor, vt in contrarijs, & dic vt ibi no.

Si aliquis.

Casus. Si vasallus quicunq; feudum alienauerit legitimè sine voluntate domini, eo vel ipsius hærede defuncto sine hęrede, feu. domino aperitur & ad eum reuertitur, hoc dicit, Vide expositionem, (vel partem) vel pro, id est, & sic correctiuè, vel expositiuè, vel dic propriè vt in glo. Oppo. dicitur hic in litera, quòd post mortem vasalli feudum aperitur, immò videtur quod statim, si alienauit totum, vt supra qui. mo. feu. amit. §. item si fratrem. Sol. dic quòd hic disiuncta, vel, accipitur correctiuè seu expositiuè. vel dic quòd hic denotat accidẽtiam facti, non ministerium iuris.

CONSTITVTIONES FEVDALES domini Lotharij &c. Rub. 19.

Ista rubrica sic continuatur, quia præcedenti ti. habita est mentio de constitutione edita de beneficio militis. Ideo hic sequitur rub. sub qua ponitur hæc cõstitutio prædicta.

Si quis ex militum.

CAsus, præcipit Imperator constitutionẽ editam super beneficijs militum & successione & culpa, & cum consilio virorum prudentum ab omni-

omnibus obseruari. h.d. Quærit gl. vbi sit ista cõstitutio? Respon. & benè, licet quidam dicãt aliter, quòd est in titu. sequen. vsq; ad ti. quemad. feu. ad filiam pertineat.

Si quis miles.

Casus. Decedente milite vasallo succedit filius vel nepos ex eo, & frater, quinimo & patruus, si feudum sit auitum. Vide expositionem. (& nepotem) ex filio (& fratrem) cum filium non habet, q. d. nedum filium cum habet, (aui defuncti) no. aut, quia si feu. esset nouum, tunc ei non succederet, vt inf. de gra. suc. in feu. §. si cum Titij. Item no. quòd ascendentes in linea transuersali succedunt descẽdentibus. Sed secus est in ascendentibus in linea directa, vt inf. de nat. suc. feu. in prin. Opp. videtur quod frater patris non succedat in feu. vt sup. de feu. mar. si duo cum si. Sol. secũdum quosdam hoc speciale in milite. Tu dic idem in milite quod in alijs. Dic ergo, quod hic feu. fuit antiquum, vt patet in litera, ibi nouum, & secundum hoc idem ius est in omnibus, vt supra, de his qui feu. da. pos. §. cum vero Corradus. Quæritur in gl. quid si duo fratres inter se paterna bona diuiserũt, & ex diuisione feudum insolidum ad vnum peruenit qui postea moritur sine hærede, nunquid succedet frãter an redibit ad dominũ? Respon. gl. & benè, quòd frater succedit, nisi feudum refutauerit omnino, & pactum in rem fecerit vt inf. de na. suc. feu. c. j. & si de feu. fue. contro. c. fi. & de eo qui fin. fecit ag. de feu. pater. c. j. vbi de hoc.

DE BENEFICIO FRA. ET QVAliter frater &c. Rub. 20.

Quia præcedenti titulo habita est mentio de successione fratris. ideo sequitur hæc rubrica.

Si quis acquisierit.

ET diuide capitulum in duas partes. Primò ponitur regula. Secundò exceptiones à regula. Secunda pars incipit ibi, nisi per inuestituram. Casus. Datur regula, & exceptiones à regula. Et regula est, quòd frater fratri defuncto sine filio non succedit in feu. nouũ. Fallit regula si tempore inuestituræ per pactum conuenit. Itẽ si de cõmunibus bonis est emptum. Item si frater est inuestitus vtriusq; nomine domino sciẽte. Itẽ si frater acquisiuit in hoste regis. &. h. d. Vide expositionẽ. (beneficium) nouũ. (emptum) per vnũ de fratribus, domino sciẽte acquisierũt. quod est idem si in simul steterint & non si simul. Quia hoc casu quandò de communibus bonis est emptũ, vel de communi pecunia, tunc nõ interest, steterint simul vel non, vt in glo. (in hoste). i. in exercitu, fratribus in cõmuni causa dimissis: vel dic quia non simul stabãt, sed cum armis & equis communibus acquisiuerũt. Super hoc tangit gl. duo brocarda, & opponit duobus modis. Primum brocardum est, licitum est gratis quod licet precio, & econtra, ff. de reg. iu. l. cum ius. &, man. l. in te mandata. Quod precio nõ licet: non licet gratis, nec econtra. vt. ff. de ri. nup. l. palam. &. C. de bo. auc. iudi. pos. l. j. Licitum est gratis quod precio non licet. vt. ff. de his qui nõ. infa. l. furti. §. pactus. &. C. de prædi. curi. l. fi. li. x. Licitum est precio quod gratis non licet. vt. ff. de contrahen. emp. l. j. & de procu. l. procurator. cum si. So. aut negocium est omnino prohibitũ, aut omnino

no permissum. aut est prohibitum vel permissum secundum quid. Primo casu quòd non licet gratis nec precio, nec econtra. Secundo casu quod licet gratis licet & precio, & econtra. Tertio casu aut prohibitũ est gratis & permissum precio propter aliquam rationem, tunc licet precio quod non licet gratis, aut econtra permissum est gratis & prohibitum precio propter aliquam rationem, tunc licet gratis quod non licet precio, & est ratio vt in qualibet earum legum apparet. Secundum brocardum est. Qui scit & tacet nec contradicit, consentit, vt. ff. de reg. iu. qui tacet. &, de euic. quidam. Qui scit & tacet nec contradicit, nõ cõsentit. Nam scientia sine contradictione pro cõtradictione est, vt. ff. de procu. l. filiusfa. §. inuitus. & de ser. vr. pre. l. initium. Sol. regula est, qui tacet non cõsentit, vt in dicta regula, qui tacet. Fallit in casibus vt ibi no. hoc placet. Vel dic secundum quosdam, vt no. d. l. filiusfa. §. inuitus. &. ff. de pig. act. l. Gaius, &, de fur. qui vas. §. vetare. ff. so. ma. l. ij. §. voluntatem. Vel dic secũdum Dy. extra de reg. iu. qui tacet, vbi no. quod qui tacet neq; consentit neq; dissentit, & ideo distingue in isto casu. Aut tractatur de aliquo obligando, & tunc per taciturnitatem nemo videtur consentire, quia in contractibus requiritur consensus expressus, sed qui tacet, expressè non consentit &c. Fallit, dicit ipse, in casibus alle. in gl. in. d. §. inuitus. ff. de procu. Aut tractatur de præiudicio alicui generando, & aut loqueris in tali materia quæ habet extrema & medium, & ideo neq; consentit neq; dissentit sed trahis ad medium, vt. ff. de tribu. l. j. ff. communi di. l. Sabinus: aut loqueris in tali materia quæ non habet

extrema & medium ſed caret medio, tunc illa taciturnitas trahitur ad partem fauore partis, vt inſ. de pig. l. fideiuſſor. §. pater. & ecõtra ad aliam partem, vt ff. de fur. qui vaſ. §. vetare cum ſuis cõcor. Oppo. inſ. de feu. da in vicem. l. commiſ. c. j. So. à domino nõ poteſt emi. vt ibi, à vaſallo ſic, vt hic, & eſt ratio vt no. ſup. de his qui feu. da. poſ. §. fi. Op. ſecundò contra iſtam ſol. quòd etiam à domino emi liceat, vt inſ. quemad. feu. ad fi. perti. c. j. in prin. So. aliter ibi, quia quod ibi dicit, redimere, non debet intelligi precio, ſed ſeruitio & amore.

Op. tertiò ex gl. quod non interſit an ſteterint ſimul vel non. vt inſ. de fra. de nouo bene. inue. c. ij. in prin. So. ibi frater nomine ſuo fuit inueſtitus, hic vtriuſque nomine, vel ibi domino ignorante, hic ſciente.

Opp. quartò, quod feu. communi pecunia quæſitum non acquiratur vtriq;. vt. d. c. ij. §. j. Sol. ibi domino ignoráte, hic ſciéte, vt ibi patet in litera.

DE FEV. SINE CVLPA NON amit. Rub. 21.

Sancimus.

CAſus. Datur regula. Regulariter enim miles vaſallus feudum non amittit niſi culpa rationabili cognita & conuicta. h. d. Hæc regula obtinet in omnibus, vt ſup. de nat. feu. de his qui feu. da poſ. §. fi. &, qui. mo. feu. amit. in prin.

Si quis.

Caſus. Miles feudum amittit ſi totum alienauerit, vel ſi dominum adulterauerit, vel ſi eum non iuuit cùm potuit in pugna. h. d. Quæritur quid ſi domi-

dominum iuuare nõ potuit, ſed culpa militis precedente, nunquid feu. amittit? Reſpõ. ſic, vt xxxiij. q. ij. c. latorem. & ar. ff. ſi quis cau. l. ij. & de reg. iu. quod quis.

QVO TEMPORE MILES INueſtituram petere debeat.

Iſta rubri. poteſt continuari ad præcedentem. dictum eſt ſuperiori titulo de amiſſione feudi: ſed quia inter caſus amittendi feudum eſt, ſi non petat miles inueſtituram. Ideo ſequitur hæc rubrica.

Sancimus.

Diuide in duas partes. Primò regulam. Secũdò inſtantiam. Secunda pars incipit ibi. Niſi iuſta cauſa &c. Caſus. Datur regula, & inſtãtia. Regula eſt. Si miles intra annũ & menſem poſt mortem domini non petat inueſtituram ab eius hærede, vel poſt morté patris à dño, amittit feudũ. Fallit regula ſi iuſta cauſa impediatur vel mortis vel capitalis inimicitię vel infantia vel iuſta abſentia, hoc dicit. Vide expoſitionem. (vadat). i. expectet vel differat, (patris ſui). i. ſui militis, (alterius) vaſalli, (debet) miles qui poſtea petere debet inueſtituram. (Iuſta) facit inſ. de prohi. feu. alie. per Lotha. Imperatorem. c. fi. (mortis) domini vel vaſalli (inimicitiæ) ortæ inter dominum & vaſallum ſine culpa vaſalli: vel dic inter vaſallum & extraneum, per cuius loca tranſire non poteſt ſine periculo. ar. ff. ex qui. cau. ma. l. iij. & ad Treb. l. de ætate. (infantia) domini vel vaſalli non habentis tutorem. Facit inſ. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea ſi

quis,& ſi de feu.fue.contro.c.ſi minori,&.c.ſi quis deceſſerit.&.C.de iur.de lib.ſi infanti. & ad Trebel.l.ſancimus. Et nota quòd duplex eſt hæc litera.Quidam habent infantiam,& hæc eſt plana, & expone vt dixi Alij habent, infamia. Alij habent vtrãq; literam,& ego ſic habeo.Prout eſt infamia in litera ſubaudi:Vel quia dominus eſt excommunicatus,vel à Rege bannitus,quo caſu vaſallus eſt abſolutus interim à ſacramento fidelitatis,vt inf. hic finitur lex,deinde conſue.regni,circa prin.Sed de infamia vaſalli non poteſt intelligi, quia propter delictum puniendus eſt,& ideo ex eo nõ poteſt mereri excuſationem & præmium,vt.ff. de nego.ge.ſine hæreditaria,& de interdic.& rele.l. relegatorum §.ſi.Vel poteſt intelligi hæc litera, infamia,aliter quàm de priuatione famæ,& tunc dices vel infamia, i.nulla fama habita de domini morte, qui fortè eſt vltra mare,& ideo tẽpus ſibi ignoranti non cedit.ff.de hær.inſti.l. ſi. &. C. de teſta. mili.l.certi iuris.&.l.ſi cum in vtero.&.C. de reſti. mili.l.j.

Oppo. quòd vaſallo detur annus & dies tantùm,vt infra,quæ fuit prima cauſa bene, amit. in prin.& de ca,Cor.in prin. & infra de prohi. feu. alie.per Fre.§.prẽterea.Solu.ſecundum quoſdam, quod hic dicitur ibi corrigitur. Vel dic quòd ſpeciale eſt in milite, in quo ſpecialia multa ſunt. hoc placet.

Quærit gl.quatuor quæſtiones,ſed duæ cõcordare videtur,& idẽ eſſe,tamẽ ſeparatim recitabo.

Quæritur quid ſi poſt annũ & mẽſem dominus vaſallum recepit & inueſtituram fecit: nũquid videtur remiſiſſe talem ingratitudinẽ, ſcilicet quia non

non petijt inueſtituram?Gl.determinat quòd ſic arg.ff de le.commiſ.l.poſt diem,& de eo quod cer. lo.l.ſi.& de arbi..Celſus.

Quæritur quid ſi dominus receperit ſeruitium poſt annum & menſem an videatur renũciaſſe iuri ſuo?Et glo. determinat quod ſic, per dictam.l. cum concor.niſi dominus receperit ſeruitiũ cum proteſtatione, ſaluo iure ſuo.ar.ff. qui.mo. pig. vel Hypo.ſol.l.ſi debitor.§.j.&.C.de his qui mu. ſub.l.j.lib.x.

Quæritur quid ſi miles moriatur antequam petat inueſtituram,cum ſupereſſent tãtùm duo vel tres dies,de anno & menſe vel die, quantum tempus dabitur hæredi ſuo?

Nunquid reſiduum,an tempus integrum? Reſpon.glo.diſtinguendo,vt.C. de tempo.in inte. reſti.pe.l.vlt.& l.ea quæ.&.ff.de mino.l.interdum. Alij dicunt quòd dari debet tertia pars eius totalis temporis hæredi,vt ar.C.de iudi.l.properandũ. §.ſinautem.&.ff.de iudi.l.ſi iudex.Alij dicũt quòd datur tantummodo tempus quod ſupererat defuncto,quia ex facto defuncti cucurrit, ſi feudum eſt nouum,argu.ff.de mino.l.Aemilius.Tu dic dari hæredi annum & menſem quantumcunq; tempus ſupereſt defuncto,quia hæres feudum habet à principe,& ſic alieno beneficio magis quàm à prædeceſſore,& quaſi ex ſucceſſorio edicto ſuccedit, & ideo tempus quod currit in perſonam prædeceſſoris ſibi non nocet, arg.ff. de ſuc. edic. l. j.§. quibus, & inſti.de bo.poſ.§.ſi. &.C. qui ad bo. poſ.l. ſi.§. fin. Hoc eſt verum, ſi feudum eſt antiquũm, ſecus ſi nouum. ff. de mino. l. Aemilius. &.l. etiam. Quæritur de qua abſentia, debeat intelligi

telligi hoc? Respondeo de iusta absentia, cũ abest ex causa reipublicæ vel alia iusta de causa: secus si voluntaria. nec refert, potest relinquere procuratorem vel non, vt de resti. in inte. l. j. & ff. de acqui. hęre. l. Pantonius. ex qui. cau. maio. l. & qui data opera. l. sed si per Prætorem. §. fi. & l. seq & de in integ. resti. l. fi. Quæritur nunquid tempus istud sit vtile vel continuum? Resp. quòd est vtile quo ad quid, & quo ad quid continuum. Est enim vtile quod tempus non currit ignoranti. Itẽ nec ei qui impeditur petere vt hic. Sed est continuũ: quia currunt in eo feriati dies & non feriati, sic. ff. de calũ. annus, & de edil. edic. l. cum sex. & C. de in inte. re. sti. l. l. fi. vbi de hoc.

Si quis dominus.

Casus. Traditur regula, quæ est quod si dominus de beneficio sui militis alium inuestiuit, vel feudum sui militis alienauit, pro nõ facto habetur, hoc dicit. Vide expositionem. (si quis) subaudi dominus. Quæritur in glo. & non soluitur, nunquid dominus feudi possit feudum locare? Respõ. non, vt in Lombardia, de benefi. & certis tribu. l. fi. §. fi. & arg. inf. in qui. cau. benefi. amit. §. beneficium. Item quæritur nunquid possit alij in feu. dare beneficium? Respondeo non purè, sed sub cõditione sic, sine consensu vasalli, vt sup. qui suc. te, §. q. & tit. hic potest esse ti. qui suc. te. in princ. Item quæritur an possit pignori obligare? Respõdeo, vt no. inf. de prohi. feu. alie. §. hac edictali. Item quæritur quid si totam curiam alienauerit, an feudum transit cum curia? Respon. quòd sic, vt inf. de. l. Cor. c. ij. §. ex eadem, & de capi. qui cur. vẽ.

c. j.

c. j. Item quæritur quid si dominus alienauit feudum sine consensu domini, & post decessit miles sine successore, an teneatur dominus attẽdere promissum & facere inuestituram? Respon. glo. quod sic, & facit pro glo. ff. de vsucap. l. cum vir. &, qui & à qui. l. si seruo alieno.

Sancimus.

Casus. Primò datur regula, quòd miles nõ potest diuestiri à domino sine culpa cognita & conuicta per laudamentum parium. Secundò dicitur quod si pares sententiam tulerint cõtra militem, & miles ad Imperatorẽ appellauerit, miles in possessione perseuerare debet per sex hebdomadas, & ad Imperatorem accedere cum paribus qui laudárunt, vt per eum causa diffiniatur. Et hoc dicit. Vide expositionem. (abijciatur). i. dejiciatur. (iudicassent) appellando, vel petendo reduci ad arbitrium boni viri, laudamentum eorum, (diffiniemus) benè iudicauerint vel non.

Oppo. quòd detur annus, vt inf. si de inuesti. inter do. & vas. lis ori. c. j. §. si autem. Glo. non soluit, nec hic nec alibi. Sed dic ibi in causa appellationis, hic in causa principali. Et est ratio quia causa principalis habet maius tempus quàm causa appellationis ad decisionem. Vel dic quòd hic habet sex hebdomadas ad se parandum ad iter, & cõponendum sarcinulas, & facit. ff. ex qui. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ibi datur ad se præsentandum, & ideo ibi maius. Vel dic quod hic de proximo erat absens, ibi de longinquo. Vel dic quod minus tempus nõ datur quàm sint sex hebdomadæ, sed maius dari potest cognita causa & arbi-

arbitrio iudicis, ar. ff. de re iudi. l. iij. & l. iiij. §. si quis condemnatus.

Opp. quod detur annus, vt in autẽ. ei q. C. de tẽp. appel. Solu. secundum quosdam, hic in feu. ibi in alijs causis, hoc nõ placet. Tu dic hic de tẽpore ad iter parandum, vel secundum quosdam ad se presentandum, ibi de tempore exercendæ appellationis.

Quærit glo. nunquid hoc tempus sit vtile vel continuum? Respon. quòd tale est sicut & tempus quod indulgetur ap. quod est continuum, vt. C. de fer. l. j. & in autẽ. de his qui ingre. ad ap. §. j. Credo quod glo. benè dicit, sed non est bona ratio, quod regulariter illud tempus est cõtinuum, ergo istud. Sed potest esse ratio, quia omne tempus est continuum, vt. ff. de diuer. tempo. l. j. Vel dic quod est vtile, arg. sup. e. c. j.

DE CONTENTIONE INTER dominum & vasallum &c. Rub. 23.

Rubrica ista sic potest continuari. Quia de contentione frequenter habetur mentio in præcedentibus, sequitur hæc rubrica.

Si quis miles.

Diuide capitulũ in duas partes. In prima possidet vasallus. In secunda dominus. Secunda incipit ibi, si dominus. Casus. si inter militẽ vasallum & dominum sit contentio de inuestitura, domino deficiente in probatione, vasallo possidẽti defertur iusiurandum, domino autem possidente militi

militi vasallo incumbit probatio, eo autẽ in probatione deficiente, domino dabitur iusiurandum, & hoc dicit. Nota hoc. c. quòd possidẽti datur iusiurandum, & sic nota quòd magnum commodum est possidẽdi. Sed cui sit deferendũ iusiurandũ dic plenè, vt dixi supra de inuestitura, in prin. Vide expositionem. (adhibeantur) per vasallum.

QVEMADMODVM FEVDVM ad filiam &c. Rub. 24.

Sic continuatur hæc rubrica. Quia feudum in casibus pertinet ad filiam, ideo sequitur hæc rubrica.

Si quis sine.

Diuide in duas partes: Primò ponitur regula. Secundò exceptiones. Secunda pars incipit ibi, nisi à domino. Casus. Primò datur regula. Secundò exceptiones à regula. Regula est. vasallo defuncto sine filio, filia non succedit in beneficio patris. Fallit regula hæc in duobus casibus. Primus est si filia à domino redemerit feudum. Secũdus est si dominus inuestiuit filiam propter amorem & seruitium patris, hoc dicit. Vide expositionem. (redemit) dic benè seruiẽdo domino, & optimè circa eum se habendo, vt no. sup. de bene fra. c. j. (suis). j. filiæ, vel dic domini. (damnetur) filiæ vel dic dominus. Opp. fortiter. dicit litera, quod si filia inuestiatur propter amorem & seruitium patris, vel quia redemit, quod non reuocabitur ab vllo ex parentibus suis, sed contra. inf. de alie. feu. pa. c. j. §. j. & de vas. decre. æta. §. j. & si de feu. fue. contro. c. Titius. & de eo qui fi. feu. fecit ag. c. j. & sup. de alie. feu. §. & si clientulus. in fin.

in fin.§.& de suc.feu.§. hoc quoq;.in quibus omnibus dicitur,quòd non præiudicatur agnatis seu parentibus,si non consentiunt. Sol. illud regulare, hic speciale,scilicet,quando redemit, vel inuestitur propter amorem patris, & hoc not. inf. an agna.vel filius de.in gl.quę incipit sed nunquid.Vel dic vt in summa, quod hoc.c loquitur in feudo nouo. Sed contraria de feudo paterno. Hæc sol. non placet,quia hęc litera dicit,non reuocetur ab vllo ex parentibus,ergo loquitur de paterno,quia si esset nouum,tunc indubitanter non posset à parentibus reuocari,cum nõ succedant in feudo nouo,vt satis supra dictũ est. Dic ergo quod hic post mortem vasalli dominus filiam inuestiuit, vt patet hic in litera.Sed in contrarijs superstite vasallo.Et potest esse ratio:quia ibi agnati defraudarẽtur ipso facto,quia inuestitura fit superstite vasallo,cum multis modis possit amitti, & ad eos etiã redire post seruitium.Sed quãdo post mortem fit inuestitura constat seruitium & amorem vasalli præcessisse,& quòd postea per nouum casum cõtingentem non possit amitti.

Sed opponitur contra hoc,post mortem vasalli statim quæsitum est ius agnatis in feu.antiquo, vt infra an agn.vel fi.defun.§.fi.ergo à domino non potuit eis auferri, ar.C.de proba.fine possi. &.ff.de regu.iur.id quod. Respõdeo quod fingitur ius non quæsitum agnatis, tum quia filia fuit inuestita prius quam agnati,arg.C.de bo. quæ lib.l. cum non solum.§.fi. tum quia videtur quòd consuetudine permittente fit,vt hic, tum etiam quia à sui principio videtur facta inuestitura secundũ tenorem huius.§. vt succedere debeant agnati & non

non filia,nisi filia inuestiatur eo modo quo traditur hic,scilicet quando inuestitura est simplex & ad rectum feudum darur. Et nota ex prædictis quòd in feudo antiquo non potest filia à domino inuestiri superstite vasallo, nisi consentientibus agnatis.

QVIBVS MODIS FEV. consti. potest. Rubri. 25.

Rubrica hæc sic potest continuari ad præcedentes.Dictum est supra de initijs feudi & de personis, & de natura & qualitate feudi. Sequitur uidere quemadmodum feudum constitui possit.

Sciendum est.

CAsus. Traditur regula & regulæ declaratio. Et regula est feudum sine inuestitura nõ potest constitui. Declaratio regulæ est. vasallus iubente domino ingressus est possessionẽ castri nomine feu.sine alia propria inuestitura, certè dum vixerit quasi nomine feudi poterit retinere, sed eo defuncto hæres non succedit in feudo,hoc dicit. Vide expositionem. (sine inuestitura) etiam propria quæ dicitur possessio,vt infra quæ sit inuestitura,in prin.licet abusiua interuenerit. & satis patet ex litera quæ sequitur hic, sed si non interueniret propria vel abusiua non est dubium quòd non constitueretur feu.vt inf.de feu.cogni. c.ij.& de consue.rec.feu.c.j.in prin. (licet), id est, licitum est.

Oppo. gl. dupliciter & non ſoluit, & primò ſic, videtur quòd hæres ſuccedit in feu. quia vaſallo quæritur poſſeſsio ſi iubente domino ingreditur poſſeſsiõem, vt. ff. de acquir. poſ. l. j. §. ſi iuſſerim. &. l. quòd meo. in prin. &. §. & ſi venditorem. &. l. quarundam. ergo primò interceſsit inueſtitura & abuſiua præceſsit, quod eſt veriſimile. ergo feu. propriam videtur habere naturam. Cum ergo conſtat feu. propriam naturam habere in vita vaſalli, igitur & in hærede idem dicitur ſeruari. vt. ff. de proba. ſi pactum, & de ver. ob. l. ij. in princ. Solu. illud eſt regulare, hoc ſpeciale propter ſuſpitionem fraudis tollendæ. arg. ſup. de conten. inter do. & vaſ. §. hoc ita. &. C. de iati. lib. tol. l. vnica, §. pe. & de dona. l. donatio. &. l. data. Oppo. ſecundò. vt. inf. de conſue. rec. feu. c j. in prin. Solu. aut dominus dixit coram curia ſeu paribus curiæ, vade in poſſeſsionem, & tunc feudum habet propriam naturam, & tranſit ad hæredes, vt ibi patet in litera: aut coram alijs, tunc non, vt hic, hoc placet. Et eſt ratio propter ſuſpitionem fraudis vt dixi. Alij dicunt ſimpliciter & malè, quòd niſi dominus induxerit vaſallum in poſſeſsionem ſeu inueſtierit, quòd nunquam habet feudum propriam naturam vt hic. & cum hac determinatione intelligitur. c. in contrarium. Sed tu dic vt dixi. Sic no. in contrario, & poteſt probari per ratiõem, quia omnis inueſtitura poteſt probari per pares, vt. inf. ti. proximo, cum ſimilibus. Item poſſeſsio acquiritur non ſolùm per inductionem ſed etiam per iuſſum: & multis alijs modis vt dixi, & no. C. de acquiren. poſ. l. j. ergo ſi dominus iuſsit coram paribus videtur ſic ſufficere, ſicut ſi induceret

ceret in poſſeſsionem coram paribus cum eadem ſit ratio.

Si dominus.

Caſus. Datur regula, quę eſt, quòd ſi clericus de alieno beneficio alium inueſtiat: & priùs moriatur quàm ſibi feudum aperiatur, exinanitur feudum, nec ſucceſſor tenetur ratam habere inueſtituram, hoc dicit. Expoſitio textus. (Inueſtiuit) de beneficio ſui militis, (nanciſceretur), id eſt, priuſquam feudũ domino aperiatur, (exinanitur,) id eſt, annihilatur (quod,) id eſt, quia quod ſupra dictum eſt. De hoc ſatis ſuprà dictum eſt ti. qui ſuc. te. & ti. hic poteſt eſſe ti. qui ſuc. te.

SI DE INVESTITVRA INTER do. & vaſ. &c. Rub. 26.

Continuat ſic. Quia de contentione inter dominum & vaſallum ſuperius obſcurè & imperfectè dictum eſt, ad declarationem præcedentium ſubijcitur titulus iſte.

Si inter dominum.

Diuide in tres partes. Primò qualiter ſit facienda probatio, ſi contentio eſt inter dominum laicum & vaſallum. Secundò de contumacia vaſalli. Tertiò qualiter ſit facienda probatio, ſi ſit controuerſia inter dominum clericum & vaſallũ. Secunda incipit ibi. Si autem. Tertia ibi, & in cleri eorum. Caſus ſummarius. Orta contentione de inueſtitura inter dominum & vaſallum, deficiẽte

probatione, possessorio sacramento causa decidetur. Sed si testes interfuerint fieri debet probatio per testes, qui si veritatem dicere recusent, cogi debent à comite vel populo, vel ab Imperatore, ad quem accedere debet vasallus cum nuncio domini, aliàs cum ipso domino. Sed interim quietè possideat vsque ad annum. sed si interim non iuerit per se vel per alium, sacramento domini causa decidetur. In clericorum autem inuestitura omnes testes pariter admittuntur, & hoc dicit, Vide expositionem. Quæro primò ad declarationem literæ secundum glo. de qua inuestitura loquatur hoc ea? Quidam dicunt quòd loquitur de veteri, quia in ea ad probandum admittuntur pariter pares & extranei, vt. inf. qui testes sint ne, ad probationem no. inuesti. §. fi. Sed hîc dicitur, quòd admittũtur, si pares abfuerint, vt in ver. si vero, ergo debet intelligi de veteri, quia in noua non admittuntur, vt inf. quid sit inuesti. c. j. §. j. &. inf. qui testes sunt necel. §. fi. & sup. de contro. inuesti. circa prin. cum similibus. Tu dic quòd loquitur de noua & non de veteri, & dic quod hîc admittuntur pares tantùm, & non extranei, etiam si abfuerint pares tempore inuestituræ, quia expectandi sunt, vt infra de consue. rec. feu. c. j. in fi. Expone hic literam, (abfuerint) id est, nullo modo adfuerint, vel dic propriè, si erant in lõginquo vel alibi, nec commode possunt adesse, aliàs expectandi sunt vt d. c. j. in fi. (in vestitione) noua, (res), id est, veritas, sic. ff de iureiuran. quotiens, & de fal. l. j. circa princ. (idem) quod in principalibus (interfuerint) inuestituræ (eorum) testium, (testes vero) ad testimonium admittuntur, (& qui) pro, id est, & no-

no. hic bene. qui dicuntur pares (abfuerint.) Expone vt supra dixi (qui) etiam extranei, vt no. infra quid sit inuestit. in princ. vel dic pares, vtputa quia clausula debet referri ad omnia præcedentia, si non resultet intellectus prauus, vt. ff. de leg. j. l. talis scriptura §. fin. &. l. si seruus plurium. §. vltimo. vel dic vt inferiùs dicam. (à Comite), à quo habet feudum vasall. vel dic, Comes in eo loco habebat iurisdictionem. Et not hîc quòd si inferior iudex deneget iustitiam quòd deuoluitur iurisdictio ad superiorẽ, & ad eum potest haberi recursus, vt in autent. de Quæstore. §. si vero forsan, &, vt diffe. iudi. §. si tamen contigerit, & per gradus deuoluitur vt dicit glo. scilicet de minore ad maiorem iudicem. Primò enim requiritur curia, intelligе si lis vertitur coram curia, vel dominus, si coram domino est lis. postea Comes, deinde populus, vltimò Imperator vel Rex. Sed opponit glo. quòd maior est populus Romanus quàm Imperator, vt. §. sed quod principi. insti. de iure nat. gen. & ciui. Sed tu dic quòd maior est Imperator, quia omnis iurisdictio est in eum translata à populo, vt. ff. de consti. prin. l. j. &. C. de veteri iure enucle. l j. §. sed & hoc studiosum, (quòd ex causa prædicta) id est amore &c. vel dic, id est, in ea causa (ob eruetur) sine appellatione, vt. ff. à quibus appell. non licet. l. j. in prin. (venerit) vasallus (domini) si possidet, sed idem si non possidet, si pro eo præsumptio vel aliquid aliud faciat in glo. (præstito) etiam coram principe, & partibus ad eius præsentiam comparentibus, (testium) quia in eis pariter admittuntur pares, & extranei, & hoc sequitur.

Oppo. primò sup. quo tempore miles inuesti.

pe.de.c.j.glo.non soluit, sed solue vt ibi dixi.

Oppo.secundò.C.de edili.edi.l.j.& vbi de cri. agi opor. autem. qua in prouincia, vbi alia dilatio statuitur quam hic dicatur. Solu. hic speciale in feudo, ibi in alijs causis. Oppo. tertiò extra glo.quod si testes recusent veritatem dicere cogi debeant veritatem dicere à domino, non à comite vel à populo, vt.inf.qd sit inuesti.§.j.Sol.aut testes pares recusant,tunc coguntur à domino vel à curia,vt ibi,vel extranei,tunc coguntur ab alijs vt hic,& secundum hoc relatio,(qui etiam) fit ad proximè dicta,& non ad præcedẽtia. Vel dic,quòd ibi dicitur,hic determinatur,& secũdum hoc dic, quòd si testes recusent dicere veritatem, siue sint pares siue extranei, cogi debent à domino, extranei tamen coguntur,si dominus habet iurisdictionem generalẽ in loco.Et potes dicere hic, quòd Comes hic erat dominus,& habebat iurisdictionem generalem in loco,& potes dicere, quòd etiam relatio refertur secundum hoc ad præcedentia. Oppo.quartò.quòd etiam extranei sint testes,si dominus non coẽgerit pares,vt inf. quid sit inuesti.§.j.So.aut vasallus habet alios testes,quã pares,nec dominus cogit pares, tunc vasallus potest probare per extraneos vt ibi. Aut non habet alios testes, quàm pares, vel habet alios etiam si vult probare tantùm per pares,& petit cogi pares, vt hic dicitur. Oppo.quintò, dicitur hic in litera, quòd possidet vasallus & reus est, & tenetur probare,contra.C.de eden. l. qui accusare, & de proba. l. actori. Solu. aut pro actore est præsumptio contra reum, tunc reo incumbit probatio, vt hic,&. C. de proba.l,siue possidetis.& de dona. inter

inter virum & vxorem.l.etiam. cum similibus, & sic debet intelligi hoc capitulum,aliàs secùs vt in contrarijs.

Oppo.sextò,hic in litera dicitur quod sacramẽtum debet deferri actori & non possidenti,sed cõtra, infra proximõ.c. cum similibus. Solutio,hoc est speciale propter contumaciam rei, vel dic, quòd pro hoc erat præsumptio pro actore,vel aliquid pro eo faciebat, & in arbitrio iudicis est sibi deferre, vt infra de consue.rec.feu.c.sacramentũ, in principio.

Oppo.septimò,quòd actore non probante debet absolui reus.vt inf,c.proximo,cum similibus. Solutio,vt supra proximè dixi in alio cõtrario:& defertur,dicit glo. hic ad cautelam actori, vt inf. in bonæfidei.Tu dic deferri actori,ideo quia præsumptio est,vel aliquid aliud pro eo faciens,& dic vt dixi sup.de controuer.inue.

Quærit glo.in fi.c.nunquid clericus possit dare feu.cognatis suis?Respon.non licet hodie,quamuis non seruetur.Tu dic vt dixi supra qui feu. da. pos.in princ.

Si quis.

Diuide ca. in duas partes. In prima dominus possidebat.& vasallus actor erat. In secunda ecõtra.Prima pars durat vsque ad.§.si autem. Secunda vsq; in fi.

Casus.Orta contentione inter dominum & vasallum,si vasallus dicit se vel patrem suum inuestitum,probare debet per testes saltem duos intẽtionem suã,sed eo in probatione deficiente,defertur iuramentũ dño possidẽti,qui iurabit cũ duodecim

decim sacramentalibus: eo nolēte iurare defertur actori,qui iurabit etiam cum duodecim sacramētalibus: vtroque nolente iurare dominus possessor absoluitur.vasallo autem possidente,si possedit per annum sciente domino & non contradicēte,solus iurare debet sine alijs testibus,alias autem non,& hoc dicit.Vide expositionem. (de feudo)quòd dominus possidet, vel alius si feudū est nouum vel etiam vetus si dominus non habet pares,vt infra quid sit inuesti.§ si vero, & de consue. rec.feu.c.j.§.fi.(velit iurare)vel non iurare,(sacramentalibus,)id est,testibus deponentibus per sacramentum de credulitate vel scientia,(de hoc,) id est de patre,(non fuisse,) facit. inf. de consue. rec.feu.c.ij.§.si à iudice.(noluerit)dominus,(noluerit actor,(conuenitur)dominus.(aliquis) vasallus,(hoc autem)quod vasallus solus iuret (& non contradicente)& seruitium ab eo quasi à vasallo recipiente,vt.inf.d. consue.rec.feu.c.j.ver.fi.j.vbi de hoc,(alioquin),id est,si minus anno,(ignorantia)domini,quæ præsumitur ex breuitate temporis,& in dubio regulariter præsumitur ignorans, vt.ff.de proba.verius &.C.qui mil.pos. vel non.l. super seruis,(iniquè præsumptè(periurio), id est, sacramento ex quo præsumitur periurium (affert,)id est,afferret quod esset iniquum.

Opp.litera videtur repugnantiam continere.in principio.c. quia primò dicit quòd sufficiunt duo testes, & postea dicit quòd iurare debet dominus vel vasallus cum duodecim sacramentalibus siue testibus.Solutio.dic quòd duo sufficiunt vbi deponunt de veritate,sed duodecim cum principali requiruntur, vbi deponunt de credulitate & conscientia

scientia sua,quasi ad purgationem famæ producentis,& facit extra de pur.ca. c.quotiens,& de testi.c.de testibus. &.c.fi.Et nota quòd regulariter in causis feudalibus sicut in cæteris sufficiunt duo testes, vt.ff. de testi.l.vbi,cum similibus. Oppo. secundò, quod satis sit dominum vel vasallum iurare sine testibus, vt supra proximo. §. & sup. de contro.inuesti.in princi. Solutio,vt no.sup.de cōtro.inuesti.§.cum autem.& de conten. inter dominum & vasal. de suc.feu.c.j.circa princ.

Oppo.tertiò,quòd à filijs domini non exigitur hoc sacramentum de quo hîc dicitur,sed quòd iuramento sit conscientia præponenda, vt. inf.de consue.rec.feu.c.sacramentum.§.si à iudice, & denotis feu.§.fi. Solutio quòd hæc litera dicit in versi.quod em, determinatur ibi.dic ergo, quod filij domini iurabunt secundum conscienriam & de credulitate.Sed vasallus & eius filij iurare debent de veritate, vt.inf.de consue.rec.feu.c.sacramentum.§. si à iudice.Et potest esse ratio,quia aliud in hærede domini aliud in hærede vasalli,quia hæres domini certat de damno vitando. & hæres vasalli de lucro captando,& non est par ratio &c. vt.C.de iure delibe.sancimus.§.licentia,& de conditi.l.vlti.

Opp.quartò dicitur in fine.c. quòd solus iurat vasallus,si anno possedit. immò videtur quòd cū duodecim sacramentalibus debeat iurare,etiam si triginta annis possedit,vt.inf.ti.proxi.in fi. Solutio vt ibi no. Quærit glo.in princ.huius. c.quid si dominus nec iurare velle recusat, nec iurat cum ipsius sit electio, vt in litera dicitur? Respō.quòd electio deuoluitur ad actorem. ar.ff. de solu. l.j.

vel dic quòd iudex ſtatuet tempus domino, & ex cauſa denegabit iuriſdictionem, & transfertur electio in actorem. arg. ff. ex qui. cau. maio. ſed & ſi. §. ſed ſi dura. &. C. de inge. ma. diffamari. Tãgitur hic brocardum in glo. videlicet, quòd patientia ſine contradictione cõſenſui comparatur. Item quòd patientia non habetur pro conſenſu, & allegantur iura multa ad primam partem, ſed ſoluitur, vt no. ſup. de benefi. fra. & qualiter frater, fratri ſuc. c. vno.

DE FEV. DA. IN VICEM LEgis commiſſo. Rub. 27.

Continuatio rubricæ ſic fieri poteſt. Dictum eſt ſupra, quemadmodum feudum conſtituatur. Verum quia feudum conſtituitur gratia & non precio, ideo ſequitur hæc rubrica.

Si quis obligauerit.

CAſus. Feudum conſtitui nõ poteſt ſub pacto. l. commiſſoriæ, quia non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore domini quærendum eſt. Oppone duobus modis, vt not. ſupra de bene. fra. & ſolue vt ibi.

Oppo. litera dicit quandocunq; pecunia ſoluta eſt, poteſt dominus recuperare pignus. contra. infra eo. c. fi. Solu. ibi creditor præſcripſit quaſi feu. ſpacio triginta annorũ, hic non. Item ibi interuertit poſſeſsiõem, hic non. Item intellige hic, quandocunq;, niſi creditor impetrauerit iure dominij poſsidere, vt ſupra. de iure do. impe. l. vltima.

Quærit glo. duas quæſtiones ſatis faciles. Prima

ma eſt, quòd ſi vendidi tibi domum pro quinq; aureis tali pacto, quòd niſi ſolueris integrum precium retinere debeas in feu. & ſoluere debeas medietatem vel plus vel minus, an tale pactum ſit licitũ? Videtur quòd ſic, vt. ff. de pactis. l. in traditiõibus, &, depo. l. j. §. ſi conuenerit. Econtra videtur quòd non, vt hic. Sol. ſecundum glo. diſtingue. aut venditor vult domum totam pro feu. retineri precio non ſoluto, tunc nõ eſt feudum in aliquo, vt hic: aut ſimpliciter, & tunc pro parte qua precium nõ eſt ſolutum erit feudum, pro parte qua eſt ſolutum non erit, vt hic.

Quærit glo. ſecundò, quid ſi fecerit debitor pactum cum ſuo fideiuſſore, quòd ſi fideiuſſor ſoluerit creditori debitore ceſſante in ſolutione, quòd rem impignoratam à debitore ſibi fideiuſſor habeat in feu. an valeat pactum? Reſpon. gl. videtur quòd ſic, vt. ff. de contrahen. emp. l. finali. Tu dic quòd licet emptio teneat, vt ibi, feudum tamẽ nõ conſtituitur, vt hic, propter dictam rationem.

Si quis inueſti.

Caſus. Si dominus inueſtierit aliquem de beneficio ſui militis, ſecundum Placentinos non tenet inueſtitura, ſine conſenſu eius cuius eſt feudum. Sed ſecundum Mediolanenſes & Cremonenſes valet inueſtitura, ſi nullum præiudicium generatur ei cuius eſt. Prædicta autem inueſtitura poteſt habere effectum decedente vaſallo ſine ſucceſſore, & hoc dicit. Expoſitio verborum. (hoc) ſcilicet dictum Mediolanen. & Cremonen. (militi) de cuius feu. ius inueſtitur.

Quæritur quæ opinio ſit verior? Reſpon. in dubio

dubio videtur opinio Mediolanen. & Cremonen. esse verior, quia quotiens quis quod sibi prodesse potest & alij non nocet facere vult, licet respiciat rem alterius, permittitur regulariter, vt. ff. de euic. l. in creditore, &, de aqua plu, ar. l. j. §. denique. & solu. mat. l. ij. in prin. ergo hæc datio debet permitti. & secundum hoc opinio Mediolanen. & Cremonen. debet intelligi, quòd dominus potest beneficium sui militis alij dare in feudum in diè vel sub conditione non purè, vt sup. hic potest esse ti. qui suc. te. vel quando datio non transit in turpitudinem vel vitium futuræ successionis, quod esset si concederetur in feudum beneficiũ certæ personæ, secùs si beneficium concederetur in genere alicuius sui militis quod sibi prius vacauerit, arg. ff. pro socio. l. ij. §. de illo. &. C. de pac. l. fi. vbi de hoc: vel secundum glo. quando imminet etiam periculum de futura successione, sed accipiens accepit cautionem de euictione. hoc non placet, quia tunc posset detrimentum generari propter insidias, vt hic, & quia cautio non mutat maleuolum propositum, vt insti. de suspe. tu. §. nouissimè. Sed fortè Placentini benè intellexerunt & dixerunt, si intellexerunt dictum suum quando fit inuestitura à domino de beneficio sui militis purè, vel quãdo fit de beneficio certæ personæ, & sic imminet periculum futuræ successionis. De hac materia dic vt dixi sup. qui suc. te. c. j. §. fi.

DE VSV MEDIOLANEN. SECUNDUM QUOSDAM. Rub. 28.

Quidam.

Diuide

Diuide capitulum in tres partes. Primò thema & quæstio. Secundò responsio, in qua quidé primò defertur sacramentum filio vasalli. In tertia parte defertur filio domini. Secunda incipit ibi, vnde iuris. Tertia ibi, si aut. Casus, filio militis dicenti patrem de pignore inuestitũ & triginta annis nomine feudi possediſſe defertur iusiurandũ, vt iuret cum duodecim sacramẽtalibus forma hic tradita, sed eo nolente iurare defertur filio domini, qui si iurare recuset, cogitur filium militis inuestire, hoc dicit. Vide expositionem (longum), id est, longissimum vt patet. inf. (inde), id est, de ea re pignori obligata. Opp. secundum glo. duobus modis. Primò sic, dicitur hic quòd filius militis iurat de certa persona. Sed filius domini iurat de incerta, qualiter est hoc? Solu. licet glo. admiretur nec respondeat, tu tamen potes dicere quòd eodem modo iurãt ambo, quia filius militis iurat patrem suum à domino inuestitum, nec certificat aliter dominum. Filius autem domini iurat militem defunctum inuestitum non fuisse, nec aliter certificat personam militis. Sed licet hic non videatur differentia inter filium domini & filium vasalli, tamen alia differentia est, vt dixi sup. titu. proximo. c. fi. Secundò opp. gl. dicit hic quod filio militis defertur sacramentum sub forma hic tradita, & si iurat hac forma, obtinet. Sed videtur si filius domini velit probare contestationem pignoris, quod audiatur, nec dari debeat filio militis sacramentum, quia facultas probationum &c. vt. C. de hæreti. quoniam, in fi, & de testi. testium. §. j. & facit. supra ti. j. c. j. & ij. Solu. quòd hic dicitur determinatur ibi. dic ergo hic. quòd filius militis

litis iurat, si filius domini non vult probare contestationem pignoris seu interruptionem præscriptionis, quæ fit multis modis, vt. C. de præscrip. xxx. anno. l. sicut. &. l. cum notissimi. &. l. fi.

Deinde opponitur extra glo. tertiò dicitur hic quòd exigitur tempus triginta annorum vt detur iuramentum filio vasalli, immò videtur sufficere annus, vt sup. ti. proxi. c. fi. §. fina. Solutio. ibi constabat feu. esse, sed dubitabatur an sit paternū vel collaterale, vel an sit facta inuestitura propria. Hic autem dubitabatur an esset feudum. Vel dic, hic præcessit pignus in re quam tenet pro feudo, ibi non. Vel dic, ibi scienter dominus recepit seruitium pro re quam tenet pro feudo, hic ignorāter accepit dominus pro ipsa re.

Oppo. quartò, quòd solus debeat iurare vasallus, etiam si anno possedit, vt sup. titu. proxi. c. fi. §. vltimo. Solu. vt in præcedenti cōtrario. Vel dic vt dixi supra de conten. inter do. & vas. de inuesti. feu. circa prin.

Oppo. quintò, quòd non sit in electione filij militis iurare, sed probationi stetur, vt supra, de controuer. inuesti. §. similiter. Solu. ibi constabat de pignore per probationem domini, hic non. Vel dic & melius, quòd hic præscriptio temporis intercessit, dubitabatur tamen de feu. & conten. pignoris, & ideo statur hic sacramento. ibi autē nulla præscriptio temporis intercessit.

Oppo. sextò, quòd quotiens præcessit pignus non debet credi iuramento vasalli, vt supra de conten. inter do. & vas. de inuesti. feu. §. similiter.

ter. Solutio, hic post pignus intercessit præscriptio. ibi non.

Oppo. septimò per locum à diuisiõe. Aut enim constat de præscriptione & seruitio prestito pro re ipsa, tūc si filius domini nihil probet, filius militis debet obtinere sine sacramēto, vt inf. si de feu. fue. controuer. c. si quis per xxx. ann. & no. inf. de consue. rec. feu. c. j. verfi. j. & secundum hoc ma. lè diceret litera hic, quòd iurare cogitur: aut non constat de præscriptione & seruitio præstito, & tūc non debet sibi deferri iuramentum, quia presumptio est pro filio domini, quòd filius militis & pater ex præcedenti causa pignoris possederint, vt. C. de pigno. act. l. si creditor. &. l. pignus. & l. nec creditores, &. ff. manda. creditor. §. si inter maritum. Solu. ad primum membrum, quòd hic præcessit causa pignoris, & ideo iurat, etiam si constat de præscriptione, ibi non. Ad secundum respon. quòd hic constabat de præscriptione & seruitio præstito: dubitabatur tāmen an esset feudum & contestatio pignoris facta, aliàs non crederem deferri iuramentum filio militis simpliciter, vt supra dixi. Quæritur in glo. quid si filius militis post præscriptionem cecidit à possessione, an habeat actionem? Respon. aut præscripsit bona fide, & dico quod sic, aut mala & dico quod non. vt. C. de præscriptione. xxx. annorum. l. si quis emptionis.

Finis libri primi.

IACO. DE BELVISO

DE FEVDI COGNITIONE. Rub.1.

Potest continuari sic ad superiora. Dictum est supra de multiplici iure feu. & specialiter de contentione feudi. Sed quia dubitari potest quo iure causæ feudales decidantur, Ideo sequitur hæc rubrica.

Obertus de orto &c.

Diuide ca. in duas partes. Primò quo iure vniuersaliter & generaliter causę omnes decidantur. Secūdò quo iure causæ feudales speciales. Secunda incipit ibi, vsus tamen feudi. Casus. Causæ regulariter aut deciduntur iure Ro. aut legibus Lōgobardo. aut consuetudine. Sed causæ feu. deciduntur consuetudine, quæ vincit legem in hac parte, licet contrarium dici soleat. consuetudine autem deficiēte decidi possunt etiam lege scripta, hoc dicit. Expositio verborum (vsum) qui secutus est legem (mores) sequentes post legem. Nota hic quòd causarum aliæ deciduntur iure Ro. aliæ legibus Longobar. aliæ consuetudine vel alia speciali lege lata. vt. ff. de le. l. non possunt &. l. neque leges. & in auten. de iudi. ſ omnes autem. & insti. de iure na. ſ. ius autem ciuile. &. ſ. sed etiam naturalia, & insti. de offi. iudi. in prin. Quo autem ordine hæc iura seruari debeant? dic, vt. ff. de legi. non possunt, &. l. de quibus. &. C. de le. & consti. l. cum de nouo. Item no. quòd causæ feudales dirimuntur speciali consuetudine feudorum. In quibus

bus causis feudalibus primò consideratur consuetudo, quæ adeo vim suam extendit, vt legem vincat, licet legibus Romanorum contrarium dici soleat, vt. C. quæ sit lon. consue. l. cōsuetudinis: & intellige de æqua consuetudine, non iniqua & mala. arg. in autent. vt nul. iudi. ſ. nulla, & extra de consue. c. fi. &. 8. di. c. mala consuetudo. Secundò procedetur de similib⁹ ad similia, sup. de feu. Mar. c. ij. & inf. an mutus vel aliter imper. c. j. &. C. quæ sit lon. consue. l. j. &. ff. de leg. l. de quibus. Tertiò decurrendum est ad leges & legum argumēta, quæ valida sunt iure Ro. vt hic in fi. &. ff. ad Treb. qui filium. ſ. Sabinus, & de re mili. non omnes. ſ. à barbaris. Sed secundum glo. in consuetudine feu. & feudis non est vtendum eorum argumēris, quia consuetudines non sunt ius sic probabile & rationabile, sicut leges Romanorū: licet videatur arg. contra. ff. de leg. & sena. con. l. diuturna, Vel dic, quòd non est prohibitum vti argumentis ex consuetudinibus. Sed potest dici quòd probabiliora sunt ea quę sumuntur ex lege. ex consuetudinibus tamen etiam poterunt sumi argumēta. Iudex autem ex argumentis, quæ rei aptiora & vero proximiora esse comperit, sui animi motū informabit, vt. ff. de testi. ob carmen. ſ. fina. &. C. de proba. l. fi. & de edic. di. Adri. tol. l. fi.

Sciendum.

Diuide capitulum in duas partes. Et primò dicitur in quibus rebus potest feudum constitui. Secundò quibus modis acquiritur feudum. Secūda incipit ibi, ac feudum.

Casus. Feudum constitui potest in rebus immo-

bilibus,aut ſolo cohærentibus,aut in his quæ inter immobilia computantur. Feudum autem acquiritur duobus modis,inueſtitura aut ſucceſsione.h.d.Vide expoſitionem,(cohærentibus)vt fructibus pendentibus,vt.ff.de rei ven.l. fructus, vel ſuperficie.ff.de ſuperfi.l.j. & de vi & vi ar.l.j.§. hoc interdictum.Sunt & alia quæ ſolo cohęrent,vt.ff. de act.emp.l.Iuli.§.fi.cũ l. ſeq. (de camera) in qua pecunia & theſaurus retinetur. (de cauea) vbi vinum, frumentum & conſimilia ſeruantur (feudum,)id eſt,redditus annales in vino,pecunia vel pane vice feu.conſiſtentes,facit,infra ti.j.§.ſi vero vaſallus & de notis feu. in princ. Et nota hic in princ.c. in quibus rebus poteſt conſiſtere feudũ. Conſtituitur enim,vt dicit litera, in rebus immobilibus ac ſolo cohærentibus, vel quæ inter immobilia connumerantur. Et pone exemplum de his quæ inter immobilia computantur vt in litera dicitur:vel intellige in ſeruis glebæ aſcriptis,vt. ff.de diuer.prę.longe.vel in pane,vel in annona ciuili.vt in autent.de non alienan.vel permutan.re. ec.§. ſimili modo. &.C.de iure do. impe,l. ſi. Poteſt etiam in feudum dari fundus cum rebus mobilibus, arg. ſupra, vnde vi. ſi quando. & de bo. va.l. ſi quando.ff.de vi & vi ar.l.j.§. ij. Sed in alijs rebus mobilibus feu. conſtitui non poteſt, vt hic. & infra, ſi de feu.vaſal.interp.fue.c.j.vbi de hoc: alij aliter dicunt, vt in ſumma. Et nota hic quòd feudum quod de camera ſeu cauea datur, non datur, niſi ſit in camera ſeu cauea vnde ſolui poſsit, tamẽ ſi euacuata ſit ſine culpa promiſſoris, expectandum eſt donec ſolui poſsit,ſoluere autem poſſe intelligitur deducto ære alieno, vt in-

vt infra de no. feu. in princ. & datur vaſallo defenſio, ſi bis vel ter ſolutio facta eſt ſibi, vt. inf.ti.j.§. ſi vero vaſallus. arg. C. de fideicom.l.j. & de apo.pu.l.pẽ.& hoc feudum finitur morte dãtis & accipientis, ar.inf. quis di. Du. Co. Mar.c.j. §.fi.ſic vſufructus morte accipientis finitur. C.de vſufruc.l.corruptionem. Quæritur in glo. nunquid nomina appellatione mobilium contineantur?Reſpondet glo. non.Dic vt no.ff.de verbo.ſigni.l. mouentium,& in autent. de non alie. aut permu.rebus &c.§.vult enim illa.&. C. In quibus cau.reſtit.in integ.non eſt neceſſaria.l.fin.Quæritur,nunquid vaſallus poteſt cogere dominum,vt ei præſtet poſſeſsiones, ex quibus recipere poſſet feu.cameræ ſeu cauenæ?Glo.reſpondet quòd ſic. inf.de prohi.feu.alie.per Fre.§. illud quoq;. per.l. C.de don.l.ſi quis.ar.§.j.Mihi videtur cõtrarium. quia aliud eſſe debet in donatione, quæ eſt mera ſimplex & libera vt ibi,& aliud in hoc feudo,ꝙ debeẽ ſicut in camera vel cauena, vnde ſolui poſsit, vt dictũ eſt.Item nota hic in ſecunda parte ꝙ feudũ acquiritur duobus modis, ſcilicet inueſtitura. Subaudit glo.aut eo ꝙ habetur pro inueſtitura,vt ſupra qui.mo.feu.con.po.c.j.&inf.de conſue.rec. feu.c.ſciendum,ſed non trãſit ad hæredes.Tu dic quòd tranſire debet ad hęredes,quia dominus facere poteſt inueſtiturã per ſe vel per aliũ,vt inf.per quos ſi.inueſti.c.j.§.pe.ergo ſi poteſt per aliũ, etiã per ſe non debet intereſſe, induxerit in poſſeſsionem vel iuſſerit ire,vel verbo cõſtituerit ſe poſsidere,vt poſsit nanciſci poſſeſsionem poſtea. Hoc verum eſſe puto ſi coram curia dixit, vt d.ti. dixi, qui.mo.feu.conſti.poteſt.c.j.

Secundò acquiritur feudum succeſsione, intelſige ab inteſtato, non ex teſtamento, vt ſupra de ſuc. feu. circa prin. & ſi eſt extraneus non ſuus, ar. de ſuis & legi. l. j. §. ſciẽdum. Hinc eſt quòd ſuus viuente patre cenſetur dominus, & ſola adminiſtratio in eo dicitur tranſire artificio iuris ciuilis, vt inſtit. de hære. quali. & diffe. §. ſui & de hære. ab inteſta. §. ſui. ff. de lib. & poſth. l. in ſuis.

QVID SIT INVESTITVRA.

Rub. 2.

Quia in pleriſque partibus habita eſt mentio de inueſtitura, & de ea dubitatur quid ſit, Ideo ſequitur rubr.

Inueſtitura propriè &c.

Diuide capitulũ in quinq; partes. Primò quid dicatur inueſtitura, & coram quibus debeat fieri? Secundò, qualiter probetur inueſtitura domino, poſſidente vel quaſi? Tertiò, qualiter probetur vaſallo poſſidente, vel quaſi? Quartò, qualiter probetur ſi dominus non habet pares? Quintò, quo iure probetur pecunia in feu. appoſita, prę ter propriam naturam iuris. Prima pars durat vſque ad. §. ſi enim. Secunda vſq; ad. §. ſi vero vaſ. Tertia vſq; ad. §. ſi vero inueſtitura. Quarta vſque ad §. præterea. Quinta vſq; ad finẽ. Caſus in prin. vſq; ad §. ſi enim. Primò determinatur quid dicatur inueſtitura. Et quidẽ dicitur inueſtitura alia propria, vt poſſeſsio, alia abuſiua, vt quando haſta vel aliud corporeum porrigitur à domino vaſallo

ſallo pro inueſtitura. Secundò dicitur coram quibus debeat fieri hæc inueſtitura. Siquidem dominus habeat pares, debet fieri coram paribus domini, duobus ſaltem, non coram alijs, licet quidam contrarium dixerint. h. d. Vide expo. (inueſtitura) facit extra de inſtitut. c. auctoritate. (quæ) inueſtitura noua. Sed de vetere inueſtitur coram teſtibus quibuſcunque. Si coram paribus facta eſſet, non eſt dubium ſecundum omnes quòd valet, vt ſup. de feu. guar. c. j. & infra de conſue. rec. feud. c. j. §. fi. & infra proximo. §. & inf. qui teſt. ſint ne. ad pro. no. inueſti. in prin. & §. j. Et nota quid dicatur inueſtitura. Sed nũquid eſt neceſſarium quòd vtraque inueſtitura interueniat? Reſpon. ſi incipiamus ab abuſiua, requiritur etiã propria, vt infra de no. fi. for. c. ij. & ſupra, de contro. inue. circa prin. Sed ſi à propria incipiamus, non puto neceſſariam abuſiuam. ſimile. C. de iure delib. l. potuit, & ff. de acqui poſ. l. ij). §. in amittenda.

Item, quòd noua inueſtitura fieri debet coram paribus. Ratio eſſe poteſt, ne quid excogitetur falſitatis in permtiem domini, vt infra de no. feu. §. idcirco. ſed in veteri inueſtitura pariter admittũtur pares & extranei, vt infra qui teſt. ſint ne. ad pro. no. inueſt §. fi.

Quæritur nũquid propria & abuſiua inueſtitura debeat fieri coram paribus? Reſpon. quòd ſic, vt infra prox. §. & §. fi. manifeſtè apparet, & ſup. de ctõro. inueſti. circa prin. & inf. de cõſue. rec. feu. c. j. vel dic q̃ in propria ſufficit ſi mandatum quòd inducatur in poſſeſsionem fiat coram paribus, vt. d. §. j. de conſue. rec. feu.

Si enim.

Casus. Comes militem inuestiuit abusiuè per annulum de castro, non tradit possessionem, vasallus agit contra dominum, & petit fieri inuestituram propriam, & possessionem sibi tradi, dominus denegat se vllam feciſſe inuestituram. Quæritur qualiter fieri debeat probatio? Respon. quòd per pares curtis, vel per publicum instrumentum à paribus confirmatum, qui si veritatem dicere recusent, tunc à domino cogi debēt iurare, quia huius rei nesciūt veritatem, & postea actor alios poterit producere testes. eo autem deficiente in probatione, est in electione domini, vtrum velit iurare vel referre. si dominus nolit cōpellere testes, liceat vasallo etiam per extraneos probare. Eo autem deficiente in probatione, electio iurisiurandi defertur domino, h.d. vsque ad. §. si vero vas. Vide expo. (in pos.) rei de qua miles asserit inuestiturā abusiuam sibi factā fuisse. nam propria nondū facta est, vt hic patet in litera (illius) domini (qui) scilicet pares (nesciāt.) inf. de no. feu. §. notandum, (& tunc). i. iuramento ab eis præstito ꝙ nesciunt veritatem (producat,) & sic videtur quòd producere possit post didicita testificata, hoc casu cōtra arg. in autent. de testi. §. quia vero. vel dic quòd hic testes non deposuerunt super facto principali, sed se nescire (deficientibus). i. non deponentibus ad plenum pro producēte. vel dic fortè non interueniētibus, quia vasallus non habet aliquos, & tūc dic, quòd sibi imputet, quare non petijt à superiori cogi pares. Opp. secundum glo. quòd dominus non debet teneri ad cogendum pares, vt deponāt contra

tra seipsum, vt. C. de testi. l. nimis. Solu. probare contra se quis nō cogitur, vt ibi, sed si habet iurisdictionem, & ab alio producuntur testes, cogitur contra se facere iurare, arg. ff. de of. præsi. l. senatusconſ. Opp. secundum glo. quod breue testatū debeat sufficere sine aliquibus testibus extraneis vt hic in prin. §. huius, & tamen litera videtur innuere contrarium, in ver. & si iurare. Solu. hæc oppo. mihi videtur non procedere, quia litera infra non dicit, ꝙ sit opus testibus si supereſt breue testatum à paribus confirmatum. Itē distinctio glo. quā facit pro. c. siue inf. qui testes sint ne. ad pro. nō. inuesti. scilicet possideat dominus an vasallus, non videtur procedere quantum ad intellectum glo. vt ibi patet in litera. Opponitur etiam vt dixi supra. si inter do. & vas. de inuesti. lis oria. c. j. & solue vt ibi notaui. Quæritur in glo. quid si dominus non cogit iurare pares, nec vasallus potest per alios probare, nunquid vasallus suo iure priuabitur? Respon. quòd non, & bene, sed cogētur testes à Comite vel à populo, vel ab Imperatore, vt sup. si de inuesti. inter do. & vas lis oria. c. j. nec hoc negatur hic in litera, quia licet posset dicto casu probare per testes extraneos, tamen hoc eius fauore inducitur, & ideo in eius læsionem nō debet retorqueri, vt. C. de le. & consti. l. quod fauore. Et fortè dominus, si non cogat testes, priuabitur iure suo seu feudi ꝓprietate, vt inf. in quibus causis feudum amittatur. §. istud non te lateat, vt inf. in quibus causis feudum amittatur. §. istud non te lateat, vt inf. de for. fi. c. i. §. fina.

Si vero vas.

Casus. Vasallus possidet vel quasi possidet feu.

tameræ vel cauenæ, quòd bis vel ter recepit à domino. dominus petit rem suam à vasallo vel negat soluere feu. & negat inuestituram.

Quæritur qualiter consulatur vas. posidēti vel quasi? Respon. quòd sibi nō est opus probatione, sed sibi datur electio quòd iuret vel referat, &. h. d. vsque ad. §. si vero. Vide literam. (quietis,) id est, pacificis. & facit. C. de apo. pu. penul. lib. x. & de fideicom. l. j. ar. contra. C. de pac. l. si certis annis. Solu. illud regulare, hoc speciale est. Vel dic licet litera non tangat, quòd hic præcesserit abusiua inuestitura. Vel dic quòd hoc nomine feu. soluit, quòd feu. constituitur mera liberalitate concedētis, vt sup. quib. mo. feu. consti. po. in prin. licet contrarium in summa dicatur. (quasi possideat.) Nota hic q incorporalia possidentur, sed quasi, vt. ff. de ac. re. do. l. seruum. §. incorporalia, de acqui. pos. possideri, in prin. (petat) vt in primo casu, (renuat) secundò casu, (probatione,) scilicet vas. possidenti, sed domino agenti esset opus probatione, si vult obtinere (possidenti) vasallo.

Si autem inuestitura.

Casus. Contentio erat inter dominum & vasallum de inuestitura domino vel vasallo possidente feudum. dominus non habet pares. Quæritur qualiter fieri debeat probatio? Respon. quòd vasallus potest probare per quoslibet testes extraneos, vel per publicum instrumentum, aut inopia emergēte probationum causa iureiurādo decidetur h. d. Vide expositionem (testes). vt inf. de consue. rec. feu. c. j. §. fi. & de no. feu. §. j. (probari) per vas. vel dic etiam dominum, sed de eo non est dubium, (inopia.) Nota quòd inopia probationum emergente decurritur ad iusiurandum. facit supra de conten. inter domi. & vasal. de inuestitu. feu. c. j. §. inopia. &. C. de rebus credi & iureiurando. in bonæfi.

Præterea.

Casus. Contentio est inter dominum & vasallū de pactis appositis inter eos præter communē feu. naturam, vel quia dominus allegat pactum in sui fauorem, vel dicit feudum datum tali conditione, vt vasallus associet vxorem suam ad ecclesiam festiuis diebus, domino quidem incumbit probatio. Eo autem deficiente in probatione, vasallo defertur iusiurandum. Sed quid econtra? Allegat vasallus pactum factum in sui fauorem contra feudi consuetudinem, fortè de filiarum successione. Certè vasallus debet probare per pactum, alioquin domino defertur iusiurandum. h. d. Vide expositione. (tenor,) id est, pactum aliquod ad domini vtilitatem, (adempta) de facto vel de iure, & dic de facto domino deficiente in probatione, de iure quādo præsumptio est iuris & de iure communi pro vasallo, contra quam de iure non admittitur probatio, vt. C. ar. ru. l. fi. & de rei vxo. act. l. vnica, & de hoc voluit dicere glo. Et nota etiam secundum gl. quòd vbi dubium emergit in feudo, relinquitur interpretationi consuetudinis, vt secundum consuetudinem & secundum simplicem naturam videatur facta concessio per dominum. & vas. se obligasse ad id videatur, nisi probetur cōtrarium, vt hic &. C. de iu. emphy. l. j. & ij. & hoc est valde notabile & memoria tenendum. Item nota quòd

in feu. plerunq; pacta adijciuntur contra feu. naturam, quæ seruari debent vt hic, & infra qui. ex cau. feu. amit. §. fina. & ti. seq. §. est & alia. de sap. qui. cur. ven. c. fi. & facit C. de iure emphy. l. j. &. l. ij. (allegat) in suum fauorem appositum. Vltimo ad materiam istius titu. venio diffiniẽdam. & clarius distinguo quam distinguat glo. in princ. c. Quando quæritur qui testes sint necess. in inuesti tura, & per quos testes inuestitura probetur, & qua liter & cui onus probationis incumbit distingue. Aut quæritur de inuestitura veteri, aut de noua. Si de veteri, regula est, quòd sufficiunt pares & extranei indistinctè, vt. inf. qui test. sint ne. ad pro. no. inuesti. c. j. §. fina. Si de noua, aut est de clericorum inuestitura aut de laicorum. Si clericorum regula est quòd pariter admittuntur pares & extranei, vt sup. si de inuesti. inter do. & vas. his ori. §. fi. & est ratio vt ibi patet in litera, & hoc verum est si de rebus ecclesiæ facta est inuestitura. Sed si de proprijs, idem seruatur quod in laico. vt inf. de cle. qui inuesti. faciunt. c. j. in princ. Si laicorum, aut quæritur de inuestitura, quo tempore fit, aut post tempus quo facta est. si quæratur de inuestitura tempore quo fit, siquidẽ dominus habet pares, debet fieri inuestitura coram eis saltem duobus vel tribus, & breui testato interueniente à paribus confirmato, licet secũdum Mediolanen. aliter seruetur, vt sup. e. c. ver. j. &. §. j. & inf. qui test. sint ne. ad pro. no. inue. c. j. alias inuestitura facta noon valet: etiam si pares sunt absentes, quia expectandi sunt, vt inf. de consue. rec. feu. c. j. §. fi. Non obstat sup. si de inue. inter do. & vas. c. j. vt ibi no. Si vero non habet pares, tunc adhibeat dominus

minus quos meliores potest inuenire, liberos tamen, vt sup. eo. c. §. si vero inuestitura, & inf. da notis. feu. §. quod autem: vel instrumentum publicum. Si vero quæratur de noua inuestitura post tempus quo facta est, aut contentio est inter dominum & castaldum, vel deputatum ad guardiam, aut inter dominum & creditorẽ, aut inter dominum & emptorem, aut inter domi. & eum qui prætendit sibi feudum cameræ, seu feu. cauenæ, aut inter dominum & vas. qui dicit se inuestitum de noua inuestitura aut inter dominum & agnatum qui dicit se succedere uas. aut inter dominũ & filium vas. aut est contentio inter vasallos, aut est contẽtio inter vasallum & alium quemcunq;, quem constat non esse vasallum. Siquidẽ est contentio inter dominum & castaldum, vel deputatum ad Guardiam, dic vt sup. de feu. guar. c. j. dixi. §. j. & de controu. inue. §. item si vasallus, & de cõten. inter domi. & vas. de inue. §. cæterum. Si autem est contentio inter dominum & creditorem, dic vt supra de contro. inue. c. j. §. similiter, & de feu. da. in vicem. l. commis. c. j. & c. fi. Si vero contentio est inter dominum & emptorem dic, vt inf. de controuer. inter mas. & fœmi. c. j. §. fi. & de controu. inter do. & emp. feu. c. j. Si autem est contentio inter dominum & eum qui sibi prætendit feudum cameræ seu cauenæ, dic vt sup. eo. c. §. si vero vas. Si autem est contentio inter dominũ & vasallum qui dicit se inuestitũ de noua inuestitura, hoc membrũ prosequitur glo. Sed dic clarius. Aut est contentio de inuestitura quam dominus affirmat, & vasallus negat, aut de incremẽto feudi, aut de pactis initis inter eos præter feudi naturam,

aut

aut est contentio de ingratitudine vas. Siquidem est contentio de inuestitura vasalli, quam dominus negat interces sisse, aut dominus possidet, aut vasallus. Si dominus. tunc probare debet vasallus per pares curtis vel per breue testatum à paribus confirmatum, vt sup. eo. c. j. §. j. & supra de cõten inter do. & vas. de inuesti. c. j. in princ. licet secundum Mediolan. aliter seruetur, vt dixi. Hoc est verum si testes nõ reculent dicere veritatem, aliàs cogendi sunt à domino vel à paribus, vt sup. e. c. §. j. & inf. de no. feu. c. j. §. notandum est. Si dominus nõ compellat eos, licet vasallo etiam probare per extraneos, vt sup. eo. c. j. §. j. Potest etiam petere cogi testes à comite, vel à populo, vel ab Imperatore, vt supra, si de feu. inter do. & vasal. lis ori. c. j. siue testes sint pares siue extranei, vt ibi patet in litera, & procedetur vt hic dicitur. Hoc est verum si dominus habet pares, aliàs admittuntur indistinctè etiam extranei, vt supra proxi. §. Si vero vas. probare non potest per testes aut per breue testatum, regulariter domino possidenti datur iusiurandũ vt iuret, vel referat, vt supra. e. c. §. j. & supra de cõtrouer. inuesti. c. j. circa prin. & de conten. inter do. & vasal. de inue. circa princ. In casibus tamen remittitur domino iuramentum, vt supra de cõtrouer. inuesti. c. j. § si vero feu. & de conten. inter do. & vasal. c. j. §. cæterum, verſicu. j. Si autem possidet vasallus domino incumbit probatio, quia actor est, vt. C. de probatio. l. actor. & de eden. qui accusare. & supra eodem. c. j. §. si vero vas. Eo autem deficiente in probatiõe, aut vasallus possedit anno domino sciente & non contradicente, & seruitium sponte susci piente, & tunc defertur vasallo iuramentum

mentum vt solus iuret, supra, si de inuesti. inter do. & vasal. lis ori. c. j. §. fin. vel dic quòd ibi constabat feudum esse, dubitabatur tamen vtrum sit paternum vel collaterale aliàs fortè non iuraret solus, vt infra de consue. rec. feu. c. i. Si autem possedit minus anno vel domino ignorante, & tunc vincit dominus vt ibi. Si autem vasallus præscripsit rem iure feu. triginta an. tunc obtinet sine sacramento, vt, si de feu. fue. contro. c. si quis per triginta an. aut possedit maiori tempore anni domino ignorante cum non præscripsit, tunc iurat cum xij. sacramentalibus, vt sup. de conten. inter do. & vas. de inuesti. feu. circa prin. &, si de inuesti. inter do. & vas. lis oriatur. c. ij. circa prin. Sed notandũ est quòd iuramentum non semper defertur possidẽti, sed iudicis arbitrio reseruatur cui sit deferendum, quod intueri debet secundum facti qualitatem. & personarum conditionem, & causæ naturam, vt inf. de consue. rec. feu. c. ij. & C. de reb. cred. & iureiu. in bonefidei, & plenè dixi sup de contro. inue. c. j. in princ. Qualiter autem debeat iurare dominus & vas. & eorum hæredes? dic vt sup. de conten. inter do. & vas. de inue. feu. circa princ. & si de inue. inter do. & vas. lis oriat, c. ij. circa princ. & inf. de consue. rec. feu. c. ij. §. j. & de no. feu. c. j. §. fi. Item sciendum est, quòd non obstante controuersia nihil dominus debet inuestiri vasallus de alio suo recto feu. quod habet ab eodem domino sine controuersia, vt sup. de conten. inter me & dominũ, de por. feu. fratris mei. c. j. §. fina. & inf. de alie. feu. pa. c. ij. Si vero econtra est contentio de inuestitura quam dominus affirmat, & vasallus negat, dic, vt inf. si de feu. fue. contro. c, vasal. si feu. & de.

I. Cor.

I.Cor.c.fi.Si vero est contentio de iuramento feudi dic vt sup.de contro.inue.c.j.§.si quis de mãso. & inf.de inue.de re.ali.facta.§.fi.& ti.hic fi.lex deinde inci. consue.reg.c.j.§. si vasal.&. §. sequen. Sin autem contentio est inter dominum & vasallum de pactis appositis inter eos,dic,vt sup. eo.c. §.fi.Si vero est contentio de ingratitudine vasalli, dic vt infra, quot testes sint ne.ad pro.no.inue. c.j. Si autem est contentio inter dominum & agnatos vasalli dic, vt sup. de controu.inue. §.cũ autem, & de conten.inter dominum & me.de por. feu.fra.mei. c.j.& si de inue.inter domi. & vas. lis oria.c.ij.& inf. de gra. suc. in feu. §. fi. & de inue. in mari. facta.§. item placet. & si de feu. fue.contro.c.j. Si vero est contentio inter dominum & filium vas.dic vt.inf.si de feu. fue.contro. c.iij. & de controu.inter mas.& fœmi.c.j.Si autem est cõtentio inter agnatos & filiam,dic vt inf. si de feu. fue. contro.c.ij.& de gra. suc.in feu.c.fi. & de controu.inter mas.& fœmi.c.j.& de capi.qui cur. ven. c. si contentio. Si autem est contentio inter vasallos,dic vt infr, de pace te.§.si duo homines. &. §.si tres. & de.I.Cor.c.ij. Sin autem est contentio inter vasallum & alium,quem constat nõ esse vasallum, dic vt. inf. de de controu.inter vas.& ali. de bene.c.j.

PER QVOS FIAT INVESTITURA &c. Rub.3.

Hæc rubrica potest sic continuari,quia sup. de his qui feu.da pos.dictum est de personis,quæ feu.da & recipere possunt imperfectè, ideo ponitur hic hæc Rubrica.

Inue-

Inuestitura.

Diuide ca.in partes quinq;.Primò,quæ personæ possunt inuestituram facere. Secúdò quę res possunt dari in feu.Tertiò, quæ personæ possunt recipere.Quartò,an per alium possit quis facere & recipere inuestituram. Quintò an fœmina possit feu.dare.Secunda pars incipit ibi.Sed & res. Tertia in. §. personam. Quarta in.§. sed vtrun. Quinta in.§.fœminam.

Casus vsque ad.§.sed & res. Duæ dantur regulæ in prin.huius.c. Prima est, quòd vetus inuestitura fieri potest à quocunq; etiam minore.Sed etiam notãdum,quòd si simpliciter fiat inuestitura, intelligitur facta de iusto feudo tãtum,nisi aliud dictum sit.Secunda regula est,q̃ noua inuestitura non potest fieri ab alio,quàm ab eo qui habet legitimam bonorum administrationem. Quando enim alienare prohibetur sua bona, nec in feudum dare potest h.d. Nota hic in prin. regulam quòd vetus inuestitura fit etiam à minore. & est ratio, quia non alienat nec in feudum dat, sed datum confirmat,arg.ff.de rebus eorum qui sunt sub tu. l.j. circa prin. &.l. magis.§. si fundus. &.§.si pupillus.Vel dic aut est infans vel furiosus,& tunc non potest,aut pupillus & habet tutorem, & non potest sine tutore.vt in summa Ia.aut non habet tutorem & potest vt hic.Tu dic quòd pupillus etiam potest sine tutore.vt. d. §. si pupillus. & facit ad hoc.C.ad Treb.l.sancimus.de iure delib.l.potuit, cum similibus.Item nota quòd quotiens fit inuestitura simpliciter,præsumetur facta de iusto feudo & non de eo quod quis iniustè possidet ar. C.

de pro-

de proba.l.vis eius.& de lib.le.l.Aurelius.§. Gaius &.l.non solùm.§.si hæres.& de pac. tres. fratres. Nota secundam regulam quòd qui non potest alienare,nec etiam potest in feudum dare. Vide expositionem(bonorum) propriorum,vel communium,vt inf.de no.feu.§.item sciendum,(inuestituram)eius rei quam prohibetur alienare, & per hoc tollitur opinio glo. Opponit glo.tribus modis in eo quòd dicitur in litera,quòd qui de bonis impeditur alienare, non potest feudum dare. Primò sic,videtur enim quòd si hæres vel legatarius prohibitus est à defuncto fundum alienare, quòd non possit aliquam rem in feudū dare. Sol. aut prohibetur in genere alienare, tunc nullā rem dare potest,aut in specie,& tunc eam rem tantùm quam prohibetur alienare,non potest in feudū dare. Secundò opponitur, quòd qui prohibetur alienare,poterit nihilominus in feudū dare, quia alienatio est actus per quem dominium transfertur,vt. C.de fun.do.l.j.sed per feudum non trāsit dominium,ergo potest in feudum dare Sed est falsum,imò transit vtile.inf.de inuesti.de alie. re. fa. sta.c.j.§.reiautem. Oppo.tertiò,quòd licet prohibeatur alienatio,tamen certo modo debeat permitti,& sic in feu.dare poterit.Quia rei litigiosę & causa mutandi iudicij prohibetur alienatio,& tamē permittitur certo modo,vt.ff.de alie.iudi.mu. causa fa.l.ex hoc.§.alienare.& de litigio. l.iij. &.l. fi.Solut.aut prohibetur in genere alienatio,& tūc in feudum datio prohibita esse videtur.aut in specie,aut etiā in genere,sed permittitur in casibus, tunc in casu permisso vel non prohibito permittitur alienātio.Vel dic aliter vt no.in contrarijs.

Sed

Sed & res.

Casus.Traditur regula & instantia ad regulam. Regula est:res,cuius alienatio prohibetur, in feudum dari non potest.Fallit regula in duobus casibus.Primus est si vasallus vendit agnato proximo, qui successurus est,rem feudalem.quam licet prohibeatur alienare,sibi tamē potest vendere. Fallit secundò,quando vasallus rem feudalē quam prohibetur alienare dat alij in feu.quod potest etiam cuilibet extraneo,nisi dederit in fraudem cōsuetudinis vel legis precio accepto colore inuestiturę,tunc reddito precio ab agnato proximiori ei qui accepit inuestituram poterit ab eo reuocari.& h.d.Vide expositionem(proximiori.)

Tangit hic Brocardum,& non soluit, nec alibi reperio solutum,quod est tale.Conceditur agnatis,quod alijs denegatur,vt sup. de alie.feu.§.pe.& ff.de pac.l.Imperator.&.C.de admi.tut.l. lex quæ tutores. Conceditur extraneis quod conceditur agnatis,vt.C.de contrahen.emp.dudum. & de cōmun.re.alie.l.pe.Conceditur extraneis quod denegatur agnatis,vt.C.vbi pu.edu.de.l.vl. & in autē. de alie.& emphy.§.Iconomus. Solu.vt no. sup. de na.feu.Vel dic,quòd regula est, quòd conceditur agnatis conceditur extraneis.Fallit ratione pietatis vel affectionis.l.Imperator.&.l.lex quę vel ratione prohibitionis factæ à testatore, vt. C. de fideicom.l.voluntas.vel quia domino non fit prę-iudicium quando conceditur agnato & proximo qui successurus est, vt hic. vel ratione suspitionis imminentis,vt.d.l.vlti.C.vbi pu.educā.de.&. d.§. Iconomus.Item no.in prin.huius §. quod res cu-

M ius

ius alienatio prohibetur, etiam in feudum dari prohibetur. quia per dationem in feu. transit vtile dominium, vt supra proximè dictum est, (cuilibet dare) sub. qui potest seruire, sicut & ipse, & eadem lege qua ipse habet, & non aliter, vt inf. de. l. Cor. c. j. §. similiter. &. §. profecto, & bona fide, vt inf. de prohib. feu. alie. per Fre. §. calidis, & statim sequitur hic. (per fraudem) domini vel agnatorũ, & pone exemplum vt hic in glo. vel dic precio accepto in fraudem sub colore inuestituræ (à te) agnato (precio) emptori bonæ fidei, aliàs secùs, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. j. in fi. &. §. cum agnato.

Nota hic quòd agnatus præfertur in redimendo etiam domino, sic. inf. qualiter olim po. feu. alie. c. j. §. porro.

Oppo. secundum glo. quòd precium accipienti non sit restituendum, vt. C. de rei ven. si fundum, & inf. de inuesti. de re. alie. facta in princ. & de prohi. feu. alie. per Fre. §. j. So. hic accipiens bona fide accepit secùs si mala, vt in contrarijs.

Oppo. secundò secundum glo. quòd alienatio cum sit contra consuetudinem & leges, sit ipso iure nulla, vt. C. de legi. non dubium, nec est opus rescindi, quod dicit litera. So. expone hic, rescissa, quatenus de facto processit, sic. C. de rescin. ven. l. si dolo, & de prædi. mi. l. sed si is. Oppo. tertiò extra glo. vt inf. si de feu. fue. contro. c. Titius filios in princ. So. aut agnatus reuocat vasallo mortuo aut eo superstite, & si superstite eo, aut habet vasallus filios aut nõ. Primo casu, quãdo reuocat eo mortuo, aut succedit agnatus tantum in feudum & non in alijs bonis, & non cogitur reddere

dere precium, vt ibi, aut etiam in alijs bonis, tunc tenetur reddere emptori bonę fidei, vt hic, malę fidei nõ, nisi forte sit stipulatus vel pactus, vt infra de inue. de alie. re. facta. in princ. Secundo casu, quando reuocat eo superstite, si non habet filios non tenetur agnatus reddere precium, arg. illius. c. Titius, in prin. Si habet filios, tenetur agnatus reddere precium, vt eo. c. Titius, ver. quòd si Titius. Et potest esse ratio quia filius de iure communi potest prę ferri agnato, & tamen non prę fertur, vt ibi. ar. C. communia de lega. l. vlti. §. fi.

Quæritur nunquid hodiè possit vendere vasallus feu. agnato? Respondet glo. quod sic, & benè, quia non inuenitur correctum, arg. vt in autent. quibus modis fi. na. effi sui. §. tribus. Quæritur nũquid istud obtinet siue pro diuiso siue pro indiuiso possidebant cohæredes. Glo. non respõdet. Tu dic quòd sic, arg. inf. si de feu. fue. contro. c. omnes. & de no. feu. §. item sciendum est.

Quæritur nũquid locum obtinet istud siue inuestituram acceperit siue fidelitatem præstiterit siue non præstiterit. Gl. non respondet, sed tu dic quòd non, quia tunc tanquã ingratus amittit feu. vt sup. quo tẽpore miles inue. pe. de. c. j. & inf. quę fuit prima causa benefi. amit. in princ. & ideo tanquam vasallus non postea potest agnato vẽdere.

Personam vero.

Casus. Datur regula, q̃ regulariter quęlibet persona potest accipere feudũ, nec distinguitur an sit liber vel seruus, nisi ignorãtia prętẽdatur in dãte, hoc dicit. Expositio verborũ (seruus) ergo & liber quicũq; (ignorãtia) in dãte, vt. ff. de leg. iij. fideicõ-

missa.§.si seruo alieno.Et nota regulam istam hic traditam.Sed nūquid infans potest acquirere feudum.arg.est quòd non sine tutore.ff.de acqui.pos. l. quamuis.§.fin.ar.contra.C.de acqui.pos. donatarum,& dic vt ibi.

Sed vtrum.

Casus.Datur regula,quòd inuestituram potest quis facere & accipere per alium, quinimo & per procuratorem.h.d.Vide expositionem. (Inuestituram)propriam & abusiuam.ar.C. per quas perso.no.acqui.l.j. (putamus) facit inf.de no.feu.§. item inuestituram.& extra.de præben.& digni. c. accedens. (per procuratorem),ar.contra.C.de iure emphy.l.fi.vbi dicitur, quòd dominus nouum emphyteotam non potest inducere in possessionē per procuratorem vel per alium. So.ibi est speciale,vt puto,vt tollatur via coquerendi domino,& ne possit postea dicere quòd non fuerit sibi denūciatum,vel quod non consensit alienationi factæ per emphyteotam. Tangitur hic Brocardus in glo.& non soluitur,sed dic clarius: quòd possum per me & per alium,vt hic.& ff de iniur.l.sed si vnius.§.idem ait.&,quod vi aut clam.prohibetur, in prin.Quod non possum per me,nec per alium, vt. ff.de admi.re.ad ci.per.l.ij.§.j.vbi de hoc no.& de adop.post mortem.§.j.vbi etiam de hoc no.Quod possum per me,non possum per aliū,vt. C.de procu.l.quicunque,&.ff.quæ res pig. obli. pos.l. Aristo.So.in primis duobus est regula, in alijs est casuale.hoc placet.Vel dic,aut eadem est ratio prohibitionis & permissionis in vna persona quæ est in altera,vel quia per aliud non prohibitum peruenitur

uenitur ad idem,quod est permissum alij & nō ad prohibitum,tunc quod possum per me, & per alium,quod non possum per me,nec per alium,vt in primis duobus.Si autem non est eadem ratio, tūc secùs,vt in alijs. Vel dic,aut lex prohibet omnino & generaliter,tunc quod non possum per me nec per alium:aut permittit simpliciter,tūc quod possum per me,& per alium: aut prohibet mihi vt mihi propter aliquam certam rationem, tunc quod non possum per me,possum tamen per alium,aut econtra permittit mihi vt mihi propter aliquam certam rationem,tunc quod possum per me, non possum per alium.

Fœminam quoq;.

Casus.Datur regula, quòd fœmina potest dare feudum sicut & masculus,h.d.Nota quòd fœmina dat feudum, quia & donare potest,sed & raro cōtingit quòd donet vt.ff.ad velle.si ego,& de dona inter vi.& vxo.si stipula.in fi.vbi dicitur,quòd donare est cōtra sexus mulieris naturam, & hoc quia est genus auarissimum in donando,vt.C.de dona. ante nup.l.si à sponso.

Nulla inuestitura.

Casus.Datur regula & exceptio. Regula est dūs non cogitur facere inuestituram vasallo,si fidelitatem sibi facere recusat, quia feudum à fide seu à fidelitate dicitur. Fallit regula si per pactum contrarium sit actum,ĩ.d.Expositio verborum (inuestitura)nec noua nec verus,vt hic & inf. quæ fuit prima causa benefi.amit. §. est & alia, vbi de hoc (recusat) expresse siue petatur verus inuestitura

siue noua vel dic cursu anni & diei, quãdo petitur inuestitura vetus, vt inf. quæ fuit prima causa bene. amit. in prin. & §. j. Aliàs semper debet dominus inuestire vasallũ, quia inuestitura debet præcedere fidelitatem, vt. inf. ti. proxi. (a fidelitate,) nota hic etymologiã vocabuli, & allusionẽ nominis, facit insti. de testa. in prin. & de dona §. est & aliud (habeatur) quòd sit interdum, vt hic & d. §. est & aliud in fi. §. & facit. inf. de capi, cor. in princi.

Opponitur secundum glo. contra ordinem literæ huius. c. quia inuestitura debet procedere non fidelitas, vt inf. ti. proxi. Sol. hic non traditur ordo. Vel dic, aut vasallus expresè recusat fidelitatem in omni casu, tunc dominus non tenetur facere inuestituram. Idem dic & si tacitè recusat vasallus, vt hic. Aut non recusat nec expresè nec tacitè, tunc dominus tenetur prius facere inuestituram, vt ibi. Quæritur in glo. qualiter sit petẽda inuestitura noua & propria vel etiam vetus? Respõ. glo. quòd vasallus debet honorificè adire dominum, & cum curialitate & humilitate petere. Vel dic, aut consuetudo se habet cum pompa & honore ad eum accedere, & debet eam seruare, aliàs nõ. Et in regno Siciliæ vidi eos accedere nec cum põpa nec cum magno honore, etiam coram dõmino Rege, & facit sup. de feu. cog. c. j. & C. de nup. si donationum. Quæritur qualiter sit inuestitura facienda? Glo. non respondet. Tu dic, quòd abusiua inuestitura potest fieri per annulum, vel simílẽ modum, sed propria fit per inductionem in possessionem, vt sup. quid sit inue. in prin. nec refert si dominus facit inuestituram per se vel per alium, vt sup. c. proxi. §. penul. Quæritur qualiter sit fidelitas

delitas præstanda? Respon. secũdum formam datam. inf. ti. proxi. & sequenti. Quæritur quando sit præstanda fidelitas? Glo. non respondet. Tu dic, aut præstita est inuestitura noua aut vetus à domino ipsi vasallo, tunc vasallus tenetur domino statim præstare fidelitatem, vt hic, & inf. ti. proxi. & ar. ff. de act. emp. l. Iul. §. offerri. & de ædil. edic. ædiles. §. fin. aut non est præstita inuestitura, & tunc siquidem fieri debet noua inuestitura, & dominus vasallo denũciauit legitimè, quòd sibi præstaret fidelitatem pollicendo inuestituram, & vasallus est in mora, tunc amittit feudum tanquam ingratus, vt inf. quæ fuit prima causa benefi. amit. §. est & alia. Si vetus debet fieri inuestitura, vasallus habet annum & mensem, si miles est: si priuatus, annũ & diẽ. Si ante hoc tempus non petat, postẽ tẽpus efficitur in mora, & tãquam ingratus amittit feudum etiam sine denũciatione domini, quia dies interpellat pro eo, vt sup. quo tempore miles inuesti. pe. debe. c. j. & inf. de ca. Cor. in prin. & C. de iure emphy. l. ij. Nota ergo quòd in noua inuestitura dominus se debet offerre, vt. d. §. offerri. Sed in veteri vasallus se offert, vt dictum est. Quæritur quid si vasallus vult præstare fidelitatem, dominus autem recusat facere inuestituram? Respõ. quòd non nocet vasallo, & dominus sibi tenetur ad interesse, vt inf. de no. for. fid. c. finali. Vel potest præcisè cogi tradere rem & inuestituram facere. vt inf. si de feu. fue. cõtr. c. si facta. Vel dic quòd dominus priuabitur proprietate feudi sicut vasallus priuatur suo iure, si recusat fidelitatem præstare, vt inf. de for. fide. c. dominus, & inf. qua. dominus à proprie feu. prin. c. ex facto.

Quæritur quid si dominus est excommunicatus, vel a rege bannitus? Respon. quòd vasallus absoluitur à sacramento fidelitatis, vt inf. hic fi. lex deinde consti. reg. circa principium.

QVID PRAECEDERE DEBEat &c. Rub. 4.

Potest sumi continuatio ex præcedenti tit. sup. §. alt.

Vtrum autem.

Diuide capitulum in duas partes. Primò quid præcedere debeat an inuestitura vel fidelitas. Secundò quid dicatur fidelitas. Secunda incipit ibi fidelitatem &c. Casus. Quæritur hic quid præcedere debeat, an inuestitura vel fidelitas? Respon. quòd inuestitura. Quæritur etiam quid dicatur fidelitas? Respõ. quòd fidelitas dicitur iuramentum fidelitatis quod vasallus præstat domino, h.d. (inuestituram præcedere) facit sup. tit. c. fi. & dic vt ibi dixi.

QVALITER VASALLVS IVRAre debeat. &c. Rub. 5.

Continuatio potest fieri in hunc modum huius rubricæ. Dictum est sup. de modis quibus feu. acquiratur. Sed quia propter feudum acquisitum vasallus cogitur iurare fidelitatem, ut sup. ti. iij. c. fi. & dubitari posit de forma iurisiurandi, ideo sequitur hic titulus.

Quali-

Qualiter autem.

Diuide capitulum in duas partes. Primò traditur forma iuramenti quod præstat vasallus domino. Secundò traditur forma iuramẽti quod præstat domesticus vel subditus domino. Secũda incipit ibi, si vero domesticus. Casus, vasallus domino iurare debet quòd sibi erit fidelis, & quòd credentiam sibi commissam nõ manifestabit. Domesticus autem & subditus adiicere debet in iuramento nominatim vitã: membrũ: mortẽ: & eius rectum honorem se seruaturũ. h.d. Quæritur quæ sit ratio differentiæ inter vasallum & domesticũ? Respon. glo. quòd ratio est suspitio fraudis committendæ per domesticum, & maximè quando sperat hæreditatem, arg. C. vbi pu. edu. debe. l. vlti. & de lati. li. tol. §. illud etiam &. C. de dona. l. data. Quæritur quæ dicantur domesticæ personæ, vt in glos.

DE FORMA FIDELITATIS. Rub. 6.

In epistola Philiber. &c.

Diuide capitulum in duas partes. Primò datur forma iuramenti, quod vasallus præstat domino. Secundò dominus vasallo ad eandem vicem astringitur. Prima vsq; ad. §. dominus. Ibi secunda incipit vsque ad finem. Casus: Forma iuramenti præstandi à vasallo domino traditur in decretis, in qua lex in memoria vasallus habere debet, videlicet incolume: tutum: honestũ: vtile: possibile.

sibile:facile:quæ verba quem intellectum capiũt exponit litera.quinimo debet etiam suo domino consilium & auxilium præstare.debet autẽ dominus vasallo vice mutua sibi prẽstare ꝙ vasallus domino,& hoc dicit.Vide expositionẽ (posibile sit) in omni sacramento sunt attendenda honestas & posibilitas eius qui iurat,vt inf.ti. proxi. & xxij. q. iiij.c. vnusquisque, & extra de iureiu. quemadmodum,&.C.de nup.l.Imperialis.§. quòd eis, vbi de hoc.(auxilium) non solùm ergo abstinere debet sed auxilium & consilium prẽbere,& curare ne contra iuramentum fiat arg.ff.loca.l.in lege,& de ver.ob.l.inter stipulantem,circa prin. (vicem suo fideli.)dominus ergo suo vasallo tenetur mutuã recompensationem præstare fidelitatis & seruitij, licet non cogatur iurare. Quæritur si non fecerit quam pœnam patiatur dominus? Respon.in litera,quòd censebitur maleficus, patietur & aliam pœnam,quia priuabitur feudi proprietate,vt inf. qualiter do.à feu.proprie.priua.c.ex facto. & inf. si de feu.fue.contro.c.domino committente.

DE NOVA FIDE FORMA.
Rub. 7.

Est & alia.

CAsus.Traditur noua forma iurisiurandi fidelitatis,quòd præstat vasallus domino. Plana est litera.vide per te. (contra omnẽ hominem.)facit inf.hic fi.lex dein.inci.consti.reg. c.j.§. fina. & dic vt ibi, (excepto Imperatore vel Rege) nam in omni sacramento intelligitur ius superioris exceptum,

ceptum,vt extra,de iureiuran.c.venientes ad apo. & xj.q.iij.c. qui resistit. & inf. de prohi. feu. alie. per Fre. c.fi. (verbum) scilicet fidelis (in se continet.)Nam fidelitas est omne quod bonum est, & vtile domino, illud sibi præstare, vt sup. c. prox. (potero.)Nota ergo quòd in sacramento intelligitur posibilitas iurantis,vt dixi sup.ti j. (iustè offendere) ad offendendum ergo debet iurare si iustè moues guerram, sed ad defendendum tenetur secundum quosdam,siue iustè siue iniustè Tu dic, vt sup.qui.mo.feu.alie.in prin.& facit.inf. hic fi. lex.c.j.in prin.(requisitus.)Nota quòd vasallus nõ debet se offerre pro seruitio præstando, nisi scierit domino magnum periculum imminere, quòd dic,vt inf.hic fi.lex.§. ad hoc (faciam) quia quod præstat in aliorum persona præstat & in sua,vt.ff. de pac.l.cum in eo.

Inuestitura.

Casus.Dominus vasallum per annulum inuestiuit de beneficio, & vasallus domino fidelitatem præstitit per iuramentum, quæritur an dominus cogi debeat vasallum mittere in possessionẽ beneficij? Respon.quòd sic,& si differat tenebitur sibi ad omne interesse h.d (Inuestitura)abusiua nõ propria,quia si propria facta esset, non teneretur eum amplius mittere in possessiõem,vt.C.de vsufru.corruptionẽ.vbi de hoc.(vtilitatem).i.oẽ illud ꝙ erat habiturus,si à sui principio possessionẽ tradidisset.Vel dic.i.interesse circa rem,non extra rem,vbi & res non traditur, vt. ff. de acti. emp.& & ven.l.si sterilis,§.cum per venditorem, secus est quando malè traditur,vt.ff.eo.l.Iulianus in prin.

& est

& est ratio vt ibi not. Oppo. quòd vasallus poterit præcisè petere rem, si vult vtilitatem cum re, vt inf. si de feu. fue. contro. c. si facta. Sol. dic hic q̃ petit rem, si vult vtilitatẽ cũ re, nec hoc hìc negatur, & sic concordat. Vel dic, aut vult petere interesse, & potest vt hic, & tunc non petet rem. aut vult petere rem tantùm, & potest, vt ibi, & sic est in eius optione.

Oppo. quòd dominus priuatur proprietate feudi si recusat facere inuestituram, vt no. sup. per quos fit inuesti. c. nulla. So. si vasallus vult illud allegare, potest, vt ibi, si non vult, est in eius optione petere rẽ cum vtilitate vel interesse, vt dixi. Quæritur si dominus recusat facere inuesturã, an vasallus teneatur seruare iuramẽtum fidelitatis? Respon. glo. & benè quòd non, quia frangenti fidem &c. vt extra, de iureiuran. c. peruenit ad nos.

DE INVESTITVRA DE RE. alie. facta. Rub. 8.

Continuatio rubricæ sic patet. Quia sæpe fit inuestitura de re aliena quæ postea euincitur à uasallo, Ideo sequitur hæc rubrica.

Cum de re aliena.

Diuide capitulum in quinque partes. Primò, quo casu detur actio uasallo pro euictione contra dominũ re feudali euicta. Secundò, an possit vasallus rem feudalem à possidente uendicare, vel se defendere, si conueniatur. Tertiò, an possit seruitutẽ vasallus imponere rei feudali. Quartò, ad quem

ad quem pertinet additamentum proueniẽs in re feudali. Quintò, an tertia vel quarta, quæ debetur vxori in bonis viri decedẽte marito sibi debeatur etiam in rebus feudalibus. Secũda incipit in. §. rei autem. Tertia in. §. quid ergo. Quarta in. §. econtrario. Quinta in. §. quamuis. Casus vsque ad. §. rei autem. Comes de re aliena militem inuestiuit, vel alij obligata in feu. res euicta est à vasallo, quæritur an habeat actionem pro euictione contra dominum & in quantum? respondet aut uasallus fuit sciens & non agit de euictione nisi sit stipulatus uel pactus. Si ignorans, agere potest, ut aliud eiusdem æstimationis sibi præstetur. Sed in domino non distinguitur scientia vel ignorantia, &. h. d. Expositio verborum (agit) si domino denunciauit, vt inf. si de feu. vas. ab alio. inter. fue. c. j. circa prin. (bonitatis) cuius erat tẽpore rei iudicatæ, vel vt nummos in feudum dandos numeret, vt. j. si de feu. vas. ab. ali. inter fue. c. j. ver. super negocio. Nota hic an vasallus possit agere de euictione, & distingue, aut fuit sciens, aut ignorans. Primo casu, si est stipulatus vel pactus agere potest, aliàs non. Secundo casu aut denũciauit domino & agere potest, aliàs non, vt dixi in litera: in domino autem non distinguitur scientia vel ignorãtia, vt argu. ff. de edi. edi. l. j. §. causa.

Rei autem.

Casus. Quæritur hìc nunquid vasallus rẽ feudalem possit vendicare à possidente, vel si conueniatur possit se defendere domino etiam absente? Respon. quod benè potest. Quinimò & seruitutes rei debitas potest petere & retinere h. d. Quæritur

tur hic in glos. an vasallus habet vtile dominium necnè? Respon. Tu dic quòd sic, per hunc. §. Quia potest rem vendicare iure proprietatis, ergo aut directa rei vendicatione, aut vtili. ar. à sufficienti partium enumeratione, quòd validum est, ar. ff de act. & ob. l. obligationum fere. §. placet. Sed directa non potest, quia domino datur ratiõe directi dominij quod apud eum remanet, vt inf. e. c. §. ex contrario. & sup in qui. cau. feu. amit. §. fi. ergo vẽdicari potest vtili in rem. Sed ad possessionem vtilis actionis in rem concluditur vtile dominium, vt. ff. de rei ven. l. superficiario, & si ager rectius. Peta. l. j. ergo sequitur, quòd vasallus habeat vtile dominium & vtilem in rem. & facit, de conten. inter vas. & alium. c. j. sicut emphyteotarius & superficiarius, vt dictis legibus.

Quid ergo.

Casus. Vasallus dolo vel culpa vel negligentia imposuit seruitutem rei feudali, postea feudum reuersum est ad dominum. Quæritur an sibi præiudicium generetur? Respondeo quòd non, licet longo tempore durauerit seruitus. h.d. (non noceat). Nota hic quòd vasallus nõ potest imponere seruitutem in præiudicium domini, sicut nec vsufructuarius. vt. ff. de vsufru. l. sed & si quis. §. fi. Item nota quòd longa præscriptio non currit cõtra dominum, hoc casu, dicit glo. & benè, nec longissimi. & hoc si dominus non possidebat. Nec allegat glo. sed facit pro ea. inf. de cap. Corra §. prẽterea, &, de prohibi. feu. alie. per Fre. §. j.

Ex contrario.

Casus.

Casus. Vasallus additamentũ fecit feudo, quæritur an accrescat feudo? Respon. distinguendo, aut quòd additum est per se subsistit, vt est prædium, & non accrescit feudo, aut non est per se subsistens, vt seruitus, & accrescit feudo. Et datur regula, quòd vasallus potest feudi facere conditionem meliorem, non deteriorem in alterius præiudicium. h.d. (feudo) sed seruabitur quòd dicitur. inf. hic fi. lex deinde incipiunt cons. reg. §. si vasallus. Oppo. vt supra de conten. inuesti. §. si quis de manso, & solue vt ibi notatur. Tangitur hic brocardum & non soluitur, quod est tale: Ratione rei indiuisibilis licitũ deprehenditur, quod aliàs non liceret, vt. ff. de ser. le. l. fi. non prosequor, quia plana est solutio. Regula est, quod interest de toto ad totum & de parte quo ad partẽ, aliàs est casuale, vt. ff. de vsur. l. Qui sit, in prin. no. & ff. de rei ven. l. quæ de tota, & de excep. rei iudi. si quis cum totum, & de regu. iu. l. in toto. Vel dic, aut est eadem ratio totius ad partem, tunc obtinet regula prædicta, aliàs secùs.

Quamuis.

Casus. Miles quidam habens feudum amplum decessit superstite coniuge inope. Quæritur an vxor tertiam vel quartam, quæ sibi debetur iure communi in bonis viri præmortui, possit accipere de feudo? Respon. non, quia alienari nõ potest in alium, quinimo nec pignori obligari. h.d. Vide expositionẽ (ad eum) vasallum (proprietas). i. directum dominium, (ad alium) dominũ. Nota hic apertè quod directũ dominiũ spectat ad dominũ in re

in re feudali,vt dixi sup.eo.c.§.rei autem, (quartæ)quæ debetur de iure communi vxori inopi viro locuplete præmortuo, vt. C. vnde vir & vxor, autent.prætérea. & in autent.vt liceat matri & auiæ, §.quia vero, (à Lõgobar.)vt in Lombarda.de eis quæ à viro vxori dantur.l.vl.

QVALITER OLIM FEV. PO. aliena. Rub. 9.

Cõtinuatio rubricæ sic potest fieri. Quia de alie. feu. supra dictum est quo ad quædam imperfectè, Ideo sequitur rubrica. Qualiter olim &c.

Est autem optima &c.

Diuide in quinque partes. Primò iure nouissimo prohibetur omnis alienatio.Secũdò,casuũ enumeratio ponitur, quibus de iure antiquo permittebatur alienatio.Tertiò,enumeratio quorundam casuum quibus iure antiquo alienatio fuit prohibita. Quartò, quæ personæ poterant prohibere alienationem & rem alienatã redimere. Quintò,quando dominus possit proprietatẽ reifeudalis alienare.Secũda pars incipit in.§.si vero.Tertia in.§.donare etiam. Quarta incipit in.§. porro.Quinta in.§.de illa.Casus vsq; ad.§.si vero. Olim optima consuetudine prohibebatur feudi alienatio,sed diuersimodè secundum varietatem locorum.donec Imperator Lotharius omnem interdixit alienationem.Et quidem antiquo tempore regulariter permittebatur vẽditio pro parte dimidia feudi.h.d.Expositio verborum (sententiæ) & quales sint ignoramus.Vel fortè secũdũ quod dicitur

dicitur sup.qui.mo.feu.amit.§.item si fratrem.&. §.seq.& seq.& §.fi.& de alie.feu.in prin. & inf. e.c. ver.j.(de beneficijs)vt inf.de prohi.feu.alie.per Lotha.c.j.& est in ti.de benefi.in Lombarda.(necessitate) nõ communi,sed speciali necessitate imminente,aliàs non poterat vendere, supra. qui. mo. feu.amit.§.item si fratrem,&.§.se.&.§. item si abfuerit.(suadente).i.causam implsiuam inducente (olim).i. iure antiquo,sed iure nouo per libellum tantum poterat,vt sup.de aliena.feu. in prin. Sed iure nouissimo nullo modo potest,vt sup.prox.& inf de prohi.feu.alie.per Fre.§.j.(partem vendere) dimidiam,vt no.sup.de suc.feu.in prin.

Si vero vel totum.

Casus. Permittebatur alienatio de iure antiquo,si vasallus feudum vel in totum vel in partẽ volebat in feu.dare bona fide non in fraudem, etiam domino inuito vel ignorante. Si autem domino dissentiente vendebat vel in feudum dabat,si decedebat sine hærede, vel feudum refutabat,vel culpa sua amittebat,alienatio rescindebatur & reuertebatur feudum ad dominum, nisi accipiens à priori domino volebat recognoscere, & sibi seruire.h.d.Expositio verborum. (facere etiam hodiè licet) vt sup. proxi. & sup. per quos fit inue.§.sed & res.&. inf.de ca. Cor.§.j. vbi de hoc. (dissentiente) secùs si eo volente, vt supra de suc. feu.§.j.de alie.feu §.& si cliẽtulus, (renocabatur.) Nota quòd resoluto iure datoris quocunque modo,resoluitur ius acceptoris,& dic vt dixi sup. de cõtr.inuest.§.fi.(acceperat) per feu.vel per emptorem,(non amittebat)nec hodiè amittit, vt hic,

quia hoc non inuenitur correctum, argu. in autent. de admi. of. (si priori domino). i. domino eius qui sibi dedit feud. vel sibi vendidit.

Donare autem.

Casus. Enumeratur quo etiam iure antiquo alienatio fuit prohibita, videlicet donare, pro anima iudicare, in dotem pro filia dare, locatio tamē permittebatur nisi fiat in fraudem. Et. h. d. Expositio verborum (donare) ar. contra instit. de loc. §. adeo &. C. de fun. patri. l. j. (iudicare) vt j. de prohi. feu. alie. per Fre. §. j. & sup. de suc. feu. circa princ. (vel in dotem) argu. cōtra. ff. si quid in frau. patro. l. j. §. sed & si libertus, &. C. ad Treb. autent. contra rogatus. & communia de le. l. fi. autent. res. (locare) ad modicum tempus non in perpetuum, quia tunc transiret vtile dominium, & species esset alienationis, vt in autent. de non alie. vt permu. re. ec. §. alienationis, &. ff. si ager vecti. l. j. §. fi. (esse alienatum,) vt in autent. de non alie. aut permu. re. ec. §. lex itaque.

Porro.

Casus. Olim antiquo iure si vasallus alienabat partem feudi, etiā licitè sine consensu domini, dominus poterat redimere ab emptore pro æquali precio, nisi dominus sciens renunciauerit iuri suo expresè, vel tacitè per annum, sed præscriptione xxx. annorum repellebatur sciens & ignorās: agnati autem vasalli proximiores præferebantur domino in prohibēdo & redimendo. h. d. Expositio verborum (domino) qui non cōsentit alienatiōi, (pro æquali). i. pro eo precio quod solutum est ab emptore vas. (redemptio) ab eo qui emit etiā licitè, (amiserit) dominus (in prohibendo) alienationem futuram, (redimendo) quòd alienatum est: (conditio) nisi per annum tacuerit, ex quo sciuit, vt inf. si de feu. fue. contro. c. Titius filios, in fi. Vel dic vt ibi no. &. l. j. C. de anna. excep. & facit in autent. vt cum de ap. cog. §. si quis de parentibus, & de sanctis. epis. §. si quis rapuerit. &. C. de vsucap. transl. l. j. Item nota quòd remittentibus actiones suas seu resignantibus iuri suo non est dandus regressus, vt. ff. de ædi. edi. l. quæritur §. si venditor. Item no. quòd dominus præfertur vasallo seu emptori in redimendo, & facit. C. de iure emphy. l fi. Item nota quòd agnati præferuntur domino in prohibendo & redimendo, & per hoc satis apparet, quòd si vasallus alienauerit feudum paternum, quòd non reuertitur ad dominum superstitibus agnatis, sed ad agnatos, ar. contra. inf. quæ fuit prima causa benefi. amit. §. j. pe. & fi. sed dic. vt sup. de suc. feud. §. j. Item nota hic quòd præscriptio annalis non currit ignoranti. ff. de calum. annus. & de ædil. edic. cum sex. Itē not. quòd præscriptio triginta annorū currit contra omnes scientes & ignorantes, vt. C. de præscrip. xxx. co. l. sicut. & l. comperit. Quæritur nunquid hodiè dominus præferatur, sicut olim in redimendo præferebatur? Respon. aut est hodiè specialis consuetudo alicuius loci quòd possit vendere, & tunc dominus eo loco præfertur etiā hodiè, sicut olim præferebatur in redimendo, quia quòd non prohibetur &c. C. de ap. præcipimus, in fi. aut non est specialis loci consuetudo quòd possit vēdere, tunc si vendiderit potest hodiè dominus ab emptore

tore reuocare etiam sine precio, vt.j.de prohi.feu. alie.per Fre.§.j.

Quæritur nunquid sit hodiè correctum quòd hic dicitur de præscriptione trigínta annorum, quæ currit contra dominum scientem & ignorantem: nõ respõdet glo. sed videtur quòd hodiè nulla currit, vt inf. de ca. Cor. §. propter, & de prohi. feu. alie. per Fre. §. j. Vel dic quòd nulla currit longa etiam cum titulo. Sed lõgissima sic. quia eo tẽpore tollitur omne ius, vt. d. §. no. Vel dic vt in summa Iaco. quòd nulla prorsus hodiè currit cõtra dominum præscriptio.

De illa.

Casus. Quæritur an dominus possit feudi proprietatem alienare? Respon. quòd seruandum est, quòd statutum est per l. Cor. h. d. (Corradi) vt inf. de le. Cor. §. ex eadem. &, de capi. qui cu. ven. c. j. &, de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea ducatus.

QVIS DICATVR DVX: MARchio: Comes &c. Rub. 10.

Continuatio rubricæ. Quia de duce, Mar. Comite, qui feu. recipiũt ab Imperatore. & de his qui feu. da. pos. & de feu. Mar. dictum est, ideo sequitur rubrica ad præcedentium declarationem.

Qui à Principe.

Diuide capitulum in duas partes. Primò quæ personæ nobilitentur per feudum, & declarationem graduum nobilitatis feudo. Secundò, quæ

quæ sunt personæ quæ non nobilitantur. Secunda incipit in. §. cæteri.

Casus. Dux dicitur qui à Principe de Ducatu est inuestitus. Marchio, qui de marchia. Comes qui de comitatu. Qui autem inuestitus est à principe vel à potestate aliqua de plebe vel de plebis parte capitaneus appellatur. Qui autem à capitaneis est inuestitus antiquo iure valuasor dicitur. Qui autẽ à valuasoribus maioribus sunt inuestiti valuasini, id est, minores valuasores appellantur, & hoc feu. propriam non habet naturam. Sed hodiè exæquata est omnis natura quantum ad retentionẽ feudi, quia sine culpa à nemine potest auferri, hodiè autem qui à ualuasoribus & quibuscunq; feudum accipiũt plebeij sunt, nec nobilitãtur per feudum. Nam etiam qui soldatam accipiunt non nobilitantur per feudũ hoc. Vltimò declaratur quid sit soldata, hoc dicit. Vide expositionem (ualuasores) maiores scilicet, sed hodiè capitanei, ut sup. de his qui feu. da. pos. circa prin. (à ualuasoribus) maioribus, (reuertebatur) & hodie reuertitur, quia resoluto iure datoris &c. nisi uelit à domino recognoscere, ut sup. ti. j. §. quo ad ualuasores ut supra de natu. fe. c. j. hoc est uerum quo ad retentionem, ut ibi, sed non quo ad nobilitatem ut sequitur. (à capitaneis) id est, ab his qui hodiè dicuntur capitanei & valuasores maiores: sed secus si à capitaneis qui propriè dicuntur capitanei, quia qui ab eis acquisierunt, erunt hodiè etiam nobiles, ut sup. de his qui feu. da. pos. circa prin. & quòd hic sequitur, seu à ualuasoribus, expone seu pro etiam. & non argumentatiuè, licet alibi sit contra. ff. de auro & argen. lega. l. si quis ita, & hoc satis proba-

tur,ſupra eo.c.§.qui vero à principe, (pedagium.) i.paiagium ſiue nobilitatem feudi,(vſum).i.rectũ ſiue proprium, (gratuita,)quã ego vidi præſtari in curia domini Regis Caroli multis nobilibus, (finitur)ſecus in vſufru.quia morte fructuarij non domini finitur.vt.C.de vſufru.l.iij.&.l.corruptionem.& facit ſup.de feu.cogni.c.ij.Sed quę poteſt eſſe differentia inter feudum ſoldatæ & feu.cameræ vel cauenæ,de quo dicitur in dicto.c.ij.reſpõ. differentia poteſt eſſe,quia feudum cameræ & cauenæ datur propter aliquod ſeruitiũ. Sed feu. ſoldatæ datur non propter ſeruitium, ſed gratis, & interdum propter paupertatẽ alicui nobili, vt vidi de facto in regno Sycilię.dicitur etiã fortè ſoldata,quia plerunq; ſoldarijs, id eſt, ſtipendiarijs conceditur propter ſeruitiũ,hoc non placet,quia ſupra dixit gratuita. Oppo.ad.§.cæteri, quòd etiam hodie qui à capitaneis vel valuaſoribus feudum accipiũt ſint nobiles,vt ſupra de his qui feu. da.poſ.circa prin. Sol.ſi accipit quis feu.à capitaneo vel à valuaſore maiore regni vel imperij eſt nobilis,vt ibi,aliàs plebeius, vt hic. Tu dic, quòd ibi dicitur hic corrigitur.argu. ff. de legi. & ſenatuſcon.non eſt nouum.Et nota quòd hodiè ſolũ ſunt nobiles per feu.qui ab Imperatore vel Rege feudum habent,& etiam qui feudum,accipiũt ab his qui propriè dicuntur regni capitanei. Minores ergo valuaſores & minimi ſunt hodiè plebei, niſi ab antiquo feudũ habeãt vt hoc.c.patet euidẽter.

DE SVCCES. FRA. VEL GRADI.ſuccedentium &c.
Rub. 11.

Cen-

Continuatio ad præcedentia poteſt fieri. Dictum eſt ſup.de ſucceſſ.feu.c.ij.quòd feudum acquiritur inueſtitura et ſucceßione,Ideo ſequitur hæc rubrica de gradibus &c.Vel dic quòd de ſucceßione feu.dictum eſt ſup.de his qui feu.da.poſ.§.& quia.&.§.ſequenti,Ideo ſequitur hæc rubrica.

Per ſucceſsionem.

DIuide capitulum in quatuor partes. Primò qualiter feudum acquiritur. Secũdò de ſucceſsione lineæ deſcendentis maſculinę & fœmininæ. Tertiò de ſucceſsione lineæ tranſuerſalis permiſſa vel prohibita. Quartò,de contentione orta occaſione ſucceſsionis.Secunda incipit in.§.mortuo enim.Tertia in,§.his vero. Quarta in.§.ſi vero dominus. Caſus vſq; ad.§.ſi enim Titij. Feudum acquiritur inueſtitura & ſucceſsione. Nam mortuo vaſallo prima cauſa eſt liberorum maſculorum, filiorum, nepotum & aliorum deſcendentium. Sed filiæ neptes & proneptes non ſuccedunt ipſæ nec nati ex eis,niſi feudum ſit fœmineum,vel eo pactum acquiſitum.Non extantibus autem liberis ſuccedunt fratres primò & filij fratrum, deinde agnati vlteriores,ſi feudum ſit paternum.h. d. Vide expoſitionem(pertinet)facit ſupra de feu. cogni.c.ij.(Prima cauſa eſt liberorum) facit inſti. de hære.ab inteſta.§.j.& in autent. de hære. ab inteſta.in prin.(vel deinceps)in infinitum,vt ſup.de his qui feu.da poſ.in prin.(ſit feu.)quia fœmineũ, ſupra an mar.ſuc.vxo.in bene.c.j.vbi de hoc, (premortuorum filijs)facit ſupra de feu. mar.c.j.§.ſi agnati) ex legitima tranſuerſali aſcendenti,

descendenti & ex latere vt hic, vbi non distin. vt sup. Impera. Lotha. Euge. Papæ. & de feu. mar. c. j. §. fi. (vlteriores) vsq; ad. 7. gradum, vt sup. de his qui feu. da. pos. §. hoc quoque, & dic vt not. supra de feu. mar. c. j. §. fi. (agnationis,) id est, eorum agnatorum qui veniunt ad successionem in feudo, id est, si agnati descendũt ab eo qui feu. acquisiuit, alias secùs, & hoc sequitur, si enim Titij &c. & no. hic q̃ dicatur feudum paternum, & melius quàm alibi (communis) ex linea ex qua est iste qui decessit vltimus, vel ex alia si nullus ex ea supereſt, vt inf. de na. suc. feu. §. fi. vbi de hoc.

Si enim Titij.

Casus. Auus Titij de nouo beneficio fuit inuestitus, decessit auus primò: secundò decessit Titius sine legitimo hærede, superstite patruo suo magno, id est fratre aui. Quæritur an ipse vel eius filij succedãt in feudo? Respon. quòd non. h. d. (defuncto) postquam auo successit in beneficio (patruũ) magnum, id est, fratrem aui (ad agnatos) scilicet aui qui non sunt aui agnationis communis, id est, qui nõ descẽdunt ab auo qui acquisiuit. Sed agnati Titij, qui agnationis sunt communis, succedũt bene Titio, vt sup. proxi. §. & inf. de na. suc. c. j. & de suc. feu. in prin. Oppo. quòd in beneficio succedant agnati & descẽdentes per lineam transuersalem, vt sup. proxi. §. & sup. Imperator Lotharius Euge. Papæ c. j. §. fi.

Solutio agnati qui sunt agnationis communis eius qui acquisiuit bene succedunt vt ibi, sed alij agnati succedunt vt hic.

Si vero dominus.

Casus.

Casus. Contentio est inter agnatum & dominũ vel alium de beneficio, quia agnatus dicit paternũ esse feudum, & se succedere debere, dominus contrà dicit nouum. Quæritur cui incumbat probatio? Respon. quòd ei qui dicit nouum. Sed aliquãdo aliter pronunciatum fuit. Deficiente autẽ probatione relinquitur arbitrio iudicis cui iusiurandum debeat deferri. h. d. (illi) id est, domino (intuebitur) secundum facti qualitatem & causæ naturam & personarum conditionem, vt inf. de consue. rec. feu. c. ij. & dixi supra de contro. inuesti. in prin. & quid sit inuestitura. c. fi. Oppo. extra glo. dicitur hic quòd domino incumbit probatio, imò videtur quòd debeat distingui quis possideat, vt non possidenti detur probatio, vt supra de contro. inue. §. cum autem, & de conten. inter me & dominũ de por. fra. mei. c. j. So. aut agnatus possidet totum feudum aut partem vel habet precium vel cambium partis, tunc dominus probat, alioquin defertur iusiurãdum vt ibi: aut possidet dominus, & tunc probat agnatus, vt. d. c. de conten. inter me & dominum de por. feu. fra. c. j. aut neuter possidet, tunc agnatus debet constitui in possessionem feudi interim in dubio, vt inf. si de feu. fu. con. c. j. §. j. & dominus si vult vincere, probare debet feudum esse nouum, vt hic, & inf. de inuesti. in ma. fac. c. j. & si de feu. fue. controu. c. j. deficiente autem probatione, relinquitur arbitrio iudicis cui iusiurandum debeat deferri, vt dixi in exponendo literam.

DE FRATRIBVS DE NO. BEneficio inuestitis. Rub. 12.

Si duo fratres.

CAsus. Datur regula, quòd frater fratri in feudo nouo non succedit, nisi aliud per pactum actum fuerit. h.d. Quæritur quid si duo fratres de de nouo beneficio inuestiti sunt sine pacto de succedendo, & beneficium est indiuiduum, & moritur alter sine hærede, an eius portio trãsit ad fratrem ratione indiuiduitatis, an feudum totum reuertitur ad dominum dicta ratione? glo. arguit pro & contra, sed non soluit. Sed tu solues sic, quòd portio decedentis debet transire ad fratrem superstitem, & sic totum feudum pertinet ad vasallum & non ad dominum. Dabit tamen vasallus domino æstimationem partis alterius ar. ff. de le. ij. l. cum filius, ver. quod non esset, & ad l. fal. l. j. §. si vsufru. & l. si is qui. §. fi. & ratio quare non reuertitur ad dominum est, quia dominus concesit feudum, nec debet contra factum suum venire, quòd esset si auferret partem fratri superstiti ar. ff. de adop. l. post mortem. &, de seruitu. rusti. prædi. l. per fundum.

Sed nunquid totum quod prius fuit datum in feu. nunc inerit in feu. post datam partis æstimationem? dic quòd non sed pars prius data tantum facta superstiti & non alia quam habet, secundum æstima. emptionis, vt. ff. pro emp. l. ij. & sup. de feu. dato in vi. l. commisso. c. j. ar. ff. de iure dot. cum in fundo. §. si fundus. Vel dic quòd qui habet maiorem partem, habebit totum, & dabit alij æstimationem partis. ar. C. de dona. sancimus. §. non autem.

Si duo

Si duo fratres.

Diuide capitu. in duas partes. Primò, frater acquisiuit feu. gratis vel sua pecunia. Secundò, cum equis & armis communibus domino ignorante. Secunda incipit ibi, quòd si cum &c. Casus. Duo fratres mortuo patre remanserunt in domo communi simul habitando, alter ex eis postea acquisiuit feudum gratis vel sua pecunia: quæritur an mortuo acquirente sine hærede sibi succedat frater? Respondeo quòd non. Sed quid si de communibus bonis esset emptum? tunc fructus ex eo prouenientes essent communes. Et deinde dicitur, frater cum equis communibus vel ex pecunia cõmuni feudum acquisiuit, quæritur an frater sibi succedat eo defuncto sine hærede? Respondeo quòd non. Sed potest frater ab eo petere partem eius quod de cõmuni est expensum, h.d. Vide expositionem. (acquisierit) suo nomine, & gratis vel sua pecunia (dicunt) & benè, (ad alium) fratrem (neq; post mortem) de hoc nõ est dubium, vt sup. c. proxi. (erit communis) si de communibus bonis esset acquisitum, alias non vt. C. de bonis quę lib. l. cum opor. Sed est mirũ, quòd hic dicitur, quòd propterea fructus debeant esse communes, vt. C. communia vtriusq; iudi. l. fi patruus & ff. pro socio. l. cum duobus. §. par. nisi essent socij omnium bonorum, vel communi nomine esset acquisitum. vt dictis legibus. Sed dic, vt puto, quòd consuetudo sic se habet, quòd fructus essent communes, alias secùs esset, vt dixi. Oppo. sup. de beneficio fra. & qualiter fra. suc. c. j. & solue vt ibi no. Et nota hic quòd gl. quę incipit, intelligo, videtur

dicere

ficere quod feudum est peculium quasi castrēse, & probare videtur ea ratione, quia fructus feudi non est communis, nisi feudum sit acquisitum de communibus bonis. Sed hæc ratio nō videtur bona, quòd ideo feudū debeat censeri quasi castrense peculium, quia vt dixi in litera fructus de iure communi non debent esse communes, ideo, quia sic acquisitum de communi pecunia nomine proprio fit acquirentis. Præterea etiam in aduentitijs bonis fructus nō sunt communes, vt dicta. l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. Sed quæro an feudum sit peculium castrense vel quasi, vel aduentitium? Respondeo, si dominus feudum dedit militi, quia in bello probè se habuit, sicut quadoque fit, tunc est peculium castrense, ar. ff. de castren. pecu l. si castrense. l. si forte. & l. si castrense. Si vero alibi & nō propter aliquam castrorum notitiam, si quidem dominus habet districtum & iurisdictionem, & sic potest dici dominus publica persona, sicut & magistratus, tunc si dominus det feudum vasallo, tunc potest dici feudum quasi castrense, quasi de publico acquisierit vasallus, ar. C. de in offi. testa. l. fi. & de of. asse. l. velut. & de aduoca. di. iudi. l. fori. Si vero vasallus alibi vel ab alia persona feudum acquisiuit, tunc non erit peculium castrense, vel quasi, sed aduentitium, vt puto, pater tamen non habebit in eo vsumfruc. quasi sub ea conditione videatur sibi concessum, ne alius habeat vsumfructum, sed filius ipsi tantum, vt possit inde feu. seruire, ar. inf. in qui. cau. feu. amit. §. beneficium, &, in autent. vt liceat matri & auiæ. §. j. & arg. ff. si cer. pe. cum quid. &, de seruitu. l. si cui. Et sic no. quòd pater nullo casu debet habere vsum-

sumfructum feudi, est tamen ar. contra hoc, infra, c. §. vbi fructus.

DE INVESTITV. QVAM TItius accepit à Sempronio.
Rub. 13.

Titius à Sempronio.

CAsus. Maritus nō succedit vxori in beneficio ea mortua sine hærede, hoc dicit. Expositio verborum (in dotem dedit) domino cōsentiente, aliàs non potest, vt sup. qua. olim. feu. po. ali. §. donare, & facit, supra, an ma. suc. in bene. c. §.

DE VASALLO DECREPI. AETAqui feu. refutauit &c.
Rub. 14.

Cōtinuatio sic potest fieri. Dictum est sup. de feu. paterno & nouo & eius successione, sumpta inde materia, sequitur hæc rubrica.

Quidam.

CAsus. Si vasallus decrepitæ ætatis feudum refutauit, vt filij inuestiantur, & inuestiti sunt, postea decedente altero filiorum post inuestiturā fratre superstite & sine hærede, frater sibi succedit, & non reuertitur ad dominum, quia feudum dicitur adhuc paternum, & nō nouum. hoc dicit. Expositio verborum (ad hoc refutauerit). id est, ea conditione quæ sequitur, & sic no. quòd nō refutauit omnino & generaliter, aliàs secùs, vt in gl.

Oppo-

Opp.quòd frater nō debeat succedere, quasi sit nouum, vt inf.si de feu.fu.contro.c.fi.& de eo qui fi. fecit agna.de bene.c j. Solutio, aut vasallus omnino & generaliter & simpliciter refutauit feudum, aut ea conditione vt filij inuestirétur. Primo casu censetur nouum, vt ibi. Secundo casu manet antiquum, vt hic, & facit ad hoc quod no. sup. Imperator Lotha. Eu. Papæ.c.j.& ar.ff. de vsu. si stipulatus.& est hoc arg. ad quæstionem quæ no.ff. de pecu.l. peculium. §. si cre.& de impen. in re. do fac. l. quòd dicitur.

Quæritur an hæc refutatio noceat agnatis? Respondet glo.& benè quod non, si non consenserint agnati, vt sup. qui.mo. feu. amit. §. præterea & est casus supra de suc. feu.c.j.

DE INVESTITVRA IN MAritum facta. Rub.15.

Vasallus superstite.

Diuide capitu in tres partes. Primò, corā quibus dirimitur contētio orta inter maritum filiæ vasalli, & agnatum vasalli. Secundo, à quo & qualiter fieri debet probatio orta cōtrouersia inter dominum & agnatum defuncti. Tertiò, orta controuersia inter vasallos coram quibus sit dirimenda. Secunda pars incipit in. §. item placet. Tertia in §. illud. Casus. vsque ad. §. item placet. Si contentio est inter maritum filiæ vasalli & agnatum de beneficio, an sit paternum vel nouum, quæstio dirimi debet coram iudice ordinario, vel arbitro, non coram domino vel eius curia. hoc dicit. Expositio verborum. (Agnati) sub. an ma-

an mariti qui est hic reus? & dic quòd mariti, quia rei forum sequitur actor de iure communi. C. de iurisdi. om. iudi. l. iuris ordinem. &, vbi in rem ac. l. actor, & sic intellige quod ibi sequitur, iudicem ordinarium, rei scilicet, vel arbitrū communiter electum.

Oppo. vt supra dixi, apud quem vel quos contro. feu. ter. c.j.& solue vt ibi no. Oppo. dicitur hic quòd maritus feu. acquisiuit pecunia à domino, ar. supra de feu. da. in vi. l. commis. c.j. Solutio expone hic, in prin. capituli, dominus, scilicet qui feu. tenuit ab alio: & sic in ipso erat vas. & ab eo emi potest, aliàs secùs, vt sup. de bene fra. c.j.

Oppo. quòd non debeat cognoscere iudex ordinarius vel arbiter, sed curia, vt inf. an apud iudi. vel cur. c.j Solutio, ibi causa spectare videtur ad dominum quodammodo. Tu dic, quòd ibi dicitur hic corrigitur, ar. ff. de legi. non est nouum.

Item placet.

Casus. Contentio est inter agnatum & dominum de feudo, dominus si vult vincere debet probare nouum feudum, eo autem in probatione deficiente, defertur agnato iuramentum, vt iuret vel referat. h.d. vt diximus sup de gra. suc. in feu. §. fi. vbi de hoc. Vel dic vt sup. de controu. inuesti. Vel dic vt supra de controu. inter me & domi. de por. fra, c.j.

Illud tamen sciendum.

Casus. Si contentio est inter duos vas. de beneficio, non potest alter aliū inuitum ad iudiciū domini vel curię trahere, si tamē dominus cū sua curia

ria eos vocauerit, nemini eorum licet domini vel curiæ examen declinare. h.d. Expositio verborum (de feu.) dic antiquo, & cessat omnis oppo. (ad dominum) solum sine curia, (curię) sine domino, sed ad dominum cum curia sic: & hoc sequitur hic (licet.) id est, non est licitum, quia sunt ordinarij iudices, quorum iurisdictio regulariter non recusatur, vt. C. de iudi. l. apertissimi. Oppo. litera videtur repugnantiam continere, quia in primo responso dicitur, quòd alter alterum non potest ad dominum vel curiæ iudicium trahere, in secundo responso dicitur, quòd dominus cũ sua curia potest. Solutio, solus dominus, vel sola curia nõ potest, vt in prin. Sed dominus cum curia potest, vt in secundo respõso. hoc placet. Vel dic quòd pars non cogit partẽ per se sine iudice, vt in primo responso. Sed iudex ad petitionẽ *partis*, vt in secundo responso. Vel dic secundum glo. non cogitur pars respondere nec in primo nec in secundo responso. sed honestum est quòd respondeat. § dominus cum curia vocauerit, vt in secundo responso. hoc non placet, quia litera non patitur, & quia dominus cum curia sua sunt ordinarij iudices inter partes, ideo non debent recusari, vt dicta. l. apertissimi.

Oppo. quòd iudex vel arbiter cognoscere debeat, vt sup. e. in prin. Solutio, ibi contentio est inter duos, quorum alter dicit feudum nouum, alter antiquum: hic inter duos qui pari iure vtũtur, quorum vterq; dicit feudum antiquum.

Oppo. quòd iudex vel arbiter cognoscere debeat, etiam si pari iure vtantur, vt inf. de le. Cor. c.ij. in prin. Solutio, ibi est contentio inter duos, quorum

rum vterque dicit suum proprium feudum & se inuestitum, sed hic vterq; dicit antiquum & non proprium. Oppo. quòd pares curiæ cognoscãt, vt inf. an apud iud. vel cur. c.j. Solutio, secundum gl. quòd hic dicitur ibi corrigitur. hoc nõ placet, quia in dubio correctio legum debet vitari, vt in autent. de admi. of. §. fi. dic ergo quòd ibi est contentio inter duos, quorum alter dicit feudum nouum, alter antiquum & non proprium, hic inter eos quorum vterq; dicit feudum antiquum, hoc placet, nam promptum est iura iuribus concordare, vt. C. de inoff. dona. l.j. Vel dic quod ibi causa quodammodo videtur spectare ad dominũ, quia de euictione alteri parti tenebatur, hic non, quia dominus de euictione non tenebatur altero vincente, quia hoc vterq; dicit antiquum, & ideo ibi non cognoscit dominus ar. C. ne quis in sua causa. l.j. Oppo. quòd dominus sit iudex, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea. Solutio secundum glo. & bene, ibi contentio erat inter duos, quos constat vasallos ex alijs feudis, de quibus nõ erat controuersia, & ideo cognoscet dominus, hic vero est dubium quis eorum debeat esse vasallus.

Opp. quòd iudex vel curia cognoscere debeat, vt inf. de le. Corra. c.ij. in prin. Solutio, hic vasalli producunt eundem inuestitorem, ibi diuersos.

Opp. quòd Imperator vel Rex sit iudex inter capitaneos: vel pares curiæ inter valuasores, vt sup. apud quem vel quos. c.j. & de l. Cor. c.j. Solutio, si contentio est inter eos qui propriè dicuntur capitanei, id est, Duces mar. & huiusmodi, Imperator vel Rex est iudex, vt ibi. Sed inter valuasores tunc pares, vt hic, sed hoc hodiè est correctum, vt di-

&to.§.præterea,& dic,vt dixi. Oppo.quòd curia cognoscere debeat vt.inf.ti.j. & dicto.§. præterea cum si. Solutio,si contentio est inter dominum & vasallum,curia est iudex,vt ibi,si vero inter alios,alij sunt iudices vt dixi. Oppo. quòd iudex ordinarius cognoscere debeat,vt infra de contro. inter vasal. & alium. c. j. Solutio, ibi contentio est inter duos, quorum vnus dicit feudum, alter non,sed prætēdit ius ex alia causa,hic vero vterq; dicit se vasallum.Et ad solutionem omnium contrariorū distinguitur & melius satis quam in summa,aut contentio est inter eos qui propriè dicuntur capitanei, vt Duces & Comites & similes,& tunc Imperator est iudex, vt sup. apud quem vel quos.c.j.& inf.de lege Cor.c.i. Aut est contentio inter alios vasallos,& tunc aut constat vtrunque vas.esse eiusdem domini, quia & ipsi & dominus confitentur,sed est controuersia de aliqua feudi parte,vel de aliquo feudo,sed non de toto feudo alicuius,tūc dominus est iudex,dicto.§. præterea. Aut constat vnum tātùm esse vasallū de feu.aliquo de quo non est quęstio,& quæstio est de alio feu. tunc pares erūt iudices,vt sup.apud quem vel quos. c.j.ij.respōso.& inf.de le.Cor.c.j.ij. respōso. Aut est dubiū quis eorū sit vasallus,& prętendunt ambo inuestituram ab eodem domino, tunc si est contentio inter eos quorum vterque suum proprium feudum esse dicit, tunc iudex vel arbiter cognoscit.vt.inf.de le.Cor.c. ij. Aut inter eos quorum vterq; dicit antiquum,tūc cognoscit dominus cum curia vt hīc.Aut est contētio inter eos quorum alter dicit antiquum & alter nouū & proprium,tunc iure antiquo iudex vel arbiter cognoscet,

scet,vt sup.c.c.in princi.hodiè vero pares curię,vt inf.an apud iudi.vel cu.c.j. Aut est contentio inter duos qui producunt diuersos inuestitores & tunc iudex vel arbiter cognoscit,vt inf.de le.Corra.c.ij.in prin. Aut est cōtentio inter vas.& alium quem constat non esse vasallum, tunc iudex ordinarius rei cognoscit,vt inf.de contro.inter vas. & ali.de be.c.j.Aut est contentio inter vasallum & dominum,& tunc pares curiæ cognoscunt, vt inf. ti.j.de hoc etiam no.supra apud quē vel quos.c.j.

DE CONTROVERSIA FEV. apud pares terminanda &c. Rub. 16.

Hæc rubricà sic potest continuari. Suprà dictum est in tit.de contro.inuesti.& ti.de conten.inter do. & uas.qualiter fiat probatio, & dirimatur cōtentio orta inter dominum & uas.Sed quia dubitari posset quis sit iudex inter eos,ideo sequitur hæc rubrica.

Si inter dominum.

CAsus. Si contentio est inter dominum & vasallum de feudo,pares curiæ cognoscūt. Aut si cōsentiunt dominus & vasallus in eligēdis paribus,tunc quos elegerunt iudices. aut si dissentiunt, tunc dominus priùs eliget vnum vel plures ex paribus quos voluerit,Secundò vasallus eligere poterit secundum numerum à domino approbatum.Vltimò sciendum est,quòd qui fidelitatem dño non iurat,nō est eligēdus pro pari altero dissentiente.hoc dicit.Expositio verborum(pares)vt inf.de alie.feu.pa.c.ij. & inf.de prohi.feu.alie. per

Fre. ſ præterea. (dubitatio) quia hi quos elegerũt erunt iudices, & cognoſcent, ar. contra. ff. de ventre inſp. l. j. ſ. poſt edictum. Oppo. ſecundum gl. quod pares electi & petiti non debent eſſe iudices, vt. ff. de iudi. l. obſeruandum. Solutio, aut pars vtraq; eſt præſens, & tunc petiti poſſunt eſſe iudices, vt hic: aut alter eſt abſens vel ignorans, & tũc ſecus, vt ibi. Vel dic quod d. l. obtinet in delegatis iudicib', in ordinarijs ſecũs, vt hic ar. ff. de off. proconſu. l. j. Vel dic hic incertus de certis, ibi incertus de incertis petebatur in iudicem. Quæritur hic in glo. nunquid coram paribus poſsit fieri recõuentio? reſpondet gl. & benè quòd ſic ar. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. l. cum Papinianus & autent. Et conſequenter. C. de iudi. l. quotiens.

DE EO QVI SIBI VEL HAEREDIbus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram acceperit. Rub. 17.

Qui ſibi &c.

Diuide capitu. in duas partes. Primò, an fœmina ſuccedat in feudo, facta inueſtitura accipienti, pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, ſuperſtite maſculo. Secundò, an vaſallus debeat recognoſcere feu. per fœminã maſculo exiſtẽte. Secunda pars incipit ibi, nam & illud.

Caſus. ſi vaſallus ſibi & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus fœminis inueſtituram accepit, fœmina non ſuccedit in beneficio quamdiu maſculus ſupereſt. Quinimò non debet vaſallus qui feudum à vaſallo accepit per fœminam recognoſcere ſi maſculus ſupereſt. h. d. vſq; ad ſi capitulũ

Regula

tuli. Vide expoſitionem. (in dotem dedit) domino conſentiente, aliàs dari non poteſt, vt ſuprà, qua olim feu. ali. po. ſ. donare, (recognoſcere) id eſt, ſibi fidelitatem præſtare. Oppo. quòd beneficium ad fœminam debeat tranſire & ad omnem hęredẽ etiam extraneum propter pactum appoſitum, vt. ff. de verb. ob. l. ſtipulatio iſta. ſ. ſi quis ita. Solutio, hic eſt ſpeciali in feu. Secus in alijs negocijs, vt ibi. Vel dic, aut enim pacificus prouidet hæredibus ſimpliciter, tunc tranſit ad omnes vt ibi, aut hæredibus maſculis, tũc videtur cogitare de filijs, vt. ff. ad Trebel. ex facto. ſ. ſi. & ſupra de alie. feu. ſ. & clientulus. Quæritur & glo. tangit licet obſcurè, quid ſi deceſsit vaſallus ſuperſtitibus duabus filiabus quæ ſucceſſerunt in feudo, poſtea deceſsit vna ſuperſtite filio maſculo, nũquid maſculus excludit materteram, & auferet ſibi feudum? & videtur quòd ſic, vt hic, & ſupra, Epiſcopum vel Abba. vel Abbatiſ. ver. j. Præterea quotiens res deducitur ad caſum, à quo incipere non poteſt, vitiatur, vt. ff. de verb. ob. l. exiſtimo & l. pluribus. ſ. & ſi placeat. & facit. ff. de aſsigna. li. l. vtrum & inſti. de aſsi. lib. ſ. datur. ar. cõtra. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iu. l. patre, & ſupra, an mari. ſuæ vxo. in benefi. c. vno. &. inf. de na. ſuc. feu. circa princ. & de bene. feu. in prin. & hoc videtur æquius, quòd remaneat apud eam, ex quo ſemel ad eam trãſitum fecit. Quæritur an hæredes huius vaſalli, qui feu. accepit ſibi vel hæredibus ſuis, acquirant feudum ex ſucceſsione vel pacto? Reſpon. aut ſunt hæredes primi acquirentis feudum directo vel per mediam perſonam, tunc ex pacto acquirunt propter hęreditatem defuncti & non propter ſpecialem feudi

ſucceſsionem.vt dicto.§ ſi quis ita.ff.de verb.obl. l.ſtipulatio iſta. Aut non ſunt eius hæredes directo vel per mediam perſonam,tunc acquirunt ex ſucceſsione,vt ſup.de ſucceſ.feu. Sed ſciẽdum eſt, q̃ filij nõ poſſunt repudiare hæreditatẽ, ſed agnati ſic.vt infra, an agnati vel fi.de.c.j. Sed an in caſu iſto cum vaſallus accepit ſibi & hæredibus ſuis, & ſic pactus eſt expreſsè hęredibus,poterunt agnati repudiare hæreditatem? Bul.& Ia. dicunt quòd ſic,ar.ff.de ope.lib. ſi quis operas,& dicto.§.ſi quis ita.Sed contrarium videtur,quòd vaſallus voluit prouidere hæredibus ſuis, & dominus ſibi conceſsit per eundem modum. Sed ſi repudiant hæreditatem non ſunt ſui hæredes. ergo non videtur prouidere eis,ſed ſuis hæredibus adeuntibus hæreditatem,quia illi ſunt ſui hæredes.Et certum eſt quòd poteſt teſtator etiam vni ex hæredibus prouidere, alijs non ar.ff.de verb.ob.l.cõtinuus.§.ſi, & de excep.l.j.&.ff.de pactis.l.auus.&.l. tale pactũ. §.ſi.ar. contra.infra , ex qui.cau. bene.amit.§. ſi. Sed dic,aut cõceditur ſimpliciter res ad directum feu. & tunc ſeruatur quod ibi dicitur vt inf.an ag. vel fi.de.aut conceditur res in feu. paciſcenti ſibi, & hæredibus ſuis,tunc non acquirit alijs niſi hæredibus ſuis. Præterea in ſtipulatione vel pacto non intelligitur niſi perſona expreſſa vel de qua ſit cogitatum.ff.de ver.ob.l.quicquid.&.l.ſi ita.§. Griſogonus.

DE DVOBVS FRATRIBVS à capitaneo inueſtitis. Rub. 18.

Continuatio ſumitur ex præcedenti rubrica.

Si duo

Si duo fratres.

CAſus. Si duo fratres ſimul de nouo beneficio à capitaneo fuerint inueſtiti, vt quandiu ipſi vel eorum hæredes maſculi viuerent , & maſculis deficientibus fœminæ feudum haberent. Decedẽte poſtea vaſallo altero , ſi maſculus vel fœmina ex eo ſupereſt,non ſuccedit frater,aliàs ſuccedit h. d.(ſine hærede.)i. ſine filia,& etiam deſcendentibus.ar.optimum eſt hic,quòd ius accreſcendi locum habet in feudis etiam poſt ius acquiſitum,& facit.ff.de aſsi.li.l.vtrum,& ſup.De his qui feu.da. poſ.§.cum vero,& dic vt ibi notaui.

AN REMOVERI DEBEANT teſtes qui pares eſſe deſierunt. Rub. 19.

Hæc rubrica poteſt ſic continuari. Dictum eſt ſupra in pluribus partibus,quòd inueſtitura probatur per pares curiæ,ſed quia dubitari poſſet,an qui deſierunt eſſe pares,poſsint eſſe teſtes, ſequitur hæc rubrica.

Ex facto.

CAſus.Si inter dominum & fidelem eſt cõtentio de inueſtitura,illi qui pares & teſtes fuerãt tempore inueſtituræ, non remouentur poſtea à teſtimonio,licet deſierint eſſe pares. h.d. Expoſitio verborũ.(Quid enim)hęc ratio probabilis eſt, ſed nõ eſt neceſſaria,quia & ſi peccaſsẽt nihilominus eſsẽt teſtes.Hoc capitulũ intellige ſi deſierint eſſe pares ex honeſta cauſa , ſecùs ſi ex cauſa quæ irroget infamiam, quia tunc tenet inueſtitura.

sed in iudicio non producuntur tanquam testes, vt ff. ad car. in. l. iij. §. duæ, & in autent. hæc constitutio innouat. §. dudum. & facit quòd no. C. de testa. l. j.

DE CONTROVERSIA INTER Episcopum & vasal. Rub. 20.

Continuatio potest sic fieri. Quia sæpe inter vasallum & Episcopum oritur contentio, et dubitatur, quis erit iudex, ideo sequitur hæc rubrica.

Ex eo.

Diuide capitulum in quatuor partes. Primò, thema & quæstio. Secùdò, allegatio pro parte vás. Tertiò, allegatio & responsio pro parte domini. Quartò, responsio ad quęstionem & declaratio qui sunt iudices, & quod sit eorũ officium. Secunda pars incipit in ver. opponit. Tertia in ver. domino. Quarta in ver. sed laudatum.

Casus. Si inter Episcopum & vasallum est contẽtio de inuestitura ab eius prædecessore facta, pares curiæ cognoscunt. Prius tamen debet inuestiri de suo proprio & recto feudo quod sine cõtrouersia tenet ab eo, quàm principalis quæstio dirimatur. h. d. vsque in fi. Vide expositionem (recto feu.) quòd sine controuersia tenet ab eo, (inuestiri faciant) vt infra de alie. feu. pa. c. j. §. j. & supra de cõtro. inter me. & do. de por. fra. c. j. in fi. (differatur) quo ad feu. de quo est controuersia, sed nõ quò ad rectum de quo inuestitur statim, (recto feudo) quod sine controuersia tenet ab eodem domino.

Oppo. quòd quæstio non protelat quò ad annuam

nuam præstationem defuncto Episcopo qui de ea fecit inuestiri, quia morte dãtis & accipientis finitur, vt supra de cogni. feu. c. ij. & quis dica. Dux. Mar. c. j. §. fi. Solutio, prædicta intelligũtur in domino laico: aliud in domino clerico vel Episcopo vt hîc. Vel dic, aut annua præstatio est simplex & ad rectum feu. tunc perit morte vtriusque tam in domino laico quàm clerico, aut est perpetua ex pacto, tunc, transit ad omnes successores vt hic, &. ff. de verbo. ob. l. & ideo hæsitatur & l. seq. §. stipulatio huiusmodi & ar. C. de leg. in annalibus, & tunc quæstio procedere potest.

DE VASALLO MILITE QVI arma bellica deposuit. Rub. 21.

Continuatio huius rubricæ patet, quia inter cæteras causas amittendi feu. est hoc, ideo sequitur hæc rubrica.

Miles.

Casus. Miles seculi qui factus est miles dei ex eo quòd venerabilem domum intrauit, & seculo renunciauit, feudum amittit. hoc dicit. (domini vel agnati.) Si agnatus supereſt, est eius conditio potior, quàm domini vel vasalli, vel ecclesię, vt hic patet, & no. supra de successo. feu. §. 1.

DE MILITE VASALLO QVI contumax est. Rub. 22.

Dominus vocat.

Diuide capitulum in duas partes. Primò, qualiter proceditur contra vas. domino querimoniam exponente de eo qui incidit in culpam. Secundò, qualiter proceditur contra dominum vasallo dicente se ab eo spoliatum feudi possessione. Secunda incipit in §. si vero vas.

Casus, si dominus conqueritur de vasallo dicens eum in culpam incidisse per quam meretur vasallus amittere feudum, debet vasallus à curia vocari, septem aut decem dierum spatio in vnaquaq; vocatione statuto, & si contumax sit, dominus debet mitti in possessiõem feudi, & expectabitur vasallus vsq; ad annum. si veniat antè, restituatur ei possessio, si non veniat perdit possessionem feu. Si vero ecõtra vasallus conqueritur de domino, dicens se ab eo spoliatum, tunc vasallus debet adire curiam, & curia cum reuerentia debet dominum cogere quòd restituat possessionẽ, si contumax sit dominus, vasallus poterit adire maiorem potestatem, & si perseueret dominus in cõtumacia, vasallus potest eum deprædare. h. d. Vide expositionem (vsque) sic. inf. quæ fuit prima causa be. amit §. est & alia (arbitrio) facit. ff. de iudi. nonnunquam (amittit) id est, in casu amittenda est, nam non perdit ipso iure irreuocabiliter vt sequitur (adire dominum) ar contra. C. de epi. & cle. l. iubemus. §. fi. (maiorem potestatem) facit. supra si de inuesti. inter do. & vas. §. j. & no. quòd si inferior iudex non potest facere iustitiam propter potẽtiam litigatoris, potest adire superiorem iudicẽ vt hic, & in autent. de quæsto. §. si vero forsan. Et no. etiã in hoc. c. qualiter procedi debet in causis feu. cõtra dominum vel vasallum ad petitionem alterius, & si iudex

dex essem, & non obstaret specialis loci cõsuetudo, seruarem in feu. huius. c. tenorem, quia sibi nõ inuenio derogatũ, & sic manet lex scripta, vt sup. de feu. cogni. c. j. & ideo quia quædam glosa hic posita fundatur super iure communi & per eam recedit à iure consuetudinario feudali, & quia plana est non intendo insistere in ea, quia ejus materia clarè traditur in glosis nostris, vt. C. de iudi. l. sancimus. & de iudi. ad peremptorium. &. iij. q. ij. in princ. C. de iudi. properandum. §. j. &. ii. &, vbi in rem ac. l. ij. & de præscrip. lon. tem. si quis emptionis. &, quo. & quando iu. l. consentaneum, & autent. ibi posita. &, extra, de lit. conte. c. fi. Quæritur hic in glo. quia litera dicit, salua reuerentia, an sit opus vasallo agenti contra dominum petere veniam sicut facit libertus? respondet glo. & benè quòd non, sed hoc quòd dicitur hic intellige de reuerentia quæ fit cum honestate verborum facit. ff. de obsequijs. l. honori. Vel dic quòd vasallus qui hic conqueritur exponere debeat cum reuerentia querelam. Sed quod pares cognoscant cum reuerentia, quæ semper debetur superiori, in autent. vt ab illustri. & quę super eam digni. §. j. Quæritur an vasallus perdat ius suum in feu. si dominum deprædetur hoc casu, de quo dicitur in fi. huius capituli? Glo. sentit quòd sic. per. l. si quis in tantam. C. vnde vi. & per. l. extat. ff. quod me. cau. nisi sit dominus bannitus. Sed cõtra. quia hęc litera loquitur simpliciter & indistinctè & non dicit q̃ debeat banniri priùs, & est ar. ff. quæ in frau. credi. l. ait Prætor. §. si debitorem, &. C. de decu. l. generali. & in autent. vt iudi. sine quoquo suff. §. necessitatem. Nec obstat. l. contraria,

quia

quia illud procedit quando nullo iure permittente facit, sed hoc facere potest iure permittente, quòd fieri potest in pluribus casibus, vt. ff. quod me. causa. l. extat.

Quidam hic incipiunt librum tertium feudorum.

IN QVIBVS CAVSIS FEVDVM AMITTATVR.

Rubri. 23.

Continuatio rubricæ patet.

Obertus de orto.

Diuide capitulum in duas partes. Primò pater scribit filio dicens, quod causæ amittendi feudum non possunt sub regula diffiniri, & subdit qualiter vasallus se debet habere erga dominum suum. Secundò definit seu describit dupliciter, quid sit beneficium. Secunda incipit in. §. beneficium. Casus Pater scribit filio ptemittens excusationem sui, dicens, quòd causæ quibus feudum amittitur non possunt sub regula definiri, & addit qualiter vasallus erga dominũ se debet habere. postea diffinit beneficium dupliciter, vt patet in litera, hoc dicit. Vide expositionem, (ingratitudinis causę) quæ sunt. inf. ti. j. (tribuens gaudium.) Est enim gaudium ei qui capit fructũ, (capientibus) vsumfructum, quia eius gratia datur vt capiat commodum (capiensq;) vas. commodum (tribuendo) seruitium domino, (proprietas.) Nota quòd dominium directum est domini, vt supra, de inuesti. de re. alie. §. fi. (transeat) de natura feu. etiam si per pactũ non fit actum (expressum.) Nota quòd in feudo quandoq; determinatur seruitium, vt hic, & sup. quid sit inuesti. §. pe. & fi. Sed cum datur ad rectum feudum non determinatur, vt inf. de capi. qui cu. ven. c. fi. & dic vt ibi no. (promissum) & tunc debetur seruitium, secundum simplicem propriam feudi naturam.

QVAE FVIT PRIMA CAVSA beneficij amittendi. Rubri. 24.

Continuatio rubricæ sic potest fieri ad præcedentia. In præcedenti titulo pollicitus est Obertus tradere causas quibus feudũ amittitur, quas sibi omisit, sed eas exprimit in hoc ti. & ideo sequitur rubrica.

Prima autem causa.

Diuide capitu. in tres partes. Primò, enumerano causarum quibus feudum amittitur in specie. Secũdò, enumeratio causarum quibus feudum amittitur secundum quosdam in genere. Tertiò ad quos feudum amissum debeat deuolui. Prima pars durat vsq; ad. §. prædictis modis. Secũda vsq; ad. §. deniq; sæpè. Tertia vsq; ad finem.

Casus vsq; ad. §. Est & alia. Si vasallus ab hęrede domini, vel hæres vasalli à domino non petijt inuestituram infra annum & diem amittit beneficium, hoc dicit. (benef. amittit) nisi iusta causa fuerit impeditus, vt inf. de prohi. feu. alie. per Lo. c. fi. & supra, quo tem. mi. inuesti. pe. debe. c. j. vel nisi pupil-

pupillaris ætas cum excuſet, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. Præterea. vel niſi iurauerit fidelitatē Prælato & ſuis ſucceſſoribus canonico intrātibus, vel domino laico pro ſe & ſucceſſoribus recipienti, vt puto, vt extra, de iureiu. c. ego, & c. veritatis, & xij. q. ij. c. longinquitate. Opp. quòd habere debeat annum & menſem, vt ſup. quo tem. mi. inueſti. pe. de prin. Solutio ibi in milite, hic in pagano.

Eſt & alia ingratitudo.

Caſus. Si dominus à vaſallo petierit fidelitatē, pollicendo inueſtituram, nec legitimè requiſitus eam præſtare voluit, cum beneficium tale ſit vnde fidelitas fieri debeat, tanquam ingratus feudū amittit. h. d. vſq; ad §. Item qui dominum. Vide expoſitionem (inueſti-poſſi.) propriam, & fortè poſtquam fecit abuſiuam inueſtituram, (conuenienti tempore) arbitrio iudicis ſtatuēdo, vt ſup. de mu. vaſ. qui contu. eſt. c. j. in prin. & ar. ff. de iudi. l. nonnunquam, & de re iudi. l. ij. (præſtanda) vt ſupra, per quos fit inueſti. c. nulla.

Quæritur hìc de qua inueſtitura debeat iſte, §. intelligi? Reſpon. quòd de propria. Sed nunquid de fienda an de facta? Reſpondeo quòd de fienda, quia ſi ſemel eſſet facta inueſtitura, & poſſeſsio tradita, non eſſet amplius opus eam tradi, vt no. C. de vſufru. i. corruptionem, & in autent. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. & ſecundū hoc intellige hunc §. de noua inueſtitura. Sed quid de veteri iam facta? Reſpondeo, rebus remanentibus in eodem ſtatu non eſt opus amplius eam peti vt dictum eſt. Sed decedente vaſallo vel domino peti debet

debet inueſtitura & præſtari fidelitas, vt ſupra proximè in prin. ca. & tunc vaſallus habet à iure annum & diem. Interim ergo non poterit à domino vel eius hærede inquietari, & quiete poſsidebit, quia tempus eius fauore videtur appoſitum ar. ff. de ver. ob. l. eum qui. §. quotiens, & de reg. iu. l. cum tempus. Sed nunquid interim. i. ante annum & diem, vel antequam lapſum ſit tempus conueniens de quo hic, cogitur præſtare ſeruitium, vel ſi offendit dominum amittit feudum? Ar. eſt hic, & ſup. proxi. quòd non. Sed fortè ſecùs poſſemus dicere. inf. e. ti. §. Sed nō eſt alia, & per totū capitu. nā & donatarius & filius & ſimiles ꝓpter cauſas ingratitudinis puniuntur, licet ſacramento fidelitatis non ſint aſtricti, vt inf. e. c. §. prædictis, ſic dicerem de vaſallo hoc caſu.

Item qui dominum.

Caſus. Vaſallus feudum amittit ſi dominum nō iuuit in prēlio dum potuit. Item ſi dominum non certioraverit ſciens ſibi magnum periculū imminere, quod euitare potuiſſet ſi eum certioraſſet. Itē ſi concubuerit cum filia nuru vel ſorore domini manēte in capillo. h. d. vſq; ad §. porro. Vide expoſitionem. (quę in capillo dicitur) referas ad ſororē tātum, vt patet ex litera, & in ſumma dicitur, & expone hic, id eſt, domicellæ nondum nuptæ, nam poſtquam nupta eſt non eſt in capillo, ſed velata eſſe debet, vt inſti. de pa. pote. verſi. nuptiæ, vbi de hoc. & 35. q. 5. hæc imago. & c. mulier. Item verbū, adhuc, ſupra poſitum cōtinuitatem tēporis inducere videtur. ar. ff. de vſuf. l. adhuc. & de cōſti. pec. l. vbi quis. Item communiter accidit quod domicella

cella remanet in capillo non iam nupta, & ideo à communiter accidentibus de ea debet intelligi.ar. ff. de pub.l.eum qui in prin.& de pac. iurisgentiũ. §.pactorum. De hoc vidi magnam quęstionem in curia Regis Caroli, scilicet quæ dicatur esse in capillo. Quæritur in.§.prętera.quid si vasallus non potuit certiorare dominum sit excusatus? respon. q; sic, nisi fortè resistere potuerit, & non fecit, ar. inf.e.§.sed & si delator,&.ff.de his qui.vt indig.l. indignum.& loca.item quæritur.§.exercitu veniente,&.ij.q.7.c.negligere. Quæritur an filius propter ingratitudinem patris priuetur feudo? respõ. glo.quòd de iure communi non: de consuetudine sic,ar.ff.de sena. l. emancipatum & de in ius voc. adoptiuum.& inf.si de feu.fuerit contro. c. si vas. dic vt sup.de suc. feu.§.j plenè notaui.

Porro.

Casus vsq; ad §.deniq;.Vasallus amittit feudũ si dominum assalierit, vel vicum in quo est per vim sit ingressus, vel impias manus in eum iniecerit,vel alias graues & inhonestas iniurias intulerit,vel morti eius insidiatus fuerit, veneno, gladio,vel alio modo. Item si domino suo iustitiam facere noluerit. Item si domino facere seruitium recusauerit cum potuit. Item si detulit domino patrimonij grauem iacturam, vel si cognouit dominum inclusum nec eum liberauit cùm potuit. Et meritò ex prædictis causis feu.amittit, quia hoc & naturalis & ciuilis ratio suadere videtur, si perseruentur causæ quibus filij exhæredantur, & liberti in seruitutem reuocantur & repudia fiunt & donationes reuocantur. Et quia natura nouas deproperat

perat edere formas, iudex ante oculos æquitatem habens in similibus aut maioribus causis, si quæ de nouo emerserint, iudicare debebit feudũ amittid ebere. Sed est sciendum quòd vasallus non amittit feudum ex omni causa, ex qua eius opinio grauatur, quia interdum deierat partem feudi alienando,& tamen retinet beneficium. Et. h.d. vsque ad §.deniq;. Vide expositionem. (vel gladio) nisi ad defensionem sui corporis fecerit ar. ff.ad. l Aqui.l.scientiam.§.qui cum aliter &. ff. de iusti. & iure.l.& vim.& de hoc no.inf. hic fini. lex c.j. & si.(amittit)ipse & successores, vt inf.e.c. §. deniq;. & extra de pœn. c.in quibusdam. §. si. vbi de hoc (domino suo iustitiam) de feu. & iure feu. secus si propter aliam rem vel causam nõ facit iustitiam, quia propterea non perdit feudum secundum gl. ar.C.res inter alios acta.l. vna &. ff. de pactis. si vnus.§.ante omnia.

Prædictis modis.

Probat prædictas causas fore iustas & rationabiles per modũ qui sequitur,& dic,(prędictis modis)id est,ex causis prędictis,(& naturalis) quo ad antidora quis naturaliter obligatur,vt.ff.de petit. hære l.sed & si lege.§.consuluit.& de cõd i.indeb. l.si non sortem.§.libertus.(ciuilis)quæ statuit idẽ in similibus casibus, & hoc sequitur. (exhæredationis causa:)libertorum,parẽtum:& fratrum, ac etiam liberorum,vt in autent. vt cum de ap. cog. §.causas,&.§.sancimus,& de nup.§. ingratitudinẽ, & vt liber.non indi.de cæt.aur. annulo. §.j. &.C. de bo. quæ li.l. si. (iustas ingratitudinis) vt. C. de reuo.don.l.j.& si.(repudij causas)vt, de repu.l. cõ.

ſenſu, vt in auten. de nup. §. mitiores, vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero, (edere formas) vt. C. de vete. iu. enucle. l. ij §. ſed quia diuinæ, (emergant cauſæ) quæ ſuperiùs non ſunt expreſſæ.

Quæritur in. §. porro. quid ſi vaſallus copulet amicitiam cum inimicis domini an feudum amittat? Reſpondet glo. & benè quòd ſic, de hoc dixi ſupra, qui. mo. feu. a. in princ. non proſequor.

Quæritur, quid ſi vaſallus culpam commiſerit propter quam meretur amittere feudũ, dominus tamen in vita non inquietauit, an hęres poſsit eũ inquietare? reſpondet glo. & benè quòd non, de hoc dixi ſupra, qui mo. feu. a. in prin. Quæritur an dominus priuetur feudi proprietate ſi iuſtitiã facere noluerit vaſallo de feudo, ſicut vaſallus feu. reſpondet glo. & benè quòd ſic, vt ſupra de for. fi. §. fi. & inf. qualiter dominus à proprie feu. pri. c. j. vbi de hoc not. ſupra per quos fit inueſti. c. nullã, & de mi. vaſ. qui con. §. fi. Quæritur in. §. ſed nec eſt alia, ſi vaſallus recuſauerit facere ſeruitium, quo iure agere poſsit dominus contra &c. Reſpon. glo. quod agere poterit dominus contra vaſallum ſuum finito feud. directa rei vendicatione quòd feu. ſemper manſit in eius directo dominio, vt ſupra, de inueſti. de re. ali. facta. §. fi. & ſupra ti. j. §. fi. & quod poterit agere publiciana ſi non poſſit de dominio recto probare, vt inſti. de actio. §. aliæ. Agi etiam poteſt conditione ob cauſam ſecũdum glo. cauſa non ſecuta. Vel dic conditõe ſine cauſa, deducta cauſa ad non cauſam, & ratiõe poſſeſſionis naturalis quæ fuit apud vaſallum, vt. C. de cõditio. ob cauſam. l. ij. & de dona. quæ ſub modo. l. j. & ff. de condi. ſine cauſa. l. j. Agi etiam poteſt

teſt præſcriptis verbis, ſi pactum in venditione eſt appoſitum, vt. ff. de pactis. l. in traditionibus, & C. de re. permu. rebus. Vel agi poterit ſecũdum quoſdam condictione ex lege, ſi qu s conductionis. C. loca. vel ex ſtipulatiõe, ſi interceſsit ſtipulatio, vel cõdictione ex moribus, vel actione in factum ſubſidiaria, vt. C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. In. §. ſed & qui. delator, nota quòd vaſallus amittit feudum ſi detulit in dominum grauem patrimonij iacturam, ſecùs ergò ſi leuem iacturam, vt. C. de reuocan. dona. l. fi. amittit etiam feudum ſi pro delatore fideiuſsit, vel ipſum ſubmiſit, vel etiam ſi ſuo teſtimonio ſponte delatorem adiuuerit. ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. j. & de his qui. vt indig. poſt legatum. §. accuſauerit. Item & ſi aduocatus fuerit contra dominum ſponte non coactus. ar. C. de inoffi. teſta. l. vlt. & de bo. li. ff. qui cum maior. §. penu. & no. extra. de poſtu. c. fi. Item ſi vxorem domini conatus fuerit alteri tradere adulterandam, ar. ſup. e. porrò. Excuſatur tamen vaſallus in caſibus, vt ſi dominum accuſauerit qui contra principem, vel rem publicam molitus eſt, ar. in autent. vt cum de ap. cog. §. cauſam. Item ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur vt. ff. de bo. li. l. qui cum maior. §. ſi patris, & ar. ff. de accu. hi tamen. Item ſi crimen quod intendit probauerit ar. ff. de iniur. l. cum qui nocentem. Item ſi de leui crimine eum detulerit, vel ſi coactus teſtimonium dixerit, vel aduocatus fuerit. Item ſi cauſa defendendi ſe vel vlciſcendi, vel ſi cauſa venerandi reipublicæ agat iniuriarum. Item ſi curauerit facere conuitium & non eſt factum. Item ſi gratia ſui iuris

conſeruandi. Item ſi iuſta ignorantia ductus dominus in ſeruitutem petijt, quòd dic vt in glo.

Quæritur in c. §. quid ſi detulit dominũ & poſt deſtitit & pœnituit, an amittat feudum? Reſpõ. aut deſtitit, quia noluit, nec perduxit ad effectum, & non punitur, aut quia non potuit, & tũc punitur, vt. C. de Epi. & cle. l. ſi quis non dicam rapere, vbi de hoc, &. ff. quòd quiſq; iur. l. j. in fi. Item de capi. qui curi. ven. c. ſi voluerit, de hoc no. ſupra qui. mo. feu. a. in prin. Quæritur quid ſi vaſallus in cauſa domini pronunciauit contra dominum, & & dominus appellauit, & in cauſa appellatiõis vicit, an amittat feu? Reſpondet gl. ex eiſdẽ aut actis vicit, aut nouis additis. Primo caſu amittit feu. Secundo non ar. ff. de his qui vt indig. l. poſt legatũ. §. qui accuſauit. Vel dic, aut dominus litigauit de proprietate feu. aut de alia re, vt dixi ſupra. c. ar. §. porrò. Vel dic, aut cauſa fuit magna, aut parua arg. ſup. e. ſed & qui delator. Nota hic in. §. prædictis regulam vt in ſumma notatur, quòd ex quibus cauſis filius exhæredatur, vel libertus reuocatur in ſeruitutem, vel diuortiũ celebratur, vel donatio reuocatur, ex ijſdem omnibus cauſis, quæ conuenire poterant & adaptari in perſonam vaſalli, feu. amittitur. Sed certè litera apertè non dicit hoc, ſed probat cauſas ſpecificatas præmiſſas fore iuſtas & rationabiles, vt dixi in litera. Eſt etiam ar. hic per locum à ſimilibus, vel eſt ar. de maiori ad minus, quia ſi id de quo magis videtur ineſſe non ineſt, nec id, de quo minus, debet ineſſe. Sed cum libertatis amiſsio, liberorum exhæredatio, diuortium, & reſciſsio donationum ex ſuis cauſis præcedant, nec defenſio poſsit in cõtrarium locum habere

bere, ergo magis feudum ex eiſdem cauſis debet amitti, nec defenſio locum habebit contra dominum.

Deniq;.

Caſus. Quæritur hic, ſi vaſallus commiſerit cauſam amittendi feudum, ad quem debeat peruenire, ad dominum, an ad ſucceſſores vaſalli? Reſpondeo diſtinguendo, aut vaſallus peccat in dominũ, & tunc reuertitur ad dominum, vt habeat ſuæ vltionem iniuriæ, aut peccat in alium, vel quia fratrem domini occidit, vel parricidiũ commiſerit, tunc non ad dominum, ſed ad proximos pertinet. Si autem vaſallus feudum alienauit contra conſtitutionem Lotharij, quia dominum cõtemnere videtur, feudum ad dominum reuertitur. h. d. (fratrem ſuum) vel domini etiam tradendo ſecũdum gl. vt inf. an ille qui interfecit fratrẽ domini ſui. c. ſi quis interfecerit, & vtroque caſu ad proximos pertinet. Sed in fratre domini cõtra. no. ſupra qui. mo. feu. amit. §. j. Item ſi fratrem in glo. Oppo. quòd etiam ſi peccauit in dominum feudi, nõ debet reuerti ad dominum, ſed ad agnatos, vt inf. ti. ij. c. ſi vaſ. & an ille qui interfecit fra. do. c. j. &, ſi vaſ. fe. pri. cui debeat deferri. c. vno. Solutio ſecundum quoſdam hic in feudo nouo, ibi in paterno. Vel dic hic excluditur proximus, id eſt, filius: filius enim proximus eſt vt. ff. de ſuis, & legi. filius, ſed agnati remotiores non excluderentur vt ibi. Tu dic quòd dicta capita quæ loquuntur ſimpliciter & indiſtinctè debẽt intelligi cum diſtinctione iſtius. §. ar. ff. de teſti. l. quæſitum, & ideo non intereſt quando peccat vaſallus in dominum, extẽt agna-

ti vel nō, quia semper reuertitur ad dominum, vt hic. Item no. inf. ti. ij. §. si vas.

Oppo. quòd si vasallus feudum alienauerit, quòd reuerti debeat ad filium, & non ad dominum, vt sup. qui. mo. feu. amit. §. item si fuerint, de suc. feud. §. j. & de alie. feud. §. & si clientulus. Solutio ibi alienauit legitimè consuetudine permittente, hic illegitimè iure & consuetudine refragante.

Oppo. quòd etiam si illegitimè alienauit debeat reuerti ad agnatum, vt infra qualiter feu. olim po. ali. §. porrò, & supra, per quos fiat inuesti. c. j. §. sed & res, & infra ti. ij. §. Titius filios. Solutio secūdum quosdam quòd hic dicitur, quòd ad dominum beneficium pertineat, subaudi, & non ad proximos, scilicet filios, sed ad agnatos sic, vt supra dictum est. Alij dicunt per generalitatem huius literæ quòd filij & agnati indistinctè repelluntur. Vel dic quòd hoc. c. corrigit præcedentia, & corrigitur per. c. Titius ar. ff. de le. nō est nouum, & dic vt supra de suc. feu. §. i.

Et ad solutionem omnium contrariorū distinguitur cum quæritur an perueniat feudum ad agnatos, an peccat vasallus delinquendo aut alienando. Primo casu aut in dominum, & reuertitur ad dominum, omnibus alijs exclusis etiā agnatis, vt in. §. denique in prin. aut peccat in alium, & tūc peruenit ad agnatos, & non ad filium, vel ad dominum, vt in. §. denique. ij. respon. & infra ti. j. c. si vasallus. Secundo casu aut alienat legitimè, tūc peruenit ad filios si supersint, vel ad agnatos si filij non supersint, vt supra de suc. feu. §. j. cum similibus. Si illegitimè, tunc peruenit ad agnatos nō ad filios.

filios. Si filij non supersint, agnati etiam viuo alienatore reuocans, sed extantibus filijs, tunc post mortem, vt dicto. c. Titius. Hęc obtinēt nisi agnati cōsenserint, vel anno tacuerint vt dicto. §. porrò. & dicto. c. Titius. Non extantibus agnatis reuertitur ad dominum, vt hoc. §. si. & dic etiam vt no. supra de suc. feu. §. j.

SI VASALLVS DE FEVDO ab aliquo interpellatus fuerit &c. Rub. 25.

Continuatio rubricæ potest fieri sic. Superius, de inuestitura de re aliena, est facta mentio de controuersia quæ mouetur super re feudali vasallo ab extraneo, & de euictione eius, imperfectè tamen, ideo sequitur hæc rubrica.

Negotium.

Diuide capitulum in tres partes. Primò thema & quæstio. Secundò respondet quid iuris sit quando certum est vasallum victum esse de feudo. Tertiò quid iuris est quando dubium est an sit victus de feud. vel de alia re sua. Secūda incipit in ver. super nego. Tertia in ver. sed si dominus.

Casus. Extraneus vasallo mouet controuersiam de feudo, vasallus domino nunciauit, qui eum defenderet, feu. euictum est vasallo domino renuente eum defendere, quæritur an dominus teneatur vasallo de euictione, & in quantum? Respon. aut certum est feudum fore euictū, tunc dominus tenebitur de euictione vasallo vt aliud sibi in feudū

ræstituat eiusdem æstimationis, vel det nummos qui conuertantur in speciem quę sit in feu. Aut est dubium feudum esse euictum, tunc si vasallus probet feudum esse quòd est euictū, aget de euictione, si non probet domino defertur iusiurandum. Hoc dicit. Expositio verborum (eiusdem æstimationis) ar. 7. q. j. c. præsentium, & extra de præben. c. cum secundum, (in feu. dandos), id est, in aliquam rem immobilem quam retineat in feu. Non enim dicas quòd nummi sint in feu. quia non consistit feu. in re. mobili, vt supra de feu. cog. c. ij. (feu. restituat), id est, aliud immobile eiusdem bonitatis, vt supra, de inuesti. de re. ali. facta circa princ. (negat hoc) quod est euictum. Nota hic regulam, quòd vasallus agit de euictione re feudali euicta contra dominum. Fallit regula si non denũciauit domino, vt hic vel intempestiuè denunciauit, ar. ff. de euic. si rem. §. fi. Item si fuit sciens nec est stipulatus nec pactus, vt supra de inuesti. de re. ali. in prin. Item si eo absente iudicatũ est, vt. ff. de euic. si ideo. Item si per imprudentiam iudicis, vt. ff. de euic. l. si per imprudentiam. Item si compromisit, vt. e. ti. l. si dictum. §. si compromisero. Item si non appellauit nec denunciauit domino quod appellaret vt. e. ti. l. Herennius. §. fi. Item nota hic quòd spectatur tempus rei iudicatæ, & sic habetur ratio melioratiõnis ar. ff. si cer. pe. l. vinum. & de actio. emp. l. Titius, & l. se. & se. &. C. de euic. l. super empti. Oppo. glo. in fi. c. dicit quòd absolui debeat dominus sine iuramento, quia actore non probãte &c, vt. C. de eden. qui accusare. Solutio hęc præsuppositio erat pro vasallo, facit inf. de cõsue. rec. feu. c. ij. in prin. & dixi sup. de contro. inuesti. in prin.

prin. & §. ij. Quæritur quid si detur pecunia in feu. & vt præstetur seruitium, quid fiet? Certum est quòd non erat in feu. vt sup. de feu. cogni. c. ij. gl. non respondet. Sed potest dici quòd domino dabitur condictio sine causa contra vasallum, ar. ff. si certum peta. Si me & Titium. ff. de condi. sine causa. l. j.

SI DE FEVDO CONTRO. FVERIT &c. Rub. 26.

Hæc rubrica sic potest continuari ad præcedentia. Dictum est supra in specie de controuersijs feudi, sequitur in genere uidere. Et licet rubrica hæc sit descripta in specie, tamen titulus est generalis, ut infra patebit.

Si de feudo defuncto.

CAsus. Si contentio est inter dominum & agnatos defuncti. agnati interim ante litem finitam constituendi sunt in possessionem, vtroq; autem in probatiõe deficiente, agnatis deferturiusiurandum. h. d. (constituendi) interim etiam lite pendente.

Oppo. secundum glo. quòd agnati non debeãt cogi anceps periurium subire, vt ff re. amo. l. Marcellus, & de in litem iuran. videamus. Solutio, hic non dicitur quòd debeãt cogi, immò dicitur quòd electio iurisiurandi datur eis, & hoc intellige vt no. inf. de consue. rec. feu. c. ij. & dixi supra de contro. inuesti. in prin.

Quæritur in glo. quid si super statu moueatur quæstio vasalli, an interim possidebit vasallus vel

dominus? Gl. respondet, videtur quòd dominus, vt. C. de Carbo. edi. l. j. cum concor. Tu dic, aut ex possessione libertatis prouocatur in seruitutem, tunc possidebit vasallus, aliàs fortè dominus ar. C. de asse. tol. l. j. & quibus ad liberta. procla. non licet. l. ij. & de ordi. cogni. l. fi.

Quæritur extra gl. quæ est hic ratio quare agnati constituuntur hic in possess. & probat dominus? Quia vasallus erat in possessione tempore mortis, cuius se dicunt agnati successores, ar. C. de edicto. di. Adri. tol. l. fi. & ff. quorum bo. l. j. & quia dominus est actor ar. C. de eden. qui accusare. in dubio res præsumitur libera, vt. C. de seruitu. l. altius. ff. de seruitu. l. fi. & quia præsumptio est pro antiquitate, & ab antiquo vasallus possedit ar. ff. fini. regun. l. in finalibus.

Inter filiam.

Casus. Si contentio est inter filiam & agnatos de beneficio, filia interim esse debet in possessione. Vtroq; autem deficiente in probatione, agnatis defertur iusiurandum. h. d. (allodium) id est, liberum patrimonium quòd à nemine recognoscitur, vt infra de pace iu. fir. §. ad hoc.

Quæritur hic quæ est ratio, quare filia constituitur in possessionem magis quàm agnati? Respondeo quia filia de iure est hæres, vt in autent. de hæredi. ab inte. in prin. & præsumitur res libera in dubio vt dixi supra. c. j. & quidem hæres præsumitur dominus sicut & defunctus, vt. C. de proba. l. siue possidetis, & quia patre viuo censetur domina & possidere, vt insti. de hæredi. ab intesta. §. sui, & ff. pro hærede. l. ij. §. fi.

Oppo.

Oppo. quòd iuramentum nõ detur agnatis, sed absolui debet filia sine iuramento actoris, vt. C. de eden. l. qui accusare. Solutio, hic præsumptio erat pro actore.

Oppo. quòd iuramentum nõ detur agnatis, sed filiæ, vt infra proxi. c. Solutio, hic cõtentio est inter filiam & agnatos, ibi inter filiã & dominũ. Vel dic & melius, hic præsumptio erat pro agnatis cõtra filiam, ibi vero pro filia contra dominum.

Defuncto milite.

Casus. Si contentio est inter dominum & filiam de feudo, filia interim manere debet in possessione. Vtroq; autem in probatione deficiente, filiæ datur electio iurisiurandi, hoc dicit. Opponitur, & quære vt dixi sup. j. & ij. ca.

Moribus.

Casus. Comes vel Baro de beneficio sui militis, quod ad eum reuerti speratur post eius mortem, alium militem inuestiuit, quæritur quando sumat effectum hæc inuestitura? Respon. quòd capit effectum quando sibi vel hæredi suo fuerit apertum. Sed inuestitura facta à Prælato eodem modo non capit effectum, nisi sibi aperiatur. Et in tali inuestitura non exigitur cõsensus eius, de cuius feu. procedit. h. d. (facere posse) sub conditione vel in diem. Vel dic etiam sub conditione siue purè, sed nõ capit statim effectum, nisi feudo aperto, sed eo modo qui sequitur, (oportet) quòd valet inuestitura siue fiat in diem siue sub conditione siue purè, sed non habet effectũ, nisi feudo aperto. Potest tamẽ vtilis esse cõsensus si inuestitura esset facta purè vel in diem vel sub conditione, & prius dies vel

[conditio

conditio exiſtat quam deceſſerit feudum tenens: & dic vt dixi ſup. qui ſuc. te. & de feu. da. in vi. l. cõmiſ. c. ij.

Vaſallus.

Caſus. Si vaſallus domino inficietur feudũ vel partem feudi, aut eius cõditionem, euictus poſtea de mendacio perdit feu. & eius conditionem. Sed ſi alius vaſallus hæc ſciens domino non manifeſtauerit, feudum propterea non amittit. Quinimmò nec etiam ſi vaſallus aliam rem domini nõ in feudatam celauerit, propterea feudum amittit. h. d. (ex certa ſciẽtia) niſi ſit craſſa vel ſupina, vt. ff. mã. ſi fideiuſſor in prin. & de iuris & fac. ign. nec ſupina, (conuictus) domino probante feudum, & dic per teſtes, ſecus forte ſi per iuſiurandum, vt. ff. de iureiuran. eum qui in prin. Et in autent. de trien. & ſemiſ. §. ſtudium &. §. ſe. (feudo) toto, ſi totum inficiatus eſt, vel parte, ſi partem inficiatus, & nõ in plus, ar. inf. de vaſ. qui contra conſti. Lotha. c. j. &. ff. de his qui. vt indig. l. reſcriptum. &. l. hæres. & no. hic quem de mendacio puniri, ſic. inf. e. ti. c. vaſal. feu. & inf. d. l. Cor. c. fi. &. ff. de noxa. quotiens. §. prætor ait, & dicto. §. ſtudium.

Quæritur quid ſi primò negauit, poſtea pœnitet & confitetur, an euitet pœnam? Reſpon. hic, vſque ad litem conteſtatam, poſtea non poteſt, vt. ff. de noxa. electio. §. nec hæredi. & de interro. act. de ætate. §. fi. & C. de plus peti. l. vna. Vel dic quod etiam vſque ad ſentẽtiam euitet ar. C. de iuriſdi. om. iudi. l. in criminali. &. ff. de in ius vocan. l. quãuis. &. C. de his qui. vt indig. l. alia.

Quæritur, quid ſi conuentus vaſallus dubitat? dic

dic quòd dubitanter poteſt reſpondere, vt inf. eo. c. vaſal. (hoc ſciens) ſub glo. non tamen per dolũ, aliàs amittit feud.

Sed nonne eo ipſo quod eſt ſciẽs præſumitur in dolo? vt ar. ff. man. ſi procuratorem. §. fi. & ſupra, quæ fuit prima cauſa be. amit. §. ſi vaſallus, & ſupra, de forma fide. c. vno & ti. ſc. vbi dicitur quòd debet certiorare dominũ de eo quod domino eſt vtile, & vt poſsit grande damnũ euitare. Certè mihi videtur quòd ſic per dicta iura, vt inf. e. c. licet. Vel dic quòd aut potuit certiorare aut nõ. Vel dic aut leue aut grande damnum ſequi poteſt, quòd celauerit. Opp. & reſpon. eo modo vt dixi ſupra proximè. Alij dicunt quòd feudum propterea non perdit niſi cum iuſtitiam non facit de feudo, vt ſupra quæ fuit prima cauſa be. amit. §. porrò. Quæritur & eſt quæſtio ſabbatina vtilis eſt & dubia, & in regno Sycilię ſæpè frequentatur, & eam ego Iacobus de Beluiſo Legum Doctor, vidi frequentẽ ibidem verſari: miles vaſallus præſtitit ſeruitium lõgo vel longiſsimo tẽpore tãquam vaſallus, poſtea denegat ſeruitium, & negat feudum, an debet cogi rem oſtendere cuius cauſa præſtitit ſeruitium, vel an debet præſumi præſtitiſſe pro toto ſuo patrimonio? Et primo videtur quòd cogi debeat oſtendere rem ar. ff. de fur. l. falſus. §. qui alienum, & de ali. & ci. leg. l. pe. in prin. & ad Treb. reſtituta. §. cum autẽ. de man. prin. §. cogens. & de colla. §. hoc autem iubemus, colla. ix. &. ff. de ſerui. ſi cui &. C. de dona. ſi quis argẽtum. §. j. &. ff. de pign. act. quãuis circa prin. Secundò videtur quòd pro toto patrimonio videatur præſtitiſſe ſeruitium, ar. ff. de ver. obl. l. pluribus in princ. & de impen. in re. do. l. fi. §. quòd

ſi.§. quòd dicitur, & de le. ij. ſi pluribus in princ. & de do. præle. l. ij. §. j. & de peti. hæredi. ſed & ſi lege. §. adeo, & de iudi. ſi fideicommiſ. §. j. & ad. l. Aqui. l. item mela. §. ſi plures. In contrarium videtur quòd dominus debeat probare ſuam intentionem, & quòd vaſallus non cogitur oſtendere rem, nec præſumi debeat præſtitiſſe pro toto patrimonio vt hic, & ibi, fuerit inde conuictus &c. & inf. c. vaſallus, & de. l. Corr. c. fi. &. C. de ſi. inſtru. plures apochæ. & de non nume. pec. l. j. & depign. ac. nec creditores. Sol. vaſallus debet oſtendere rem cuius gratia ſeruitium præſtitit, ar. ff. de confeſ. certum & xij. q. ij. c. lōginquitate. Sed quid ſi eſſet hæres qui habet probabilem cauſam ignorantię & maximè cum conuenitur, vt. ff. de regu. iu. qui in alterius, quomodo poterit, oſtendere quòd ignorauit? Item ſi factum eſt recens & de proximis cur vaſallus cogitur contra regulam. l. actor quòd aſſeuerat. C. de proba. & dictam l. nec creditores, & cōtra iura proximè allegata? ad quæ fortis eſt reſponſio.

Si quis per triginta.

Caſus. Qui per triginta annos rem alicuius tanquam in feu. poſſedit, & pro ea re domino ſeruitium præſtitit, præſcribit in feu. h. d. facit ſupra de feu. da. in vicem. l. commiſ. c. fi. & dic plenè vt ibi notaui.

Quæritur in glo. nunquid hoc capitulum locū habet ſiue poſſidens poſſedit bona fide ſiue mala? Reſpondeo, quòd ſic in præſcriptione triginta annorum. Tu dic quòd locum habet quando bona fide poſſedit, ſecus ſi mala, quia tunc non acquiritur

ritur ius in re quod eſt opus in feudo, ſed acquiritur exceptio, vt. C. de præſcrip. xxx. an. l. ſi quis emptionis. Item nunquid habet locum ſiue poſſideat cum titulo ſiue ſine titulo: Item ſi à poſſeſſione ceciderit, nunquid poſsit eam vendicare, & an ſibi præferatur dominus in vendicatione, dic vt no. in tex. & in glo. C. de præſcrip. xxx. an. l. ſi quis emptionis.

Qui clericus.

Caſus. Si vaſallus clericus vel Monachus efficiatur, feudum amittit. h. d. (religioſum) facit ſupra de vaſallo mili. qui ar. bel. depo. c. j. (amittet) etiam ſi habitum poſtea depoſuerit, vt inf. de bene. fœm. §. i. Quęritur an poſsit ſeruire per ſubſtitutum? glo. non reſpondet, ſed reſpondet alibi quòd ſic, vt inf. c. ti. c. ſi quis deceſſerit, & inf. de bene. fœm. c. j. §. j. & dic vt ibi nota.

Et ſi vaſallus.

Caſus. Vaſallus feudum non amittit, etiam ſi omni anno domino non ſe præſentet, hoc dicit, facit. inf. c. licet, & dic vt ibi.

Omnes.

Caſus. Vaſallo mortuo, filijs pluribus ſuperſtitibus, omnes fidelitatem præſtare debent domino, ſi feudum indiuiſum tenent: ſed ſi feudum ex diuiſione ad vnum peruenerit, ille ſolus tenebitur fidelitatem præſtare. h. d. (debēt) facit ſupra de his qui feu. da. poſ. §. & quia vero, &. §. quod hodiè. & & de ſuc. feu. in prin. Nota hic ꝙ ſi feudum peruenit ad plures per ſucceſsionem, quòd omnes facere debent fidelitatem. ſi indiuiſum tenent feu. quia

omnes

omnes ſuccedunt in locum vnius,ar. ff. de cõdi.& de.cui fundus,& de ver.ob.l.ij.&.l. eadem.§. cato. Si vero ex diuiſione ad vnum peruenerit, ille ſolus tenebitur vt hic,& ar.ff.commo. l. iij. §. hæredes. Oppo.quòd feudum diuidi non poſsit, vt. ff.communi.di.l.communi di.in prin. Solutio nõ diuiditur regionibus,vt ibi,ſed per adiudicationẽ ſic,vt hic,hodiè vero etiam in regionibus diuidi poteſt,vt inf.de prohi.feu.alie.per Fre.§.prẽterea, niſi Ducatus vel Marchio vt ibi. Quæritur,ſi dominus deceſſerit relictis pluribus hæredibus, an vaſallus teneatur facere fidelitatem omnibus hæredibus domini, an ſufficiat ſi paratus ſit facere vni?Arguit glo.pro & contrà pluribus rationibus ſatis clarè, & ideo non inſiſto in allegationibus. Soluit gl.quòd iurare debet omnibus,quia ius vaſallorum eſt indiuiduum, ſicut & ius libertorum ar.ff.de iu.patro.l.Camelia pia,ergo &c. Hæc opinio approbatur.ff.de vſuf.ſi cuius. §. ſed & ſi plures,& in ſumma in ti.forma cõmunis mi.ſi.§. quid ſi plures.& pro hac opiniõe facit extra de iure pa. c.j.& dictus.§.ſed & ſi plures.& de ali.lega. cum vnus circa princ. Vel dic ſecundum Dy. quòd vni præſtetur nomine omnium, ſed ſi non conſentiunt,tunc omnibus ar.ff.de no.ope.nuncia.l.ſtipulatio,& dic etiam vt in ſumma Iac.Hodiè vero ſecundum quod dicitur in gl.ſi. hæc quæſtio videtur eſſe ſoluta,ſcilicet,quòd non teneatur omnibus,quia nõ debes compelli vaſallus pro vno feudo plures dominos habere, vt inf. de prohi. feu. alie.per Fre.c.j.§.prẽterea ducatus,& de hoc dic,vt ibi notatur.

Adoptiuus.

Caſus.Datur regula quòd filius adoptiuus non ſuccedit in feudum.de hoc dic vt in ſumma.

Mulier.

Caſus.Mulier feudum habens deceſsit ſuperſtitibus filijs ex primo & ſecundo matrimonio,quæritur qui ſuccedẽt in feu?Reſpon.quòd filij primi matrimonij,hoc dicit.(potiores)ar.contra. in autent.de nup.§.pe.& fi. Vel dic quod hic loquitur in caſu ſpeciali, vt inf. e. c. filij nati. quod puto verius.

Naturales filij.

Caſus.Datur regula quòd naturales filij etiam legitimati non ſuccedunt in feu. h.d. Nota hic quòd ab initio non tenet ex poſt facto non recõualeſcit,vt.ff.de reg.iu.quod ab initio. (legitimi) niſi legitimentur ab Imperatore, vt ſint legitimi & ſuccedant in feu.quod fieri poteſt non extantibus legitimis & naturalibus,alias ſecùs putarẽ,vt in autent.qui.mo.na.ef.ſui.§.generaliter.

Quæro extra glo. quid ſi naturalis legitimatus eſt per matrimonium,an ſuccedat in feu.ar.eſt hic quod non,& infra.e.c.filij nati, & infra de fil. na.de matri.ad mor.con.c.j.argu. cõtra. in autẽt. de inceſt.nup.§.dubitatur,& extra.qui filij ſunt legi.c.tanta eſt.hoc placet de æquitate.

Si minori.

Caſus.Si minori xiiij.annis detur feudum, non cogitur facere fidelitatem: & nihilominus tenet feudum.h.d.(ſi minori) ſeptem annis, vt ſupra, quo tem. mi. inueſti. pe.de.c.j. Tu dic.xiiij. vt infra.e. c. proximo, & infra de prohibi.feu. alie.

per

per Fre. §. præterea si quis.

Si quis decesserit.

Casus. Si filius impubes successit vasallo, nō cogitur facere fidelitatem, nec personale seruitium præstare, tamen si alius pro eo sponte hoc fecerit, admittitur. h.d. Nota hic quod qui non cogitur, sponte faciens admittitur. Quæritur hic nunquid vasallus possit seruire feud. per substitutum? ar. est hic in fi. quod sic, &. C. de Epi. & cle. l. quisquis, & l. ad similitudinem, cum cōcor. Solutio secundum gl. potest indistinctè seruire per substitutum, vt inf. de bene. fœmi. c. vno. Tu dic, aut vasallus est minor, aut maior: primo casu potest seruire per substitutum, sed si nō seruit, non propter hoc perdit feudum, nisi sit specialis loci cōsuetudo, vt hic & dicto. §. præterea si quis. Secūdo casu, aut seruitium est tale quod potest per alium adimpleri, aut non: si potest, aut est inhabilis secundum naturam feudi ab initio & ex post facto sicut est fœmina, vel clericus regularis, mutus, imperfectus, & similes, tunc non seruit per substitutum, quia à principio excluditur à successione, vt supra de his qui feud. da pos. §. hoc autem & no. sup. e. c. qui clericus, & inf. an mutus vel alie. imper. c. j. aut est inhabilis ex pòst facto & non ab initio, tunc poterit per alium substitutum seruire domino acceptabilem & æquè bonum, vt. inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. firmiter, vbi de hoc. Aut non potest per alium expediri, tunc non poterit per substitutum, vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. ne autem.

Titius filios.

Casus.

Casus. Miles quidam non habens filios partem feudi vendidit Seio extraneo: & partem cuidam agnato suo remotioris gradus: Sempronius proximior agnatus vult partem reuocare ab agnato, quæritur an possit & qualiter? Respondet quòd mortuo vasallo potest reuocare partem ab agnato nullo dato precio, sed vasallo viuo potest partem recuperare si filios habet reddito precio, sed si filios non habet, à sensu contrario literæ, potest etiam non reddito precio. In duobus tamen casibus repellitur agnatus proximior. Primus est si cōsensit alienationi expressè. Secundus si tacitè, quia scruit & tacuit per annum, hoc dicit. Vide expositionem. (Seio) extraneo, (agnato) in remotiori gradu constituto, vt infra patet, (concesit) precio non gratis, vt infra sequitur. (partem) illam quam possidenti agnato concesit. Nam de alia non est dubium, vt sup. qualiter olim feu. po. alie. §. porrò. (filios haberet.) Nota hic quòd si vasallus illegitimè alienat feudum, filij non succedunt, sed agnati proximioris gradus, & non est alibi in libro isto iste casus: & videtur continere iniquitatem, & esse contra omnia iura. Quæ ergo potuit esse ratio? Respondeo, fortè hæc, quia non potest repudiare patris hæreditatem, & feudum petere, vt infra an agna. vel fil. de. c. j. cogitur ergo si vult feudi hæres esse. Sed hæres non potest venire contra factum defuncti, vt. ff. de reg. iur. l. ex qua persona, &. C. de rei vind. l. Cum à matre. & de rebus alie. non alienandis. l. venditrici. Ergo filius repellitur & agnati vocantur precio reddito, facit supra per quos fit inuesti. §. j. in fi. (etiā viuo Titio) Nota hic ꝙ viuo alienatore reuocatur alienatio,

quæ illegitimè facta est(si consensit.) Nota quòd alienatio facta sine consensu agnatorum, nō prę iudicat agnatis. (vel per annum.) Nota hic de annali exceptiõe. de ea dixi supra, qualiter olim feu. po. alie. §. porrò.

Opponi. litera videtur repugnantiam continere, quia in primo responso dicitur quòd recupera re potest nullo dato precio, in secundo responso, reddito precio. Solutio. secundo casu recuperat vasallo mortuo precio reddito, primo eo viuo. Sed quæ potest esse ratio? respõdeo hic, quia mortuo vasallo nullus supererat qui obstaret agnato. Sed in secundo responso obstabant filij qui de iure communi vincunt agnatum. Quia ergo in hoc releuatur, scilicet quia vincit filios, grauatur in alio, quia reddit precium ar. ff. de iureiurand. eum qui in prin.

Sed instabit proiectus, quid si post mortem vasalli supersunt filij, nũquid agnatus tenebitur red dere precium, sicut etiã eo viuo? Certè vt præmissa ratio est bona videretur quòd sic, cùm filij obstent de iure communi. Vel dic quòd in præcedenti casu alia est ratio, quia quando vasallus est superstes ipse videtur obstare, vt supra de suc. feu. §. j. & secundum hoc dices, quòd post mortem non redditur precium, siue supersint filij vel non.

Oppo. etiam quòd post mortem sine precio nõ possit recuperare, vt supra qui. mo. olim feu. po. alie. §. porrò. &, per quos fit inuesti. §. sed & res. Solutio quòd ibi simpliciter dicitur hic determinatur. Vel dic, aut agnatus successit vasallo in hæreditate & in feudo, tũc reddit precium vt ibi, aut non succedit in hæreditatem. Sed tantum in feudum,

dum, tunc non, vt hic in primo responso.

Oppo. quòd filij præferantur agnatis, vt supra de suc. feu. §. j. cum si. Solutio, ibi vasallus alienauit legitimè, & ideo filius reuocat resoluto iure acceptoris, hic illegitimè, & ideo filius nõ reuocat quia non potest venire contra factum patris, quia non potest eius hæreditatem repudiare, vt dicto ti. an agna. vel filius de. c. j.

Oppo. quòd annalis præscriptio non obstet, vt dicto §. porrò, & dicto ti. per quos fit inuesti. §. sed & res. Solutio secundum gl. hic vasallus alienauit proximioris gradus, ibi vero prorsus extraneo, & ideo hic repellitur agnatus tam breui tempore.

Opp. quòd viuo Titio agnatus non recuperet, vt supra de suc. feu. §. j. Solutio, ibi alienauit legitimè hic illegitimè.

Quæritur quid si pater alienauit illegitimè feudum, & filius patri succedit, sed tamen beneficio inuentarij, & ex bonis priùs nil ad eum peruenit, vel modicum vel legitima tantùm, & feudum est antiquũ an excludatur filius, & votetur agnatus? ar. hic est quòd non succedit, & infra an agna. vel fi. de. c. j. E contra videtur. C. de iure deli. sancimus. §. in computatione, &. §. se. & de rei ven. cum à matre, hic placet de æquitate.

Quæritur quid si pater alienauit feudum paternum & moritur & nil habet in bonis, nunquid filius hoc casu potest recuperare feudum? ar. est hic quòd non, & dicto ti. an agna. vel fi. de. c. j. in contrarium videtur, quia si dicimus eum repelli quia sit hæres, ergo erit hæres, & inane habebit nomen hæredis sine aliquo fructu, & repellitur à vendicatione feu. & egestate laborabit, & sic nec habebit

hæreditatem, nec feudum: tunc conſuletur agnato & non filio, quod eſt iniquum & cõtra communem æquitatẽ: & ideo credo quòd hoc, c. & ille ti. an agna. vel fi. debeant intelligi quãdo aliquid de bonis & hæreditate paterna peruenit & peruenire poteſt ad filium: aliàs credo quòd filius recuperare poſsit feudum, & quòd præferatur agnato.

Si facta de feudo.

Caſus. facta à domino de feudo abuſiua inueſtitura cogitur dominus vaſallum inducere in poſſeſsiõnem, nec liberatur intereſſe præſtando. h.d. (inueſtitura) abuſiua, vt per annulum, quia ſi proprio eſſet facta, amplius nõ teneretur tradere poſſeſsiõem, vt ſæpè ſupra dictum eſt, (compellendũ) facit. C. de loca. prædi. l. fina. lib. xj. de hoc dic plenè vt dixi ſupra de no. fi. fot. c. inueſtitura.

Quæritur in glo. quid ſi dominus duos de eodem beneficio diuerſis temporibus inueſtiuit & poſteriori priùs poſſeſsionem tradidit, quis ſit potior? Reſpondeo quòd ille cui priùs poſſeſsio tradita eſt ar. C. de rei ven. l. quotiens in fi. ar. contra. de loca. præ. ci. l. fi. li. xj. Item quæritur an dominus priori præſtando intereſſe liberetur? Reſpondet glo. quòd ſic vt. ff. de actio. empt. l. j. in princ. & ibi no. & inſti. de empt. & vend. §. precium. Et nota hic quòd dominus præcisè cogitur tradere rem: ſic & donator, vt inſti. de dona. §. perficiuntur, licet in venditore ſit oppoſitio vt dicta. l. j. ff. de actio. emp.

Filij nati.

Caſus. Nobilis cum ignobili cõtraxit matrimonium

nium ea conditione quòd filij ex ea nati patri in feudo non ſuccedant, quòd ſæpè in regno contingit. Quæritur an mortuo patre ſibi ſuccedant in feu? Reſpondeo, quòd non. hoc dicit. Et nota quòd tale matrimonium Mediolanen. dicitur ad morganeticam contractum alibi, ſcilicet lege ſalica vt inf. de filijs na. de matri. ad morganeticam contra. c. i. Et nota quòd caſus iſte eſt contra æquitatem & iuris rigorem.

Licet vaſ.

Caſus. Vaſallus domino ſuo ſeruitium non obtulit aliquo tempore, ſed petenti nunquam recuſauit præſtare ſeruitium.

Quæritur an feudũ amittat? Reſpon. quòd non. Si tamen ſciat domino magnum periculum imminere, debet ſpontè abſque denunciatione auxilium impartiri. Inde quæritur quid ſi dominus iurauit dare pecuniam alicui infra diem, nec ſoluere poteſt & incurrit periurium, an vaſallus tenebitur eum ſua pecunia liberare à periurio? Reſpõdeo quòd non, hoc dicit.

Nota hic quod vaſallus non cogitur offerre niſi ſciat domino magnum periculum imminere, & niſi à domino ſibi fuerit denunciatum, non amittit feudum, facit ſupra quæ fuit prima cauſa be. à. §. ſed & qui delator, & ſupra, e. c. & ſi vaſ. & infra, hic fi. lex dein. inci. conſ. reg. §. ad hoc, & dic vt ibi notaui. Item no. quòd vaſallus non amittit feu. ex omni cauſa per quam accepti beneficij videatur ingratus, vt hic in fi. & ſupra in quibus cau. feud. amit. ver. de illa tamen, & infra de alie. fe. pa. c. fi. & quæ fuit prima cauſa be-

fa benefi.amit.§.illud enim certum eſt.

Si vaſ.culpam.

Caſus.Si vaſallus culpam commiſerit per quam meretur amittere beneficiũ, deſcendentes ſibi nõ ſucoedunt. Sed agnati qui quarto gradu ſunt, & hoc dicit. Nota hic quòd deſcendentes & agnati deſcendentes vſque ad tertium gradum puniuntur propter delictum alterius parentis vel agnati ar.contra. ff. de decu,l.iij. & de interdictis & relega.l.iij.& de in ius vocan.adoptiuum.§. ſi. Solutio ſecundum quoſdam, hic feudum fuit nouum, ſecùs ſi eſſet paternum vt ibi.Hæc ſolutio non placet. Dic ergo ſpeciale in feudo.& intellige hoc.c. in antiquo & quando commiſit culpam in dominum vaſallus, vt hanc habeat dominus ſuæ iniuriæ vltionem.Vel dic & melius, quod hoc.c. debet intelligi quando commiſit in alium & non in dominum, quia ſi in dominum, tunc omnes agnati indifferenter excluderẽtur, vt hic no.& ſupra, quæ fuit prima cauſa be.amit.§.denique.vbi de hoc.& hic apertè probatur quòd debeàt intelligi de anti quo, quia loquitur de agnatis qui ſunt in quarto gradu, & facit ad.c. extra de pœnis.c. in quibuſdam.§.ſi.

Quæ poteſt eſſe ratio quare agnati & deſcendentes vſq; ad quartum gradum repelluntur propter ſuſpicionem? Quia ſæpè ſolet eſſe ſuſpicio & audacia eadem, in talibus coniunctis, ar.C.ad.l. Iul.maie.l.quiſquis & in autent.de referenda.§.ſi. &.ff.de edi.edic.quòd ſi nolit.§.qui mancipia.

In generali alienatione.

Caſus.Miles vaſallus generaliter alienauit omia ſua

ſua bona. Quæritur an in generali alienatione contineatur feudum? Reſpon.quòd non, niſi nominatim ſit dictum.hoc dicit(vaſalli.)i.facta à vaſallo generaliter de omnibus bonis(feu.)id quod tenet in feu.vel dic quòd alij dedit in feu. & facit. inf.de capi.qui cur.ven.c.j.vbi de hoc.

Si vaſ.feu.

Caſus.Si vaſallus feu.ignorans alienauerit, feudum non amittit,& ſibi reſtituendum eſt non domino:tenebitur tamẽ ignoranti emptori ad intereſſe, hoc dicit. Nota hic, quòd ſi vaſallus ignorans alienauerit non punitur, ſecus ſi ſciens, vt ſupra.e.c.Titius(ad intereſſe)facit.ff.de actio. emp. l.j.in prin.vbi de hoc.

Vaſallus.

Caſus.Si vaſallus domino feu. ſciens inficiatus eſt, amittit feudum, ignorans autem non amittit. Sed ſi dubitat vaſallus conuentus à domino, poteſt dubitanter reſpondere.h.d.(amittat)facit ſupra.e.c.ſi vaſ.feu.& dic vt ibi no.& inf. de le. Cor. c.ſi.(dubitanter)ar.ff.de peti.hære. l. ſi debitor. & de iureiuran.l.iuſiurandum & ad pecunias. Poterit etiam tempus ad deliberandum petere, vt.ff.de interroga.actio.qui interrogatur, & no. C. de iureiu.l.ij.§.obſeruari.

Beneficium.

Caſus.Datur regula & exceptio.Regula eſt quòd vaſallus beneficium alij in feu.dare poteſt, æquali perſonæ, fallit ſi in fraudem legis dederit, &.h.d. (in fraudem)aliàs ſecùs, vt ſupra per quos fit inueſti.§.ſed & res,& inf.de pro.feu.alie.per Fre.§. cal-

lidis, vbi de hoc, (militi detur), id est, æquali sibi, & eadem lege, qua ipse habet, vt infra. de. l. Cor. c. ij. §. ex eadem, vbi de hoc.

Si vasallus de suo.

Casus. Datur regula, quòd vasallus de suo feudo agere potest & conuenire, etiam domino ignorãte, quinimo & transigere sibi licet, & quòd fecerit, firmum haberi debet, hoc dicit, (firmum erit) vt supra de inuesti. de re. ali. fa. §. rei autẽ. vbi de hoc (& transigere) vt infra. de cõtro. inter vas. & alium, de bene. c. j. vbi de hoc.

Domino committente.

Casus. Datur regula, quòd si dominus commisit feloniam in vasallum, per quam vasallus, si eã committeret in dominum, amitteret feudum, dominus etiam debet amittere feudi proprietatem, hoc dicit. facit supra, de for. fi. c. j. §. j. &, de mi. vas. qui contumax est. §. fi. & infra qualiter dominus propriè feu. pri. c. j.

Feudum.

Casus. Confirmatur hic regula, quòd si vasallus committat culpam propter quam meretur amittere feudum, amittit feudum, siue feudum habeat propriam feudi naturam siue non. hoc dicit. (& cui dederit) hoc feud. non habet propriam naturam, quia potest alienari, & transit ad quemcunque, vt infra, de feu. non ha. propriam feu. na. c. j. amittitur tamen eisdẽ casibus quibus & aliud feu. vt ibi & hic, (definit) quia in feu. non tenebit sed iure proprio, vel aliter sicut ei datum est, vt dicto ti. de feu. non habente propriam naturam.

Titius

Titius cum Sempronio.

Casus, Titius & Sempronius successerunt patri in feudo, & feudum ex diuisione peruenit ad Sempronium totũ vel fortè pro parte. Titius fecit pactum cum Sempronio de eo feu. non petendo ab eo vel hæredibus suis: decessit Sempronius sine hærede masculo, extraneo hærede relicto. Titius petit feudum ab hærede ex successione ad se deuolutum.

Quæritur an sibi obstet exceptio pacti? Respon. quòd non. hoc dicit. (de eo) toto feudo vel in parte. (& Seium fratrem,) id est, extraneum hæredem Sempronij (non obstare Titio) quia personale fuit pactum de non petendo à Sempronio & hæredibus suis. quia intelligetur hæredibus, id est, liberis masculis & non extraneis ar. supra de ali. feu. §. & si clientulus, præterea si extraneus esset hæres nõ esset hoc dubium, quia non succedit in feu, & ideo non obijcit exceptionem pacti, quia quo ad eum Titius liberas habet ædes, ar. ff. si seru. vendi. loci corpus. §. competit. & facit infra de eo qui fi. fecit ag. de fe. pa. c j.

DE PACE TENENDA ET EIVS violatoribus. Rub. 27.

Rubrica hæc potest ad præcedentia continuari. Dictum est superius de cõtentione quæ oritur in feu. inter dominum & vasall. vel inter vasallos. sed quia inter eos debet maximè seruari pax, & debent violatores pacis puniri. Ideo sequitur hæc rubrica de pace.

F. ede-

Fredericus Dei gratia.

Diuide capitulum in decẽ partes. Primò, qualiter sit puniendus laicus si pacem violauerit. Secundò, quemadmodum clericus debeat puniri eodem casu. Tertiò, qualiter receptator pacẽ violantis. Quartò, qualiter dirimetur contentio orta inter duos vel plures vasallos. Quintò, qualiter procedẽdum sit, si rusticus militem, si miles rusticum, vel miles militem de pace violata pulsauerit. Sextò quemadmodum statui debet rerũ vbertas à Comite. Septimò, qua pœna sit puniendus arma portans. Octauò, de pœna latronum & furũ & inobedientium. Nonò, si ministrales inter se guerram habuerint qualiter sit procedendum. Decimò, quo loco liceat transeunti pabulare equum suum. Secunda pars incipit in. §. si clericus. Tertia in. §. si iudex. Quarta in. §. si duo. Quinta in. §. si rusticus. Sexta in. §. post natale. Septima in. §. si quis rusticus. Octaua in. §. publici latrones. Nona in. §. si ministrales. Decima & vltima in. §. quicunque.

Casus, vsq; ad §. si clericus. Imperator adulatur omnibus suadens quòd seruare debeant pacem, & statuit pœnam contra non seruantes, dicẽs, quòd qui occidit hominem infra pacis edictũ, capite puniatur, nisi per duellũ probet quod fecerit ad sui defensionem. Veruntamẽ si manifestum est quod voluntariè & non ad defensionem occidit, nõ admittitur probatio per duellum, & pœna capitis punitur. hoc habet locum comparente violatore pacis: si verò fugerit, bona mobilia publicantur, immobilia permittuntur hæredibus, iuramento præstito

stito ab eis, quòd inde nullum emolumentum sibi præstabunt. Sed si contra fecerint postea priuabũtur hæreditate, & fisco applicabitur. Si vero infra pacis edictum aliquis hominem vulnerauerit, manus ei amputabitur, nisi probet per duellũ quòd ad sui defensionem hoc fecerit, & de bonis procedetur simili modo, sicut superius dictum est. Si autem aliquis aliquem sine sanguinis effusione percusserit, vel absque percussione alium inuaserit, pœna pecuniaria punietur. h.d. vsque ad dictum. §. & si clericus. Vide expositionem. (ad quos literæ istę.) Nota ergo quòd est lex generalis hic, vt. C. de legi. & consti. l. leges, (tam diuinas quàm humanas leges) cupit Imperator in suo vigore manere, & postea non seruat: sed statuit & disponit cõtra diuinas & humanas, vt inferiùs patebit. (occiderit) & conuictus est de homicidio, sed non constat si fecerit necessario vel voluntariè, (capitalem) quę autem sit pœna committẽtis homicidium, dic vt. ff. ad. l. Cor. de sic. l. eiusdem. §. legis Cor. & institu. de publi. iu. §. item lex Cor. Opponit glo. quòd committentis homicidiũ manus debeat amputari, & non pœna capitis imponi, vt in Lombarda. de homici. liberi hominis. l. qui vero. §. treugam. Solutio aut constat de homicidio per probationem, id est, per testes: vel per confessionem, tunc imponitur pœna capitis, vt hic, aut constat per pugnam, tunc pœna manus, vt ibi. & est ratio, quia probatio per pugnam est res fallax & dubia, vt in Lombarda. qualiter quis se defendere debeat per pugnam. l. iij. (nisi per duellum). Nota hic in glo. quòd regulariter pugna prohibetur vt in Lombarda. qualiter quis se defen. de. l. quibuscũque.

que.& de homi.ad iud.non mit.l.j. & de homicid. li.ho.l.recolimus.Fallit in casibus. Primus quando cõstat quem occidisse hominem infra pacem, sed dubium est an ad sui defensionem fecit, vt in. §.si quis hominem.Secundus casus est.si hominẽ vulnerauerit infra pacis edictum,& cõstat, sed est dubium an se defendendo fecerit, vt in. §. si quis alium in e.l.

Tertius est,quando rusticus militem , & miles rusticum,& miles militem de pace rupta & non seruata accusat, vt in eadem. l. §.si rusticus.&,§. se.& se.

Quartus casus est in crimine maiestatis. Quintus casus est si quis vocauerit aliquem argam.i.cucurbitam, vt in Lombarda de publico crimine.l,vltima,& de conuitijs.l.j.

Sextus est secundum.l. Lombar.licet non seruetur Mediol.de infidelitate, vt infra de alie.feu. pater. c. non est consuetudo. Sed an de iure Roma.hodiè permittatur duellum,& de iure diuino? ar.fuit quòd non.C.de gladia.peni.tol.l.j.&,vt armorum vsus inscio principe interdictus sit.l.j.lib. xj. & in autent. de armis in princ.&.ij.q. 4. c. monomachiam.& extra. de pur. vul.c.j.&. ij. de hoc notari consueuit per doc. ff.ad. l. Aquil.l. qua actione. §. si quis in colluctatione, (manifestum fuerit,)id est, notorium, vel dic per testes vel per confirmationem. Et nota quòd non fit pugna si probatio delicti est clara, sed tunc cum est dubia, vt hic & infra.c.§.si quis alium.(hæredes.) id est proximi. Et nota hic quòd propter contumaciam delinquentis immobilia bona non annotãtur in fiscum etiam post annum, sed relinquuntur

tur proximis: sed secùs est de veteri iure, vt. ff. de requi.re.l.j. &.l.fi.&.C. de requi.reis.l.j.&.iij. hodiè idem est etiamsi delinquens sit condemnatus, quia bona non auferuntur hæredibus, vt in autent.de man.princ.§. oportet, & vt nulli. iudi.§. fi.& dic vt tibi notaui,& est iste. §. multum notabilis. (nisi in duello.) Nota regulam, regulariter quòd quis ob tutelam sui corporis fecerit iure fecisse æstimatur,vt hic & ff.de iusti.& iu.l. vt vim. &.C.vnde vi.l.j. idem est etiam si ob tutelam rerũ suarum,vt in dicta.l.j.idem est si ob tutelam filiorum suorum, vel vxoris vel fortè alterius personæ ar.C.de Epi.& cle.l.raptores cum cõcor. & no. C.de rap.vir.l.vnica circa prin.Nota etiam per doctores ff.de iusti.& iure.l.vt vim. C. vnde vi. l. i.& ideo non prosequor.

Si clericus.

Casus.Clericus pacem violauit, vel pacis violatorem receptauit, siquidem comparet in iudicio,pœna pecuniaria punitur.Si verò est inobediens,pœna maiori est puniendus, hoc dicit(habuerit.)id est, receptauerit, (inobediens) no. contra inobedientiam, vt in autent.de hæredi. & fal.§.si quis autem non implens, &.ff.de re mili.l.iij. §.in bello.

Opponitur quòd Imperator non posit constitutionem facere,nec pœnã indicere cõtra clericũ, vt in autent.quo oportet cle.in prin.&.C.de sum. trĩ.& fi. catho.l.j.nec etiam ad vtilitatem ecclesiarum, vt extra de consti.c. ecclesia sanctæ Mariæ. Solutio,dic q Imperator fecit auctoritate Papæ.

Vel

Vel dic vt no. in autent. quo oportet Epi. §. sancimus igitur.

Si Iudex.

Casus. Dominus castri violatorem pacis receptauit, aut repræsentet eum cum omnibus suis bonis mobilibus sub iuramento, vel adduci permittat, at si non faciat punietur, hoc dicit, (sub iuramento) facit. C. de his qui ad ec. confugi. l. præsenti. §. sic vbi. (tãquam pacis violatorẽ) miles pacis turbator capite punitur, vt. ff. de re. mili. l. fi.

Si duo homines.

Casus. Si contentio est inter duos de eodem beneficio quorum vnus producit inuestitorem, alter non, illius qui dicitur inuestitutus prius testimonium recipiatur, & si ille qui producit inuestitorem probare poterit idoneis testibus de iure suo, sine controuersia possidebit. Et si de rapina conuictus fuerit alteruter eorum, punietur in duplo, & beneficio carebit, hoc dicit, (producit) in figura iudicij. Vel dic ad informationem iudicis, & non in figura iudicij, vt iudex ex eius responso informetur, & sumatur inde aliquod iudicium vel admiculum, ar. C. de libe. causa. l. iubemus, &. ff. de proba. l. cum etiam. &. l. cum probatio, & de testi. l. serui. (illius testimonium) id est, eius qui producit inuestitorem. Vel dic testimoniũ, id est, assertio seu responsio interrogatione facta à iudice vel à parte. Vel dic sine interrogatione, vt. ff. de interroga. actio. si sine in prin. & postquam inuestitor donũ inuestituræ recognoscit vt patet in litera. Iste. §. secundum glosam debet intelligi quãdo duo producunt diuersos inuestitores, vel vnus producit inuestitorem, alius nullum, Et dic secundum glo. quòd qui producit inuestitorem vel producit inuestitorem ad testimonium in figura iudicij vel extra iudicij figuram, nec creditur soli inuestitori absque idoneis testibus vt patet in litera. Et dic etiam quòd qui producit inuestitorem interrogatur etiam ipse à iudice in iudicio vel à parte.

Opponitur secundum glo. quòd stari debeat testimonio domini sine alijs testib', vt inf. de. l. Cor. c. ij. ij. responso. Solutio ibi producunt eũdem inuestitorem ambo, hic diuersos, vel hic vnus producit inuestitorem, alius nullum. Oppon. secũdum glo. quòd actor non debeat cogi probare, se absque rapina beneficium habuisse, tum quia in dubio præsumitur quilibet bonus, vt. C. de inoffi. testa. l. omni modo, tum quia negat rapinã, & negãtis &c. vt. C. de proba. l. actor. Solutio, dic quòd probatur eo ipso quòd contrarium non probatur, sic. C. qui mili. pos. l. super seruis, vel dic probat sponte non coactus. vel dic probat vt tollatur omnis controuersia aduersario.

Opponitur tertiò, quòd qui producit inuestitorem nõ cogatur aliquo alio modo probare, vt. C. de eden. qui accusare. Solutio, aut possidet & non cogitur probare, vt ibi, aut non possidet, & tunc probare debet, vt hic. Intellige ergo hic quòd non possidebat qui probat. Hæc lectura non placet, quia non conuenit literę, quia si rectè inspiciatur produxerunt hic ambo eũdem inuestitorem, nec litera facit mentionem de diuersis. Et hoc etiã fatis patere potest ex casuum diuersitate, quia in se. §. si tres, litigantes produxerũt diuersos inuestitores. Et ideo dic quòd ambo litigatores hic produ-

cebant eũdem inueſtitorem. Sed alter tãtum eum produxit in iudicio ad teſtimonium, & actor qui producit inueſtitorem interrogatur à iudice vel à parte poſt inueſtitoris reſponſionem, & nihilominus idoneis probare cogitur teſtibus de ſuo iure. Item oppo. inf. de. l. Cor. ca. ij. reſpon. i. Reſponſio plana eſt, quia ibi dominus idemq; inueſtitor guarentizauit poſſidenti, & ideo ipſe obtinet, niſi actor aliquid contra ia duxerit. hic è contra guarẽtizauit actori. & tamẽ non obtinet actor ſine alia probatione, ratio quia non poſſidet, & quia hic pro actore nulla erat præſumptio, & ideo domini aſſertio & teſtimonium non multum prodeſt, niſi tãquam dictum vnius teſtis ſi in figura iudicij depoſuit, in aliquo tamen maior fides eſt habenda propter auctoritatem perſonæ, niſi quando tenetur de euictione, vt. ff. fini. re. l. hos terminos. ff. de teſti. l. teſtium.

Opponitur quòd Iudex inquirere debeat à duobus hominibus boni teſtimonij veritatem, vt infra proximo §. Solutio hic eundem producunt inueſtitorem, ibi diuerſos.

Quæritur an duplum rapinæ ſit pœna? videtur quòd ſimplum, ar. C. vnde vi, ſi quis in tantam. Tu dic quòd duplum eſt merè pœna vt hic patet in litera, quæ dicit rapinã dupliciter ſoluat, beneficio vero careat, & ſic aduerſatiuè loquitur cõiunctio, vero, ergo perdit beneficium, & rapinam ſoluit in duplum, & eſt hic ſpeciale contra dictam. l. ſi quis in tantam.

Si tres vel plures.

Caſus. Contentio eſt inter tres vel plures de beneficio,

neficio, qui producũt diuerſos inueſtitores, & dubium eſt quis poſsideat beneficium ſine rapina. Nunc quæritur qualiter Iudex procedere debeat in cauſa? Reſpondeo quòd inquirere debet veritatem à duobus boni teſtimonij hominibus in prouincia eorundem commorantibus, & cognita veritate ille quem conſtiterit poſſeſſorem eſſe obtinebit: niſi ab aduerſario aliud probatũ fuerit, hoc dicit (requirat) ex officio ſuo inquirendo veritatem ſaltem à duobus, etiam ſi ab alqua partiũ non fuit productum teſtimonium, & eſt ſpeciale, quòd regulariter produci debet à parte poſt litem cõte. vt in autent. de teſti. & hoc no. C. de ſenten. l. prolatam, & facit quòd poſsit inquirere. C. de bo. vac. l. fi. & ar. ff. de vſufr. l. æquiſsimum. Vel dic, requirat etiam duobus teſtibus à parte productis in figura iudicij, & tunc non erit ſpeciale. Opp. quòd non Iudex ſed dominus cognoſcere debeat, vt infra de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea. Solutio, ibi eundem, hic diuerſos producunt inueſtitores, vt ibi no.

Si ruſticus militem.

Caſus. Ruſticus militem de pace violata pulſauit, & verum eſſe iurauit, certè miles manu militari ſe expurgare debebit. Si autem miles ruſticũ de pace violata pulſauit & iurauit verum eſſe, ruſticus aut diuino aut humano iudicio innocentiam ſuam purgabit, vel ſeptem teſtibus idoneis, quos Iudex elegerit. Si vero miles militem pro pace violata aut aliqua capitali cauſa pulſauerit per duellum probare non poterit, niſi probauerit ſe militẽ nationem. h. d. (Sed neceſsitate,) i. veram eſſe accuſa-

tionem,aut diuino vel per tactum ferri ardentis, vel aquæ feruentis quod hodiè prohibetur, vt.ij. q.5.c. si quis præsbyter. §.fi.& extra.de purgat.vul.c.j. & ij.aut humano per pugnam. (capitali causa) de qua possit duellum fieri.Nam non potest de quali bet capitali causa duellum fieri, vt in Lombar. de bo.lib.1.recolimus.&qualiter quis se defendere de. l.quibuscunque.Alij dicunt quòd ibi dicitur, hic corrigitur,& quòd in qualibet causa capitali potest fieri duellum,prima placet (legitimus miles.) Nota hic quòd miles militi nõ imponit duellum nisi probet se militem. Quæritur nunquid rusticus teneatur pugnare cum milite, an cum campione sibi dato à milite?Et videtur quòd pugnare debeat cum milite,quia principales personę pugnare debent,nisi iuuenilis vel senilis ętas seu infirmitas prohibeat, vt in Lombar. qualiter quis se. de. de.l.quicunque,& l.vlt.Vel dic quòd non pugnat cum milite,sed cum campione dato à milite, quia pugna fieri debet per consimiles personas, vt in Lombar.qualiter quis se de.de.l.vlt.Alij dicũt,aut miles imponit pugnam, & tunc pugnabit per se ipsum aut rusticus imponit pugnam militi, & tũc miles dabit campionem,& facit.inf.de alie.feu.pater.c.non est consuetudo,vbi de hoc.

Post natale.

Casus.Præcipit Imperator comitibus quòd post natale sanctæ Mariæ prouideant quod sit rerum vbertas,& statuitur pœna non seruãtibus eorum deliberationẽ & statuta. hoc dicit.(annona sit vẽdenda)facit.ff.de offi.præfec.vr.l.j.§. cura &. ad.l. Iu.de anno.l.j.& ij.

Si quis

Si quis rusticus.

Præcipit Imperator quòd rusticus arma nõ portet,nec mercator qui negociãdi causa per prouinciam transit,nec miles ad palatium Comitis. Præcipit etiam quòd nullus retia vel laqueos tẽdat ad capiendas venationes. nisi ad Vrsos & Apros & Lupos,statuitur pœna contra facientibus, hoc dicit, vsq; ad.§.publici latrones.(arma portauerit)facit in autent.de armis per totum.

Publici latrones.

Casus.Publici latrones antiqua damnãtur sententia.Deinde dicitur:miles qui aduocatiam suam vel beneficium suum malè tractauit,& à domino requisitus se non emendauit, postea priuatus est per sententiam suo iure,tandẽ ausu temerario aduocatiam vel beneficium inuasit, pro violatore pacis habetur, hoc dicit,(damnatur sententia, vt. ff.de pœ.capitalium.§.famosos,& in auten.vt nulli iudi.§.pe. (tractauerit) facit. C.loc. I. Aedem.& de sacrosan. eccle. Authen. qui rem huius conductam.

Si quis. V. solidos.

Casus.Si furatus est aliquis valorem quinq; solidorum vel amplius,laqueo suspendi debet.Si vero minus,tunc scopis & forpice excorietur & tondeatur. Deinde dicitur:si ministrales alicuius domini guerram inter se habent, Iudex eos ad pacẽ & concordiam debet inducere.Subsequenter dicitur quòd quicunque transitum facit per terrã aliquam cum equo potest equum suum saturare iuxta viam,& potest etiam vti herba, & viridi sylua sine vastatione & damno alicuius.h. d. (quinque

sol. valens) §. iste non seruatur hodiè in Italia, & est contra ius Autenticorum, vt. C. de ser. fugi. autent. Sed nouo iure. (leges & iudicia) ad pacem & concordiam reducendo, vt. ff. de vsuf. l. æquissimi, & in autent. de man. prin. §. deinde conueniens, &. §. fi. (& viridi sylua) quia tẽpore necessitatis oñia sunt communicanda ar. ff. ad. l. ro. de iactu. l. ij. §. cum in eadem, & 8. di. in prin. 7. q. j. c. omnis qui & xxxij. q. j. c. omnis qui & xxij. q. iiij. c. sicut scimus: & extra. de sur. c. iij.

Continuatio rubricæ ex ipsa rubrica patet. Nam quia præcedenti titulo præmisit. l. Frede. ideo subdit consuetudines, & reuertitur ad materiam præcedentem, & ideo dicitur in rubrica, hic finitur &c.

Incipiunt.

Hic dicit incipiunt, quasi supra non dixerit de consuetudinibus, & tamen continuè dixit de eis à principio libri vsq; huc, interposita sola rubrica precedenti, & ideo dic incipiunt, i. reassumuntur.

Domino guerram.

Diuide capitu. in quinq; partes. Primò, quando vasallus debeat dominum adiuuare. Secũdò, quando debeat sibi seruitium præstare. Tertiò, feudo finito ad quem debeat pertinere incrementũ feudi quòd feudo accreuit facto vasalli. Quartò, ad quem debeat pertinere incrementum fructuum & industrialium. Quintò, contra quos vasallus debeat dominum adiuuare. Secunda pars incipit in. §. ad hoc. Tertia in. §. si vas. Quarta in. §. his consequenter. Quinta in. §. contra omnes.

Casus.

Casus. Dominus habet guerram. Quæritur quando vasallus debeat ipsum adiuuare? Respondeo, aut iustè habet guerram & certum est, vel dubitatur, tunc debet ipsum adiuuare ad offendendum & defendendum, aut certum est quòd iniustè habet guerram, tunc ad defendendum eum adiuuare debet, sed ad offendendum potest si vult, non tamen cogitur, nec propter hoc perdit feudum secundum Obertum. & G. Et vtuntur eo argumento, quia si dominus est excommunicatus vel à Rege bannitus non tenetur vasallus eum adiuuare, nisi fuerit restitutus, ergo nec ipsum iniustè guerram facientem cogi debet adiuuare. Alij vero dicunt quòd indistinctè debet eum iuuare, &. h. d. vsq; ad. §. ad hoc. (eum adiuuet) ad defendendum, & offendendum. (ad eius defensionem) ar. contra. ff. ad Syll. l. iij. §. ij. ver. si tamen maritus, & extra de iureiurand. c. breui scisitatus &. xiiij. q. 6. c. j. (adiuuet eum) si spontè vult, ergo non cogitur, vt statim sequitur secundum Obertum, & Gerardum (noluerit non tamen feudum perdit) ar. xiiij. q. 6. c. j. & xxii. q. 5. c. de forma &. xxiij. q. ix. c. scire vos. & supra de no. fi. for. c. j. §. & si contigerit. &. §. si sciuero (sine distinctione dicunt) & malè, vt dictis iuribus patet. (argumento) quòd ad offendendum potest, sed non cogitur. (excommunicatum) vt. 15. q. 6. c. nos sanctorum &. c. iuratos. (vel à Rege bannitum,) vel ab Imperatore. Nota quòd vasallus non debet obedire domino bannito à Rege vel ab Imperatore vt ar. inf. e. c. §. fi. & infra de prohi. feud. alie. per Fre. §. fi. idem est si esset hæreticus ar. in autent. de priuil. do. hæreti. mu. non præ. §. j. &. C. de hæreti. l. j. & de Epi. audi. l. nemo.

nemo.&.C.de hæreti. autent. credentes. (reſtitutus)vt.C.de ſen.paſ.l.j.& fi. & extra.de elec. c.quia diligentia,vbi de hoc, & in autent. vt cum de ap. cog.§.generalem.

Quæritur quid ſi dominus ſit bannitus, an vaſallus poterit eum occidere,cum liceat bannitum occidere?Reſpondeo quòd non,ar.ff. de adulte. ſi adulterium. §. liberto, & de quæſtio. l. vnius. §. ſeruus.

Quæritur in gl.quid ſi dominus eſt à Rege bannitus an vaſallus poterit interim vendere feudum ſine eius conſenſu?Arguit primò glo.quòd ſic triplici ratione faciliter,quòd dic vt in glo. Reſpondet glo.& bene quòd non,quia non perdit dominus directum dominium feudi propter bannum, pro gl.facit,quia nihil allegat.ff. de ſolu.l. reo. & de cuſto.reo.l.diuus ver.ſic etiam diuus, & de requi.reis.l.j.Nam excommunicatio vel bannũ non tollit obligatiõem, qua vaſallus eſt obligatus domino,ſed tantùm effectum obligationis, & ideo domino abſoluto & reſtituto ſtatim tenetur ei obedire,vt hic,& xj. q.iij. iubemus, vbi de hoc, niſi bona ſint publicata per legem ſpecialem,vel bona annotata de iure communi anni circulo elapſo, vt.C.de requi.re.l.j.& ſi.tunc perditur dominium & tollitur obligatio inter eos,& tranſeũt in fiſcũ, vt ff.de iure fiſci.l.j.cum ſi.

Tangit glo.incidenter quæſtionem aliam.Quid ſi bona domini fuerint publicata & poſtea reſtitutus eſt, an feuda vaſallorum & omnia bona intelliguntur ſibi reſtituta eſſe? hic eſt ar. quod ſic. C.de ſen.paſ.l.j.&.l.ſi quòd puto verum per dicta iura manentibus rebus in eodem ſtatu apud eum ad quem

ad quem originaliter tempore banni, & propter bannũ peruenerunt,non alienatis rebus,nec trãſlatis in alium feudum.

Sed quæritur,& hanc quæſtionem diſputaui in ciuitate Bononien.ego Iacobus de Beluiſo quam vidi de facto in curia domini Regis Caroli dũ eſſem in regno Sycilię.Et eſt queſtio talis,dominus Rex dedit caſtrum Comiti in feudum, Cõmes cõmiſit proditionem propter quam eſt à Rege bannitus,vel damnatus:Rex poſtea conceſsit idem caſtrum militi in feudum,Rex deinde reſtituit in integrum comitem ad gratiam & ad bona.

Quæritur nunquid Comes poſsit à milite caſtrum aduocare & quo iure? Et primo pro comite videtur quòd Comes in integrum reſtitutus poſsit à milite caſtrum aduocare vtili act. in rem reſtitutoria quia reſtitutio eſt in integrum & priſtinum ſtatum repoſitio quo ad omnia, vt. C.de ſen.paſ. & reſti.l.j.&.l.ſi. & ſi aduerſus tranſac.l.j. &.ij. ergo &c.

Item quia expreſſa bonorum reſtitutio debet aliquid operari,ar.ff.de regu.iu.l. expreſſa, & de vſur.l ſi ſtipulatus,ergo cũ expreſsè reſtituit ad bona,debebit admitti ad caſtrum. Item quia reſtitutio reſtituit dominium,vt.C. de ſen. paſ.l. caſus eius,ergo vtile dominium per ſentẽtiam amiſſum, videtur per reſtitutiõem reſtitutum. Præterea per reſtitutiõem in integrũ reſtituuntur directæ actiones,magis ergo vtiles, ar. ff.de ſen.paſ. l. penul. ergo vtili in rem reſtituta agit comes contra militem. Item actio amiſſa in pleriſque caſibus reſtituitur,vt.ff.ſi ex noxa. cauſa aga.l.ij. §.fi. reſtitutione indulta per iudicem, ergo reſtitutione

facta per Principem multo magis.

Secundò, videtur comité admitti, quia licet res prorsus mutet ſtatum, tamen per reſtitutiõem reuertitur in priſtinum ſtatum, vt.ff. de na.re.l.ij. ergo reintegratur dominium hic, & poterit comes vendicare. Præterea res eſt facilis redire ad ſuam naturam vt.ff. de pactis ſi vnus. §. pactus, ergo &c. Item non transferri, ſed redire dicitur, vt.l. filio. ff. de lib. & poſthu.

Tertiò, quia licet mutato ſtatu perſonæ ius & dominium competens ei amiſſum ſit alij quæſitũ, tamen ſtatu in integrum reſtituto totum reſtituitur in priſtinum ſtatum, vt patet in patria poteſtate diſſoluta patris deportatione, quæ patri reſtituitur eo reſtituto, vt dicta.l.fi.C. de ſen.paſ. idem in iure patronatus. ff. de iure patro. l. ſiue. Item in filio translato in poteſtate coniunctæ perſonæ, & à patris poteſtate & per omnia reuertitur in priſtinum ſtatum. C. de adop. l. fi. §. ſi vero pater. Idem etiam in filio ſeruo effecto pœnæ & à matris ſucceſsione excluſo qui agnatis matris ei ſuccedentibus reſtitutus ad matris ſucceſsionem reſtituitur & hæreditatis agnatis quæſitam adiuit, vt. ff. ad Tertul. l. j. §. filius.

Quartò, quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, vt dicitur ſup. de contro. inueſti. §. fi. ergo cum omne ius Regi quæſitum per ſententiam ſit reſolutum per reſtitutionem, videtur ius quæſitum militi reſolui debere, ar. C. ſi pignus pi. da. ſit. l. iij.

Quintò, quia rei mutatione ius competens militi tollitur, ergo reſtitutione reſtitui videtur & debet reſtitui in totum, vt.ff. de ſeru. vr. pred. ſeruitutes.

tes. §. ſi ſublatum. Nam & renaſcitur vendicatio, vt.ff. ſi ſer. vendi. l. & ſi forte, in princ. idem eſt & ſi fons exaruerit & poſt ad venas redierit, vt.ff. de ſer ui. ru. præ. l. vnus. §. fi. & l. ſe. ad hoc facit quod dicitur de Lazaro vt no. ff. de le. & ſenatuſcõſul. l. ex his quæ. Item de viro qui recuperat vxorem quæ alij nupſerat legitimè, vt in autent. vt liceat ma. & auiæ. §. quòd autem. Item dominium flumine vel ædificio perditum reſtituitur re reſtituta in priſtinum ſtatum, vt.ff. de acqui. re. do. l. adeo. §. inſula & §. cum in ſuo in fi. §.

Sextò, quia cum reſtitutio pendeat à Rege, videtur in conceſsione facta militi à rege ineſſe tacita conditio, ſcilicet ſi Comes non reſtituatur ar. ff. ſi cer. peta. l. pecuniam & de iure. do. l. licet. & l. ſtip. & de acqui. poſ. l. quamuis. §. j.

Septimò, quia dominium de iure ciuili vtile eſt, vt inſti. de loca. §. adeo, & imperium de iure ciuili, quia à lege regia, vt.ff. de conſti. princ. l. j. & ciuilis ratio ciuilia tollit. vt inſti. de leg. agn. tu. §. ſui, ergo Imperator & Rex ſi ab imperio vel à Papa habet regnum, poteſt tollere vtile dominium. Item Rex in regno ſuo ius ciuile conſtituit & inducit vtile dominium, per conſequens quòd eſt de iure ciuili, ergo & tollere poteſt, ar. ff. de pac. l. iurisgentium. §. adeo, & de in litem iuran. l. videamus. §. iurare.

Octauò, cum volo quid, videor & velle id, ſine quo id quod volo eſſe non poteſt, vt.ff. de acqui. hær. l. illud, & de repudi. l. fi. ergo cum Rex reſtituerit ad bona & ſic videtur velle, vel quòd habeat bona, vel quòd habeat vtile dominium & vtilem in rem, per quæ peruenitur ad bona.

Nonò,

Nonò, cum Princeps sciens quid concedit, videtur tollere id sine quo id quod concesit & indulget haberi non potest, vt. ff. de excu. tut. l. idem Vlpi. §. fi. ergo cum Rex sit sciens videtur tollere obstaculum vtilis dominij perditi & quæsiti, & restituere vtile dominium & vtilem in rem act.

Decimò, restitutio in integrum restituit etiã res quę non manent in eodem statu, vt. C. de repu. hęredi. l. fi. §. fi. ergo & hic.

Vndecimò, bannum sine annotatiõe bonorum & anni circulo nondum reuoluto nõ inducit bonorum amissionem sine publicatione, ergo Comes de iure communi vtili in rem poterit à milite aduocare, ar. ff. de custo. re. l. diuus versic. fic & diuus. & de requi. reis. l. j. &. ij. &. l. fi.

Duodecimò, restitutio restituit omne ius amissum propter bannum, vel decima coll. hic fi. l. dein. inci. cons. reg. in prin. ergo & hic.

Tertiodecimò, quia beneficiũ Principis est plenissimè interpretandum, vt. ff. de consti. prin. l. beneficium. ergo &c.

Decimoquartò, quia castellorum iura debent eis derelinqui seu restitui, quibus prius adempta sunt, & de quibus iudicauit antiquitas & non nouit possessoribus dimitti, vt. C. de fun. limi. l. ij. lib. xj. ergo debet restitui ei q prior, & antiquior est.

Decimoquintò, glo. de sen. pas. l. fi. in prin. quæ incipit, quid de illo, & glo. x. colla. hic fi. l. de incip. con. reg. circa prin.

Pro milite è contra videtur quòd restitutio in integrum indulta comiti nõ restituat eum ad castrum contra militem.

Primò, quia feudum amissum per status mutationem

tionem non reuertitur in pristinum statum, licet vasallus restituatur in statum pristinum, vt decima coll. de bene feu. §. fi. & ar. in autent. quomodo opor. Episcopos. §. semel, ergo castrum non restituitur licet Comes sit restitutus.

Secũdò, quia cum res feudalis reuertitur in pristinum statum tamen non restituitur feudum feudo prius propter rem amissõ, vt. x. coll. ti. quid iuris sit si post ali. in prin. §. j. ergo &c.

Tertiò, quotiens persona mutat statum non reuertitur in pristinum statum, vt. ff. de sta. ho. l. liber homo &. ff. de adop. l. qui liberatur, ergo &c.

Quartò, quotiens rei mutatione ius quæsitum perditur non restituitur rei restitutione, vt. ff. de vsuf. l. qui vsusf. in prin. &. ff. qui mo. vsuf. a. l. quid tamen. §. pe. &. §. j. de le. j. l. si ita §. fi. ergo cum res mutauerit statum de comite in militem non restituitur.

Quintò, regula. Nam regulariter ius & actio amissa non restituuntur, vt. ff. de solu. qui res §. ream. & in dubio defertur regulæ, vt. ff. de regu. iur. l. j. ergo &c.

Sextò, quia quod semel alienum factum est redire ad priorem dominum non potest, vt. ff. de rei ven. l. in rem. §. item quæcunq; ver. & quòd semel, ergo, cum dominium vtile sit quæsitum militi nõ redibit ad dominum priorem. Preterea certum est quòd Comes per sententiam amisit vtile dominium, & reuertitur ad Regem, & Rex transtulit illud in militem vt ti. an ille qui inter fra. domini sui, & ti. si vas. feu. pri. ergo à milite non auferetur ar. C. de rei ven. l. quotiens &. ff. de regu. iu. l. quòd nostrum. Item quòd castrum transit in militem sine

expressa

expressa vel tacita conditione, ar. ff. de acqui. pos. l. quòd meo. §. si furioso, ergo ab eo non auferetur. Præterea quòd legitimè factum est &c. vt. C. de inter. ma. l. iiij. ergo &c.

Septimò, Rex à milite non potest auferre castrũ sibi in feudum cõcessum, vt sup. quo tempore mi. inuest. pe. de. c. ij. & de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea cum si. ergo nec per restitutionem indultam comiti, quia si nõ licet directo nec per obliquum, ar. C. de vsu. rei iudi. l. fi. §. fi. Item quòd non possum per me nec per alium, vt. ff. de tu. & cura. da. ab his. l. scire. §. j. & de contrahen. emp. l. non licet. Itẽ non debet contra factum suum venire, vt. ff. de adop. si post mortem, ergo, &c.

Octauò, quotiens quis id quod per culpam suam est perditum restitutus postea inuenit ab alio legitimè detineri nec vacare nullo modo illud recuperat, ar. ff. de decu. l. ij. in princ. & in autent. vt clerici qui rece. alijs pro eis sub. §. j. ergo nec comes recuperabit.

Nonò, restitutio in integrum nõ restituit quòd non inuenit in eodem statu etiam in minore cui iura multum fauent & subueniunt, vt. ff. de mino. l. quòd si minor. §. Sceuola & ar. C. de repu. hæred. l. fi. in princ. ergo nec in comite, & maximè quia miles bonam fidem prætendit: & causam habet à Rege. qui est locupletior & soluendo, ar. ff. de minori. l. in causæ. §. fi. & l. se.

Decimò, resoluto iure datoris nõ resoluitur ius acceptoris quandiu vult à domino recognoscere vt ti. quemad. po. olim feu. alie. §. j. ergo cum miles à Rege semper recognoscit non auferetur ab eo.

Vndecimò, Rex tenetur militi de euictione, &

quem

quem de euict. &c. vt. ff. de euic. l. vendicationẽ, ergo eadẽ exceptio obstabit comiti qui à Rege causam habere videtur, vt. ff. de excep. rei iud. l. fi. &. C. de excep. rei iu. l. exceptio in prin.

Duodecimò, restitutio in integrum indulta patri, restituit omnia contra filium, nõ tamen gesta per filium medio tempore rescinduntur, vt. C. de sen. pas. l. fi. in prin. ergo nec cassat concessionem & alienationem factam militi.

Decimo tertiò, beneficiũ sine alterius iniuria videtur concedi in dubio, vt. C. de emanci. li. l. nec auus, ergo in dubio restitutio non porrigitur ad castrum contra militem cùm sibi fieret iniuria.

Decimoquartò, cum Princeps rem alienam vel fiscalem donat vel etiam propriam, non aufert eã dominus donatario, vt. C. de quadri. præscrip. l. ij. & iij. ergo nec hanc rem quæ verè erat propria Regis qui tenetur pro principe in eius regno, ar. à maiori. Præterea quòd à principe vel eo volente alij conceditur non adimit pragmatica sanctio vel annotatio vt. C. de lo. præ. ci. l. fi. in princ. li. xj. ergo nec militi castrum adimet restitutio generalis ar. C. de quadri. præscri. l. ij. circa prin. & de præscrip. xxx. ann. l. omnes. Item nec debet quòd vni conceditur alij denegari ar. C. qui po. in pig. ha. l. assiduis. exceptis.

Decimoquintò, si Rex voluisset restituere hũc ad castrũ, hoc dixisset expressè, ergo nec videt voluisse, ar. C. de ca. tol. §. fin autẽ ad deficiẽtis. & extra, de transla. epi. c. inter corporalia. Solutio. Aut Comes est bannitus aut cõdemnatus: si bannitus, aut est bannitus & est restitutus secundum ius consuetudinarium, vt vas. aut bannitus & annotatus

secun-

secũdum ius commune, aut bannitus & bona publicata secundum legem regni, aut est simpliciter bannitus. Primo casu, & Secundo amittit feudum anni circulo reuoluto, vt ti. de mi. vas. qui contu. est, & .ff. de requi. reis l. j. & ij. & fi. Tertio etiam casu perdit feudũ & alia bona vt C. & .ff. de bo. dam. per totum. Quarto casu nec perdit feu. nec bona alia, quia feudum regulariter non perdit nisi per sententiam culpa cognita & conuicta, vt ff. de iusto. re. l. diuus ver. sic & diuus pius, & de feud. sine culpa non amit. c. j. & no. inf. de proh. feu. alie. per Fre. §. callidis. Si est condemnatus legitimè indubitãter perdit feu. vt tit. si vas. feu. pri. cui dese. c. j. &, an ille qui inter: fra. do. &, de feu. sine culpa nõ am. c. j. Sed quibus casibus Comes amisit feudum, nõ puto communiter restitutum esse ad castrum contra militem, sed quo casu non amisit feudum, tũc suo iure vtili in rem petit à milite castrum, vt titu. de inuesti. de re. ali. facta. c. j. & de contr. inter vas. & alium de be. c. j. Non obstat restitutio in integrum indulta comiti à Rege, quia restitutio in integrum restituit omne quòd amittitur, & alij immediate, id est, tempore sententiæ siue publicationis bonorum, vel amissionis feu. non est quæsitum, & in eodem statu manet, vt manifestè patet ex dictis iuribus. Sed quòd alij mediatè, id est, per Regem, qui verè est dominus, acquiritur, non restituitur, vt ex ipsis iuribus prædictis patet. Contra hoc est. l. in causæ. §. fi. ff. de minor. & l. fi. de repu. hære. cum si. & dicta gl. Sed respondeo, aut possessor habet causam ab eo qui constitutus est in spe certa, aut ab eo qui positus est in spe dubia. Si ab eo qui constitutus est in spe certa, vt à Rege qui in regno

regno suo nullum habet supra se nisi deum, & qui est dominus, & ab eo nullus alius potest illud dominium auferre, non est spes de præsenti, scilicet quando conceditur, quòd alius accipienti potest auferre, tunc nõ auocatur à possidente, vt ar. ff. de adop. l. si pater filium, ex quo nepos. j. & ij. respon. & .ff. loca. & con. l. vt puta & de iur. do. l. si is qui. §. fi. ibi. Nam si desinit &c. & l. Titio. in fi. Si ab eo qui positus est in spe dubia vel ab eo qui emit, vel habet immediatè à minore, vel simili alio qui tenet principis vel Iudicis vel Regis auctoritate, à quo alius posset auferre, vel etiã spes de præsenti, quia alius possit auferre accipienti, tunc restitutio restituit amissum contra omnem personam, vt in cõtrarijs vt, ff. de iure. do. l. si is qui. in fi. l. Nam positus in spe certa est melioris conditionis, quàm positus in spe dubia vt. ff. ad exhi. l. iij. §. idem. & §. fi. & C. de compẽ. l. fi. & .ff. si cer. pe. l. cum ad præsens. & l. se. Nõ obstat quòd Rex restituit in integrum, & quòd posset tollere vtile dominiũ, & restituere vtilem in rem, & quia inesse videatur tacita cõditio vel expressa &c. quia Imperator vel Rex nõ tollit dominium nisi dicat: Non obstãte lege, &c. C. de preci. Impera. of. l. quotiens. Præterea nõ est verisimile quòd velit adimere quod concessit, ar. C. de lo. præ. ci. l. fi. & in autent. consti. quæ de dig. §. illud. & ideo restitutio hoc non comprehendit ar. l. obligatione. ff. de pign. Quæritur in gl. si dominus bannitus sit à ciuitate, nũquid vasallus est interim solutus à sacramento? Respondeo, quòd sic, cùm eadem sit ratio. Nam sicut subditus Regi subdito bannito à Rege non tenetur obedire, sic ciuis conciui bannito à ciuitate.

Ad hæc.

Casus. Datur regula, & instantia ad regulam, & regulæ declaratio. Regula est: vasallus nō cogitur domino offerre seruitium, & ideo quantocunque tempore steterit, quòd seruitium non præstiterit, feudum nō amittit. Fallit regula in casibus tribus qui sequuntur. Primus si recusauerit facere seruitium quòd deberet ad diem ex pacto. Secundus si sibi à domino est denunciatum. Tertius si sciuerit dominum obsideri vel ei mortē imminere, & cum potuit nō iuuit. Regulæ declaratio est, quòd arbitrio iudicis reseruatur quia ex causis varijs & personis diffiniet, hoc dicit. Explicatio verborū (non seruierit,) Nota hic quòd non cogitur vasallus se offerre, vt. ff. quorum leg. l. ij. §. j. &, vt in posse. l. j. §. non exigit, & de oper. liber. l. cum patronus, in princ. Argu. contra. C. de contra. & commit. sti. l. magnam, & de iure emphy. l. ij. & de consti. pecu. l. si duo. §. j. & l. item illa, in princi. & hic. Solutio, aut datur res ad feud. in rectum feudum, tunc non tenetur vasallus se offerre, vt hic, & supra si de feud. fuerit controu. c. si vasallus &. c. licet vas. & infra, an ille qui inter. fra. do. sui feu. a. c. nō cogitur. Aut res datur nō ad rectum feudum sed determinatum seruitium, tunc aut ex pacto apponitur dies, & vasallus se debebit offerre eo casu vt hic eo. §. ver. nisi seruitium, & in contrarijs. Aut non est statuta dies ex pacto, & tunc nō cogitur se offerre vt dicta. l. ij. ff. quorū leg. §. j. cum similibus. (Secundum vsum Mediolanen.) & secundum communem consuetudinem etiam, vt dictis capitulis supra si de feud. fuerit contro. patet. (nisi seruitiū dic

dic quòd ex pacto & certa die debetur, vt differat à sequenti. (nunciatum fuerit.) Nota de effectu nūtiationis, facit. ff. de peti. hære. Item veniunt. §. petitam, de no. ope. nuncia. l. j. in princi. (dij finiet) eo modo qui sequitur. Et nota quòd de his non potuit regula tradi. Sed relinquitur arbitrio iudicis, sic. ff. de rei ven. l. in fundo, in princ. & de vsu. l. mora. in princi. & de testi. l. testium circa prin. (in cognitiōe cau'æ) quia aliter ex dictis causis & personarum conditione vas. excusatur, & capitur coniectura, & præsumptio pro eo vt patet ex prædictis, (& proniores in dubio) facit. ff. de regu. iur. l. fauorabiliores, nisi pro re priuilegiata pronunciari possit, vt. ff. de regu. iu. l. inter pares. (priuabitur) vt supra, quæ fuit prima causa be. amit. §. Sed & qui.

Si vas. in feudo.

Casus. Vasallus ædificiū fecit in feudo, & in sum sua pecunia meliorauit, mortuus est sine filio.

Quæritur quid iuris? respondetur aut dominus patiatur ædificium tolli, aut hæredi vasalli soluat precium meliorationis. Idem est & si vasallus ex sua pecunia seruitutem fundo acquisiuit. hoc dicit, (ædificium) facit supra de inuesti. de re. ali. fa. §. ex contrario (fecerit) quòd facere non debet secundum quosdam, nisi gratia fructuum, sicut & vsufructuarius. argu. ff. de vsufru. l. æquissimum. §. j. cum. l. se. vsque ad finem legis. Tu dic aliud in vasallo qui habet vtile dominiū, quam in vsufructuario, vt hic, & supra de inuesti. de re alie. fac. §. ex contrario. nisi rē faceret deteriorē, vt dicto. §. ex contrario. Et si ædificauerit dicunt quidā quòd

non poteſt tollere ſicut nec vſufructuarius argu. vt.ff.de vſufr.l.ſed & ſi quid,in princ.Tu dic quòd eſt in electiõe domini an velit pati auferre vel ſoluere æſtimationem,vt hic dicitur in litera, & no. etiam de hoc in dicta.l.ſed & ſi quid,in prin.& facit inſtitu.de rerum diuiſio.§.& ex diuerſo,&.ff.de rei vendi.l.in fundo.(Alij dicunt)& malè,ar.ff. de excep.l.paul.& condi.inde.ſi in area.

His conſequenter.

Caſus.Vaſallus defunctus eſt ſine filio, relicto extraneo hærede,& ſic feu.reuertitur ad dominũ. Quæritur de fructibus eius anni cui cõpetere debent?Reſpondeo diſtinguẽdo. Aut vaſallus deceſſit ante Martium,& tunc fructus omnes eius anni pertinent ad dominum:aut ante Auguſtum, tunc fructus pertinent ad hæredes vaſalli:aut poſt Auguſtum,tunc omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam dixerunt indiſtinctè omnes fructus pendentes ad dominum pertinere, hoc dicit. (ante Martium)aliter in hærede fructuarij ſeruatur, vt.ff.de vſufru.l.defuncta,& aliter in legatis relictis ſingulis annis, vt.ff.de an.leg. in ſingulos annos.Et aliter in marito de fructibus vltimi anni, vt.ff.ſolu.matri.l diuortio. Sed quæ potuit eſſe ratio huius diſtinctionis, hæc certè ratio eſt ruſticana vt mihi videtur,& fortè talis,quia ante Martium fructus ſunt immaturi,poſt Martium incipiunt maturari. Sed quare ſi moritur poſt Auguſtũ fructibus aridis perceptis & in horreo reconditis ſunt domini non video rationem,nec eſt ſine iniquitate. Vel dic quòd fructus aridi ante Auguſtũ percepti ſunt vaſ.quia ſtatim cum à ſolo fuerant ſepa-

ſeparati ſunt ſui,vel ſaltem in horreo reconditi. Liquidi autem poſt Auguſtum percepti poſt mortem vaſalli erant domini,ar. inſti. de rerum diui. §.is vero,&.ff.quibus modis,vſufru.amit.l. ſi vſufructuarius,& de fur.ſi apes.§.fi. Vel dic quòd loquitur de mercede quę debita fuit vaſ. qui locauit ſeu.ar.dictæ.l.defuncta,&.C.de iure fiſci.l.fi.

Contra omnes.

Quæſitum eſt contra quos vaſallus debet dominum adiuuare? Reſpondeo,quòd contra omnem hominem,quinimmo & contra patrem & filium & fratrem:ſed non contra dominum antiquiorẽ. hoc dicit. (alium dominum) nec contra Imperatorem,vt infra de prohi.feu.alie. per Frede.§.fi. & facit infra de prohi.feu.alie.per Lotha.c.ij.Et nota quòd in feu.dominus prior in tẽpore potior eſt in iure,arg.ff.de loca.l. in operis. (antiquiorem.) Nota hic quòd in omni iuramento intelligitur ius ſuperioris exceptum,vt extra, de iureiuran. c. veniens ad apo.& xi.q.iij.c.qui reſiſtit.

* Quæritur in glo.nunquid vaſ.debet dominum adiuuare contra ſeipſum? ar.glo. multum leuiter pro & contra,& dic, vt in glo. quæ ſoluit & benè, quòd non cogitur defendere dominum cõtra ſe, quia in generali ſacramento excipitur perſona loquentis ar.ff.loca, qui inſulam.§.fi. &.C. de ſolu. inquiſitio,&.ff.communia præ.l.quicquid,& xxij. q.ij.c.primum eſt §.ſeptimum. Idem no. extra de iureiuran c. petitio, & xxij.q.5. c. de forma & infra de ali.feud.pater. c.fi.& ſupra qui.mo. feud.a. in prin.

Quæritur nunquid dominus debeat vaſallum

suum iuuare contra omnes homines, & filium & fratrem & patrem sicut econtra vasallus ipsum? Respondet glo. & benè quòd sic, vt supra de for. fide. §. fi. & supra si de feud. fuerit contro. c. domino committente, & infra de consue. re. feu. c. ij. §. in quibusdam.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD MORGANICAM CONTRACTO. Rub. 29.

Cõtinuatio huius rubricæ potest sic fieri, curia de his filijs habita est mentio, supra si de feu. fuerit cõto. c. si filij & imperfectè & obscurè, ideo sequitur rubrica ad declarationem eius.

Quidam habens.

CAsus. Nobilis ex nobili muliere concepit filios, ea mortua non valens continere accepit in vxorem nobilem, ea conditione, quòd nec ipsa, nec filij nati ex ea de bonis eius aliquid haberẽt. decessit postea superstitibus filijs vtriusque matrimonij: filij nati ex secundo matrimonio non succedunt patri in bonis proprijs extãtibus filijs ex primo matrimonio, aliàs bene succedunt eis non extantibus, sed in feu. nullo casu succedere possunt, hoc dicit. (In proprietate). i. in bonis proprijs nõ feudalibus, (nullatenus). i. prioribus extãtibus, vel non. Et nota quòd hoc. c. cõtinet magnam iniquitatem, vt in auten. de nup. §. illud quoq; super hoc, &. C. de pactis. l. pacta &. l. fi.

DE FEVDO FOEMINAE. Rub. 30.

Conti-

Continuatio rubricæ. Quia de feudo fœmineo superius habita est mentio licet nõ satis plenè, ideo sequitur hæc rubrica.

Si fœmina.

DIuide in duas partes. Primò, de successione fœminæ in feu. fœmineo. Secundò, de successione clerici. Secunda in §. ex hoc.

Casus. Filiæ matri in feudo fœmineo succedunt masculis non extantibus secundum Obertum & Gerardum. Sed secundum alios non succedunt nisi per pactum sit actum. Hinc est quòd nec clericus succedit in bonis patri etiã si postea habitũ postposuerit. Idem in Monacho, quia etiam feudũ ante quæsitum perdit, hoc dicit, (etiam masculis extantibus) hæc ratio non videtur mihi bona, quia feu. masculorũ ex pacto transit, & sic non esset differentia secũdum hoc inter feudum masculinum & fœmininum, quòd tamen notare videtur & est intentio legislatoris, quod in feudum masculis extantibus fœminæ non succedunt, vt supra Epi. Abba. vel Abba. §. qui etiam, & de eo qui sibi, & hęredi. suis mascu. & fœm. §. j. Prima ergo opinio placet, vt. infra de na. suc. feu. circa prin. licet glo. videatur sequi secundam opinionem: aliàs sequeretur magna iniquitas.

Quæritur in fine. c. quid si vasallus fuerit clericus in minoribus ordinibus constitutus, & fortè factus in fraudẽ, vt priuet feudo, sicut vidi sæpius in regno Sycilię postposuit habitum, an succedat in feu. patriar. est hic q nõ, qa litera dicit hic simpliciter clericus, & supra si de feu. fuerit contro. c. qu. clericus, & ar. C. de Epi. & cle. autent. presbyteros

suum iuuare contra omnes homines, & filium & fratrem & patrem sicut econtra vasallus ipsum? Respondet glo. & benè quòd sic, vt supra de for. fide. §. fi. & supra si de feud. fuerit contro. c. domino committente, & infra de consue. re. feu. c. ij. §. in quibusdam.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD MORGANICAM CONTRACTO. Rub. 29.

Cõtinuatio huius rubricæ potest sic fieri, curia de his filijs habita est mentio, supra si de feu. fuerit cõto. c. si filij & imperfectè & obscurè, ideo sequitur rubrica ad declarationem eius.

Quidam habens.

CAsus. Nobilis ex nobili muliere concepit filios, ea mortua non valens continere accepit mulierem nobilem, ea conditione, quòd nec ipsa, nec filij nati ex ea de bonis eius aliquid haberẽt. decessit postea superstitibus filijs vtriusque matrimonij: filij nati ex secundo matrimonio non succedunt patri in bonis proprijs extãtibus filijs ex primo matrimonio, aliàs bene succedunt eis non existentibus, sed in feu. nullo casu succedere possunt, hoc dicit. (In proprietate). i. in bonis proprijs nõ feudalibus, (nullatenus). i. prioribus extãtibus, vel non. Et nota quòd hoc. c. cõtinet magnam iniquitatem, vt in auten. de nup. §. illud quoq; super hoc, &. C. de pactis. l. pacta &. l. fi.

DE FEVDO FOEMINAE. Rub. 30.

Continuatio rubricæ. Quia de feudo fœmineo superius habita est mentio licet nõ satis plenè, ideo sequitur hæc rubrica.

Si fœmina.

DIuide in duas partes. Primò, de successione fœminæ in feu. fœmineo. Secundò, de successione clerici. Secunda in §. ex hoc.

Casus. Filiæ matri in feudo fœmineo succedunt masculis non extantibus secundum Obertum & Geraldum. Sed secundum alios non succedunt nisi per pactum sit actum. Hinc est quòd nec clericus succedit in bonis patri etiã si postea habitũ postposuerit. Idem in Monacho, quia etiam feudũ ante quæsitum perdit, hoc dicit, (etiam masculis extantibus) hæc ratio non videtur mihi bona, quia feu. masculorũ ex pacto tranit, & sic non esset differentia secũdum hoc inter feudum masculinum & fœmininum, quòd tamen notare videtur & est intentio legislatoris, quod in feudum masculis extantibus fœminæ non succedunt, vt supra Epi. Abba. vel Abba §. qui etiam, & de eo qui sibi, & heredi. suis mascu. & fœm. §. j. Prima ergo opinio placet, vt. infra de na. suc. feu. circa prin. licet glo. videatur sequi secundam opinionem: aliàs sequeretur magna iniquitas.

Quæritur in fine. c. quid si vasallus fuerit clericus in minoribus ordinibus constitutus, & fortè factus in fraudẽ, vt priuet feudo, sicut vidi sæpius in regno Sycilię postposuit habitum, an succedat in feu. patriar. est hic q nõ, qa litera dicit hic simpliciter clericus, & supra si de feu. fuerit contro. c. qui clericus, & ar. C. de Epi. & cle. autent. presbyteros

Et in autent. quomodo oportet Epi. & cle. §. semel, & autent. de sanctis. Epis. §. & generaliter, ar. contra. l. di. c. hi. qui post. 27. q. ij. c. scripsit, & hoc putarem æquius quòd non priuetur & sic de consuetudine obtinet. Quæritur hic in gl. an possit succedere & seruire per substitutum? Glo. respondet simpliciter quòd sic. Tu dic vt no. supra si de feu. fue. contro. c. si quis decesserit. Vltimò tangitur hic brocardum, quòd non restituuntur amissa licet in pristinum statum res redierint. Arg. insti. de capi. di. quòd autem. &. ff. de adop. qui liberatus, & de sta. ho. homo liber. Arg. contra. C. de sen. pas. l. si. & ff. de in ius vocan. l. sed & si. §. sed & si. & supra ti. ij. circa princ. ff. de ser. ruf. prædi. l. & attilicinus. &. 7. q. j. c. pastoralis 16. q. j. c. prima actiõe, & extra de elec. c, quia diligentia. Solutio, regula est, quòd res amissa non restituitur in pristinum statum: contraria sunt specialia. Vel dic quòd cum persona mutat statum non restituitur in pristinum vt hic, &. ff. de mino. si ex causa. §. pap. aliàs secùs. Vel dic aut res prorsus mutat statum & nõ restituitur in pristinum, vt. ff. de solu. qui res. §. aream, & de verbo. obli. interesti. §. sacra. aliàs secùs. Vel dic quòd cum res mutat statum non restituitur in pristinum statum de iure communi, vt in primo. Sed per restitutionem in integrum de æquitate sic, vt in secũdo. Vel dic, aut amittit quis suum ius sua culpa vel suo facto, aut casu, vel sine culpa. Primo casu, non restituitur. Secundo sic.

SI VASALLVS FEV. PRI. CVI deferatur. Rub. 31.

Continuatio rubricæ sic potest fieri. Superius habita

bita est mentio, cui applicetur feu. si uasallus priuetur in plerisq; partibus, ideo sequitur rubrica ad eius declarationem.

Vasalli feudum delinquentis.

CAsus. Filius nõ succedit patri in feu. nec agnati vsque ad tertium gradum quandoque nec descendentes in infinitum. si vasallus feudo priuetur propter suũ delictum, nisi filius à domino conquirat gratiam sibi faciente non extantibus agnatis. hoc dicit (licet quandoq;) id est, si non peccat in dominum, (quarto gradu,) facit supra si. de feu. fuerit contro. c. si vasallus. (& etiam,) id est, solus filius non repellitur, sed etiam &c. (ab eo) vasallo scilicet. Vel dic, id est, filio vasalli. de hoc dic vt supra quę fuit prima causa be. a §. denique, & de suc. feud. §. j. & si de feud. fuerit contro. c. si vasallus, plenè notaui.

QVI TESTES NECES. SVNT ad nouam &c. Rub. 32.

Continuatio rubricæ sic potest fieri. Quia dispersim & separatim dictum est de testibus, uel qui requiruntur ad probandam inuestituram, ideo sequitur rubrica ubi ponitur & collectiuè & unicè.

Siue clericus.

Diuide capitulum in duas partes. Primò, qualiter probetur noua inuestitura. Secũdò, qualiter vetus. Secunda pars incipit in. §. de veteri.

Casus. Noua inuestitura probatur per testes pa-

res curtis aut per breue testatum à paribus confirmatum, siue dominus sit laicus siue clericus, nec aliter facta valet, etiam si dominus cõfiteatur factam. Alij contrà testantur. Et dicitur noua inuestitura quando feudum de nouo & primo quæritur. Vetus autem inuestitura probari potest testibus quibuscunque paribus, & eum maribus non tamen fœminis. hoc dicit. Vide expositionem. (siue clericus) qui de rebus proprijs fecit inuestituram, vt. inf. de cle. qui inuesti. fe. c. j. in princ. Secus si de rebus ecclesiæ, vt supra si de inuesti. inter do. & vas. lis ori. c. j. §. fi. (non valet) contrà vt no. sup. per quos fit inuesti. & per quos ac. §. fi. Sed quod hic dicitur puto verum, vt supra quid sit inuesti. in princ. &. §. j. (breue testatum) nisi à paribus sit confirmatum vt sequitur (contra testantur) quando dominus confitetur etiam si decurrat ad solennitatem, ar. insti. de fideicom. hæredi. §. fi. &. C. de fideicom. l. fi. Ar. contra. e. ti. l. si inuitus, &. l. ex testamento, &. ff. de integ. resti. l. diuus. & de ven. inspi. l. j. §. fi. & de transac. l. cum hi. §. prætor. Ar. est pro præcedenti opinione. C. de hæreti. quoniam. §. fi. & hoc placet licet glo. aliam opinionem sequi videatur, quasi testes non sunt de substantia inuestituræ. Sed mihi videtur quòd sint de substantia inuestituræ, vt dixi dicto ti. quid sit inuesti. circa prin. & de materia huius ti. dic plenè vt ibi notaui in. §. fi. & de contro. inuesti. in prin. (præter fœmina.) Nota quòd in causis feudorum fœminę non recipiuntur in testimonium sic nec in testamentis, vt. ff. de testa. l. qui testamento §. mulier. Et est ratio, quia est fragilis & corruptibilis, in alijs autem casibus recipiũtur, vt dicto. §. mulier, &. ff. de testi.

de testi. l. ex eo. Sed quid de hermophrodito? Respondeo si prævalet in sexu masculino recipitur, vt. ff. de sta. ho. l. quæritur.

DE CONSVE. RECTI FEVdi. Rub. 33.

Continuatio rubricæ sic potest fieri. Plerumque est habita mentio superiùs quemadmodum feudum acquiratur, & de controu. inuesti. qualiter decidatur. Sed quia dubitari potest quæ sit consuetudo recti & simplicis feudi in prædictis, ideo sequitur rubrica.

Sciendum est.

Diuide capitulum in duas partes. Primò, quibus modis acquiritur feu. Secundò, qualiter probetur noua inuestitura. Secunda incipit in §. quòd autem dictum est. Casus, feudum acquiritur inuestitura & successione, vel eo quod habetur pro inuestitura, vt si dominus dixerit coram curia vasallo, vade in possessionem feudi & iuit acquiritur sibi feudum ac si propria facta esset inuestitura, quinimmo & si vasallus per annulum tenuit beneficium domino præsente, & non contradicente, & seruitium eius quasi à vasall. recipiente, si vasallus hoc probat per testes vel iuramentum vasallus obtinebit, nisi à domino contrà probetur, hoc in prima parte. In secunda dicitur quòd noua inuestitura probatur per pares curtis si habet pares, vel admitturtur etiam extranei, si tamen dominus habet pares & absunt, expectandi

ſtandi ſunt,& hoc dicit. (non interceſsiſſet inueſtitura)id eſt inductio in poſſeſsionem,interceſsit tamẽ quòd vice eius fungitur,ſcilicet iuſſus & voluntas domini.Nam per patientiã transfertur poſſeſsio,vt.ff.de dona.qui ſaxũ.&.C. dẽ acqui. poſſ. l.ij.& facit.ff.de acquir.poſſeſsio.l. j. §. ſi iuſſerim &.l.quarundam rerum in prin. Acquiritur enim poſſeſsio multis modis vt hic in gl.& no.C. de acquirẽ.poſſeſsio.l.j.(tale eſt ac ſi interueniſſet.)Nota hic apertè quod ſi dominus dixerit coram curia vade in poſſeſsionem,quòd feudum habet propriam & rectam naturam,ergo tranſit ad ſucceſſorem maſculum. Et nõ obſtat ſupra quibus modis feu.conſti.po.c.j.quia ibi dominus non dixit coram curia ſed alibi:& eſt hęc veritas,licet alij aliter dicant vt ibi notaui. (Aliquo tempore)xxx. annorum,vt ſupra ſi de feu.fuerit contro.c.ſi quis per xxx.annos. Sed hæc expoſitio non placet,quia hic ſubiungitur domino præſente & non contradicẽte.Sed in præſcriptione.xxx.annorũ non exigitur domini præſentia vt C.de præſcriptio xxx. anno. l.ſicut &.l.ſi quis emptionis.Et ideo dic, id eſt ſpacio vnius anni,vt ſupra ſi inter do.& vaſ. lis ori.c. ij.§. fi.& infra proxi.c.vltimo. §. fi. & dic de hoc vt notaui ſupra ſi de inueſti. inter do. & vaſ. c.ij. §.fi. (præſtito iuramento.)Siue ergo vaſallus hoc probet per teſtes vel inſtrumenta, ſiue iuret, obtinet niſi à domino contrarium probetur,vt ſequitur, (contradicatur) id eſt probetur à domino.(quòd autem dictum eſt)vt ſupra ti. j. ſic declaratur hic quod ibi obſcurè & imperfectè dictum eſt.(extranei)vt ſupra quid ſit inueſtit. §. ſi vero inueſti. (expectandi ſunt)facit ſupra ſi de inueſtitu. inter do. & vaſ.

& vaſ.lis ori.c.j. ver. teſtes,& dic vt ibi notaui. Nota in principio huius.c.quòd feudum acquiritur inueſtitura ſucceſsione,vel eo quòd habetur pro inueſtitura cuius ponit duo exempla, acquiritur etiam præſcriptione vt ſupra ſi de feu.fuerit contro.c.ſi quis per xxx.annos.Et in ſi. huius.c.ſumitur argu.ad quæſtionem qua quæritur, an debitor poſsit ſibi dicere ius ſua auctoritate abſente magiſtratu? arg.eſt hic quòd non,ſed quod expectare debeat. Argu.contra.C.de decu.l. generali. li.x.&.ff.quæ in frau.cre.ait prætor.§. ſi debitore, vbi de hoc.

Sacramentum.

Diuide capitulum in partes quinq;. Primò cui detur ſacramentum ſi contentio eſt de feudo. Secũdo,qualiter & cum quibus iuretur in cauſa feu. Tertiò, an iuretur de calumnia in cauſis feudalibus. Quartò,an liceat vaſallo dominum accuſare,vel contra eum teſtimonium reddere. Quintò, qualiter ſit dirimenda contentio inter dominum & vaſ.orta. Secunda incipit in.§.ſi autem à Iudice. Tertia in.§.in quibus. Quarta in.§.ſimiliter. Quinta in.§.item ſi inter dominum.

Caſus.Quæſitum eſt cui iuſiurandum debeat deferri in cauſis feudalibus,an actori vel reo? Reſpondeo quòd regula non poteſt dari, ſed relinquendum eſt arbitrio iudicis,qui interdum defert actori,interdum reo,interdum neutri, & tunc demum defertur ſi præſumptio eſt pro eo cui datur, iudicem moueat.Si nulla eſt pręſumptio pro actore,tunc defertur reo poſsidenti,vel abſoluetur ſine iuramento.Deinde dicitur,aut iuramentum defertur à

tur à parte aut à iudice, ſi à parte aut iurare debet cum duodecim ſacramentalibus ſex parentibus, alijs ſex extraneis ſi vult aut referre debet. Si à iudice defertur iurare debet cum duodecim ſacramẽtalibus vel parentibus vel extraneis vel permixtis: & aut iurat de facto ſuo, & iurare debet ſine mentione conſcictiæ, aut de facto alterius, & iurat ſecundum conſcientiã, hoc dicit vſq; ad. §. in quibuſ. Vide expoſitionem (quãdoq; neutri) & ſic nota quod relinquitur arbitrio iudicis, qui ſecundũ conditionem perſonæ & cauſæ qualitatem deferet, vt no. ff. de iureiuran. l. admonẽdi. (quòd iudicem moueat,) id eſt præſumptio aliqua ſit pro eo cui defertur iuramentum. Et ſic eſt argumentum, pro opinione Hu. quòd deferri debet iuramentũ ei qui pro ſe habet ſemiplenam probationẽ, quòd dic vt no. C. de reb. cred. l. in bonæ fidei, (dabitur ſacramentum) fortè ad eius purgatiõem, ſi aliqua emineat ſuſpitio cõtra eum, ar. C. de his qui ad ec. confu. l. præſenti. §. ſicubi, & ſupra de contro. inueſtitu. §. item ſi vaſal. & dic vt ibi notaui. (aut referat:) Nota hic & ſequenti. §. quòd aut defertur ſacramentũ à parte, & tunc poteſt iurare vel referre, aut à iudice parti & tunc cogitur iurare, facit. C. de re. cred. & iureiu. l. delata. & l. generaliter. §. ſi autem. & ff. de iureiurand manifeſtè. de iſta materia habetis extra. de iureiuran. c. fi. (cum duodecim ſacramentalibus,) id eſt teſtibus ſacramentum præſtantibus ſecundum conſcientiam, ar. extra de purga. cano. c. quotiens &. c. de teſt. &. c. fi. Nam duo teſtes deponẽtes ſecundum veritatẽ ſufficiũt vt ſupraſi de inueſti. inter do. & vaſ. c. ij. in princ. (iurabit) ſemper, id eſt de ſuo facto vel alterius (eſſe

(eſſe proponendum) tàm in domino quàm in vaſ. Nota hic. c. quòd non proceditur in cauſis feudalibus ad declarationem iurifiurandi niſi ſemiplena probatione precedente vel præſumptiõe, vel ſuſpitione intercedente. Quæritur in glo. an vnus teſtis inducat ſemiplenam probationem vel præſumptionem? Non proſequor. Sed dic plenè vt in dicta l. in bonæfidei, & dicta. l. admonendi.

Opponitur hic vt ſupra de contro. inueſtit. §. cum autem, & de conten. inter. dom. & vaſal. de inueſti. feud. circa princ. Et reſponde. vt plenè ibi notaui. Nota etiam hic quòd vaſallus cogitur de alieno facto anceps periurium ſubire ſed dominus non. Sed quæ eſt ratio quare durius aſtringitur vaſallus onere probandi quàm dominus? Reſpondeo quia vaſallus certat de lucro captando, dominus de damno vitando ar. C. de iure deli. l. ſancimus. §. licentiam.

Quæritur etiã quare vaſallus iurat cum xij. ſacramentalibus quorum ſex exigitur quòd ſint parentes? reſpondeo, quia per eos facilius veritas inuenitur, ar. C. de in integ. reſti. l. de tutela, &. ff. vnde cogn. l. octaui, ar. eſt tamen contra. ff. de teſti. l. lege Iul. & l. in legibus & l. teſtis idoneus.

Quæritur quid ſi vaſallus parentes non habet? reſpondet glo. quod admittuntur etiam extranei in defectum ar. C. de hæreti. quoniam in fi. & ſupra. e. c. j. §. fi.

Oppo. quòd vaſ. non debeat ſubire anceps periurium de alieno facto, vt. ff. de in litem iuran. l. videamus, & re. amo. l. Marcellus. Solutio aut iurare debet quis ad ſuum commodum vel incommodum, aut ad alterius tãtum. Primò caſu aut certat de lu-

de lucro captãdo ſicut vaſ. tũc tenetur iurare cauſatiuè, ſi vult obtinere de alieno facto affirmando vel negando, quia dominus poſſet ſentire magnũ damnum ſi ſtaretur ſuæ conſcientiæ aut certat de damno vitando, vt dominus, tũc de ſuo facto iuret ſecundum veritatem affirmando vel negãdo, de alieno autem ſecundum conſcientiam ar. C. de proba. exemplo &. l. rationes, & de conueni. fiſ. debi. l. fi. Secundo caſu aut eſt adminiſtrator qui iurare debet, & nõ cogitur ſubire anceps periurium, vt melius facit. Marcellus. ff. re. amot. Aut eſt teſtis & tunc ſi neget factum, non cogitur ſubire anceps periurium. §. ſi enim ſup. quid ſit inueſti. Aut affirmat factum, & tunc cogitur ſuper facto alieno iurare: ergo affirmando cogitur teſtis non negando, vt. C. de teſti. iuriſiurandi, &. l. teſtium.

In quibuſdam etiam cauſis.

Caſus. Contentio eſt inter dominum & vaſ. de feudo, quæritur an vaſallus poterit à domino exigere iuramentũ calumniæ? reſpondeo quòd non, quia Imperator hoc prohibet. Sed nec dominus exigere debet à vaſallo, alioquin ſi exegerit, & ipſe cogetur iurare, quia quod quiſq; iuris in alterum ſtatuerit &c. hoc dicit. (non exigitur) ſic nec libertus à patrono, vt. ff. de iureiuran. l. iuſiurandum & ad pecunias §. hoc iuſiurandum, (intelligendum) id eſt, vt dominus à vaſallo non exigat, alioquin ſi ab eo exegerit etiã ipſe cogetur iurare, vt quòd quiſq; iur. &c. & per hoc ceſſat opinio gloſæ, & eſt ratio, quę ſequitur, vt quòd quiſq; iur. &c. Sed melior ratio, quia æqualitas debet eſſe in iudicijs, vt. C. de fruc. & li. ex. l. fi. & de ar. l. ſi cum dies. §. fi. & eſt

eſt alia ratio diuina, qua dicitur, quæcunq; vultis vt faciant vobis homines eadem facite illis, vt in principio decre. no. Nota hic quòd dominus debit in iudicijs vicem præſtare, vt. ſupra de for. fi. §. fi. cum ſimilibus. Oppo. ſecundũ gloſam quod dominus non cogetur vti eo iure, licet iuramentũ exigat à vaſallo. Quia aut hoc ius quod iurat dominus de calumnia ſtatutum fuit ab Imperatore ad poſtulationem alicuius aut ſine poſtulatione. Primo caſu impetrans ſolus debuit puniri non alius, quia res inter alios acta &c. Secundo caſu nullus debet puniri, vt. ff. quòd quiſque in. l. j. &. l. iij. in princi. ergo nullo caſu iſte dominus qui hodiè vteretur debet puniri. Solutio, hic Imperator fortè ſtatuit ad poſtulationem ſed ſtatuit ius generale, vt omnes qui vterentur vtantur eodem iure. Sed in contrarijs nõ ſtatuitur ius generale ſed ſpeciale. Tu dic quòd ſtatuit ſine poſtulatione & eſt ratio, quare vtitur, vt dixi in litera.

Similiter.

Caſus. Vaſallus non poteſt dominum accuſare, vel cõtra eum teſtimonium reddere in cauſa ciuili vel criminali, ſi cõtrà fecerit amittit feudum, licet aliter quidam dixerint, & hoc dicit. (Si contrà fecerit) ſponte, ſecùs ſi coactus, vel ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vel ſi pro principe vel republica, & dic de hoc plenè vt no. ſupra quę fuit prima cauſa be. a. §. ſed & qui delator.

Item ſi inter do.

Caſus. Si contentio eſt de beneficio inter dominum & vaſallum, domino poſſidente, vaſallo autem in probatione deficiente abſoluitur dominus

sine iuramento. Sed vasallo posidente, domino autem in probatione deficiente, si longa est possessio vas. sibi defertur sacramentum, si noua non defertur sibi sed domino, nisi præsumptio sit pro vasallo, & hoc dicit. (qui) dominus (longa,) id est, annalis, vt supra. e. c. j. §. inde etiã dicetur, & supra si de inuesti. inter do. & vas. c. ij. §. fi. vbi de hoc (eius) id est vasalli, (noua) id est minus anno, de materia huius. c. dic vt no. supra de contro. inuesti. in prin. & quid sit inuesti. §. fi.

DE LEGE CORRADI.

Rub. 34.

Cõtinuatio rubricæ sic potest fieri, quia lex Corradi prouidit circa feud. & utilis est, ideo sequitur hæc rubrica.

Lex Corradi.

Diuide capitulum in duas partes. Primò, tenor legis Corradi, secundo quædam distinctio secundum consuetudinem Mediolan. Secunda incipit ver. Sed talis.

Casus. Si inter capitaneos Regis est controuersia coram Rege debet diffiniri per legem Corradi. Si vero inter valuasores coram paribus curiæ. Sed Mediolan. non seruatur hæc. l. sed distinguitur, aut contentio est inter duos quicunque sint de beneficio regali, tunc coram Rege deciditur. Cæterq vero causæ coram paribus curiæ, & hoc dicit (Coram paribus curiæ) facit supra, apud quẽ vel quos contro. feu. c. j. & dic vt ibi no.

Si inter pares.

Diui-

Diuide capitulum in duas partes. Primò, coram quo sit dirimenda contentio orta inter pares. Secundò, an possit dominus feudum alienare vel alij in feudum dare & quo casu. Secunda pars incipit in. §. ex eadem.

Casus. si contentio est inter duos vasallos, quorum vterque dicit feudum esse proprium. si producant eundem inuestitorem siue diuersos causa diffiniri debet coram Iudice vel arbitro, veruntamen si ambo producant vnum & eundem inuestitorem si dominus posidenti sine fraude guarantizare voluerit ille obtinebit, nisi aduersarius cõtrarium probauerit, hoc dicit. (Sed cũ) declaratur hic quòd in præcedenti dictum est quando eundẽ producunt inuestitorem.

Oppo. hic vt supra de pace te §. si duo homines, & respon. vt ibi no. & de hac materia dic vt plenè notaui supra apud quem vel quos feu. c. j. & de inuesti. in ma. fac. §. illud tamen sciendum est.

Ex eadem.

Diuide in duas partes. Primò recitatur communis & generalis consuetudo. Secundò, specialis consuetudo Mediolan. Secunda incipit in ver. quòd Mediolan.

Casus. Datur regula secũdum generalem consuetudinem quę talis est: dominus sine vasalli volũtate alienare feu. non potest. Sed hæc regula nõ seruatur Mediolani. Sed distinguitur, aut dñs alienauit beneficiũ totũ sine curia maiori vel æquali sibi, & potest, aut inferiori & non licet sine vasalli voluntate: aut alienat partem feudi, & non ptest sine vasal. voluntate: aut alienat feudum totum

cum curia etiam domino inferiori, & tunc licet etiam sine voluntate vasalli, alij aliter dixerunt. & hoc dixit (Alienare non potest,) facit supra, quo tempore miles inuestituram pete. de. c. ij. & inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea ducatus. Et est argu. hic quòd dominus vasallum inuitum non potest alij delegare. & C. de noua. l. j. & l. nec creditores, ar. contra de condi. inde. si non sortem. §. libertus, & de le. j. si domus. §. fi. & de vsufr. leg. l. fundi, & ff. so. ma. l. ij. §. j. maximè si incommodum inde non patitur vasallus. Solutio secundum dominum meum Dynum, dic quòd non potest eum inuitum delegare, quia vasallus non potest domino inuito ius suum ad alium transferre, & alium sibi vasallum constituere qui seruiat, vt inf. prox. §. ergo nec dominus, cum contrariorum eadem debeat esse disciplina ar. C. de fru. & lit. expē. l. fi. & sup. ti. j. c. ij. §. in quibusdam, nisi imminente necessitate, vel quia domino non expedit vti eius seruitio, ar. l. patronus, &. l. medicus. ff. de oper. lib. quidquid dixerim hic videtur esse casus & dicto. §. prēterea, & dic plenè vt ibi notaui.

Nota hoc. §. quòd secūdum Mediolan. feudum transit cum curia & vniuersitate. ar. contra. supra, si de feu. fuerit contro. c. in generali alienatione, & inf. de capi. qui curiā ven. c. j. Solutio, aut enim quis vendit curiam non habita mentione beneficij vel generaliter omnia sua bona, tunc non videtur vendidisse beneficium vel alienasse vasallum, vt in cōtrario, aliàs secùs, vt notatur dicto. c. j. de capi. qui cur. ven. Tangitur hic brocardū & nō soluitur. Quædam trāseunt cum vniuersitate quę per se non transeunt, vt. ff. de acqui. re. do. l. quædam,

dam, de contra empt. l. in modicis, & de fundo do. l. j. extra de re iudi. cum Bertoldus: contra, quę singulariter & per se non transeunt, vniuersitate non transeunt. ff. de lega. ij. l. peto. §. fratre, de pigno. l. obligatione generali, & de ver. ob. si ita quis. §. ea lege. C. quæ res pigno. ob. pos. l. specie inf. de capi. qui cur. ven. c. j. supra si de feu. fuerit contro. c. in generali. Solutio secundum Py. regulariter trāsit cum vniuersitate, quòd per se & singulariter non transiret: in contrarijs est speciale. Vel distingue, aut est ius in permissione & tunc quod trāsit singulariter, etiam cum vniuersitate secundum Io. vt dicto §. fratre, vbi de hoc. Aut est in prohibitione. Et aut prohibitio inest pactis contrahentium, & tunc & per se & singulariter licet contra facere & transit etiā cum vniuersitate, hoc est verum quantum ad dominiū, sed quo ad pœnam vel interesse non transit singulariter nec cū vniuersitate vt. C. de condi. ob causam. l. ea lege. & dicto §. ea lege aut prohibitio inest à lege. & tūc aut ius illūd cui inest prohibitio est personale aut reale. Primo casu quòd licet per se nec transit cū vniuersitate nisi ex necessitate vt. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. in prin. & §. huius rei & l. iij. & dicta. l. specie, & ff. ad Treb. l. si qui patroni in prin. si est reale aut facta alienatione vel trāslatione vniuersitatis nō est actum tacitè vel expressè de eo quod singulariter non licet, vel non est verisimile quem velle id transferre, tunc non transibit etiam cum vniuersitate vt dicta. l. obligatione, & infra de ca. qui. curiam. ven. c. j. Si vero esset actum tacitè vel expressè, tunc regulariter transibit cum vniuersitate, quòd singulariter per se transire non li-

cet vt dicta.l.quædam cum similibus.

Similiter.

Casus.Datur regula & exceptio à regula & exceptionis declaratio.Regula est,quòd vasallus regulariter non potest sine domini voluntate feudum alienare:exceptio est,si det alij in feudum declaratio est,si det æquali personæ sibi : vt si miles est,det militi.Et cuilibet vasallo licet alij in feudū dare vsq; in infinitum.In quibusdam tamen curijs obseruatur,quòd si peruenerit ad quartam personam feudum amittitur,& reuertitur ad dominū. Profectò qui dat alij in feudum , suū feudum dare debet ei ea lege qua ipse habet , & nisi dederit ea lege qua ipse habet,& ille qui feudum dat & ille cui datur feudum amittit.Sed alij aliter dicunt, hoc dicit. Vide expositionem(alienabit)alio modo hodiè nisi alij dederit in feu. & hoc sequitur. (secunda persona)quę feudum in feudum accipit à vasallo(qui accipit.) Nota quòd æquali personæ dari debet in feudum (similiter seruire) ar. est hic quòd vasallus cogitur domino domini seruire,vt infra de pace iu.fir.§.fi.sed hoc est falsum vt hic dicitur in glos.ar.ff.vsufr. quemadmodum ca. l.si vsusfructus mihi legatus,de hoc dic vt no.supra de controu. inuesti. §. fi. & dicto.§. fi. de pace iura.fir.(tertiam personam) in feud. accipientem à secunda quæ feudum habet. (Alia lege.) Nota quòd vasallus nō potest dare in feud.alij quòd tenet in feud.alia lege quā ipse habet.(& sui masculi)ar.est hic,& videtur casus quòd si cōsuetudo ecclesiæ est dare in feudum res ecclesiæ accipienti & successoribus masculis tātùm,quòd Prælatus non posit

posit in feudum dare accipienti & successoribus masculis & fœminis,de hoc dic vt no.supra de his qui feu.da.pos.in princ.

Quæritur quid si feudum ad quartam personam peruenerit quis dominus poterit illud vendicare an primus vel secundus vel vlterius? respondet glos.& benè quòd primus dominus.§ Et ratio est,quia dominium habet directum , vt supra de inuestitura de re.ali.facta.§.fina.& in quibus cau. feudum.amit.§.fin.Et primus vasallus vtile dominium quod habuit transtulit in secundum,& secūdus in tertium,& tertius in quartum, quòd patet, quia aliquod dominium & ius transtulit vnus vas. in alium vasallū,sed non habet aliud quam vtile, & vtile non diuiditur-vt.ff.si ager vecti.l.j. &. ij.&. C.fami. hærcis.l. ea quæ. ergo nullum sibi remanet, sequitur ergo quòd primus dominus vendicabit.

Quæritur quid si peruenit in quartam personam:dic idem quòd dominus vendicabit,ar.ff.de ser.expor.si Titius,& de mino.in causæ.§.fi. Oppo. glosa quòd vasallus primus præferri debeat domino vendicando, quia habet vtile dominium & vtilem in rem,& vtilis præfertur directæ,vt.ff.si ager vec.l.j.& de procu. in causæ.§. fi.Glo.non respondet.Sed tu respondē,quòd illud habet locum quando vtilis manet apud eum,qui agere vult ea. Sed hic primus vasallus trāstulit eam in secūdum: & secundus in tertium vt dixi ergo præferri debet dominus:nec dicitur præferri vtilis,quia nulla est vtilis apud vasal.vt dixi.Sic & dicitur de domino & emphyteota,vt.C.de iure emphy.l.si vero. Sed oppono nonnè tertius qui trāsfert in quartū facit

iure & consuetudine refragãte? ergo ipso iure nulla est datio, ergo vtile dominium remanet apud eum, ar. ff. de leg. & se. con. l. non est dubium, & de agri. & cen l. quemadmodum, ergo debet præferri domino dicta ratione? Respondeo quod propter delictum suum quòd contrahit alienãdo ipse amisit feu l. & domino statim aperitur, vt supra quæ fuit prima causa be. a. §. fi. & ideo dominus præfertur. Quæritur, an tertius teneatur quarto de euictione? respondet glo. & benè, quòd sic, & dic vt in glo. Et no. hic quòd infinitas litium &c. dic vt no. supra, de his qui feu. da. pos. §. hoc quoque sciendum est.

Si fuerit &c.

Casus. Si contentio est inter dominum & vasallum de beneficio aut vas. feu. inficiatur, & dominus cõtra eum probat, & tunc amittit feu. aut dubitanter respondit, & non perdit feudum: sed secundum alios si fraudulenter negauit amittit feudum, & non aliter, hoc dicit. (negauerit) facit supra si de feu. fue. contro. c. vas. vbi de hoc &. c. vasal. Quçritur quid si dicit se ignorare & sciẽs est? respondet glo. quòd amittit feudum, quasi negauerit vt hic in fine huius capituli.

DE CLERICO QVI INVESTITU. fecit. Rub. 35.

Continuatio rubricæ potest sic fieri. Supra de his qui feu. da. pos. & titulo Episcopum Abba. *uel* Abbatiß. *dictum est de inuestitura quæ fit à Prælato, & rectore ecclesiæ, sumpta inde materia ponitur hæc rubrica.*

Cleri-

Clerico de suis.

Diuide capitulum in quatuor partes. Primò, de inuestitura facta à clerico & de reb° proprijs. Secundò, de inuestitura facta à clerico de rebus ecclesiæ, quas tenet inuestitor. Tertiò, de inuestitura facta à clerico de rebus ecclesiæ quas alius tenet in feudum. Quartò, de inuestitura facta ab Archiepiscopo & Episcopo & alijs clericis de rebus ecclesiæ quando à nemine detinentur. Secunda pars incipit ibi in. §. curaq;. Tertia in. §. vbi vero. Quarta in. §. & ideo.

Casus. si clericus fecerit inuestituram de bonis suis proprijs, eius successor cogitur eam ratam habere. Si verò de rebus ecclesiæ siquidẽ possessio rei per bene. inuesti. est apud eum qui inuestiri debet, & inuestitor & eius successor cogitur eam adimplere. Hæc omnia locum obtinent etiam in laico inuestitore. Sin autem clericus de beneficio sui militis alium inuestiuit, aut purè ipsum inuestiuit & non valet, aut in diem vel sub conditione, & tunc valet etiam sine voluntate vasalli, tamen si priùs inuestitor decesserit quàm feudum tenens, successor eius non cogitur ratam habere, sed si viuente feudum sibi aperiatur, ipse cogetur adimplere. Insuper sciẽdum est quòd Archiepiscopus qui tempore sui introitus inuenit in dominico non potest dare in feu. Sed si postea aperiatur beneficium potest postea in feudũ dari. Episcopi autem & alij clerici quæ in dominico inueniũt & feu. postea aperta & olim & hodie in feu. dare possunt, hoc dicit. Vide expositionem (omnifariam) id est, omnimodo, id est, quicunque prçmoriatur. vt supra, qui

ſuc.te.§.fi.(penes eum)qui inueſtire debet.(purò non valeat) vt ſtatim capiat effectum, vt dixi ſupra. hic poteſt eſſe ti. qui ſucceſ.te.(in dominico inuenit)id eſt,in libero dominio eccleſiæ,nec refert an ſit eccleſia ſolita illud in feudum dare vel non,vt.inf.patet(in dominico habentur)ſcilicet tempore introitus eorum, ſi tamen ſunt ſolita dari in feu.aliàs ſecùs,vt ſup.de his qui feud.da.poſ. in princ.& ti.Epiſcopum vel Abb.in princ.de materia huius tituli, dic plenè vt dixi, ſup. de his qui feu.da.poſ.in prin.

AN MVTVS VEL ALIVS IMperfectus feudum retineat.
Rub. 36.

Continuatio rubricæ ſic poteſt fieri. Supra in titulo Epiſcopum,Abb.uel Abbatiſ.&c.habita eſt mẽtio de muto & ſurdo an feudum retineant uel in feu. ſuccedãt,ſumpta inde materia,ſequitur hæc rubrica.

Mutus ſurdus &c.

CAſus.Miles feudum habens deceſsit fratre ſuperſtite,qui eſt mutus vel aliter imperfectus.

Quæritur an ſibi ſuccedat in feudo?reſpondeo, quòd ſic ſecundum Obertum & Gerardum & multos alios. Sed alij contradixerunt,quia feudo ſeruire non poteſt, ſicut nec clericus vel fœmina.

Quæritur quæ opinio ſit verior? & videtur quòd ſecunda,quia feudum datur propter ſeruitium,& feudo ſeruire non poteſt qui eſt mutus vel ſurdus vel aliter imperfectus,cum ſeruitiũ conſiſtat in locutione

cutione etiam,vt ſup.de for.fide.c.vuo & de no.fi. for.c. vno.conſiſtit etiam ſeruitium in auditu, vt poſsit audire credentiam domini ad denunciationem ſibi factam pro ſeruitio, & pro alijs cauſis, vt præallegatis titulis,& ſup.qui.mo.feud. amit.& ſupra hic fi.lex.de.in.cõ.reg. §.j. & regulariter qui feudo ſeruire non poteſt non ſuccedit in eo,ſicut eſt fœmina & clericus.Præterea quotiens cauſa deducitur ad non cauſam,etiã ſecuta ſolutione conducitur quod datum eſt,vt.ff.de condi. inde.l. ex his omnibus,&, de condi. ſine cauſa.l.j. &:l.nil refert. Sed cauſa dandi feudum eſt ſeruitium,vt ſupra,in qui.cau.feu.amit.§.beneficium,ergo ſi ſucceſſor inhabilis ad deſeruiendum eſt, deficit cauſa,ergo non ſuccedit in feu.Præterea ceſſante cauſa ceſſat effectus vt. ff. de dona.l.ij.§.fi. ergo &c.

Item certum eſt quòd feudum perit propter inhabilitatem ſuperuenientem in principali acquiſitore, vt ſup. Epiſcopum Abba. vel Abbatiſ. §.fi. ergo magis in ſucceſſore debet perire, quia propria prouiſio eſt validior quàm prouiſio alterius.ar.ff. de compen.l.ſi cum militi & inſti.de ver. ob. §. ex conditionali. &.C.de cadu.tol.l.vnica.§. ſinautem ſub conditione. & hæc opinio probatur in ſumma.Sed glo.non videtur aliquam approbare,nec hic nec ſupra,Epi.Abb.vel Abb.Vel dic,aut ſeruitium eſt tale quod poteſt per ſubſtitutum adimpleri,& tũc prima opinio eſt verior,aut nõ poteſt per alium adimpleri,& ſecunda opinio eſt verior,& tunc hæc ſecũda opinio cõtinet ſatis æquitatem,& dic vt notaui ſupra ſi de feud. fuerit contro.c.ſi quis deceſſerit, de hoc etiam notaui dicto ti.Epi.abba.vel abb.§.fi.Vltimò nota rationẽ quare

le fœmina & clericus non ſuccedunt in feudo.

AN ILLE QVI INTERFE. FRAtrem domini ſui feu.amit. Rub. 37.

Continuatio rubricæ ſic poteſt fieri. Quia ſuperius in pleriſque partibus habita eſt mentio an uaſallus propter delictum feudum amittat, ideo ſequitur hæc rubrica.

Si quis interfecerit fratrem.

Diuide capi.in tres partes. Primò,vaſallus interfecit fratrem domini, non tamen proditionaliter. Secundò,interfecit fratrem ſuũ proditionaliter,vel aliam feloniam cõmiſit. Tertiò, peccauit in dominum. Secũda pars incipit in ver. ſed ſi fratrem. Tertia in verſicu.cum autem.

Caſus. Vaſallus fratrem domini ſui interfecit, certè non amittit feudum. Sed ſi fratrem ſuum occiderit proditiõaliter,vel aliam feloniam commiſit.vt ſine verecundia in curia eſſe non poſsit,feudum amittit,& tranſit ad agnatos. Sin autem peccauerit in dominum,feudum reuertitur ad dominum,hoc dicit. Vide expoſitionem. (Si quis interfecerit fratrem) ſine proditione, aliàs ſecùs vt ſequitur(ſtare non poſsit.)Nota hic regulã,quòd propter feloniam & proditionem ſi in curia ſine dedecore eſſe non poſsit vaſallus amittit feudum, vt no.ſup.qui.mo.feu.a.ſ.item ſi fratrem,& gloſ. ſubaudit hic honeſtè & ſine verecundia,& ideo dicitur non poſſe amplius ibi ſtare,ar.ff.de ver. ſi.l. nepos

nepos proculo.& de condi.inſti.l.conditiones, &. l.filius,& ff.qui ex cau.ma.l.in eadem. Et eſt ratio quare propterea amittit feudum quia feudum dicitur à fide ſeu à fidelitate, & datur propter fidem ſeu propter fidelitatem,vt ſup.per quos fit inueſti. c.nulla.& de no.fi.for.c.j. Sed qui proditionem & feloniam commiſit præſumitur deinceps eſſe ſine fide ar.ff.de accu.l.ſi cui.ſ. hiſdem criminibus, ergo &c.(ad agnatum proximiorem)poſt gradũ tertium ſuperſtitem,vt ſup.ſi de feu. fuerit contro.c. ſi vaſallus & ſi vaſ.feu.pri. cui defer.c.j. (domino feu.aperiatur)de hac materia dic,vt notaui ſupra quę fuit prima cauſa be.a.ſ.penul.& dicto.c.ſi vaſallus.

Non cogitur.

Datur regula hæc,videlicet quòd vaſallus non cogitur ſe offerre domino & ſeruitiũ præſtare,niſi ſibi fuerit denunciatum à domino, tunc domino cogitur ſeruire ſi poteſt. Opp.& ſolue vt dixi ſup. hic ſi.lex deinde inci.conſue.reg. & facit ſup. ſi de feu.fue.contro.c.ſi vaſal.&.c.licet.

DE VASALLO QVI CONTRA conſti.Lotha.Regis &c. Rub. 38.

Continuatio rubricæ ſic poteſt fieri. De alie. feu. ſuperiùs dictũ eſt in multis partibus. Sed quia de pœna alienantis in quantum extendi debeat dubitatur, ideo ſequitur hæc rubrica.

Si vaſallus.

Diuide

Diuide in duas partes. Primò, dicitur in quãtum punitur vasallus qui feudum alienauerit. Secundò, an liceat vasallo feudũ refutare. Secunda incipit in. §. & si voluerit.

Casus. Vasallus beneficium alienauit, quæritur in quantum puniatur: Respon. aut totum alienauit & perdit totum, aut pro parte & perdit pro ea parte, & ideo si contra vnum dominorum fecit felloniam, perdit feudum pro eius parte, quia & refutare potest vasallus feud. pro parte vnius dominorum duorum alijs sibi retentis: quinimmo refutare sibi licet etiam sine domini voluntate, & post refutationẽ non tenetur sibi seruire sed non licet sibi sine pœna dominũ offendere. h. d. Nota hic in prin. c. quòd pœna non egreditur delictum, vt. ff. de his qui. vt indig. l. rescriptum. &. l. hæres. ar. contra. ff. de incen. rui. nau. l. iij. §. senatus. Solu. ibi qui clauum amouit causam dedit peremptionis totius nauis, & ideo damnum videtur dedisse pro tota naui. ar. ff. ad. l. Aquil. l. qui occidit. §. fi. ff. vbi bo. rap. l. prætor. §. sed & si quis. ergo &c. Nota etiam quòd si vasallus alienat beneficium reuertitur ad dominum, ergo videtur quòd non ad agnatos. Sed dic vt no. supra. de suc. feud. §. j. &, quæ fuit prima causa benefi. amit. §. fin. & si de feud. fue. contr. c. Titius filios. No. etiam quòd si vasallus commisit feloniam contra vnum dominorum non perdit feudum in totum sed pro parte. arg. contra sup. ti. j. c. j. Solu. aut vasal. propter feloniam amplius in curia stare non potest, tunc perdit feudum in totum, vt ibi, aliàs secùs, vt hic. Et sic no. quòd si vasallus cucurbitauerit dominum, non propter hoc dicitur non posse esse in curia

curia sine honore. Vel dic aut felonia in se habet proditionem, vel per eam deserit sacramentum fidelitatis, tunc perdit in totum, vt ibi, aliàs secus vt hic. Vel dic quod si felonia non habet in se proditionem, perdit totum quantum ad eum contra quem deliquit, quo ad alium non, vt hic & ibi.

Nota etiam quòd vasallus potest feudum refutare inuito domino, vt arg. ff. de vsuf. l. si absente, &. l. cum fructuarius, & si ser. ven. l. & si fortè. §. etiam. & de ope. lib. l. interdum. Ar. contra. C. de act. & ob. l. sicut. ff. commo. l. in commodato. §. sicut. C. de repu. hære. l. sicut. Solu. aut feudum est simplex & indeterminatum, & sic habet propriam naturam: tunc potest refutare vasallus inuito domino vt hic, aut feudum est conditionatum & determinatum & seruitium debitum ex pacto, tunc non potest vt ibi, & dic plenè vt notaui. inf. de capi. qui cur. ven. c. fi. & sic intellige glo. inf. de prohi. feud. alie. per Fre. §. callidis, circa fi. §. & extra de const. c. quæ in ecclesiarum.

Nota etiam quòd vasallus nõ debet dominum offendere etiam si feudum refutauerit, in imaginem signum & memoriam præcedentis dominij & amicitiæ, arg. ff. de decur. l. vlt. &. C. de quæsti. l. vl. &. ff. de quæsti. l. vnius. §. seruus. Quæritur, nunquid libellarius vel conductor possit renunciare feu. inuito domino? ar. quod sic. ff. de vsufr. l. si absente, &. l. cum fructuarius, & si ser. vendi. & si fortè. §. etiam. &. ff. de dam. infec. l. prætor. §. hoc edicto. &. l. hoc amplius, & de ædil. edic. l. hoc quæritur. §. pe. & de tribu. actione. l. illud in princi. & hic. Arg. contra. C. de ac. & oblig. l. sicut. C. de repu. hære. l. sicut. ff. de adop. l. post

mortem,

mortem, de ſerui. ruſti. præd. per fundum. So. dic quòd non poteſt renũciare inuito domino, quia tenetur ex contractu & pacto, & ſibi imputet quare contraxit, vt d l. ſicut, &. C. de tranſac. l. quamuis. Quæritur etiam ſi vaſallus poſt refutationẽ feudi dominum offendit qualiter ſit puniendus? Reſpon. glo. & benè quòd punitur ſecũdum qualitatem delicti & inſpecta cõditione domini & antiquo ſeruitio & amicitia, ar. ff. de pœ. l. hodiè. &, l. aut facta. §. perſona, & de iniur. l. prætor. §. fi. & de officio prætoris. l. diuus. §. vlti.

DE ALIENA. PATER. FEV.
Rub. 39.

Continuatio rubricæ ſic poteſt fieri ad præcedentia. Dictum eſt ſupra de alie. feu. in genere, ſequitur uidere in ſpecie.

Alienatio feudi.

DIuide capitulum in partes tres. Primò, prohibetur vaſallus feudum alienare etiam volente domino, agnatis non conſentientibus. Secundò, prohibetur fieri inueſtitura in filiam agnatis non conſentientibus. Tertiò, permittitur alienatio inter agnatos. Secunda incipit in. §. nec in filia. Tertia in ver. & licet. Caſus. Vaſallus feudum paternum etiam domini voluntate alienare non poteſt non conſentientibus agnatis. Nec etiam poteſt vaſallus filiam ſuam facere inueſtiri à domino agnatis non conſentientibus, nec ratum habentibus. Sed alienare licet agnatis & ad libellũ dare, nec dicetur libellus, ſed quaſi refutatio erit, & hoc

hoc dicit. Vide expoſitionem. (Nec in filiam) nec pro & non etiam de domini voluntate, de qua ſupra dictum eſt, non poterit confirmare in filiam. (confirmare) facit ſupra de ſuc. feu. §. j. & dic vt ibi notaui. Et oppone & reſponde vt dixi ſupra quẽ ad. feu. ad fi. perti. c. j. (conceditur) etiam domino non conſentiente (alteri) id eſt proximiori agnato qui poſt eum ſucceſſurus eſt in feu. (Non eſt libellus) ſi in perpetuum cõcedatur, ſecus ſi ad tempus quòd finitur viuẽte cõcedente, vt ſup. de alie. feu. in prin. Vel dic aut ad magnum tempus conceditur hodiè, tunc eſt alienatio, aũt ad paruum, tunc non eſt alienatio, vt. ff. ſi ager ve. l. j. & ſi. eo caſu quo eſt alienatio nõ eſt libellus, ſed quaſi refutatio, ar. inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. j. & (refutatio) mercedem tamen præſtabit viuente concedente, ſi iure & conſuetudine non refragante & communi iure facta eſt conceſsio, alias fortè ſecùs vt ſup. de ſuc. feu. §. j. & qualiter olim feu. po. ali. §. porrò. & per quos ſit inueſti. ſed & res. & ſi de feud. fue. contr. c. Titius filios. Nota in prin. c. quòd nõ licet vaſallo alienare feu. etiam conſentiente domino non cõſentientibus agnatis, vt ſup. qui. mo. feu. amit. §. præterea, & de alie. feu. §. & ſi clictulus, & per quos ſit inueſti. §. ſed & res. No. etiam quòd non poteſt vaſallus facere filiam inueſtiri agnatis non conſentientibus, vt. d. ti. de ſuc. feu. §. j.

Opp. & reſpon. vt dixi in litera. No. etiam quòd rati habitio retrotrahitur. C. ad Mace. l. fi. Arg. cõtra. ff. de offi. proconſ. l. obſeruare, in fi. So. ibi ſpeciale eſt, quia rati habitio nõ retrotrahitur in iuriſdictione. Quæritur in glo. ſi vaſallus fecit filiam inueſtiri agnatis non cõſentientibus, an ſta-

tim posſint feudū reuocare agnati, vel post mortem vasi Glo. simpliciter dicit quòd non possunt reuocare donec pater vixerit, ar. est pro glo. sup. qui. mo. feud. amit. §. item si fuerint, & de suc. feu. §. hoc quoque Ar. contra sup. si de feu. fue contro. c. Titius filios, & quib. mo. feud. amit §. item si fratrem, & per quos sit inuesti. §. sed & res. De rigore credo quòd statim: Sed de çquitate post mortem possunt reuocare, dic vt supra no. in dicto. c.

Quæritur quid si vasallus refutauit feudum domino an agnati possunt statim reuocare feud? Glo. respon. quòd non eo viuo. Ar. est contra sup. si de feu. fue. controu. c. Titius, &, qualiter olim feu. po. alie. §. porrò, & per quos sit inuesti. §. sed & res. Credo quòd statim possint reuocare, quia cum vasallus refutauit perdit omne suum ius, & nullæ reliquiæ remanent apud eum, ergo peruenire debet ad priorem agnatum, arg. sup. an ille qui interfe. fratrem domini sui. c. j. cum concor. &. ff. de assigna. libe. l. Idem erit, &. l. seq. &. l. vtrum.

Si inter dominum.

Casus. Si inter dominum & vasallum est contētio de beneficio coram paribus debet diffiniri, veruntamen si vasallus petat à domino prius de suo certo feudo, quod ab eo habet sine controuersia, se debere inuestiri, audiendus est, sed si nil habet ab eo pro feudo de quo non sit controuersia, debet primò causa diffiniri coram paribus h. d.

Opp. & respon. vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea, & dic vt notaui sup. de inuesti. in mari. facta. §. illud tamen (indubitāter potest) inuestiri de suo

de suo rec. feu. quod ab eo tenet sine controuersia (ventilanda) priusquam de alio feudo inuestiatur, de eo facit sup. de conté. inter me & dominum &, de por. feu. fra. mei. c. j. in fi. & de controu. inter vas. & Epis. versi. ad quorum. Nota ergo hic quòd quotiens est controuersia inter dominum & vasallum de feu. siquidem dicit se vasallum de eo feu. solum, de quo est contentio, non debet inuestiri nisi causa sit finita. Si vero dicit se vasallū etiam de alijs feudis, aut de his dominus non refert controuersiam tunc de eis debet statim inuestiri de quibus dominus non facit cōtrouersiam: aut de alijs dominus refert controuersiam, tunc de nullo debet inuestiri, nisi cum sit finita vt hic cum concor.

Non est consuetudo.

Casus. De felonia aut infidelitate secundū consue. Mediolan. non fit pugna. Sed secundū. l. Lombar. bene fit pugna. hoc dicit. Nota hic quòd secundum legem Longobardo. imponitur pugna de infidelitate, siue dominus vasal. siue vasallus cō tra dominum increpet de felonia & infidelitate, quia idem ius seruatur in vtroq; cum etiam dominus teneatur reddere vicem, vt sup. de forma fide. §. fi cum similibus. Et est hoc speciale. Regulariter autem prohibetur pugna, vt in Lombar. qualiter quis se defe. de. l. quibuscunq;, & de ho. li. ho. l. recolimus. Fallit in casibus, vt hic, & supra de pace tenen. Si quis hominem, vbi de hoc.

Quæritur in glosa nunquid dominus per se vel per campionem datum à se debeat pugnare? Quidam dicunt quòd non per se, sed dabit campionē, quia debet fieri pugna per personas compares,

vt in Lombar.qualiter quis se defen.de.l.vlt. Alij dicunt quòd per se pugnabit nisi iuuenilis vel senilis ætas vel infirmitas eũ pugnare prohibeat,quia principales personæ pugnam facere debent, vt in Lombard.qualiter quis se defen.l. quicunque &. l.vltima. Prima æquior est.

Quæritur in glosa quibus armis debeat fieri pugna?Respondeo quòd armis militaribus,vt in Lõbarda qualiter quis se defen.de. l. quibuscunque, & non cum fustibus,vt in Lombar.de testi. si quis cum altero.

Si à morte.

Casus.Si vasallus non liberauerit dominum à morte cum potuit,feudum amittit.Sed si eũ à periurio liberare potuit nec fecit non amittit feudũ. h.d. Vide expositionem (liberare potuerit) nunciando sibi eum qui vult occidere vel de insidijs alijs,quia potuit prohibere nec fecit, & dic, vt in glo.periurium,& dic, vt sup. si de feu. fuerit controuer.c.licet vas.

DE CAPITV. CORRA.
Rub. 40.

Cõtinuatio rubricæ sic potest fieri,quia Rex Corradus *capitula quædam fecit circa feuda utilitatem continentia,Ideo ponitur hæc rubrica.*

Hæc sunt capitula.

Diuide in quatuor partes.Primò, quo tempore vasallus vel eius hæredes debeant petere veterem inuestituram.Secundò, prohibetur feudi alienatio.Tertiò,quãtum debeat dare vasallus domino

domino in adiutorium,si non vadit cum eo ad exercitum. Quartò,an ecclesia priuetur feudo propter culpam Prælati.Secũda pars incipit in.§.præterea.Tertia in.§.similiter.Quarta in.§. & iterum.

Casus.Si vasallus vel hęres eius intra annum & diem steterint quòd non petierint inuestituram à domino vel eius hærede feu.amittunt. Sed Mediolani hoc non seruatur.h.d.vsque ad.§ præterea, (fuit consuetudo) nisi iusta causa fuit impeditus, vt inf.de prohi.feu.alie.per Lotha.c.fi.& dic vt dixi,quæ fuit prima causa bene.amit.in princ. Oppo.vt sup.quo tempo.miles inue. pe.de.c.j. Solu. ibi in milite qui habet annum & mẽsem,hic in pagano qui habet annum & diem. Alij dicunt quòd ibi dicitur hic corrigitur.Prima placet.

Præterea.

Casus.Si vasallus feudum alienauit, dominus poterit feu.reuocare nulla præscriptione obstãte. hoc dicit. Oppo. quòd domino obstet præscriptio triginta annorũ, vt supra qualiter olim feu. po.alie. §. porro. quia eo tempore tollitur omne ius siue fuerit sciens vel ignorans,vt.C. de prescri. xxx.anno.l.omnes.&.l.comperit.&.l.prescrip.Solutio dic quòd nulla præscriptione obstante longa,quę procedit cum ti.scilicet decem vel viginti an.Sed longissima sic.xxx.vel xl.an.vt sup.qualiter feu.po.olim alie.§.porro. Alij dicũt aut dominus fuit sciens,tunc obstat præscriptio.xxx,anno. aut ignorans,tunc nulla currit vt hic. Hæc solu. ponitur in glos.inf.quid iuris sit si post ali.feud. vas,id recuperet.§ profecto.Alij dicunt quòd nulla prorsus currit contra dominum præscriptio,vt

hic & inf. de proh. feu. alie. per Fre. §. j. hoc videtur approbari in summa. contra mediam solutionem est dictus. §. porrò. Oppo. quòd dominus non posit alienationem reuocare, sed esse debeat in electione emptoris vtrum domino velit cedere an vasallo restituere, vt inf. ti. ij. Solu. quòd hic simpliciter dicitur ist hic determinatur, quando vasallus ignorans feudum alienauit. Quæritur an vasallus possit feu. alij dare in feudum. Glo. arguit pro & contra. Sed non prosequor hanc quæstionem, quia iure antiquo & nouo & nouissimo permitteretur sibi in feudum dare, vt sup. de contro. inuesti. §. j. & qua. feu. olim po alie § j. & per quos fit inuesti. §. sed & res, & si de feud. fuerit controu. c. beneficium & de le. Cor. c. ij. §. similiter, & inf. de prohib. feud. alie. per Fre. §. illud quoque præcipimus, &. §. callidis. Insuper dic quòd vasallus potest & olim & hodiè feudum alij in feu. dare sincerè & bona fide in totum vel pro parte non in fraudem domini & agnatorum vel sub colore inuestituræ precio accepto, cum vendere disponat & dissimulet. & æquali personæ sibi debet dare, & lege qua ipse habet & non alia, vt dictis capitulis manifestè patet, & hic in gl. dicitur. Sed nunquid vasallus hodiè potest accipere precium si det in feudum: videtur quod sic, vt sup. de his qui feud. da. pos. §. fina. & de na. feud. c. j. & no. supra de benes. fra. & qualiter frater fratri suo in feu. c. j. Contra no. in summa quòd non licet hodiè precium accipere, sed sola liberalitate & tanquam solum proprium & rectũ feu. cõcedi debet, arg. sup. per quos fit inuesti. §. sed & res &. j. de prohi. feud. alie. per Fre. §. callidis. Vel dic aut palam & publicè preciũ acce-

cepit pro inuestitura non venditurus, sed in feudum daturus, & tũc licet: aut clam & occultè cum esset venditurus, tunc non licet, arg. C. de contrahen. emp. l. cum ipse, &. ff. de admi. tu. l. non existimo. & de auto. tuto. l. pupillus. §. sanè, & de cõtrahen. emptione. non licet.

Similiter.

Casus. Miles vasallus non iuit Romam in hostes cum Rege, quæritur, quod adiutorium domino præstare debeat, quia non vadit cum domino? Respon. quòd in Lombar. de modio debet soluere denarios xij. in Alemania vero tertiam partẽ fructuum eiusdem anni, hoc dicit. Opp. quòd hodiè dare debeat domino dimidiam partem redditus feu. vnius anni si non iuerit, vel alium pro se domino acceptabilem non miserit, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. firmiter. Solu. quod hic dicitur ibi corrigitur, ar. ff. de legi. non est nouum. Nota hic quòd milites qui beneficia habent à dominis suis debent ire cum eis Romam in exercitu, & si non vadant publicè requisiti soluere debẽt quod dictum est, alioquin feudum amittunt, vt infra de pace iuramen. firman. §. fi. & hic. &. d. §.

Item si clericus.

Casus. Ecclesia feudum habet à Rege. Prælatus ecclesiæ commisit culpam contra dominum propter quam debet amittere feudum. Quæritur an ecclesia perdat feudum? Respon. quòd sic eo Prælato viuente, sed post mortem eius reuertitur ad successorem, hoc dicit. Vide expositionẽ. (culpam suam) cõmissam in dominũ (ad Regẽ pertineat.)

Nota quòd propter delictum Prælatꝰ ecclesia patitur damnũ, arg. C. de sacrosan. ec. l. iubemus nullam nauem in fi. & extra de ordi. cogni. c. cum dilectus, & hoc contingit dicit glos. propter naturã feudi. & quia deliquit in dominum, argu. est cõtra. 16. q. 6. c. si Episcopum. & q. iij. c. placuit vt cuicunque & extra de excep. c. cum venerabilis, & c. ij. De iure communi posset dici oppositum, aut capitulum consensit Prælato, tunc ecclesia patitur damnum, aut non, siquidem est delictum Prælati in omittendo præiudicat ecclesiæ, si vero in faciendo non nocet ecclesiæ, ar. extra de resti. spo. cum ad sedem. in fi. & C. de sac. ec. autẽt. hoc ius porrectum, & 16. q. 6. in prin. & c. se. & c. si Episcopũ, & d. c. placuit. Alij dicunt quòd ecclesiæ dabitur restitutio, vt extra de dolo & contu. c. j. Nota etiã quòd propter priuilegium ecclesiæ reuertitur feudũ ad successorem. Sed fortè hoc debet intelligi si capitulũ non consensit Prælato, aliàs fortè secùs per dicta iura. Quæritur in glo. & non soluitur quid si ecclesia habet feudum ab alio quàm à Rege? Respõdet, idem seruabitur quod in Rege cum eadem sit ratio, ar. ff. de le. Aquil. l. illud, cum suis concor.

Quæritur quid de alio Prælato quam Episcopo vel Abbate? Dic idem cum eadem sit ratio, ar. C. de consti. pec. l. fi. ad. l. Aquil. l. illud, cum si. Quid si Prælatus ante suam promotiõem delictum commisit in Regem propter quod si in prælatura fuisset ecclesia feudum amitteret. Nunquid postea factus Prælatus perdit feudum. & ecclesia priuabitur feudo? ar. est hic, quod sic. inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. insuper, & in Lõbar. de bene. & terris tribu. l. vlt. Ecõtra videtur quòd non, quia feudum est eccle-

ecclesiæ, & ecclesia sentiret damnum magis quàm Prælatus: & ecclesia non debet sentire damnũ vbi nullum est peccatum suum, vel Prælati sui in prælatura existentis, ar. 16. q. iij. c. placuit vt quicunque, & q. 6. c. si Episcopum. & c. cõsuetudo. §. quòd autem, & extra de excep. c. cum venerabilis, & c. ij. & hoc videtur verius. Credo tamen quòd cõuentus debet ducere prælatum ad satisfaciendum domino, sicut pater filium. alioquin feudo priuabitur vt hic dictum est. vt inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. insuper, & §. illud quoque. Quæritur in glo. quid si Prælatus deliquit in vasallum ecclesiæ an priuabitur ecclesia proprietate feudi? est hic ar. quòd sic donec viuit vasallus. & quia contrariorũ est eadem disciplina. Sicut ergo priuatur vtili dominio ecclesia propter delictum Prælati, & restituitur pòst, sic ergo econtra priuabitur directo & restituetur, ar. ff. de procu. l. pomp. § Sed & is. Præterea quod iuris est in toto quo ad totum, idem iuris est de parte quo ad partẽ, vt. ff. de rei ven. l. quę de tota, ergo sicut priuatur ecclesia vtili dominio propter delictum prælati, sic directo, quod potest dici totum, quantum ad vtile quod censetur eius pars. Econtra videtur quòd delictũ prælati nõ debet redundare in damnum ecclesiæ per dicta capitula. Ego credo quòd ecclesia priuetur directo dominio superstite Prælato, & post mortẽ eius restituatur ecclesiæ sicut de vtili dominio dictum est, vt hic, licet de iure communi sit secùs. Vel dic vt dixi supra.

DE CONTROVERSIA INTER masculum & fœmi. de bene.

Rub. 41.

Huius rubricæ continuatio sumi potest per hunc modum. Superius est habita mentio de controuersia orta inter masculum & fœminã, at ti. si de feu. fuerit controuer. c. ij. & iij. Sumpta inde materia sequitur hæc rubrica.

Item sciendum est.

Diuide in tres partes. Primò, qualiter decidatur contentio orta inter agnatum & fœminam de beneficio. Secundò, qualiter contentio inter dominum & fœ. Tertiò, qualiter inter dominum & emptorem. Secunda incipit in. §. sed si inter do. Tertia in. §. item si sit.

Casus. Si contentio orta sit inter agnatum & filiam de beneficio, agnato dicente feu. filia negãte, deficiente filia in probatione, agnato cum duodecim sacramentalibus defertur iusiurandum. Si vero contentio est orta inter dominum & filiam, domino dicente feudum, filia negante, deficientibus probationibus, filię defertur iuramentum. Si autẽ contentio est inter dominum & emptorẽ feu. domino dicente feu. & emptore negante, domino deficiente in probatione, emptori defertur sacramẽtum. Quidã tamen distinguere voluerunt: aut magna pars eorum quæ vas. tenet in loco vbi est res quam vendidit est feudũ, tunc præsumptio est pro domino cõtra emptorem, aliàs pro emptore, & nõ pro domino. h. d. Vide expositiogem. (Item sciendum) pone casum quatuor modis secundum gl. in prin. h. ius. c. Dic primò, q̃ cum ageretur inter eos ad diuisionem de bonis & hæreditate paterna filius petebat sibi adiudicari quoddam prædiũ paternum

ternum dicens feu. quòd filia negabat, & secũdum hoc contentio hic erat inter fratres. Vel dic secũdò, quòd contentio hic erat inter filiam & agnatũ, vt dixi in casus positione, & agnatus agebat cõtra filiam ad prædium dicens feudum, quod filia negabat. Vel dic tertiò, quòd agnatus possidebat prędium & filia petebat allodium. Vel dic quartò, quòd neuter possidebat, filia tamẽ primò debet poni in possessionem, & postea agnatus petere debet, vt supra dixi si de feu. fue. contro. c. inter filiam (cum duodecim sacramentalibus) dicit glos. quòd cum eo iurabũt illud feudũ esse. Hoc est falsum, quod debeant cogi ita iurare, quia sufficit si deponant secundum conscientiam. Nam si dicerent de veritate duo sufficiũt, vt sup. si de inue. inter do. & vas. lis oria. c. ij. in prin. (fœminæ iuramentum.) Oppono hic, & quære vt dixi sup. si de feu. fuerit contro. c. j. & ij. (Sacramento emptoris) possidentis, aliàs secùs, vt sup. de contro. inuesti. circa princ. (sit feudum) subaudi, & hoc constat, & quæstio est de re aliqua quæ est in eo loco. (alibi). i. si quęstio est de re quam solam dominus dicit esse feudũ in eo loco, vel non constat quod eo loco magna sit pars feu. Quæritur an hæc distinctio habeat locum in masculo & fœmina & domino & emptore? Respõ. gl. & bene quod sic, quia vbiq; est eadem ratio, ar. C. de consti. pecu. l. vltima.

Quęritur an hæc distinctio sit prpbabilis? videtur quòd sic, arg. sup. de contro. inuesti. §. cum autem, &. §. si quis de manso. & sup. quibus mo. feu. amit. §. fi. & de acqui. pos. possideri in prin. &. C. de dona. sancimus, §. ne autem. arg. contra. ff. de vsuca. l. eum qui ædes, in princ. &. l. rerum mixtura,

& de acqui.poſ.l.iij.§.incertam partem, &.l. locus certus. hæc diſtinctio mihi placet, & credo quòd inducat adminiculum & præſumptionem pro domino, vt ſibi detur ſacramẽtum, deficiẽte ex altera parte maiori probatione & præſumptione.

DE CONTROVER. INTER DO. & empto.feu. Rub.42.

Continuatio patet ex præcedenti titulo in fine.

Domino cum emptore.

DIuide in partes duas. Primò ponitur dictũ. Secundò eius declaratio. Secunda incipit in ver. quo reſtituto. Caſus. Vaſallus vẽdidit feudũ alicui, dominus vendicat ab emptore, ẽptor denunciat vaſallo. Siquidem vaſallus iurare poteſt quod ignoranter vendidit feudum credẽs propriam rem, eſt in electione emptoris an velit domino cedere feudum, an velit reſtituere vaſallo, & ſi reſtituerit vaſ. retinebit in feu. Deinde reſpondet tacitè quæſtioni quæ poſſet fieri, nonne alienatione facta domino feud. aperitur? quomodo hoc procedit? Reſpon. illud procedit quando à ſciente beneficium venditur. Vltimò dicitur, quod dictũ eſt in venditione, locum habet in qualibet alienatione. h.d. (ſi vaſallus) cui fortè emptor denunciauit quòd adeſſet cauſæ, qui poteſt cauſę adeſſe & probatiões inducere & iurare quòd eius intereſt, vt.ff.de inof.teſta.ſi ſuſpecta. in princi. & in autẽt. de litig. §. ad hæc. (iurare poterit) No. quòd nõ dicit voluerit, quia ſi eſſet in eius arbitrio plerumq; iuraret ſe ignoraſſe quia ſciuit, & daretur via periurijs

iurijs quod fieri non debet, vt. C.de indi.vi.tol.l.ij. ad fi. Deferetur ergo ſibi iuſiurandum ſi verè fuerit ignorãs & probat, vel ſi pro eo eſt præſumptio. Sed ſi conſtaret quòd fuerit ſciens, & contra eum præſumptio eſſet, non deberet ſibi deferri iuſiurãdum, vt ſup.de conſue.rec.feu.c.ij. in prin. (Ignorans) probabiliter quia errauit in facto alieno, vt. ff.pro ſuo.l.ſi. Secus ſi ſit craſſa & ſupina ignorantia, vel quia ignorat quod omnes ſciunt, vel in facto proprio, vel errauit in iure, niſi eſſet de perſonis quibus eſſet permiſſum ius ignorare, vt. ff.de iuris & fac.ignoran.l.nec ſupina. &.l. iuris ignorãtia, &.l.regula, (electio.) Nota mirabile, quod eſt in electione emptoris hic, cui velit cedere feu.

Oppono quòd non debeat eſſe in electione emptoris, ſed Iudex cauſæ debeat abſoluere vel condemnare emptorem, vt.ff.de iudi.l.de qua re. &.l. vbi iudicium.

Solutio, dic quòd hic Iudex profert hanc ſententiam quod eligere poſsit emptor, & hoc facit auctoritate huius iuris conſuetudinarij. Sed oppo. Iudex ſecundum formam petitionis debet ferre ſententiam, vt.ff.de nego.geſt.l. Pomponius ad fi. & cõmuni diui.l. vt fundus, ergo non debet proferre prædictam ſententiam, vt ibi. Solutio illud eſt regulare, hoc ſpeciale. Vel dic de iure cõmuni procedit vt ibi, ſecus de conſuetudine vt hic.

Quæritur vnde fundatur hoc ius vel æquitas quòd committatur electiõi emptoris? Reſpon. fortè ex eo quòd nullus propter id ſentit damnum, quia cedet domino & vaſallus nõ dicitur lędi quia non tenebitur ei de euictione, quia culpa ſua videtur res euicta, arg.ff.de euic.ſi rem. §. ſi duplæ. aut

cedet

cedet vaſ. & dominus non dicitur lædi, quia iurauit vaſallus ſe ignorare, & ſic debet obtinere ſine electiõe emptoris. Sed quæro nõnè eſt veriſimile quòd ſemper debet eligere vaſallum & cedere ſibi vt poſtea poſſet agere de euictione, & non cedere domino ne ſit in damno? Reſpon. ſic & fatuus erit, ſi hoc non faciet. Cur ergo cõmittitur ſibi electio? Reſpõ. quòd poteſt aliter eligere, ſed cum damno ſuo & ſibi imputet, vt argu. ff. de regu. iu. l. quod quis. (& quod dicitur) Reſpondet tacitè quæſtioni ſiue obiectioni.

Oppon. quòd feudum reſtitui debeat vaſallo ignoranti indiſtinctè omiſſa electione emptoris, vt ſupra, ſi de feu. fue. controuer. c. ſi vaſallus feu. Solutio ſecũdnm quoſdam & glo. videtur approbare, quòd hic dicitur intelligi debet cum determinatione iſtius. c. Hoc non placet, quia indiſtinctum determinat diſtinctum, die ergo, quod ibi ſuccincte & indiſtincte dicitur, debet intelligi cũ determinatione illius. c.

Quæritur ſi emptor domino ceſſerit feudum non conſentiente vaſallo, an vaſallus ſibi tenebitur de euictione? Reſpon. quòd non, quia eius culpa eſt res euicta, vt. ff. de euic. ſi rem. §. ſi duplæ. Sed ſi vãſal. ceſſerit, tunc agere poteſt de euictione, argu. infra, an apud iudi. vel cur. do. c. j. & ſupra, de inueſti. de re. alie. fac. in princ. vbi de hoc. Quæritur quid ſi emptor domino ceſſerit feudũ, nunquid vaſallus ignorans poterit recuperare ab eo non obſtante venditione? Reſpondet glo. & benè quòd ſic, quia domino non eſt apertum feudum, vt hoc. c. ver. & quod dicitur, & quia venditio facta eſt contra. l. & pro inſecta habetur, vt. inf. de prohi.

prohi. ſeu. ali. per Lotha. & per Fre. ergo ipſe idem poteſt contra venire, vt. C. de libe. cauſa. l. j. & de agri. & cenſi. quemadmodum, lib. x. Sed oppono ex inutili contractu transfertur dominium, vt. C. de ſuffra. l. vna, vbi no. & de dolo. l. Et eleganter, in prin. & C. de fide inſtrumen. l. contractus, ergo vti le dominium quòd ſibi competebat tranſtulit in emptorem. Quo ergo iure petet ab emptore? Reſpon. verum eſt quod ex inutili contractu tranſit dominium, vbi contractus eſt præter legem. Sed vbi contractus eſt contra legem, non tranſit dominium, vt dicta. l quemadmodum: & ſecũdum hoc petet vtili in rem, quæ præfertur directæ, vt. ff. ſi ager vecti. l. j. Vel dic quòd tranſit dominium ſemper ſed aget condictione ſine cauſa, argu. ff. ſi certa. l. ſi me Titium. ff. de condi. ſine cauſa. l. j. & l. penul. Vel dic officio iudicis. Quæritur quę actio detur domino contra emptorem qui emit feudum à vaſallo? Reſpondet glo. & benè, quòd datur rei vendicatio directa, quia directum dominium remãſit apud eum, vt ſup. de inueſti. de re. alie. fa. §. ſi. & ſup. in quibus cau. feu. amit. §. ſi. Alij dicunt quòd dabitur condictio ex moribus ſeu cõſuetudine. Alij dicunt quòd datur condictio ex. l. imperialem decet ſolertiam, inf. de prohi. feu. alie. per Fre. Hoc intellige ratione poſſeſſionis non ratione dominij, vt. C. de dona. quę ſub modo. l. j. & ff. quemadmo. vſufr. ca. l. vlti. Vel dabitur condictio ex libris Sabinianis, ſiue ex ipſa lege, vt. C. de acqui. poſ. l. fina.

DE CONTROVER. INTER VAſallum & alium de beneſi. Rub. 43.

Conti-

Continuatio rubricæ sic potest fieri. Quia plerũque oritur controuersia inter uasallum & extraneum non uasallum possidentem feu. uel petentem. Ideo ponitur hæc rubrica.

Si causa inter vas.

CAsus. Vasallus agere & conueniri potest pro feudo etiam domino absente, & quasi pro re propria trãsigere potest bona fide: & si cõtra eum iudicatum est, vel ab eo transactum, dominus cogitur postea ratum habere etiam feu. sibi aperto, hoc dicit. (Si controuersia inter vas.) Nota hic q vasallus potest agere & se defendere pro feudo & eius parte, & trãsigere etiam domino absente, quia habet vtile dominium, & actionem in rem vtilem, vt sup. de inuesti. de re. alie. facta. §. rei autem. Sic est emphyteoticarius & similes, vt. ff. de rei ven. l. superficiario, &, si ager vec. l. j. sed non agit de euictione, nisi domino nũciauerit, vt supra, si de feu. vas. ab alio interpel. fu. c. j. (fraudulenter) id est, si fiat de re dubia & lite incerta & dubitata, & in aliquo sibi dato vel promisso, vel ab eo retento, aliàs secùs, arg. C. de transac. l. transactio. &. l. præses. & arg. ff. de transac. l. j.

Quæritur an quod datum est nomine transacti onis cõuertatur in feudum? Glo. simpliciter dicit quòd non, vt supra, si de feud. fuerit controuer. c. si vas. Vel dic, aut est species immobilis, tunc conuertitur in se. arg. ff. de lega. ij. l. Imperator. §. fina. & de dona. inter vi. & vxo. si donatæ. §. sponsus. Si vero est pecunia vel res mobilis, tũc non erit feudum, vt supra, si de feud. ab alio interpel. fu. c. j. & dic vt ibi.

QVID

QVID IVRIS SIT SI VASALlus post alienationem feudi id recuperauer. Rubri. 44.

Hæc rubrica potest sic continuari. Superiùs dictũ est de alienatione feudi prohibita, propter quam uasallus feudo priuatur. Sed quia crederet aliquis, si uasallus post alienationem id recuperet, quòd feudum non restitueret, Ideo sequitur hæc rubrica.

Præterea si vasallus.

DIuide capitulum in tres partes. Primò, recitatio iuris antiqui. Secũdò, iuris noui, quãdo post alienationem feudi factam domino ignorante feudum recuperauit. Tertiò, quãdo domini voluntate vẽdidit & postea recuperauit vel nõ. Secunda pars incipit in ver. hodiè autem. Tertia in. §. profectò.

Casus. Olim ante constitutionem Lotharij licitum erat vasallo feudum in totum vel pro parte saltem alienare, & si feudũ alienabat & ipsum postea recuperabat reuertebatur in causam feu. Sed hodiè non licet vendere pro aliqua parte, & si vẽdiderit domino ignorante, licet post recuperauerit, in feu. non retinebit. Sin autem domini volũtate vendiderit, vel per libellum vel aliter alienauerit, & id postea recuperauerit, non retinebit pro feudo, sed iure proprio si eo modo recuperauerit. Si verò ad libellum dederit domini voluntate adhuc retinebit feudum. Si vero postea vasallus recuperauerit per libellum, non retinebit pro bene-

ficio,ſed ſi feudum refutauerit domino, libellum retinebit, hoc dicit. (olim licebat) vt dixi ſupra, qui.mo. feu.amit.§.fi.& qualiter olim feu.po.alie. in prin.ſibi(retinebat)ſi licitè alienauit,ſecꝰ ſi illicitè,vt ſupra patet qual.olim feu.pot.ali.(iure bene.)ſcilicet ſi vẽdidit,ſed ſi per libellũ dedit ſi quid poſtea recuperauerit per libellũ, non retinebit illud ius libellarium in feu.res tamen in feudo manebit vt inf.patet(hoc iure feu)ideſt res ipſa manet in feu.ſi cõtractus factus eſt ad modicum tẽpus, aliàs illud ius libellarium cenſetur feud.(non retinebit)res tamen ipſa manet in feu.(retinebit) id eſt,res deſinit eſſe in feu.No.ex hoc,c.circa ptin. quia ſi vaſallus alienat feudum illicitè,licet recuperauerit,non remanebit in feudo, arg. C. de ſen. paſ.& reſti.l. in inſulã.ff. vnde cogna. is cui. & depoſi.l.j.§.ſi rem,de fur. qui ea mente.j. q. j.c. cito turpem.cum concor.Arg.contra ff. de bo. poſ cõtra tab.l.j.§.penul.& ſi.& de iure patro.l.ſine.& de libe.& po.l.filio quem. Solu.ſecundum veritatem res quæ illicitè alienatur non reſtituitur in primã cauſam licet recuperetur, vt. ff. de fideicom.lib.l. cum quidam, &,l.rogo. quia dolus vel culpa purgari non poteſt eo modo,vt no.d.c.cito turpem. Tangit gloſ. brocardicum quòd non reſtaurantur iura amiſſa licet res in priſtinum ſtatum redierit.Solutio,vt no.ſupra de bene.fœmi.§. ſi. Nota in. §. profecto quòd vaſallus hodiè non poteſt feudum alienare etiam per libellum ſine domini voluntate,vt inf.de prohi.feud.alie. per Lotha.& per Fre.c.Imperatorem. Non proſequor,dic vt ſupra de alie.feud.&, qualiter olim feu.po.alie.& ſi alienauerit contra domini volũtatem,contra dominum

minum nulla præſcriptio currit, quòd dic, vt no. de capi.Cor.§.præterea.

Quæritur ſi vaſallus domini voluntate vendiderit feudum,& poſtea recuperauit, quæ eſt ratio quare non reſtituitur hoc feu? Reſpon. quia per venditionem factam conſenſu domini dominus perdidit rectum dominium, & vaſallus vtile dominium,ar.C.de re.alie.non alie.l.j.&.l.ſi fundum. &.l.nemo.&.C. de remiſ.pigno.l.j.&.ij. & ideo nõ reſtituitur in priſtinum ſtatum, vt.ff. de ſta.ho.l. liber homo. & de adop. qui liberatus, vt hic, & ſup.de alie.feud.§ ſi clientulus, &. C. quando licet ab emp.diſcedere.l.j. &. ij.& eſt optimũ arg. ff. de vſucap.l.ſi. in princ. Quæritur ſi voluntate domini dedit ad libellum inperpetuum, & recipit penſionem an remaneat feudum? arg.eſt quòd non in princ.huius.§. Econtra videtur quòd ſic, vt.e.ver. illud,& ver.ſi.& hæc eſt veritas. Sed opponitur nonne per dationem ad libellum inperpetuum tranſit vtile dominium quod habet vaſallus in libellarium? Certè ſic, vt.ff. ſi ager vec. l.j. ij. & iij.ergo apud vaſallum nullum remanet dominium,ſicut dicitur in emphyteota vt inſti.de locа.§.adeo. Quid ergo remanet in feudo? reſpon. quòd illud ius libelli quod eſt apud eum, remanet apud eum, vt in ver.illud & in ver.ſi patet. Quare vocatur in primam rem feudalem perinde ac ſi adhuc poſſideret, propter penſionem quam recipit. ar.ff.de vſufru.l.non vtitur,&.l.ſeq.& qui. mo.vſufru.amit.l.Pompo.

Quęritur quid ſi dedit alij per libellum domini voluntate,& poſtea recuperauit per libellum, an remanet feudum? hoc caſu videtur quòd ſic, vt

in ver.illud vero.Sed quid erit in feu? respon.ius libelli non,vt.d.ver.illud, ergo ipsa res retinebitur in feu.quasi restituta in pristinã causam, quia recuperauit vtile dominium,arg.dictarum.l.quę dicunt rem restitui in pristinam causam, & hoc contigit, quia domini voluntate dedit ad libellum,vt dictum est.

AN AGNATVS VEL FILIVS defuncti,&c. Rub.45.

Rubrica hæc potest sic ad præcedentia continuari.Superiùs dictum est de suc.feu. Sed quia dubitari potest,an qui succedit in feu.possit hæreditatem eius cui succedit repudiare,& feu.retinere uel non, ideo sequitur hæc rubrica.

Si contigerit.

Diuide in partes duas. Primò,an agnatus possit hæreditatem agnati repũdiare & feudum retinere. Secundò, an filius defuncti possit hæreditatem repudiare, & feudum retinere. Secunda pars incipit in ver.vbi vero.

Casus.Si agnatus succedat vasallo agnato in feudo & in hæreditate,potest hęreditatem eius refutare,& feudum retinere,nec cogitur debitũ hæreditariũ soluere,nisi de fructibus eius anni quo vasallus decesserit, secundum præmissam distinctionem. Si verò filius succedit vasallo patri in feudum,& hæreditatem,non potest hæreditatem repudiare & feudum retinere, sed omnimodo cogendus est soluere debitum paternum, nisi vtrunque

que repudiet.Verũtamen si agnatis consentientibus sit de feudo à domino quasi de nouo beneficio inuestitus,tunc poterit hæreditatem paternam repudiare, & feudum retinere, nec debitum hæreditarium soluere cogetur. h.d. (si paternum fuerit)& feudum est simplex & rectum & propriam habet naturã,aliàs fortè secùs, vt notaui sup. de eo qui sibi & hæredi.suis mas. & fœmi. in prin. (& supra diximus)id est, sicut distinguitur quando feudum domino aperitur vt supra hic ſi. lex .ſ. his consequenter.(imminente)quia onus hereditarium sequitur hæredem, C.de hære.instit.l.quotiens.Nota in prin.huius.c.quòd si agnatus succedat in feudo paterno agnato & hæreditate eius, potest repudiare hæreditatem & feudum retinere, nec tenetur soluere debita eius de feudo, nec de fructibus feudi, nisi de fructibus eius anni quo mortuus est vasallus,cum distinctione tamẽ vt in litera.Et est ratio quia omnis militia publica existit,& nullum quæstum omninò alium quam ex imperiali munificentia habet,vt in autent. de exhi.reis.ſ.optimum quoque, & ideo non potest ab homine auferri,arg.ff.de adop.l.si arrogatur,&in autent.de nup.ſ.si vero solum vsum fru.&.ſ.soluto,& arg.ff.de mino l.iij.ſ.sed quid minori ver. sed si ei. Nota in ver.vbi vero,quòd filius non potest repudiare hæreditatem paternam & feudũ retinere,siue feudum sit nouum siue paternum, arg.in auten.quibus mo.na.effi.sui.ſ.& quoniam &.C.de iure delibe.l.quidam elogio.&.ff. de verb. signi.l.bonorũ,& de acqui.re.do.l.rem in bonis. Ar.contra.C.de colla.fund.patrimon.lib.xj.l.ij.& l.pe.& de secun.nup.l.generaliter,&autent.hæres

&.ff.de iure patro.l.filij,&de ope.lib.l.si operarum iudicio.Solu.de iure communi & iuris rigore,credo quòd possit hæreditatem repudiare,& feudum retinere,& hoc innuit glo. hic.Sed de iure consuetudinario feudorum est secùs vt hic. Sed quę est ratio quare agnatus potest repudiare non filius? Respon.quòd filius acquirit sibi feu.patre suo medio, sed agnatus non acquirit sibi agnato medio sed suo patre medio,vt sup.de succes.feu.in princ. &,de gradi.suc.in feu.in prin. Quod dixi de filio, quod non licet repudiare hæreditatem, intellige quando filius potest hæreditatem patris habere, quia pater instituit eũ in testamento,vel quia pater mortuus est intestatus. Si vero non potest hæreditatem habere tanquam hæres,quia auus institutus est hęres & pater filio reliquit legitimã portionem iure institutionis, tunc filius poterit feudum acquirere licet non sit hæres, nec tenebitur debitum soluere vt ff.ad Trebe.l.si quis prior,vbi de hoc,& C.de hæredi.insti.l.quotiens,&.ff.de hęredi.instituendis.l.j.§.si ex fundo,& in autent. vt cum de app.cog.§.aliud,&.§ siue, & de hoc etiam dic vt notaui sup.si de feu.fuerit contro. c. Titius filios. Nota etiam quòd qui alij consentit perdit ius suum. Idem si ratum habet, vt hic & sup. qui,mo.feu. amit.§. præterea. Quæritur quid si filius consentientibus agnatis quasi de nouo feu. est inuestitus & postea moriatur sine filijs,an agnati succedant adhuc tanquam in feudo paterno? Respondet gl.& benè quòd non, quia per consensum priuati sunt iure suo,& quia renũciatio est in rem,vt.d.§.præterea,& inf. de eo qui. fi. fe. agna. de feu.paterno in fine.&.C.de remis.pigno. l.j. &. ij.argu.

ij.argu.contra sup. de vasallo decrepi.æta. c. j. sed dic vt ibi nota. Quęritur quid si dominus inuestiuit filium quasi de nouo feudo non consentientibus agnatis, nunquid agnati possint statim reuocare feudum? Respõ.si repudiauit hæreditatem & feudum retinuit videtur quòd possint,quia nõ potest habere feudum sine hæreditate, vt hic dicitur, &ideo repudiando hæreditatem videtur repudiare feudum, quia cum velo aliquid, videor velle & id quod præcedit sine quo nõ possum peruenire ad id quod volo,vt.ff. acqui. hære. l. illud dubi.&.C.de fideicom.lib.l.& si non ascripta, arg. contra.ff.de ser.vr.prædi.l.si domus. Tu dic quòd si non repudiauit feudum etiam si repudiauit hæreditatem & est quasi de nouo inuestitus, cogitur esse hæres & soluere debitum, nec agnati possunt ab eo reuocare feudum vt hic,& ar.C.de repu. hæredi.l.j.&.ff.de acqui.hære.l.pro hærede.&.l.si seruum.§.fi.

AN APVD IVDICEM VEL curiam &c. Rub.46.

Continuatio huius rubricæ potest sic fieri. Quia orta controuersia de feudo sæpè dubitatur in præcedentibus apud quem debeat determinari, ideo sequitur hæc rubrica.

Ex eo quod.

Diuide in partes tres. Primò ponitur thema. Secundò quæstio. Tertiò, responsio. Secunda pars incipit in ver.est quæsitum. Tertia in ver. & responsum.

Casus. Vasallus decessit sine filio: miles quidam petijt à domino de eius feudo inuestitu: post inuestituram sibi factam agnati ab eo feudum vendicant quasi paternum. Ipse dicit feudum nouū esse. Quæritur coram quo causa debeat diffiniri? Respon. quòd coram paribus curiæ, & non corā domino, quia quodammodo causa ad dominū spectare videtur. Et licet alter pro se non possit alterum trahere ad curiæ iudicium, curia tamen eos vocante, nemini licet curiæ iudicium declinare, hoc dicit. (coram paribus) & non coram domino cum paribus, argu. C. ne quis in causa sua ius si. di. l. j. (alter per se,) id est, sua auctoritate sine paribus curiæ, argu. ff. pro emp. l. aliena. (eos vocante) ad petitionem alterius partis; vel fortè ex eorum officio sine requisitiõe partis. Opponitur quòd Iudex vel arbiter debeat cognoscere, vt sup. de le. Cor. c. ij. in prin. Solutio secundum glo. hic constabat feudum de quo est controuersia pertinere ad dominum, ist hic non constabat. Hoc non placet, quia ibi etiam loquitur quādo cõstabat, quia in vno casu ibi producebant eundem inuestitorem. Dic ergo quòd ibi vterque dicebat proprium esse feudum, & se de eo inuestitum. Sed hic alter dicit proprium, alter antiquum. Sed contra hoc est sup. de inuesti. in ma. fac. in prin. Solu. quod ibi dicitur hic corrigitur. arg. ff. de legi. l. non est nouum.

Oppo, quod dominus debeat esse Iudex, vt inf. de prohi. feud. alie. per Fred. §. præterea. Sol. secundum glo. ibi litigantes erant vasalli de alijs feudis quæ sine controuersia habeant ab eodem domino, hic non. Vel dic quòd hæc causam quodammodo

modo ad dominum spectare videtur, quia de euictione tenetur, & ideo non est iudex, vt. ff. de iurisdi. om. iudi. qui iurisdictioni, ibi non. Alij dicūt, aut partes sponte volunt cognoscere, & tũc erunt iudices vt hic, aut nolunt, & tunc erit dominus Iudex vt ibi.

Oppo. quòd dominus cum curia debeat esse Iudex, vt supra de inuesti. in ma. fac. §. illud tamen. Solu. Secundum glo. quòd hic dicitur determinatur ibi, & econtra. Tu dic aliter, vt ibi plenè notaui, & distinguè vt ibi dixi.

Oppo. litera videtur repugnantiam continere in ver. & licet: quia dicit primo, quòd alter nõ potest alterum ad curiæ iudicium trahere, & postea dicit, quòd curia potest eos vocare, & coguntur cõparere coram curia. Solu. dic quòd per se non potest alter alterum trahere ad iudicium. id est, sua auctoritate sine paribus curiæ, arg. ff. pro emp. aliena. Sed curia ad petitionem partis potest. Vel dic quòd pares ex eorum officio sine requisitiõe partis possunt eos cogere coram se respondere. Vel dic quòd ad petitionem vnius partis non potest curia alterũ tantùm vocare: Sed vtrunque potest ex suo officio. Ar. est contra. ff. de re iudi. inter litigatores. Vel dic aut pares nolunt cognoscere, & tunc non cogitur alter litigatorum respondere coram paribus, aut pares sponte volunt cognoscere, tunc cogitur vterq; litigatorum, vel alter tantum à paribus ex eorum officio vel etiam ad petitionem partis respondere.

Oppo. quod pares non possunt denegare iurisdictionem, & si denegent quòd cogi debeant per superiorem, vt supra si de inuesti. inter do. & vas.

c.j.§.j.& de mili vaſ.qui cõtumax eſt.§. fi. & in autent.vt diffe.iudi.§.ſi vero contigerit, & extra de of.iudi.or.c.irrefragabili,&.c.ſignificauit. Solu. aut cœperunt cognoſcere, tunc debent cogi perficere,vt ibi,aut non inceperunt, & non coguntur cognoſcere vt hic,& eſt ſpeciale in paribus ſecundum glo.ſecùs in alio iudice ordinario, vt dictis iuribus.

QVALITER DOMINVS PROprietate feud.priuetur.
Rub. 47.

Rubrica hæc ſic poteſt continuari.Dictum eſt ſuprà de forma fidelitatis.§. fi. quod dominus vaſallo debet uicem præſtare.Sed quia dubitari poteſt ſi non fecerit qualiter puniatur,Ideo ſequitur hæc rubrica.

Ex facto quæſitum.

CAſus. Quæritur an dominus propter felonìam commiſſam in vaſ.proprietate feudi priuetur, ſicut econtra vaſallus feudo? Reſpondeo quod ſic.Sed alij aliter dixerunt.h.d. (& quidã dicunt) & benè(per ſacramentum vel non) ſi per pactum ſibi remiſſum eſt ſacramẽtum,aliàs ſecùs putarem,ſi dominus fecit vel pactus eſt facere inueſtituram,& ipſe recuſat facere fidelitatem vt ſupra per quos fit inueſti.c.nulla.&,quę fuit prima cauſa bene.amit.§.eſt & alia, & caue tibi quia gloſ. malè intellexit iſtam litteram. Quæritur qũę opinio ſit verior? Reſpon.ſecũdum glo. & benè quod prima, vt ſupra de for. fi.§. fi.&, de mili. vaſ. qui contu.

contu.eſt.§.fi. & ſi de feu.fue. controu.c. domino committente,& de cõſue rec.feu.c.ij.§. in quibuſdam, & de hoc notaui ſupra quid ſit inueſti.§.ſi enim in fi.&,per quos fit inueſti.c. nulla.&, quæ fuit prima cauſa benefi.amit.§.porrò,in fi. §. xxij. q.5.c.de forma fidelitatis.

DE FEV. NON HABEN.
propriam natu.feu.
Rub. 48.

Rubrica hæc poteſt ſic continuari.Superiùs dictũ eſt de feu.habente ſimplicem naturam. Sed quia aliud eſt feudum quod non habet propriam naturam, Idco ſequitur hæc rubrica.

Si quis ẽa lege.

CAſus.Miles accepit caſtrum in feudum à Duce vt ipſe & ſui hæredes & quibus dederit id habeant. Quæritur an hoc feudum habeat propriam naturam feudi?Reſpon.non, quia alienare poteſt feudum vaſallus indiſtinctè,& ille in quem alienauerit non retinebit pro feudo. Sciendum tamen eſt quòd vaſallus ex eiſdem cauſis amittit feudum,quibus perditur & verum feudum. Si vero datum eſt feudum militi ſibi & ſuis hæredibus & cui in feu.dederit eo caſu habet feudum propriam naturam & nõ inducit nouam formam feudi. (datũ fuerit) per eũ qui in feudũ accepit lege prędicta (datũ eſt).i.ſi ſibi datum eſt iure proprio per venditionem vel per donationẽ habebit illud eo iure.

iure. Si vero per feud. tunc haberet in feud. & hoc sequitur. (amittat) subaudit glo. emptor, & opponit. Quid ergo prodest emptori si emit proprio iure? Respondet glo. prodest quod non perdit propter contractum vel alienatiõem. Sed amittit propter culpam vasalli. Vel dic secundum glo. quòd verbum, amittat, referatur ad vasallum, vt supra si de feu. fue. contro. c. feudum ea lege in princ. Vel dic quòd emptor directo non perdit propter suam culpam, sed per obliquum propter culpam vasalli, quia resoluto iure datoris &c. vt supra de contro. inuesti. §. fi. cum similibus. Vel dic quòd vasallus amittit ex eisdem causis quibus perditur verum feu. ante alienationem per eum factam, sed post alienationem non, quia feudum tunc esse desijt, vt. d. c. feudum ea lege, in fine.

Quærit glo. & non respondet: nunquid emptor possit præscribere rem feudalem si ignorans emit iure proprio? Respon. aut quæritur de præscriptione contra extraneum aut contra dominum. Si contra extraneum, sine dubio potest præscribere, quia titulum habet, & bonam fidem, & res potuit alienari, arg. C. de præscrip. lon. tempo. l. fi. & per totum ti. & de præscrip. xxx. ann. l. si quis emptionis, & hic. Si vero quæratur de præscriptione emptoris contra dominum, si velimus dicere quòd quæsierit vtile dominium per contractum, quòd vtile dominium fuit apud vasallum, tunc non videtur quòd possit præscribere contra dominum, quia per præscriptionem tantùm quæritur vtile dominium, siue effectus dominij secũdum. P. & B. vt. d. l. si quis in prin. no. & C. de bo. ma. auten. nisi triennale. Ergo cum per contractum habeat vtile dominium, vt dixi, per præscriptionem non poterit acquirere aliud vtile dominium, quia quod est meum &c. vt. ff. de cap. in bello. §. si quis seruum, & arg. insti. de acti. §. sic itaque, nisi velimus dicere præscribi contra intentionem domini, non contra dominium, sic. C. quòd me. cau. si vi vel metu.

Quæritur & per hanc quæstionem declaratur præcedens quæstio & glos. non soluit, scilicet an per venditionem feudi factã in casu huius. c. à vasallo transeat in emptorem dominium directum & possessio etiam ciuilis & naturalis? Argu. est hic, in prin. huius. c. quod sic, & supra, quid iuris sit si post alienationem feu. vasallus id recuperet. §. profecto, in prin. vbi dicitur quòd si voluntate domini emit aliquis feudum, iure proprio possidet, ergo directum habet dominium, quia illud dicitur proprium quod à nemine recognoscitur, vt inf. de pa. iur. fir. §. ad hæc. &. ff. si ager vec. l. j. Præterea quotiens quis consensit alienant rem suam, vel ratificat alienationem factam perdit dominium. Ergo quæritur emptori, ar. ff. de euic. l. quidam &, C. de re alie. nõ ali. l. si fundum, & l. nemo. & de remis. pigno. l. j. & ij. ergo cùm dominus dederit consensum quòd vasallus possit alienare seu dare cui vult, ergo transit dominium in emptorem directum & ciuilis etiam possessio, vt. ff. de acqui. pos. l. iij. §. in amittenda. & l. si quis vi. §. differentia, & ar. insti. de rerum diui. §. per traditionem, & ff. de act. emp. l. ex empto. in prin. arg. contra hoc. c. ver. licet propriam. &. d. c. feudum ea. l. in princ. Solu. Credo quòd transferetur in emptorem directum dominium & ciuilis & naturalis possessio

possessio perdicta iura. Ad contrarium respõdeo, & puto quòd ante venditionem feudi habet propriam naturam quãtum ad seruitium & culpam, sed post venditionem desinit esse feudum, vt d.c. feudum ea lege, in fi. & sibi imputet dominus qui eadem lege feu. dedit. Sed an precium remanet in feudo? Respon. non, quia feudum non consistit in rebus mobilibus vt sup. de feu. cogni. c. sciendum. Sed an in aliam rem immobilem debeat cõuerti quæ sit in feudum? forte sic, argu. sup. de inuestit. de re ali. fa. circa prin. & si de feu. vas. ab aliquo interpel. fuit. c. j. ver. & super negocio. Vel dic quod quia permisit feudum vendere nec precium potest esse in feudo sed videtur id donare, quia in liberalitatibus coniectura sumitur donationis, argu. ff. manda. l. si vero non re. §. idem papi. Præcedens opinio æquior est. (feu. naturam habet) hoc ideo procedit hic, quia de propria natura feu. potest vasallus in feudum dare vt supra de cap. Cor. §. præterea, plenè no. Sed de propria natura feudi non potest hodiè aliter alienare, vt inf. de prohib. feu. alie. per Lotha. & Fre. Imperatorem, & ideo nõ habet propriam naturam.

DE EO QVI FINEM FECIT agnato pro feudo paterno. Rub. 49.

Continuatio rubricæ sic potest fieri. Dictum est sup. de successione feudi ueri. Verùm quia agnati sæpe renunciant feu. & ideo non succedunt in feudum, Ideo sequitur hæc rubrica.

Tres

Tres erant.

CAsus. Tres erant agnati, vnus eorum habebat feudum paternum, alter eorum fecit finem & refutationem sibi & suis hæredibus & cui id dederit, moritur postea qui feudum habet, agnatus qui non refutauit petit totum, alter etiam qui refutauit petit totum, vel partem eo pacto non obstante.

Quæritur an obstet exceptio pacti? Respõ. quòd dictum pactum non obstat, quia personale fuit. Sed si pactum esset reale, vel si refutauerit vt dominus eum quasi de nouo beneficio inuestiret, tunc pactum obstaret nec succederet in feudo. h. d. (decesit iste) cui refutatum est, extraneo hæredi relicto. Nota hic quòd agnatus potest renunciare iuri succedendi in feudo seu feudo etiam sine pacto. Contra. C. de pac. l. j. & ff. de pac. l. & hæredi. §. filiafa. Solu. hic speciale est. Vel dic quòd hic refutauit pacto, non simpliciter renunciando. Prima placet. Vel dic q̃ nõ renũciauit iuri succedendi vniuersaliter & in genere, vt ibi. Sed in specie & in re singulari potest, vt hic.

Oppo. dicitur in glo. ibi, non obstante, quod pactum fuit personale: immò videtur quòd sit in rem, quia fecit finem & refutationem vasallo & suis hæredibus & cui dederit, vt. ff. de pac. l. iu. risgentium. §. pactorum &. l. tale pactum in princi. &. l. qui in futurum. §. j. Solu. dic quod ideo hic pactum est personale, quia vasallus pactus est sibi & suis hæredibus & cui dederit. Sed agnatus qui succedere vult in feud. non habet dationem nec causam à vasallo defuncto, sed venit

princi-

principali beneficio, & propterea pactum non se extendit ad eum, & dicitur personale.

Opponitur quòd pactum quantumcunque reale non debeat extendi ad agnatum, quia alteri stipulari vel pacisci nemo potest, vt.ff.de ver.ob.l. stipulatio ista. §.alteri, &.C.per quas perso.nobis acqui.l.j.quinimmo nec pacti exceptio alteri quę ritur per alium, vt no.ff. de pac. l. idem in duobns.§.fi.Solu.vt puto pactum non prodest agnato etiam si est in rem nec hic nec ibi. Sed refutatio omnibus prodest, quia per refutationem refutãs amittit ius quod habet in feudo statim, vt hic, & supra an agna.vel fi.de in fi.& sup.qui.mo.feud. amit.§. præterea, igitur effectus refutationis porrigitur ad quemlibet, quia refutans amisit ius suum refutatione non ex vi pacti, vt dixi, (quasi nouum) quo ad eum qui illud refutauit, vt.ff.de pac. l.si vnus.§.ante omnia.

DE NATV. SVC. FEV.
Rub. 50.

Hæc rubrica sic potest continuari. Superiùs dictũ est in plerisque partibus de feudi successione imperfectè tamen quo ad quædam, Et ideo sequitur hæc rubrica.

Successionis.

Diuide.capi.in partes duas. Primò, determinatur clarè quæ personæ succedere debeant in feudo. Secundò, subditur quædam quæstio dubitabilis

tabilis contra ius succedendi in feu. Secunda pars incipit in.§.dummodo scias.

Casus, ascendentes non succedunt in feudum, descendentes masculi succedunt in infinitum. Filia autem nõ succedit nisi ex pacto, vel nisi feudum sit fœmineum. Paternum dicitur quod à superioribus est acquisitum. Hinc quęritur: quidam miles habens beneficium decessit superstitibus filijs quatuor & ex diuisione ad vnum peruenit feu. decedit & iste superstitibus duobus filijs vel tribus & ex diuisione peruenit ad vnum feu. Itẽ moritur & iste superstitibus duobus & ad vnum ex diuisione peruenit feudum prędictum, nunc moritur iste vltimus sine liberis, quæritur quis sibi succedere debeat? Respon. quòd omnes qui ex ea linea sunt ex qua iste fuit qui vltimò moritur succedũt in feudo, sed si nulli supersunt, tunc omnes alię lineæ æqualiter vocantur. h.d. (ascendentes) per lineam directam, sed collaterales ascendentes succedunt in feud. paternum non in nouum, vt sup. Imper. Lot. Euge. papę. c.j. in fi. & de feu. mar. c.j. §. fi. & de gra. suc. in feu. §. his vero. de iure cõmuni secùs esset, vt.ff. de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. Est igitur hic speciale in iure cõsuetudinario feudorum. Et quę sit ratio quare ascendentes non succedunt in feudo dic vt no. sup. de his qui feud. da. pos. §. hoc quoq; (patri succedit.) Nota regulã quòd regulariter filius succedit patri in feudo. Fallit in sex vel septem casibus quòd dic clarè, vt in glo. (& non filiæ) de hoc satis dictũ est sup. & ideo non prosequor, (ex filio solus) exclusis agnatis, vt sup. de gra. suc. in feu. sed cum patruo vocatur, vt sup. de suc. in feu. in princi. & sup. de his qui feud.

da. pos. §. cum vero, (sit paternum.) Opponi. quòd in descendentibus non debeat fieri distinctio vtrum feudum sit paternũ vel nouum, quia siue sit nouum vel paternum semper succedũt, vt supra de his qui feu.da.pos §.j.& no.de suc.feu.in prin.&.§.j.Solu.hæc distinctio non fit hic propter descendentes sed propter agnatos & collaterales, & ppter eos dixit supra, quòd succedit solus. (qui patrueles) impropriè dicit patrueles cum sint nati ex eodem patre,& ideo consanguinei appellantur,insti.de gra.cogn.§.ij.(decesserit)sine liberis, (ex qua ille) ad quem vltimò feudum peruenit qui nunc moritur(fuit) in eodem gradu, vel qui successerunt in locum eorum qui erant in eodem gradu,cum his qui obtinent gradũ proximiorem. Non tamen debẽt omnes simul succedere, sed qui inter eos gradu sunt proximiores, seu qui obtinẽt eundem gradũ proximiorẽ debẽt præferri(omnibus ex hac linea deficientibus)ex qua fuit qui vltimò decessit & qui feudum habebat tempore mortis suæ.(omnes alię lineę equaliter)misũ est quòd dicit litera,quòd omnes succedunt æqualiter,nec fit prælatio in gradibus proximitatis.Et potest esse quòd sunt diuersi gradus, & sic secundum hoc fiet diuisio in tot partes se.quòd quasi ad nihilum deducetur.Et ideo videtur quòd discretio & prælatio gradus debeat seruari, vt proximiores in gradu præferantur.Nam frater & filij fratrum præferuntur alijs,vt sup.de gra.suc.in feu.§. si quis vero,& facit sup.de feu.mar. §.si. & sup. Imperator Lotha. Euge.papæ.c.j.in fi.& secundum hoc exponẽ in fi.huius.c.omnes aliæ lineæ æqualiter vocãtur.i,omnes lineę possunt vocari ex iure edicti successorij

cessorij seruata tamẽ gradus prærogatiua.Sed qui erunt in eadem linea vocabuntur æqualiter sicut hic in litera. Sed nunquid succedet in stirpem vel in capita?Respondeo quòd in linea descẽdenti fit successio in stirpem,vt supra de suc.feu.in prin.Et idem credo in filijs fratrum præmortuorum succedẽtibus in feudo cum patruis,vt sup.de gra.suc. in feu.§.is vero,& de feu.mar.§. si & in autent. de hære.ab intest.§.si autem defuncto. In alijs credo quòd succedere debeant in capita,vt in autent.de hære.ab inte.§.si vero neq; fratres.

DE CAPITANEO QVI CVriam vendidit. Rub. 51.

Rubrica hæc sic potest continuari: Dictum est sup. de.l.Cor.c.ij.§.ex eadem.l. quòd dominus non potest sine uoluntate uasalli feudum alienare, & dubitari potest an cum curia teneat alienatio? Ideo sequitur hæc rubrica post præcedentia.

Quidam Capitaneus.

CAsus.Capitaneus quidam in curte sua militi beneficium dedit,postea vendidit curtẽ simpliciter, non habita mẽtione de beneficio?an beneficiũ cedat venditioni?& respon.q̃ non nisi nominatim de eo actũ est.h.d.(Capitane?)dic vt sup. qui feud.da pos.circa prin.& quis dica. Dux, Comes, Marchio. §.j. (curte) quam tenet in feud. ab Imperatore vel Rege, vel Marchio. vel Duce, vel Comite,vt dictis ti.apparet(vẽdidit) cõsensu domini,aliàs nõ valet,vt inf.de proh.feu.alie.p Fre.

& reuertitur ad dominum, vt ibi patet. Nota hîc quòd in generali alienatione non continetur beneficium, facit sup. si de feu. contro. fue. c. in generali. Quæritur in glo. si Capitaneus seu dominus vendiderit curiâ simpliciter non habita mentione beneficij, an beneficium cedat in venditionem? Hæc quæstio videtur fatua, quia hic est casus quod non, nisi expressè sit actum, vt sup. de feud. fue. contr. c. in generali, & de le. Cor. c. ij. §. ex eadē lege, & quo tempo. miles inuesti. pe. d. c. si quis fecerit, vt inf. de prohi. feud. alie. per Fre. §. præterea ducatus in fi. §. Verum est quòd de iure consuetudinario quęstio est decisa per dicta iura. Sed de iure communi est disputabilis. Et arguit glo. pro & contra, sed ea non soluit. Non prosequor argumēta glo. quia sunt plana & clara. Sed solue, aut est actum expressè, tunc beneficium cedit in venditionem, aut nō est actum expressè, & tunc aut emptor fuit sciens beneficium esse in curia, venditor ignorans, tunc non cedit in venditionem, ar. huius. c. aut econtra venditor sciens & emptor ignorans, tunc cedit in venditionem, aut vterq; sciens, tunc non cedit ar. huius. c. & ff. de contrahen. emp. & ven. l. si in emptione. §. item & si emptor &. l. domum. Vel dic aut seruitium est personale tunc beneficium non cedit in venditione, aut est reale, & tunc cedit ar. ff. de leg. iii. vxorem. §. legauerat, &. l. prædijs. §. balneis, & de ser. rusti. prædi. l. pecoris, & de seruit. leg. l. pater. & de qua quoti. & æsti. l. j. §. pe. & de contrahen. emp. l. j. §. fi. &. C. de excu. mune. l. sordidorum. Vel dic aut precium æquipollet venditioni & emptioni & etiam beneficio, tūc beneficium cedit in venditionem, aut non æquipollet,

let, & tunc succedit arg. ff. de rebus du. l. j. & l. vtrū §. fi. Vel dic, quidquid dixerim, quòd de iure communi beneficium cedit in vēditionem, & videtur dominus vendidisse cum vniuersitate dominium directum quod habet in beneficio, & ius sibi competens ratione beneficij, ar. ff. de contrahen. emp. l. in modicis, &. C. de contrahen. emp. l. cum res. & de dona. l. spem &. ff. de acqui. re. do. l. traditio ver. & si forte, &. l. quædam, & de actio. emp. l. Iul. §. fi. &. l. fundi. & de fun. instruc. l. Seiæ. §. Tyrannę & de leg. iij. vxorem. §. legauerat, cum concor. in glos. alleg. Sic cum vniuersitate trāsit ius patronatus, vt extra de re iudi. c. cum Bertoldus, & de re iure patrona. c. cum ex literis. &. c. illud. Hoc puto verum si dominus vendiderit, sed si capitaneus vendidit curtem qui capitaneus habet eam in feu. tūc dic si sine consensu domini vendidit non valet, vt inf. de proh. feu. alie. per Fre. Si verò consensit benè valet, sed beneficium non continetur in venditione nisi sit actum, vt hic. Et est ratio, quia vasallus vtile dominium quod habebat transtulit in vas. cui dedit illud beneficium in feu. acquirit ergo & retinet per illud beneficium & seruitium sibi debitum, quòd est ius personæ cohærens, non rei, & ideo non cedit in venditione, per dicta iura.

Quæsitum.

Casus. Si filius vasalli offendit dominū ex causa per quam vasallus feudum amittere debet, patre mortuo postea amittit feudum, nec succedit in eo. h. d. (Similiter) facit inf. de prohi. feu. alie. per Fre. §. insuper. &. §. sequen. & intellige hic sicut ibi dicitur. si domino non satisfecit.

Si voluerit.

Casus. Si vasallus cogitauerit dominum offendere nec ad actum produxerit, feudum non amittit, quinimmo & si laborauerit, feudum non amittit, nisi domino insidiatus fuerit, h.d. (non amittit) quia cogitationis pœnam nemo meretur, vt. ff. de pe. l. cogitationis (laborauit) & pœnituit priusquam ad effectum produxerit: aliàs secùs, vt. ff. ad l. Cor. de fal. l. qui falsam, & no. sup. qui. mo. feu. amit. in prin. (probatũ fuerit) per testes quinque, vt. inf. quot testes sint necessarij ad probandum in grati. c. j.

Similiter.

Casus. Feudum non transit ad fœminam, licet per pactum sit actum, si masculus supereſt. Alij contradixerunt. &. h.d. (Obertus contra) & pro id est et contra hæc est ratio etiam in casu conuerso & contrario, vt: licet quod si decesserit vasallus superstitibus duobus filijs masculis & vnus moritur relicto masculo, alter relicta filia, masculus præfertur in succedendo, vt sup. Epi. Ab. vel Abb. §. j. & sup. de eo qui si. vel hær. suis. c. j. (ille) scilicet inuestitus.

Filius.

Casus. Filius non potest hæreditatem patris repudiare & feudum retinere, agnatus autem potest. h.d. (potest) dic, vt no. supra, an agna. vel si. c. j.

Si contentio.

Casus. Si cõtentio est inter agnatum & filiam, agnato defertur iusiurandum. h.d. de hoc dic, vt no. supra si de feu. fue. contro. c. j. &. ij.

Et simi-

Et similiter si contentio.

Casus. Si contentio est inter vasallum & emptorem de feudo, vasallo deficiente in probatiõe electio iurisiu. datur emptori. h.d. (emptoris) possidentis fa. sup. de con. inter masc. & fœm. §. fi. & dic vt ibi.

Similiter Feudum.

Casus. Feudum non potest constitui sub pacto legis commissoriæ. h.d. (feudum) fac. sup. de feuda. in fi. l. com. c. j. & dic vt ibi no.

Similiter potest.

Casus. Feudum dari potest ad certũ & determinatum seruitium, hoc dicit (ad certum) facit sup. quid sit inuesti. § præterea, & in qui. cau. feud. amit. §. fi.

Quæritur in glo. an vasallus possit refutare feudum sibi datum ad seruitium certum? Et videtur esse casus quòd possit, vt sup. de vas. qui contra consti. Lotha. feu. ali. c. j. §. fi. vbi dicitur simpliciter quòd refutare potest, ergo indistinctè debet intelligi, ar. ff. de pub. l. de precio. Argu. est contra. C. de actio. & ob. l. sicut. &. ff. manda. l. si mandauero. §. sicut. &, commo. in commodato. §. sicut. Solutio, aut feudum est simplex & indeterminatum & propriam habens naturam: aut est conditionatum & determinatum nec habens puram & propriam feudi naturam. Primo casu potest refutari indistinctè, vt dicto ti. de vas qui contra cõsti tutio Loth. & sic intellige illud. c. Secũdo casu nõ potest vt dicta. l. cũ cõcor. Et est ratio, quia primo casu non est obligatus cum effectu, sed solũ astrict', iuramẽto seruire, & naturali iure seu instinctu

naturæ & propter beneficium quod recepit à domino, vt.ff.de peti.hæredi.l.sed & si.§. consuluit, & ideò potest refutare beneficium, & solum Deũ habet vltorem si fidelitatem nõ seruauerit, vt.C. de iureiuran.l.j.&.ij.Sed oppono, inter simplicem loquelam & iuramentum & obligationem Deus non facit differentiam.xij.q.ij.c.suffragio,&.xxij. q.5.c.iuramenti,ergo videtur quòd postquam iurauerit non possit refutare. Sed respondeo, quòd huic iuramento tacita conditio inest,scilicet si res in eodem statu permanserit,& feudum retinuerit, ar.xxij.q.ij.c.ne quis,& extra,de iureiurã.c.quemadmodum, maximè quia videtur datum sibi esse feudum quamdiu habere voluerit, vt dicto tit.de vasal.qui contra consti. Lotha. ergo & iuramentum.quod est accessorium eius,videtur præstitisse eodem modo ar.ff.de vsuf.l.si absentem, &.l. cum fructuarius. Sed in secundo casu est obligatus ex pacto ciuiliter & naturaliter, vel per stipulationẽ vel per pactum appositum in traditione vt. C. de pactis.l.petens,&.ff. de pactis.l. in traditionibus, &.C.de rerum permu.l.rebus,& tenetur actione ex stipulatu si incertum est in stipulatione, vel certi condictione si certum,vel præscriptis verbis actione si stipulatio nõ intercesit,vel secundũ quosdam certi condictione ex moribus informata,& ideo hoc casu nõ potest refutari inuito domino, ar.C.de transac.l.quàmuis.

DE PROHIBITA FEV. ALIE. per Lotha. Rub. 52.

Rubrica potest sic cõtinuari. Superiùs dictum est de feu.

de feu.alienatione prohibita per consuetudinem,sed quia prohibetur etiam per legem Imperatoris, Ideo sequitur hæc rubrica.

Imperialis beneuolentiæ.

Diuide capitulum in partes quatuor. Primò, Imperator exorditur.Secundò,prohibet alienationem. Tertiò,pœnam imponit contrahentibus. Quartò,notario scribenti.Secunda pars incipit in ver.permultas,& enim. Tertia in versi. Si quis autem.Quarta in ver.notarium vero.

Casus. Imperator laborat & vigilat pro subiectorum commodis,& ideo habita diligẽti deliberatione cum sapientibus prohibet feudum generaliter alienari à vasallis sine voluntate dominorum suorum,& si vasallus contra fecerit,precio & beneficio carebit.Notarius vero qui instrumentũ scripserit officio suo priuabitur : & erit infamis, hoc dicit.(Trãsducere.)Nota hic quòd milites debent ire cum suis dominis in exercitu, vel soluere ostenditias.de hoc dic,vt supra de ca.Cor.§. similiter,infra tit.j.§.fi.& inf.ti.ij.§.firmiter. (Hac edictali)ergo nota quòd est lex, quia signum habet legis,vt.C.de leg.& cõsti.l.leges vt generales (ipsorum permissum)tacito vel expresso,ar.C.de remis. pig.l.ij.&.l.si hypothecas, &.ff.de euic.l. quidam. (commertium)in fraudem dominorum vel agnatorum,vel precium accipiendo sub colore inuesti turæ, vt supra, per quos fit inuesti. §. sed & res,& inf.ti.ij.§.callidis. (excogitare)id est, & ad actum perducere alias secus,vt supra titu.j.c. si voluerit. (vtilitas) quæ imminet si permitteretur alienatio

indistinctè, quia ad inopiã deducerentur nec possent seruitium præstare, vel ostenditias soluere. (precio) vasallus & emptor si est malè fidei, vt inf. ti. ij. §. j. (cognoscat) vasallus.

Oppono hic in fi. ca. videtur quòd notarius etiam manum amittere debeat, vt inf. tit. ij. §. callidis. Solutio, aut facit instrumentum super contractu feudi qui fit contra l. tunc non amittit manum, vt hic, aut super contractu qui fit in fraudem legis, & tunc amittit, vt ibi, ar. C. man. l. fi. hæc solutio nõ placet, quia loquitur hic in vtroque casu, dic ergo quòd etiam hodiè manum amittit vt ibi ar. C. manda. l. fi.

Quæritur in glo. an puniatur tam sciens quàm ignorans? respondeo quòd sciens sic, non autem ignorans, vt. ff. de pœnis, absentem. §. fi. &. l. respiciendum. §. delinquitur, & de his qui no. infa. l. genero. & de tabula. l. generali.

Quæritur in glo. quid si vasallus vendidit feud. domino sciẽte & non contradicente, an valeat vẽditio? respondet gl. & bẽnè, quòd sic, arg. sup. si de inuesti. inter do. & vas. c. ij. §. fi. & de euic. l. quidam, nisi sciens ius suum vbiq; durare non contradixerit, vt. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. non videtur. Sed oppono contra glo. quod præsentia, taciturnitas & patientia non debeat inducere cõsensum, nec obesse, vt. ff. de pigno. actio. l. Gaius, cũ concor. Solutio, aut quod sit me præsente potest fieri me contradicente, vt venditio rei meæ, tunc regulariter præsentia non inducit consensum vt ibi, aut me inuito fieri non potest, vt vẽditio feudi, vt hic, tunc præsentia inducit consensum, vt. ff. de re iudi. l. sæpe.

Satis

Satis benè.

Diuide in partes tres. Primò ponitur thema. Secundò quæstio. Tertiò responsio. Secunda incipit in ver. defuncto. Tertia in ver. amputantes.

Casus. Miles à duobus dominis diuersis temporibus bina quæsiuit beneficia, decessit relictis duobus filijs. filij postea diuiserunt beneficia inter se, & ad vnum ex diuisione peruenit beneficium priùs à patre quæsitum, & ad alterum peruenit acquisitum posterius, & quilibet domino suo iurauit fidelitatem simpliciter nullo antepositio excepto Imperatore. Deinde moritur frater ad quẽ peruenit beneficium posterius & frater superstes sibi succedit in beneficio, dominus eius beneficij petit ab eo fidelitatẽ sibi præstari simpliciter nullo antepositio, sicut frater defunctus fecerat.

Quæritur an sit audiendus? Respon. quòd non, quia semper in iuramento debet quis præferre dominum suum antiquiorem. Et hoc habet locum etiam si beneficium in secundam vel tertiam vel quartam generationem aut in infinitum peruenerit, hoc dicit, (acquisiuit) diuersis temporibus, vt inf. patet in litera. (alter eorum) ad quem ex diuisiõe peruenit beneficium, quod prius pater acquisierat à domino primo (pro suo beneficio) quòd posterius à secundo domino pater acquisierat, (posteriori fratre) id est, qui succes sit in feudo posterius acquisito (sine filijs, cui frater prior, id est, ad quem feudũ prius peruenit successit (in querimoniã) quæ sequitur, (prius personam). i. vt personam prioris domini postponeret sibi dño posteriori in sacramento fidelitatis (dominus

minus posterior) id est, dominus à quo posteriùs, & secundò pater eorum feudum acceperit (superstiti) quia in sacramento fidelitatis debet vasallus semper præferre dominum suum antiquiorem, vt supra hic fi. l. §. fi. (Si hoc actum erit) quòd in infinitum succedatur, quod semper agi videtur in descendentibus, sed in collateralibus vsq; ad. 7. gradum, vt sup. de his qui feu. da. pos. §. hoc quoque, nisi aliud sit actum vt hic dicitur.

Quæritur quid econtra, si prior frater primo decesserit & frater posterior sibi successerit, an debeat dominum fratris defuncti præferre iuramento fidelitatis sicut etiam pater fecit? arg. est quòd sic, quia ex persona hæredum conditio obligationis immutari non debet, vt. ff. de verb. ob. l. ij. §. ergo sicut pater fecit, sic & iste debet seruare.

Præterea qui est prior tempore potior habetur in iure, vt sup. hic fi. l. §. fi. & ff. qui potio. in pigno. hab. l. potior, sed prior dominus est prior tempore, ergo debet præferri in iure, & maximè in casu isto, quia ad vnum peruenit vtrumq; feudum, arg. sup. si de feu. fue. controuer. c. omnes, & quia res est facilis redire ad suam propriam naturam, arg. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Item vasallus debet seruitium & sic factũ, ergo debet priori &c. vt. ff. loca. l. in operis. Arg. est contra, hoc. c. in fi. Credo quòd non debeat postponere suum dominum, quia suo domino primo iurauit fidelitatẽ contra omnem, si ergo iuraret fidelitatem & præstaret secundo contra primum esset periurium, & nõ debet via periurijs aperiri, vt. C. de indi. vidui. toll. l. ij. Et sic nota hic quòd semper vasallus in iuramento fidelitatis debet præferre dominum suũ antiquiorem. Quoniam

Quoniam inter dominum.

Casus. Si vasallus intra annum & diem dolosè non peteret inuestituram amittit feudum. Si uero iusta causa impeditus non fecerit non perdit feudum, hoc dicit. (Si iusta causa) facit supra, quo tẽpore miles inuesti. pete. de. c. j. &, quæ fuit prima causa bene. amit. in princi. & dic vt tibi notaui.

DE PACE IVRA. FIRMAN.

Rub. 53.

Continuatio huius rubricæ sic potest fieri. Superiùs dictum est de pace tenenda, sed quia pax iureiurãdo firmatur, & non seruant punitur, ideo post præcedentia sequitur hæc rubrica.

Hac edictali.

Diuide capitulum in partes quinq; Primò, præcipit Imperator pacem iuramento firmatam ab omnibus seruari. Secundò, statuit pœnam non seruantibus. Tertiò, prohibet conuenticulas receptatorias & illicitas exactiones. Quartò confirmat sacramenta puberum licita, & cassat illicita. Quintò, redit ad materiam feudorum. Secunda pars incipit in. §. si quis vero temerario. Tertia in. §. conuẽticulas. Quarta in. §. item sacramenta puberum. Quinta in §. ad hoc. Prima & secunda pars vsq; ad. §. conuenticulas, subdiuiditur in sex partes. Primò præcipit pacem ab omnibus seruari & determinat qui iurare debeant pacem. Secundò consulit per quem modum seruare debeãt pacem.

Tertiò

Tertiò punit priuatos si nō seruent pacem. Quartò punit Iudices negligentes seruare & seruari facere pacem. Sexto punit inopes non valentes soluere pœnam statutam. Secunda pars incipit in.§. si quis vero. Tertia in.§. si quis temerario. Quarta in.§. iniuriam. Quinta in.§. iudices. Sexta in.§. qui vero. Casus vsque ad.§. conuenticulas. Primò, Imperator præcipit pacē ab omnibus obseruari, & statuit quòd omnes iurare debeant à decimo octauo anno vsquè ad lxx. pacem seruare, & in fine vniuscuiusq; quinquennij omnium sacramenta renouari. Deinde consulit omnibus quod si aliquod ius eis competat cōtra aliquem, adire debeant iudicem & legitimum postulare prēsidiū. Statuit insuper pœnam non seruantibus pacem maioribus, mediocribus & minoribus, quinimmo pro iniuria, furto & homicidio legitimè etiā puniantur: proponitur etiam pœna iudicibus negligentibus obseruare prædicta, & si ad dictam pœnā soluendam dignoscitur aliquis inopia laborare luet in corpore. h.d. (subiecti.) Nota hic quòd lex ista non ligat nisi subiectos imperio, vt. C. de sum. tri. l.j. & de iura. ca. l. ij.

Quæritur in glo. an liget Francos & alios Gallos qui non obediunt imperio? respōdeo quòd sic de iure, licet de facto eam non seruēt, quia de Romano imperio esse debent, vt. C. de off. præfec. præto. l. fi. & facit in procm. ff. in prin. (à 18. anno.) Nota hic quòd omnes debent. iurare seruare pacem & magni & parui: & minores. à 18. anno vsque ad. lxx. Nota etiam quòd minor. 18. annis non cogitur iurare pacem. Nota etiam quòd maior lxx. annis non cogitur iurare pacem. Et fortè est ratio in eo,

in eo, quia ætas eius est veneranda ar. ff. de iure immu. l. semper, & quia eius ætas est prona ad pacem & quietem. & præsumptio iuris est quod seruabit pacem absque iuramento, & ideo in ea ætate gaudent immunitate, vt. C. qui æta. se excus. l. j. &, qui æta. vel profes. se excus. l. fin. lib. 10. Et nota hic in glo. quod ætates in iure ciuili sunt distinctæ. Quędam enim est infantia, vt in minore septem annis, vt. C. de iure deliberan. l. si infanti. Alia est pupillaris ætas vsque ad. xij. annos in fœmina, & xiij. in masculo, & huius ætatis pars alia proxima est infantiæ, alia pubertati, vt insti. de inuti sti. §. pupillus, & insti. qui mo. tu. fi. j. respon. &. ff. de fur. impuberem, & de auc. tu. l. pupillus. Alia est adolescentiæ, vt à xiiij. anno in masculo, & à xij. in fœmina vsq; ad 25. annum, vt. ff. man. si vero non re. §. adolescentes, & de mino. l. j. Alia dicitur legitima ætas, vt. C. de his qui æta. ve. impe, l. fi. & in ea ætate dicitur quis iuuenis, vt. ff. de le. iij. l. non aliter. §. fi. Alia dicitur ætas senilis, vt à lxx. anno supra, vt hic, &. ff. de iure immu. l. maiores &. C. qui æta. vel profes. se excu. l. fi. Distinguuntur quidem ætates propter effectus multiplices. Alia est ætas. vij. an. quantum ad sponsalia contrahenda, vt. ff. de spon. in sponsalibus. Alia est ætas proxima pubertati quantum ad delicta puniēda, vt. ff. de fur. impuberē, & institu. de obli. ex delic. §. penultimo, & quo ad naturale vinculum contrahendum, vt ff. de nouatio. l. prima. Alia est. xij. anno. in fœmina, & xiiij. in masculo, quo ad nuptias cōtrahendas & testamentum faciendum & tutelam finiendam, vt insti. de nup. in princi. & qui. mo. tu. fi. in princi. &. ff. de testam. l. qua ætate. Alia est ætas. 17.

anno-

annorum quantum ad postulandum, vt. ff. de postu. l. j. §. pueritiam. Alia est ætas. 18. annorũ quo ad pacem iuramento firmandam, & quantum ad alimenta legata vt hic, &. ff. de ali. lega. l. mela. & quo ad veniam ætatis in fœmina, vt. C. de his qui ve. æta. impe. l. omnes. Alia viginti annorum quo ad veniam ætatis in masculo, vt dicta. l. omnes. Item etiam alia quantum ad hoc vt possit aliquis arrogare, vt ff. de adop. l. arrogato. §. j. Alia est. 26. annorum, quo ad contrahendum & quo ad honores susciendos, vt. ff. de mune. & hono. l. ad rem publicam, & de minori. l. j. Alia est ætas 50. annorum. Alia, lx. Alia. lxx. quo ad immunitatem & studium propagandæ prolis, vt. ff. de adop. l. si pater. §. fi. & de iu. immuni. l. maiores. C. qui æta. vel profes. se ex. l. fi. libro decimo. Nota etiam hic sacramenta renouari de quinquennio in quinquennium, vt statim sequitur in litera. Et potest esse ratio, quia ætates renouantur & crescunt, & quia quod notabiliter fit magis memoriæ commendatur, vt. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Non autem ratio est, quia sacramentum non duret vltra quinquennium, immò benè durat (pace retinenda) dicunt quidam & de adiuuandis locorum rectoribus, & sic hoc capitulũ debet inseri sacramento pacis. Sed hoc est falsum, quòd enim dicitur, quod adiuuent rectores, est in præcepto legis non in sacramento. Sumitur hic argu. in eo quod dicitur, quòd minor. 18. annis non cogitur iurare, quia minor. 18. annis non tenetur per se pugnare, quia qui pugnam facit cogitur iurare, sed ipse non tenetur iurare, ergo nec debet cogi pugnam facere, ar. ff. de spon. l. omnino, cum similibus.

Sed hoc non videtur necessarium argu. quia licet non cogatur iurare pacem, non propter hoc remittitur sibi omne illud sacramentum, vt inf. e. §. item sacramenta. Vel dic quòd probabile est, si alius sibi imponit pugnam. sed si ipse alij imponeret pugnam, tunc ipse deberet cogi iurare, quia ipse se ponit in necessitate, & ideo sibi imputet ar. ff. qui satisda. cogan. l. si fideiussor. §. si necessaria, & si quis cau. l. ij. §. pe. Quæritur si maior. 17. annis minor tamen 18. fecerit pacẽ cum inimico suo, & iurauerit eam seruare an si eam non seruauerit incidat in pœnam huius legis? Glossæ dubitatiuè respondent. Tu dic quòd non incidit, quia sacramentum quod præstatur pro pace hac lege est generale, & præstatur auctoritate & mandato huius legis & iuratur iudici, sed illud sacramentũ est speciale & præstatur parti, & ideo non debet puniri pœna huius. l. ar. ff. de iureiu. l. admonendi in fi. & quia in dubio pœnæ sunt molliendæ, vt. ff. de pœ. l. interpretatione.

Si quis verò.

(Adeat potestatem.) Nota hic quòd non debet quis sua auctoritate sibi dicere ius, sed debet adire iudicem competentem, idcirco enim iudiciorũ vigor iurisq; publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibiipsi permittere valeat vltionem, vt. C. de Iudæis. l. nullus. Et hoc est regulare vt ibi, & quòd me, causa. l. extat. Fallit regula in casibus vt no. C. quando licet vnicui sine iudi. l. j. & ij. & de pig. l. ij. &. ff. quorum leg. l. j. §. j. & de iustit. & iu. l. vt vim, & ad. l. Aqui. l. scientiam. §. qui cum aliter, &. C. vnde vi. l. j. & ad. l. Aquil. l. quemadmodum.

dum.§.j.&.C.de iure emphy.l.ij.& de metatis & epidi.l.deuotum. lib. 12. &. ff. quæ in frau. cre ait prętor.§.si debitorem,& de decu.l.generali,& vbi quis de cu.vel cohor.cond.conue.l.j.

Quæritur in glo.quid si debitor alicuius est in fuga,nec copia iudicis habetur,an creditor sua auctoritate potest rem ab eo auferre? an vero debet iudicem expectare? gl.determinat quòd potest eũ capere,& detinere donec habeat iudicis copiã.Sed rem ab eo auferre non potest,vt dicto.§.si debitorem.Tu dic quod etiã rẽ auferre potest sua auctoritate dicto casu,vt apertè patet in dicto.§. Si debitorem, & dicta.l.nullus,à cõtrario sensu literę, & in decre.iij.q j.c.deus.versũ.sed hęc,& approbatur. j.di.c.iusgentium.Sed si debitor nõ esset in fuga, & creditor timeret rem suam præscribi,potest interrumpere præscriptiõem modis legitimis, vt.C. de præscrip.xxx.anno. l. sicut &.l.cum notissimi. &.l.fi.& de anna.excep.vt perfectius.(exequatur) auctoritate iudicis & non sua, vt dictum est: aliàs incidit in.l.extat.ff.quod me.cau. vel in constitutionem.l.Si quis in tantam.C.vnde vi.

Si quis vero temerario.

(Quinquaginta lib.)Nota hic quòd maiori pœna punitur hic nobilis quã ignobilis.Et potestesse ratio,quia quantò quis maior est seu in maiori dignitate,tanto magis præsumitur peccare & contemnere videtur,vt.C.de epi.& cle.l.presbyteri,ad fi.sed cõtra.ff.ad l.Cor.de fal.l.j.§ fi.&.C.de sum. tri.l.nemo clericus.Solu.aut delicta habent se vt excedentia & excessa,aut vt paria. Primo casu ille cuius delictum præponderat grauiùs punitur sit maior

maior vel minor,vt.ff.de incen.rui.nau.l. pedius. Secundo casu aut pœna ex delicto est imponenda pecuniaria,tunc maiori punitur nobilis & diues quã ignobilis & pauper,vt hic cum similibus, aut corporalis,tunc maiori punitur ignobilis quã nobilis vt in contrarijs. Fallit in casu, vt.ff. de pœ.l. quædam,&.C.de epi.& cle.l.presbyteri, in fi.&.ff. de re mili.l.ij.&.l.omne.§.j.& facit etiam in decre. xxix.di.c.necesse est.&.j.q.j.c.iudicij &.c.si quis episcopi &.q.iiij.c.ecclesia quæ.

Iniuria punitur.

No.quod punitur iniuria ciuiliter & criminaliter,vt.ff.de pri.delic.l.fina. & instit.de iniur. §. in summa. Ciuiliter quidem punitur dupliciter,vt actione iniuriarũ prætoria in sacramentum agentis,vel act.iniur.descendente ex.l. Cor arbitrio iudicis,vt instit.de iniur.§. pœnalis,& ar.ff. de iniur. l.iniuriarum actio,&.l.constitutionibus.§.fi.&.C. de iniur.l.si nõ conuicij. Criminaliter autem officio iudicis extraordinaria pœna, vt instit.de iniur.§.pœna & de priua.delic.l. fi. & statuetur pœna secundum quantitatem delicti & grauam conditiõem,vt,ff.de pœnis,hodiè. Et interdum etiam punitur iniuria publico iudicio, vt.ff. de iniur. prętor edixit.§.j.sed licet competat ciuile & criminale iudiciũ,tamen vnum tollitur per aliud,quia vtrunq; proditum est ad vindictam, secùs autem esset si alterum esset de re familiari,vt. ff. de iniur. quod senatus,&.l.prætor.§.j.&. C. quando ci. ac. cri.l.vna.(Seu furtum.)

Quid autẽ sit furtum,& quot sunt genera furtorum dic vt instit.de obl. quæ ex deli. nas.§ j. &. ij.

& ff. de fur. l. j. Punitur autem furtum ciuiliter & criminaliter, vt. ff. de priua. delic. l. fi. & de fur. l, vlti. Ciuiliter quidem punitur si furtum est manifestum pœna quadrupli. si non est manifestum, pœna dupli. vt insti. de obl. quæ ex deli. §. pœna. Et est ratio differentiæ vt ibi nota. Criminaliter autem punitur officio iudicis extraordinaria pœna, vt. d. §. fi. & d. l. vl. de pri. deli. & ff. de prœuaric. l. ab Imperatore, & ad Turpil. l. & in priuatis. Pro qualitate autem delicti, & personarum conditione debet puniri, vt. d. l. & in priuatis, & de incen. rui. nau. pedius, & de pœnis, hodie, nisi sint famosi latrones qui furca debent suspendi, vt. ff. de pœ. capitalium §. famosos. hodiè per autent. contra fures alia statuitur pœna, vt. C. de ser. fu. autent. sed nouo iure. Item per. l. Frederici Imperatoris est alia pœna statuta, vt supra de pace te. §. si quis quinq; solidos. Iure autem Lombar. alia etiam pœna statuta est, vt in Lombar. de fur. & de ser. fugi. per totum, (legitimè puniantur.) Quæritur in glo. secundum quam legem debeat puniri furtũ, nunquid secundum. l. Romanorum, an secundum. l. Frede. in secundum. l. Lombar? Dicit glo. quòd non secũdum l. Lombardorũ, quia non est generalis facta ab Imperatore vel à Romanis, sed à Rege vel Principe, vt speciali domino, quod dic, vt in glo. Prœterea leges Longobardorum per desuetudinẽ abrogatæ sunt, & ideo pro legibus non sunt seruandę, vt in prœ. inst. §. quibus breuiter, & ff. de legi. & con. l. de quibus. Per legem Frederici Imperatoris non, secundũ quosdam, quia non est generalis lex, nec habet signum legis, nec seruauit Imperator stilum in cõdenda lege, vt. l. humanum. C. de legi. & consti. Tu dic

dic quòd lex est vt ibi no. & ideo posset imponi pœna in dicta lege statuta in iure Autenticorum. Sed si vna pœna sit imposita vna lege, non debet puniri alia lege ex eodẽ delicto, vt. ff. de accu. l. senatus. &, nau. cau. sta. l. licet. §. fi. (homicidiũ) aut est simplex aut parricidium. Primò casu pœna eius statuta est. ff. ad. l. Cor. de sic. l. eiusdẽ. §. legis Cor. & insti. de pu. iudi. §. item lex Cor. Si quis cum telo hominis necãdi causa ambulauerit eadem pœna punitur qua ille qui occidit & cuius dolo malo factũ est commissum, vt. C. ad. l. Cor. de sic. l. is qui. Quæ quidẽ est deportatio in maioribus sed in minoribus decapitatio vel bestijs subijci, vt. ff. ad legem Cor. de sica. l. eiusdem. §. pe. & l. penul. & not. d. l. is qui. Et qui homicidium infra pacem commiserit capite punietur, vt sup. de pace te. §. j. Et bona etiã publicantur damnatorum, vt. C. & ff. de bo. dam. per totum. Hodiè tamen per ius Autenticorum relinquuntur ascendentibus & descendentibus & ex latere vsq; ad tertium gradum, & dos & ante nuptias donatio remanet apud vxorem, vt in autent. vt nulli iudi. §. fi. & de man. princ. §. oportet autem col. iij. Non extantibus verò his personis publicãtur bona hodiè vt olim publicabãtur. Publicantur etiã hodiè bona si eo viuente & in ciuitate manente damnatus est ex delicto, vt in autent. de incest. nup. §. j. col. ij. Sed propter contumaciã homicidij non publicantur bona etiam post annũ, sed relinquuntur proximis, vt sup. de pace te. §. si verò pacis violator. Secũdò casu punitur parricidium, vt. C. de his qui par. vel li. oc. l. vna: & ff. ad legem Pomp. de parricidi. l. fi. In casibus verò nõ punitur quis propter homicidium vt. C. quando licet sine

iu. se vind. l. j. & ij. Item si casu fecit, vt. C. ad. l. Cor, de sic. l. j. & ff. de pœ. absentem. §. si. & l. respiciendum. §. delinquitur. Et idem si ad defensionem sui commisit homicidiū, vt. ff. de iusti. & iu. l. vt vim. & ad. l. Aquil. scientiam. §. qui cum aliter. Membrorum olim erat pœna taliōis, vt membrum pro membro, manus pro manu, pes pro pede, vt instit. de iniur. §. pœna autem, & xxiij. q. iiij. c. hæc autem iura. Hodie vero sibi manus amputabitur si infra pacis edictum fecerit, vt sup. de pace tenen. §. si quis alium: vel capite punietur si animo occidēdi percusserit, vt. ff. ad legem Corneliam, de sicarijs. l. j. §. diui. & C. ad legem Corneliam de sicarijs, is qui cum telo. Vel dic si extra ordinem accusetur crimine iniuriarum punietur & extra ordinem arbitrio iudicis, secundum personarum conditionē, & delicti qualitatem & consuetam pœnarum impositionem, vt. ff. de pœnis. hodiè, & de priua. deli. l. fi. cum similibus.

Iudices verò.

(Constituti.) Nota hic quòd Imperator constituit Iudices & Magistratus vt hic: & in autent. vt iudi. sine quoquo iuf. circa prin. & ff. ad. l. Iul. de am. l. j. hodiè vero in Lombarda per pacem Constantiæ concessum est Lōbardis sibi eligere rectores. (neglexerunt.) Nota quòd propter negligentiam puniuntur administratores, vt. C. de off. præfec. præto. l. si quos: & de seruis fu. l. mancipia. Et meritò, quia Iudices dicti sunt quia ius dicunt populo, siue quia iura disceptent. Iure autē disceptare est iustè iudicare, vt. xxiij. q. ij. c. j. Nā tegere vel conscius videtur crimina quæ non punit, vt. C. de commer. & merca. l. ij. Quinimmo & si Iudex male iudi-

iudicauerit si per imprudentiam facit litem suam. Si dolo, etiam facit litem suā & grauiùs punitur, de hoc dic de instit. de obli. quæ ex quasi male. in prin. & ff. de var. cogni. l. fi Iudex & de iudi. l. si filius, de calum. l. j. C. de pœna. iu. qui ma. iu. l. j. & ij. cum autent. ibi posita.

Quia vero inopia.

Iste §. facit simplicem relationem, & ideo debet referri ad omnia præcedentia, & ideo quicunque sit qui pœnam pecuniariam propter inopiam soluere non potest, eam luere debet in corpore, est enim hæc regula, vt. ff. de pœnis. l. j. §. generaliter, & extra de dolo & contu. c. finem litibus. & xij. q. j. c. fraternitatis.

Conuenticulas quoq;.

Diuide in quinq; partes vsq; ad. §. Item sacramē ta. Primò prohibet & punit conuenticulas. Secūdo, hortatur Episcopos ad pœnam imponēdam. Tertiò, prohibet & punit receptatores. Quartò, punit recusantem iurare pacem. Quintò, prohibet & punit illicitas exactiones. Secunda in. §. Episcopos. Tertia in. §. receptatoribus. Quarta in. §. præterea. Quinta in §. illicitas.

Casus. prohibet Imperator omnibus ne faciāt conuenticulas vel coniurationes aliqua de causa, & cuilibet coniuratorū imponit pœnam vnius libræ auri. hoc dicit primò. Secundò hortatur Episcopos & violatores huius legis puniri debeant cēsura ecclesiastica. Tertiò prohibet omnibus ne receptent violatores huius legis, alioquin pari pœna puniētur. Quartò dicitur quòd si quis noluerit iurare pacem, bona eius publicabuntur & domus

eius destruetur. Quintò prohibet fieri exactiones illicitas & maximè ab ecclesijs, & statuit contrafacientibus pœnam in duplũ, hoc dicit. Nota ℣ prohibet conuenticulas, facit. C. de epi. & cle. conuenticulas, & de his qui ad ec. confu. l. denunciamus, & C. de Monopo. l. j. (coniurationes.) Nota quòd prohibet coniurationes in ciuitate, ℣ hodiè malè seruatur in Italia, facit. C. de monopo. l. j. & in decre. xj. q. j. c. coniurationum, & c. si qui clericorum. (ecclesiastica censura). i. pœna excõmunicationis. Et no. hic quòd contemptus pacis spectat ad Episcopum punire, quinimmo & pacẽ facere obseruari, vt extra. de treu. & pa. c. j. & de iu. c. nouit. (receptatoribus.) Nota receptatores puniri, quia sine his latro diu latere non potest, vt de offi. præ. l. cõgruit. & de recepta. l. j. idem est dicit glo. si receptatores non ceperint violatores pacis cum poterint, vt. C. de his qui latro. vel alijs crimi. reos oc. l. j. in fi. & l. ij. Et puniri debent receptatores eadem pœna qua delinquentes quos receperint, vt. C. de his qui latro. l. j. quia par delictum est vt hic, & dicta. l. j. & quos par facinus coinquinat &c. vt. C. de epi. & cle. l. si quenquam &. ff. l. j. de recepta. nisi affinẽ quis recipiat vt. ff. de recepta. l. fi. & domus eius destruatur, facit in autent. de leno. ℣. si quis autem, &. C. de fal. mo. l. j. Et nota quòd nõ parcitur hic deformitati ciuitatis ar. cõtra. ff. de off. præ. l. præses prouinciæ, & de le. j. l. cætera in prin. (illicitas etiam exactiones.) Nota prohiberi exactiones illicitas, facit. ff. de offi. prẽs. l. illicitas. (ab ecclesia.) Nota quod hic prouidetur ecclesijs maximè, facit C. de epi. & cle. auten. item nulla communitas, posita super. l. ij. Quæ autem sint illicitæ exactiões in

in ecclesijs dic vt. C. de sacrosan. eccle. l. placet. (in duplum.)

Opp. quòd alia pœna & maior imponi debeat, vt. C. de sacrosan. ec. l. placet in fi. Solutio hic ciuiliter pœna imponitur: ibi criminaliter.

Item sacramenta puberum.

Diuide in duas partes. Primò, Imperator confirmat sacramenta puberum licita. Secundò, cassat illicita. Secunda pars incipit in ver. per vim autem. Casus. Imperator confirmat sacramẽta puberum spontè facta super contractibus rerum suarum, & ea præcipit inuiolabiliter obseruari: deinde cassat sacramenta per vim & violentiã extorta, etiam à maioribus, & maximè ne querimoniam faciant maleficiorum commissorum, & nullius momenti esse vult ea. h. d. (Item sacramenta). i. iuramenta super sacrosanctis Euangelijs corporaliter præstita. Nam sacramentum propriè dicitur. i. super sacro iuramentum præstitum, vt super altari vel libro continente Euangelia. Sed quid est iurare? iurare est aliquid Deo teste dicere. Quid est iuramentum? iuramentum est vel vox ipsius iurantis, vel actus ipse, vel ipsum quod iuratur, vt. xxij. q. j. in prin. vbi de hoc. Quæritur quid si iuretur super aliquo ligno vel lapide an valeat sacramentũ? Respon. quòd sic, quia Deus respicit cor, & habetur respectus ad vera Euãgelia, mens etiam deferentis consideranda, vt. xxij. q. 5. c. quacunq; arte, & extra de iureiu. c. veniens ad præsentiam, & in autent. iusiur. quod præsta. ab his, in prin.

Quæritur quid si iuretur per nomen domini vel caput, vel capillos? non videtur valere, vt in autẽt.

vt non luxu. contra naturam. §. j. & xx. q. j. c. si quis per capillum. Quæritur quid si iuretur per salutem principis? videtur valere, vt. ff. de iureiuran. si duo patroni §. j. Secundum Odof. non valet nisi iuretur per Deum vt hic, quia litera dicit sacramenta. Tu dic valere, quia omne sacramẽtum est licitum, per quod quis voluerit iurare nisi sit improbatum, vt no. extra de iureiu. c. & si Christus.

Quæritur quid si iuret per salutem suam vel liberorum suorum? videtur valere, vt. ff. de iureiu. non erit. Odofr. contra. Quid si iuret per reliquias sanctorum vel in fide mea, vel super periculo animæ meæ? videtur valere, vt extra de fideius. c. ij. & xxij. q. vlt. c. iuramenti. Quæritur quid si verbotenus iurauerit non corporaliter? Respon non valet, quia hic dicit sacramenta. i. super sacro præstita, & inf. subdit, facta, ergo corporaliter tacta, argu. C. si aduer. ven. l. j. & in autent. iusiuran. quòd præsta. ab in prin. Nam & quo ad quædam alia inter hæc est differentia, vt. C. si mi. se mai. dixe. l. si alterius. §. fi. Sed de iure canonico fortè secùs est, quia inter simplicem loquelam & iuramentũ Deus non facit differentiam. xij. q. ij. c. quicunq; suffragio, & xxij. q. 5. c. iuramenti. Item omne iuramentum seruãdum est nisi vergat in interitum salutis æternę, vt extra de iureiu. c. si vero aliquis. Itẽ iuramentum non est inuentum, vt sit vinculum iniquitatis, vt extra de iureiur. quanto. Quæritur quid si pubes non iurauit, sed alius in animam eius? Respon. quod valet si habeat speciale mandatum, arg. ff. de admi. tu. l. ita autem. §. gessisse. &, quod cuiusq; vniuer. no. Item eorum. §. si decuriones, & extra de iura calum. c. fi. li. 6. de hoc no. C. de sa-

de sacrosan. ec. autent. hóc ius porrectum, & 63. di. c. tibi domino Papæ, etiam 17. q. 4. c. metuentes. Et idem dico de iuramento calumniæ quòd procurator possit iurare in animã domini si habeat speciale mandatum, & concipere debet iuramentum in personã domini. Sed Syndicus & Oeconomus iurant in animam suam, vt extra de iureiu. c. fi. li. 6. & de iureiu. in pertractandis (puberum) puberes dicuntur masculi maiores. xiiij. an. fœminæ maiores. xij. vt instit. qui. mo. tu. fi. in prin. &. ff. de le. iij. l. cum filio. Quæritur quid de impubere si vendit rem suam & iurat an potest contraenire? Respon. sic de iure ciuili, quia eius ætas quod videt ignorat, & sciens fallere non videtur. C. de fal. mo. l. j. &. ff. de iureiuran. l. qui iurasse, & xxij. q. 5. c. pueri, & hoc patet hic. Nam in eo quod de pubere hic statuitur videtur prohiberi in impubere, quia quotiens de duobus conceditur vni, alij denegari videtur, arg. ff. de condi. & demon. l. cum ita. §. fi. & de iudi. l. cum prætor. nisi in casu, vt. ff. de lib. causa. l. fi. Alij dicunt aut est doli capax, aut non. Prima placet. Secunda fortè vera est de iure canonico. Quæritur, quid si pubes vendit & iurat sine curatore? vel est furiosus vel demens vel prodigus? Respon. non valet quia non possunt contrahere, vt. ff. de act. & ob. l. si à furioso, &. l. furiosus, & de ver. ob. is cui. & de regu. iur. l. furiosi, & de iur. codicil. l. ij. §. furiosus, nisi furiosus in dilucidis interuallis contraxerit, vt. C. de cura. fu. l. cum alijs. & qui testa. fa. pos. l. furiosum.

Quæritur quid si pubes est filius fa. an in eo habet locum hæc autent. si contrahat & iuret? Respon. quòd sic, quia regulariter ex omni còtracta obliga-

obligatur vt.ff.de act.& ob.l. filiusfa. & de iudi.l. tam ex contractibus, præterquam in mutuo & voto, in quibus cum effectu non tenetur. Quæritur quid si pubes est seruus & contrahit & iurat an habeat locum hæc autent? respondet glo. quòd sic, vt cum effectu naturaliter obligetur, & dominus de peculio teneatur. nam seruus naturaliter obligatur, vt.ff.de condi.inde.l.naturaliter, & de peculio.l.nec seruus, & dominus de peculio etiam inuitus obligatur, vt.ff.de pecu.l. si quis seruũ. §. etiã.

Quæritur quid in putatiuo seruo qui verè est liber an in eo habeat locum hæc autent. respondet quòd sic, vt.ff.commo.l.si is qui. §. si libero. Quæritur quid si pubes habet curatorem vel non & vẽdidit sine curatore & iurauit, & quid etiam si vendidit sine decreto iudicis an poterit contrauenire? Respondeo secundum omnes quòd non, quia sacramentum repræsentat eum maiorem. 25. annis, vt hic, ergo valet contractus sicut si factus esset, à quolibet maiore. Nam hæc autent. loquitur indistincte & generaliter, ar.ff.de publi.l. de precio & de le.j.l. generaliter. Item facta fuit hæc autent. ad petitionem domini. M. ad tuendum eius opinionem. Item per.l.C.si aduersus ven. in inte. resti. postu.l.i. venditio facta cum curatore & decreto iudicis accedente sacramento non poterat rescindi, ergo per autent. hanc, vt aliquid operetur, debet valere contractus etiam sine curatore & iudicis decreto, ar.ff.de leg.j.l.si quando, & de vsur. si stipulatus. (sponte facta) secus si per vim, & metũ, vt inf. sequitur. Quæritur quid si dolo inductus pubes iurauit, an valet sacramentũ & id super quo iurauit? respondet glo. & benè quòd non, quia nõ dicitur

dicitur spõtè iurare qui dolo est inductus ar. C.de rap.vir.l.j.circa fi. Est enim dolus machinatio fraudulenta ad alium fallendum & decipiendum, vt.ff. de dolo.l.j §.dolum malum, & de pac.iurisgentũ. §.dolo malo, & poterit contrauenire per restitutionem in integrum, vt.ff.de dolo.l.j. §. idem pompo. Quæritur quid si blãditiis inductus iurauit, an valet? respondet glo. quòd sic, ar. C. si quis aliquem tẽt. pro. l. vlt. & de transac.l. maiores, &.l. cum donationis. (Super contractibus.) Quæritur quid si contractus est contra.l. & de iure cõmuni non valet etiam in maiore, & iurauit pubes, an valet contractus? Respon. quòd non, quia si nõ valet principale nec accessorium, vt extra, de foro compe. l. diligenti, &. C. de legi. non dubium, &. ff. de pac. l. iurisgen. §. si paciscar. Vel dic secundum canones, aut iuramẽtum interponitur super prohibitis omnino, tunc non valet principale accessorium, aut super his quæ aliquo casu permittũtur, tunc licet non valet principale, tenet tamen sacramentũ, vt extra, de iureiuran. c. cum contingat.

Quæritur quid si deceptus sit vltra dimidiũ iusti precij in contractu & iurat, an potest contrauenire? Respõdeo sic, quia iuramentum repræsentat eum maiorem solummodo, & tollit ei beneficium competens ratione ætatis minoris, sed auxilium quod datur maiori non impeditur. Et ideo cũ quilibet maior possit agere ad supplementum vel vt rescinderetur contractus, vt. C. de rescin. ven. l.ij. ergo & minor, nisi iurauerit non contrauenire ratiõe precij, vt no. d.l.ij. C. de rescin. ven. & extra de emp. & ven. c. cum causa. Quæritur quid si læsus est infra dimidium iusti precij, & iurauit an potest

contra-

contrauenire? Respondeo quòd non, quia iuramentum repræsentat eum maiorem, sed maior eo casu non potest contrauenire vt. ff. de mino. l. in causæ, & loca. l. item si precio. §. fi. ergo nec minor.

Quæritur quid si maior vendidit & læsus est vltra dimidiũ iusti precij, & iurauit, an potest contrauenire? Respondeo non, quia licet petat suppleri iustũ preciũ, vel rescindi cõtractum, tamẽ videtur quodammodo agere ad rescisionẽ iuramenti ar. ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. si quis, & de hoc no. in summa de rescin. vendi. & d. l. §. de rescin. ven. & dicto ca. cum causa, extra, de emp. vendi. Quæritur quid si minor generaliter iurauerit non venire contra vllum contractum quem faciet, an valet sacramentum in omni contractu & cum quacunq; persona? Respon. quòd nõ ar. ff. de pac. l. si vnus. §. ante omnia, &. §. in summa &, si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum, &. C. ad vel le. l. iubemus. Præterea absenti quis non obligatur, ar. ff. de inter. ac. l. vlt. & de confes. l. certum. §. si quis. & de nego. ge. l. Pomponius scribit. Vel dic, aut in contrahendo commemorat sacramentum, & vult eo astringi, tunc valet, aliàs non vt hic no. in glo. Quæritur quid si minor vendidit & non tradidit, vel vendidit & tradidit & ad eum redijt possessio, nec eam restituit emptori, an tenebitur ex sacramento? Respondeo, aut tradidit & non tenebitur, quia solutione liberatus est, vt insti. qui. mo. tol. obli. in princ. &. C. de vsufru. l. corruptionem. & de act. emp. l. si quis alienam: aut non tradidit, & tunc bene tenetur. Vel dic idem in vtroque casu, quia cum iurauit seruare contractum licet tradidit sed postea non restituit cum ad eum perue-

nerit, dicitur facere cõtrouersiam domino, ar. ff. de ver. obl. l. stipulatio ista. §. j. & ij. & de iureiuran. sed & si possessori. Quæritur quid si minor priùs vendidit, & postea ex interuallo iurauit an valet? Respondeo quòd sic, ar. C. ad mace. l. fi. &. ff. de iudi. l. licet. Quæritur quid in stipulatione, quid in datione, quid in renunciatione, quid in transactione, quid in rei vendicatione, quid in mutuo, quid in quasi contractu, & similibus nunquid habet locum hæc autent? Et videtur quòd non, quia contractus dicitur pròprie, quo vltro citroq; oritur obligatio, vt. ff. de ver. signif. l. labeo. Sed his casibus oritur obligatio vel ex vna parte tantùm, vel ex nulla, ergo non est contractus. Tu dic autent. locum habere in istis casibus & largè intelligi hoc nomen contractus ar. C. de fide instru. l. contractus, &, quòd me: causa. si donationis, &. ff. de iudi. l. omnem obligationem, &. C. vbi de cri. agi opor. autent. qua in prouincia. Præterea quotiens est eadẽ ratio in diuersis, idem debet ius statui, vt. ff. de ver. ob. l. à Titio. Sed ratio quare seruatur sacramentum est fauor aduersarij minoris & auctoritas sacramenti, ergo cum sit eadem ratio in alijs casibus idem ius erit seruandum. Item per hanc autent. receditur à iure speciali, quòd facilius fit quàm à communi iure, vt in autent. de non alie. §. alienationes in fi. &. C. ad vell. l. antiqua. Quæritur quid in iudicijs an est idem quod in contractibus? respondet gl. quòd sic, quia in iudicijs quasi contrahitur, vt. ff. de pecul. licet. §. idem scribit. Alij dicunt quòd in iudicijs non valet, quia iudicium redditur in inuitum, vt. ff. de ver. ob. l. inter stipulan. §. j. vel dic, aut agit, aut conue-

conuenitur. Primo casu valet quia spontè mouet iudicium, vt. ff. de diuer. præscrip. l. j. Secundò casu non valet si coactus iurauit. Quæritur quid in arbitrio? Respõdeo quòd valet secundũ omnes, quia fit inter volentes, vt. ff. de arbi. l. iij. &. l. non distinguemus. §. fi. Quæritur quid si iurauit se non venturum cõtra testamentum vel codicillos an valet? Respondeo quòd non, si iurauit non venire contra proprium testamentum vel codicillos quia non potest sibi legẽ imponere à qua recedere non potest, vt. ff. de le. j. l. nemo. & de le. ij. l. si quis in principio. Item quia ambulatoria est vltima voluntas vsq; ad extremum vitæ exitum vt. C. de sacrosan. eccl. l. j. & de dona. inter vi. & vxo. cum hic status. §. oratio, & de adimen. le. l. iij. §. fi. & xiij. q. ij. c. vltima voluntas. Præterea hæc autent. loquitur in contractibus, sed verba contraxerunt non pertinent ad ius testandi. ff. de verb. sig. l. verba cõtraxerunt. ergo &c. Item testamenti factio publici iuris est, vt. ff. de testa. l. testamẽti factio. Sed ius publicum pactis priuatorum tolli non potest, vt. ff. de pac. l. ius publicum. ergo &c. & de hoc no. extra. de cele. mis. c. cum marthe. & xiij. q. ij. c. vltima voluntas. Sin autem iurauit non venire contra alterius testamẽtum vel codicillos, si pactum tenet, & iuramentum valet, aliàs secùs. vt. de pac. l. fi. &. ff. de pac. iurisgentiũ. §. si paciscar. Quæritur, quid si donauit causa mortis, & iurauit donationem non reuocare nunquid valet? respondet glo. & tenet quòd non reuocat, quia hæc donatio priuati iuris est. Hinc est quòd filiusfa. potest eã celebrare, sed non testari vt. ff. de dona. causa mor. l. tamis & de dona. l. filius. §. fi. Vel dic, aut donatio causa mortis

mortis est simplex, aut cum stipulatione, & traditione. Primo casu dic idem quod in testamẽto per rationes prẽmissas. Secundò autem dic idem quod glo. ar. ff. de dona. causa mor. l. vbi ita donatur.

Quæritur quid si minor filiusfa. accipit mutuũ & renunciat Macedoniano & iurat, an valet? Respondet gl. & benè q̃ non, quia odio creditorũ sibi datur exceptio, vt. ff. de condi. inde. qui exceptionẽ, & quia daretur materia peccandi creditoribus, vt. ff. ad mace. l. j. quod esse non debet vt. ff. de pac. do. l. conuenire. Quæritur si mulier renunciauit Velleiano & iurauit, an valet? respon. q̃ sic, quia eius fauore competit exceptio, vt. ff. ad vell. l. vlt. §. pe. Quæritur quid si minor confessus est mutuo accepisse spe futuræ numerationis & renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, & iurauit non contrauenire, an potest contrauenire? Respondet gl. quòd non. Tu dic quod potest, quia iuramentũ iu se habet tacitam conditionẽ vt. C. de nõ nume. pe. l. fi. grauatur tamen ex onere probandi, quod dic vt no. C. de non nu. pec. si ex cautione. Quæritur quid si minor contrahit cũ patre vel renunciauit super bonis maternis an valet? respõdet gl. quòd non, vt insti. de inuti. stip. §. inutilis. Tu dic valere renunciationẽ & etiam contractũ ex causa aduenticij aut castrensis peculij vel quasi, vt. ff. de condi. inde. frater à fratre, vbi de hoc. & C. de pac. do. l. pactum dotale. Quæritur quid si pater minor diuisit bona inter filios emãcipatos & iurauit non contrauenire nunquid poterit cõtrauenire? Glo. simpliciter videtur tenere quòd sic, quia donatio est & valet vt. C. de inoffi. dona. l. ij. Tu dic, aut diuisio habet vim testamenti seu vltimæ vo-

suntatis,& tunc potest contrauenire,& sacramentum non valet,vt superiùs dictũ est,& facit. C.fami.her.quoties.&.l.Si cogitatione.& in autent.de trien.& se.§.quòd sæpe, aut habet vim donationis,& tunc bene valet & non potest reuocari,vt superiùs dictum est. Quæritur quid si filius renũciauit hæreditati patris & iurauit?respondeo non valet,vt no.C. de coll.l.pactum. Quæritur quid si quis dum vellet iurare facta est sibi gratia, & remissum est sibi sacramentum,& ideo non iurauit, an valeat contractus ac si iuratum esset? videtur quod sic,quia pro facto habetur,quotiens per aliquem stat quò minus sibi fiat vt. ff.de condi.& demon l.iure ciuili.& de regu. iu.l.in iure ciuili.& de contrahen.emp.l.labeo scribit si mihi. Præterea iurasse dicitur cui remissum est vt.ff. de iureiurã. l.remittit.Tu dic contra,quòd non valet,nisi prestito sacramento,quia requiritur factum, & ideo non sufficit voluntas.ar.ff. de condi. & demon.l. j.&.ij.& hoc patet. quia dicit sacramenta facta. Nõ obstat.l.remittit, quia ibi habetur proiurato in præiudicium remittentis, non in præiudicium eius cui remittitur(rerum)largè accipe ar.ff.si cer. peta.l.j.& de ver.sig.l.rei.(suarum) id est, propriarum vel communium.ar.ff.de ver.sig.l.verbum illud & de le. ij.l. si quis suos. Quæritur quid si vendidit rem alienam & iurauit nunquid valet? Respon.quòd sic,& quod dicit suarum,large intelige,& dic super contractibus rerum suarum. i. super contractibus celebratis super rebus suis quibuscunq; non retractandis. Quidam dicunt per literã istam quod hæc autent. loquitur quando cõtractus fit legitimè cũ curatore & iudicis decreto.

Nam

Nam tunc contractus de iure communi nõ debet retractari vt dicit hæc litera,non retractãdis,licet per restitutionẽ speciali beneficio ætatis posset retractari,vt.C.de præ.mi.l. siquidem, &.l. si prædium,sed propter iuramentum, si interueniat,cessare debet restitutio,sic.C.si aduer.ven.resti.pos.l.j. Et exponunt literam, super contractibus rerum suarum non retractandis,id est,super cõtractibus quæ iure communi non debent retractari. Hoc non placet vt supra dixi.Expone igitur aliter literam & dic super contractibus rerum suarum non retractandis.i. super contractibus vt non retractẽtur:vel dic.i.quòd non retractabunt seu quod nõ venient contra,& intellige hanc auten. vt dictum est supra(inuiolabiliter).i.sine violatione vel corruptela aliqua.(custodiatur)vt detur actio & exceptio & quo ad dominum vt transferatur,arg.ff. de acqui.re.do.l.statuas, & famil. hercis. inter cohæredes.§.i. Quæritur quæ actio detur emptori ?Respon.si res nõ est tradita dabitur actio ex eo cõtractu, quia etiã ex inutili cõtractu datur actio ex eo,vt.ff.de cõtrahẽ.emp.l.si celsus.§.i.& de act. emp.l. ex empto. §. si is qui in vna, &.§.se.Sin autem res tradita est, si minor venditor fuit, domino datur rei vendicatio contra quemlibet possidentem,quia dominium translatum est ex eo cõtractu propter sacramentum quod dat robur cõtractui,ar.ff.de le.ij.l.cum pater.§.filius matrem. Si non erat dominus tunc publiciana datur contra quemcunque præter dominum, vt insti. de acti.§.aliæ.&.ff.de publi.l.j. Sed actio ex eo contractu non competit re tradita contra minorem venditorem, quia solutione rei liberatus

eſt,vt.ff.de act.emp.l.qui alienam.C.de vſufr.corruptionē,inſti.de ob.ex quaſi contrac.in prin.(per vim)compulſquam(vel)pro id eſt,(inſtū quātum ad metum paſſum non quantum ad inferentē, vt. ff.quod me.cauſa.l.metum.Et no.quod hodiè detracta eſt mentio vis,vt.ff.quod me.cauſa.l.j.(etiā à maioribus)nedum à minoribus.(cōmiſſorum) metū faciendo vel per aliū quemcunq; modū(extorta)ſacramenta. Quæritur hic & poſſet per modum oppoſitionis obijci,nunquid ſi pubes vel maior contrahat & iurauit per metū,an cōtractus & iuramentū ſit nullum ipſo iure, an ſacramentum tantum ſit nullū &contractus valeat:Et videtur q contractus & ſacramentū valeat.Sed ope exceptionis vel act.in rem debeat reſcindi,vt.ff. quod me cauſa.l.metū.§.ſed quod prætor.&.§.volenti.&.§. ex hoc edicto.&.C.de inutilibſtipu.l.dolo.In contrariū videtur quòd contractus & ſacramētum ſit nullū ipſo iure,vt hic.Sic eſt in dote & matrimonio & in iudicio,vt.ff.quod me.cauſa.l. ſi mulier. §.ſi dos,vbi de hoc,& de iudi.l.ij.in prin. Quidam dicunt quod hic nullius eſt monenti contractus & ſacramentū,quantum ad effectū æquitate prætoriana iure actionis & exceptionis, ſimile. ff. quod me.cauſa.qui in carcerē in fine.Tu dic quòd ſacramentū ſolum eſt nullum ipſo iure,ſed contractus valet,licet ope exceptionis & actiōis in rem poſsit eliđi.& per hoc apparet,quod non corrigitur tractus ille,quod metus cauſa,vt quidam dixerunt,& hoc ſatis apparet hic,quia litera dicit,extorta,neutraliter ſi ſacramēta.& dicit etiā ne querimoniam maleficiorū commiſſorū &c.quòd facit quod ipſo iure nulla ſint ſacramenta,vt.ff. de pac.l. iuriſgē-

tium.

tium.§.ſi ob maleficiū.Et eſt ratio quare iuramētum,ſi fiat per vim,tamen ipſo iure non valet, ſed valet contractus,quia iuramentū leuiter interponitur,idēo etiā eius effectus eſt debilis. Nam cùm iuratur de futuro non inducit obligationē,& ideo faciliter tollitur. Sed contractus fiunt conſenſu vtriuſq; contrahentium,& nō ſunt debiles in inducēda obligatiōe,nec etiā in retinēda, & ideo nō faciliter tollūtur.Sic ſolemus dicere in cōtractib⁹ innominatis & nominatis,vt no.ff.de cōdi.ob. cauſam,ſi pecuniā,in prin.Et naturaliter accidit, quia quod faciliter inducitur faciliter tollitur,vt no.ff.de act.emp.l.prædia.Sed nunquid de iure canonico ſacramentum per metū extortum eſt nullum ipſo iure:Reſpon.ſecūdum Hug.obligat ipſo iure ſi interponatur ſuper re licita.Sed datur exceptio & actio quod me:cauſa ad reſcindendū contractum,vt.d.l.metum.§.ſed prætor.&. §.volenti. niſi in caſibus notatis in d.l.ſi mulier. §. ſi dos. de hoc nota.15.q.5.c.auctoritate.& xxij.q.iij. c.inter cætera.& extra de iureiurā.c.ſi vero aliquis. Et ad declarationem huius.§. & eorum quæ dicta ſunt quædam poſſunt notari regulæ ex quibus patebit eorum intellectus.Prima eſt, quotiens contractus factus cum adulto valet iure communi & ſpeciali iure,& ceſſare debet reſtitutio, tunc ſacramētum ſi interponitur,ex abundanti interponeretur, nō tamē variaret,vt.ff.de nego.ge.l.ſi pupilli.§.j.& de regu.iur.quæ dubitationis,& hoc caſu poteſt intelligi hæc autem. Secunda regula eſt quotiēs contractus factus cum adulto valet cōmuni & ſpeciali iure,ſed dari poteſt reſtitutio beneficio ætatis,tunc ſacramentum multū operatur,quia tollit

restitutionem in integ. vt hic, &. C. si aduer. ven. l. j. & hoc etiam casu habet locum hæc autent. Tertia regula est quotiens cõtractus de iure communi valet sed iure speciali non valet quia fit ab adulto sine auctoritate curatoris, & sine decreto iudicis, tunc secũdum quorundam opinionem sacramentum nihil operatur, vt. l. nõ dubium. C. de legi. & consti. sed secundum opinionem nostram & veram, sacramentum multum operatur, quia dat robur & effectum contractui & tollit beneficium ætatis, & in isto tertio modo potest intelligi hæc autent. Quarta regula est quotiens valet cõtractus iure communi & speciali, sed maiori subuenitur propter læsiõem quæ est vltra dimidium iusti precij, tunc sacramentum si interponatur à minore multum operatur, quia tunc tollit sibi beneficium ætatis vt non possit ratione ætatis petere rescindere contractum. Sed non tollit sibi auxilium commune competens maiori, quia sacramentum solum repræsentat eum maiorem, & isto quarto modo potest etiam intelligi hæc autent. Quinta regula est quotiens contractus factus cum minore de iure communi non valet ipso iure, & tunc sacramentum interpositum à minore nihil operatur, quia si non valet principale nec accessorium, vt. d. l. non dubium, & ff. de pac. iuregen. §. si paciscar, & ideo hoc casu non habet locum hæc autent. Sexta regula est quoties sacramentum de iure communi ipso iure non valet, tunc sacramẽtum si fiat à minori nullum est ipso iure, & hoc casu non habet locum hæc autent. in sui principio sed concordabis cum fine, & facit in autent. sacramentum non solum si fideiuss. præ. §. j. coll. §. Ex his ergo patet

patet quo casu debeat intelligi hæc autent.

DE ALLODIIS. Rub. 54.

Ista rubrica continuatur ad præcedẽ.

Ad hoc.

Diuide in partes tres vsq; ad finem ti. Primò casu prohibet subdito vendenti rem propriam, ne vendat iurisdictionem Imperatoris. Secũdò dicitur quòd vasallus amittit feudum si dominus rem infeudatam transferat in ecclesiam. Tertiò, dicitur quòd vasallus amittit feudũ si vasallus non iuerit cum domino in expeditionem Romam, aut si non soluerit stipendia pro quantitate feudi. Secunda pars incipit in. §. si vero. Tertia in. §. vt autem. Casus vsq; ad fi. titu. Primò statuit Imperator, quòd si aliquis vendidit rem propriam non vendat iurisdictionem Imperatoris, & si contra fecerit non valebit. Secundò, dicitur, quòd si dominus rem infeudatã contulit ecclesiæ per aliquem modum, vasallus amittit feudũ, nisi per gratiam ecclesia apud eum dimiserit. Tertiò dicitur quòd si vasallus legitimè vocatus non iuerit cum domino in expeditionẽ Romam, aut stipẽdia pro quantitate feudi non soluerit, amittit feudum, &. h. d. (Allodium) id est, illud quod est eius proprium, & à nomine alio recognoscitur nisi à solo Deo, & facit infra proxi. §. & supra, si de feu. fue. controuer. c. ij. & iii. & de allodio tangitur. ff. de relig. l. at si quis. §. si interdum, &. C. de inge. ma. l. pe. (& iurisdictionem.) Nota hic quòd iurisdictio est Imperatoris. Nam & ipse dat iurisdictionem magistratus creando, vt supra. e. §. iu-

dices vero, & ff. de of. præ. vr. l. j. §. cum vrbem. Sed quare ſpecialiter prohibet iuriſdictionem vendi? nonne certum eſt quòd vendere non poteſt eã in præiudicium? vt. ff. de acqui. re. do. l. traditio, & de reg. iu. l. nemo? Reſpon. quod dicitur in. l. itẽ apud Labeõem §. hoc edictum. ff. de iniur. Vel dic quòd regulariter de iure communi cum quis vẽdit rem alienam valet contractus inter contrahentes, etiã ſi rem publicam non conſiſtentem in vſu publico quis vendiderit, vt. ff. de contrahen. emp. l. celſus & l. pacta conuenta. §. fi. Sed hic plus eſt, quia non valet contractus inter contrahentes, licet ipſo iure non ſit res in vſu publico. Opp. quomodo vendidit iuriſdictionem iſte, ſi nullo modo erat apud eum ſed apud Imperatorem, & emptor cur tam fatuus fuit qui emit? Reſpon. q Imperator hic conceſſerat iuriſdictionem huic venditori, & ideo ſpecialiter prohibet eam vendi. & ſic debet intelligi. §. iſte vt puto (in feudũ datum) alicui (conferri) per dominum. (per gratiam). i. niſi eccleſia vaſallo fecerit gratiã, & apud eum dimiſit recipiendo ab eccleſia inueſtituram tanquã pro nouo feudo. (retinere.) Nota hoc caſu mirabile, vaſallus priuatur feudo per factũ domini ſine culpa ſua. Sic & aliàs quis ſine culpa ſua propter factum alterius amittit feudum, vt ſup. in quibus cau. feu. amit. §. denique. & ſi de feu. fue. cõtro. c. ſi vaſallus. Eccleſia tamen tutrix & altrix iuſtitiæ quæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterum à vaſallo auferre non debet, arg. ſup. de alie. feu. §. inde poteſt præſumi. Nota etiã quòd vaſallus cum domino iudicatur hic ad imparia, quia vaſallus non poteſt hic pro anima iudicare vel alienare, vt ſup. qualiter

qualiter olim feu. po. ali. §. donare, & inf. eit. j. §. eti am eccleſiæ, & tamẽ dominus poteſt inuito vaſallo. Sed eſt ſpeciale, regulariter contra. vt ſupra de forma fideli. c. fina. cũ concordan. Nota etiã quòd regulariter feudum ſine vaſ. voluntate ad alium transferri non poteſt, vt inf. ti. §. præterea ducatus, in fi. §. & ſupra, quo tempo. mi. inueſti. pe. de. c. ſi quis fecerit, & ſup. de. l. cor. c. ij. §. eadem, in prin. & tamẽ cõferre poteſt eccleſiæ inuito vaſallo. Eſt ergo hic ſpeciale fauore eccleſiæ. Sunt & in ea multa alia ſpecialia, vt. C. de ſacroſan. eccle. per totum.

Quid ſi eccleſia vaſallo nõ fecerit gratiam, an vaſallus contra dominũ poſsit agere ad feudum tanquam euictione ſecuta vel ad preciũ vel ad intereſſe vel ad cambium vt aliã rem ſibi det eiuſdem eiuſdẽ quantitatis? Reſpon. gl. & bene quòd ſic. ar. ſupra ſi de feu. vaſal. inter. fu. c. j. & de inueſti. de re ali. facta. c. j. & ar. C. de rei ven. quotiens, in fine. & ff. de relig. ſi quis ſepulchrũ in prin. & loca. l. ſi fundus, & C. de preci. impera. off. l. reſcripta, & l. quotiens (vt autem æquitas.) Nota hic diffinitionem æquitatis. Dicitur enim æquitas rerum cõuenientia, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat, & omnia bene æquiparat. Et dicitur æquitas. i. ęqualitas, & dic vt in ſumma inſti. de iuſt. & iure. §. ęquitas: & facit. C. de cõſti. pecu. l. ſi. Nam quia vaſallus recipit beneficium vt inde tribuat ſeruitium, vt ſup. in quibus cau. be. a. §. beneficium, ideo ſuadetur hic vaſ. quòd ſeruet domino ęquitatẽ ſeu ęqualitatem præſtando domino ſeruitium: æqualitatis enim & iuſtitiæ ſumus amatores, vt in auten. de nõ eligen. ſecundo nuben. §. fi. coll. j. (ſeruetur) maximè inter dominum & vaſallum, vt ſequitur. (vt

beneſi.amit §.deniq;,& inf.ti.j.§.firmiter. Quęritur an dominus ſua auctoritate poſsit feudũ auferre à vaſallo:ar.eſt quòd non.ſup.e §.ſi quis vero aliquod, & inf.ti.i.c.j.Arg.cõtra.C. de iure emphy.l.ij.& de meta. l.deuotũ lib.xij. Tu dic quòd non poteſt, quia hæc litera dicit conuinci,& facit ſup.de mili.vaſ.qui contu.eſt.c.j.& ſup. de feu.ſine cul. non amit.c.j.

DE PROHI. FEV. ALIE. PER Frede. Rub.55.

Rubrica hæc poteſt ſic continuari ad præcedentia. Superiùs dictum eſt de iure feudi multiplici modo, uerùm quia ſæpe uaſallus proſiluit ad feudi alienationem in præiudicium dominorum, & quia per Fredericum eſt innouatum iuri antiquo, Ideo ſequitur hæc rubrica.

Imperialem decet.

DIuide in octo partes. Primò, prohibet generaliter omnem alienatiõem & pœnã imponit. Secundò, prohibet fieri fraudem legi. Tertiò, præcipit inueſtituram à quolibet maiore xiiij. annis peti infra annum & diem. Quartò, iubet vaſallum ire cum domino vel mittere, vel congruè ſatisfacere. Quintò, prohibet diuiſionem ducatus & comitatus, & permittit diuiſionẽ aliorum feudorũ. Sextò, prohibet ne filius vel domeſticus vel vaſallus vaſalli dominũ domini offendere debeat. Septimò, determinat quis debeat eſſe Iudex inter vaſallos, vel inter dominum & vaſallũ. Octauò, præcipit q̃ in omni ſacramento fidelitatis nominatim excipi debeat Imperator. Secunda pars incipit in. §. callidis.

dis. Tertia incipit in.§.præterea. Quarta in.§.firmiter. Quinta in.§.præterea ducatus. Sexta in.§.inſuper. Septima in.§.præterea ſi inter. Octaua in.§.illud quoq;. Principium autem vſq; ad. §.præterea ſi quis, ſubdiuide in partes tres. Primò Imperator exorditur materiam. Secundò prohibet generaliter omnem alienationem in futurum & caſſat factam in præteritum & pœnã imponit contrafactiõibus. Tertiò prohibet fraudẽ fieri legi & ſtatuit pœnam. Secũda pars incipit in.§.hac edictali. Tertia in.§.callidis. Caſus. Imperator primò exordi tur dicens, quòd ſemper ſtudet ſubditorum commoda inueſtigare, & ait quòd multi vaſalli ante hanc legem feudũ alienauerant, per quod vtilitas dominorũ & imperij valde erat diminuta, & ideo de conſilio procerum generaliter prohibet omnẽ alienationem feudi fieri in futurum, & caſſat alienationes factas in præteritum nulla præſcriptiõe obſtante. Et qui contrafecerit amittit feudum, & emptori cogitur reddere preciũ. Et prohibet inſuper fraudem fieri huic legi, videlicet quòd vaſalli ſub colore inueſtituræ precio accepto nõ debeant vendere feudũ, alioquin emptor & vẽditor beneficio & precio carebũt, & tabellio qui ſcripſit inſtrumentũ priuabitur officio & erit infamis & manũ perdet. h.d. Tangitur hic in.§.i.brocardũ, quòd ab initio de iure non valet tractu temporis recõualeſcere non poteſt, vt. C. de pac. ſi certis annis. ff. de regu. iur. q̃ ab initio, & l. omnia, & inſti. de le. §. anſeruo. & ff. de le. j. l. cætera, & de ſena. l. filia. Ar. contra. C. de poſtu. l. iij. de contrac. iudi. l. j. & ſi maior fac. ra. ha. l. j. & ij. & ff. de ver. ob. l. inter ſti. §. ſacra. & de iudi. l. licet, & de offi. procon. l. obſeruare. §.

re.§.fi.& de reg. cato.l. & de ser.rusti. prædi.l. per fundum. Potest solui multis modis. Vno modo sic, regulariter quòd ab initio non valet tractu temporis non conualescit, vt in regula iuris. Contraria sunt casualia. Vel dic quòd solus tractus tẽporis sine alio adminiculo non facit valere quod ab initio non valuit. Sed adminiculo cõcurrente potest conualescere siue cõfirmari, vt no. d.l. per fundũ. Vel dic aut prohibitio est perpetua, tunc quod ab initio non valet non confirmatur, aut non est perpetua, tũc aut est inutile ab initio ipso iure, & tunc non confirmatur ex postfacto, aut pendet ex die vel conditione & potest cõfirmari, vt extra de eo qui du. in ma. quã pol. per adul. c. ij. vbi de hoc. Vel dic secundum dominum Dy. aut durat causa impediens, aut cessat & nulla superuenit confirmans, aut simul cessat causa impediens & superuenit confirmans. Primò casu regula simpliciter vera est, quòd ab initio &c. Secundo casu quando scilicet cessauit causa impediens idem, quòd si non tenuerit nec confirmatur, vt. d.l. inter stipu. §. sacra. &. ff. de testa. l. si eius. &. l. filius. Tertio casu quando cessauit impediens & superuenit confirmans, tunc regula non habet locum, quod ab initio &c. vt. C. de contrac. iu. l. j. &. ff. de le. iij. l. j. §. sed si filius. &. l. sed si deportati cum si. Quæritur nũquid vasallus possit hodiè obligare feudum? Respon. q̃ non, vt hic apertè dicit litera. Vel dic quòd extraneo domino nõ potest. De hoc dic vt extra de feu. c. j. de hoc dic, vt no. sup. de alie. feu. c. j. Quæritur an dominus possit obligare proprietatẽ feudi? Respon. quòd sic, quia nõ est prohibitũ, ar. C. de vsufr. l. ij. ff. de pig. ac. l. tutor, in fi. Quæritur si vasallus

sallus alienauit feu. & postea redemit, an euitet pœnam huius constitutionis? Respon. quòd non, vt sup. quid iu. sit si vas. post alie. feu. recu. c. j. & dic vt ibi notaui. Quæritur nunquid vasallus possit legare feudum vel extraneum hæredem instituere? Respon. quòd non, ar. ff. de le. ij. l. peto. §. fratre, & de le. iij. l. pater. §. quidam cum, & sup. de suc. feud. in princ. & supra qualiter olim feud. po. alie. §. donare, & hic. Quæritur an vasallus possit feu. in perpetuam emphyteosim dare? Respon. quod non, quia alienatio est, vt in autent. de non alie. aut permu. §. aliẽnationis, & hic. Quæritur nunquid vasallus poterit alienare hodiè agnatis? Respon. quòd sic proximiori qui successurus est in feu. potest & nonalij, vt sup. de alie. feu. §. & si clientulus, in fi. &, per quos fit inuesti. §. sed & res. Quæritur si vasallus feud. alienauerit sine permissione domini quo iure dominus petet ab eo rem in quem facta est alienatio? dic vt not. sup. si de feud. sue. contro. c. si vasallus. Quid si dominus permisit vendere amico, & vasallus vendiderit alij an teneat vẽditio? Respon. quòd non, vt. ff. de contrahen. emp. l. cum seruo. Quæritur an præscriptio. xxx. annorum obstet domino? Respon. vt notaui sup. qualiter olim feu. po. alie. §. porro. & de ca. Cor. §. præterea. Quęritur si emptor fuerit malæfidei an possit petere precium à vasallo si dominus receperit feu? Respon. quod non, si non est stipulatus, vt. C. de rescin. ven. si fundum. Sed quid si stipulatus est? dic idem, ar. C. de litig. l. fi. & vtroq; casu applicabitur fisco, vt. ff. de iur. fis. l. Lucius contra no. gl. de agri. & cen. l. quemadmodum li. xj. Quæritur an emptor bonæfidei possit age-

sit agere ad interesse contra venditorem euictione secuta? Respon. quòd sic, licet venditio fuerit nulla, & agetur actione ex eo contractu, quia etiam ex inutilis contractu datur actio, ut. ff. de contrahen. emp. & ven. l. sed celsus. §. j. & de act. emp. exempto. §. is qui vnum, & facit de act. emp. & ven. l. Titius. §. fi. & l. seq. & sequen. & ff. de euic. l. ex mil le. Quæritur an hodiè vasallus possit alij feudum dare? Respon. quòd sic, quia in §. callidis prohibetur datio quæ sit in fraudem, ergo videtur permitti datio si fiat sincerè & bona fide, quia cũ de duobus vnum prohibetur aliud videtur concedi. ff. de iu. l. cum prætor. in prin. de hoc dic., vt sup. de ca. Cor. plenè no. Quæritur an vasallus possit renũciare feudo inuito domino? de hoc dic plenè, vt no. supp. de vas. qui contra consti. Lotha. feu. ali. c. j. & de capi. qui cur. ven. c. fi. Quæritur si vasallus feudũ alienauerit an reuertatur feudũ ipso iure ad dominum? Respon. quod sic quantum ad vasallũ, quia statim illud amittit & domino aperitur vt sup. qui. mo. feu. amit. §. item si fratrẽ & sup. quid iur. sit si post alie. feu. vas. id recuperet. c. j. in fi. Sed quantum ad emptorẽ non, quia opus est contra eum agi, & eum cõuinci, vt sup. de contro. inter masculum. & fœ. §. fi. & de contro. inter do. & emp. feu. c. j. Prœterea regulariter feudum non aufertur etiã à vasallo nisi culpa mediante cognita & conuicta, vt sup. de feu. sine cul. non amit. c. j. Quæritur an hoc habeat locum siue sit feudum nouũ siue paternum? Respon. quòd in nouo tantum nõ in paterno, nisi non superstint agnati, vt sup. per quos fit inuesti. §. sed & res, & de suc. feud. §. hoc quoq; & dic plenè vt ibi no.

Prætc-

Prætcrea si quis.

Casus. Si vasallus maior xiiij. an. nõ petierit inuestiturã à dño vel hœrede domini per negligentiã infra annũ & diẽ amittit feudũ. h. d. (Maior xiiij. an.) facit sup. si de feu. fu. cõtro. c. si minori. &. c. si quis decesserit. Quœritur si nõ petierit inuestituram infra annum & diem an sit restituẽdus in integ. beneficio minoris ætatis? Et videtur quòd sic, vt. ff. de mino. l. ait prætor, & ff. ex quibus cau. in pos. ea. l. apud Iulia. &. C. de inte. re. l. nõ videtur circũscriptus. Prima placet. (amittit.) Fallit in casibus, vt supra quo tẽpore mi. inuesti. p. e. de. c j. & quę fuit prima causa benefi. amit. in prin. vbi de hoc.

Firmiter.

Casus. Si vasallus legitimè vocatus nõ iuerit cũ domino in expeditione, vel nõ miserit pro se aliũ domino acceptabilẽ, vel non soluerit domino dimidiã partem redditus feu. vnius annĩ, feudũ amittit. h. d. (indicta) publicè vt sup. deca. Cor. §. pe. vel dic, vt sup. ti. j. §. fi. vel dic, vt sup. hic fi. lex in prin. (vocatus) legitimè, vt sup. ti. proxi. §. fi. vbi de hoc. (spacio competẽti) puta vicena millia passuũ pro singulis diebus præter diẽ quo vocatus est, & quo se debet præsentare, arg. ff. si quis cau. l j. vel dic ad se parandũ, & ad iter arripiendũ, & se præsentandũ, arg. ff. ex qui. cau. ma. in integ. resti. l. ab hosti. §. fi. & C. de dila. l. j. & sup. quo tem. mi. inuesti. pe. de. c. fi. (vel aliũ pro se.) Nota ergo hic q̃ potest vasallus seruire feu. per substitutũ dño acceptabilẽ. Sed dic vt notaui sup. si de feu. fuerit cõtro. c. si qs decesserit. (vel dimidiũ) cõtra. sup. de capi. Cor. §. fimie. Solutio, q̃ ibi dicitur, hĩc corrigitur ar. ff.

vasallus vasalli dñm dñi sui offendit feudũ amittere debet, nisi p seruitio alterius dñi sui hoc fecerit quẽ sine fraude antè habuit, & nisi requisitus à dño suo paratus sit satisfacere. Et si vas. idẽ; dñs à dño suo requisitus suũ vasallũ qui dñm suũ offenderit nõ requisierit vt dño suo satisfaciat feudum amittit, h.d. (nõ succedit) facit sup. de capi. q cur. ven. c. ij. Quæritur si vasallus feloniã cõmisit ante inuestiturã, vel post & eã inficiatur, cũ petit inuestiturã ipse vel hęres ei°, an obstabit eis delictũ? Respondet gl. q non vt. ff. de dolo. & elegãter. §. penul. Tu dic aut simpliciter petit inuestiturã, & non auditur, aut sub p testatiõe, tũc auditur vt dicto. §. pen. & de dam. infec. l. ptor. Ver. si controuersia, & l. qui vias. §. si controuersia. Vel dic, aut dñs paratus est incontinẽti docere de felonia, & tũc non cogitur facere inuestiturã, aliàs secùs, ar. ff. ad exhiben. l. iij. §. ibidẽ, & ad Treb. ille à quo. §. si detestatio. & ff. ad carbo. l. iij. §. in causæ. & C. de compẽsa. l. fi. Quæritur an p ptter delictũ patris filius amittit feũ. antiquũ? Respondet glo. q sic. Tu dic vt no. supra de suc. feu. §. j. Quęritur si vasallus habẽs feudũ antiquũ commiserit feloniã, per quam debet amittere feu. & dñs ei remiserit feloniam, & feudũ reseruauerit, an agnati eo mortuo succedãt in feu. quasi antiquũ? Respon gl. quòd sic & benè, ar. inf. de pecu. l. pecu. §. si ære alieno. vbi de hoc, &, de impen. in re. do, fac. l. q dicitur ver. sed si. & dic vt ibi. & sup. de vas. decre. ęta. c. j. & ff. de le. ij. l. vnũ ex familia. § si de falcidia, & in decre. xij. di. c. in p̃ceptis apostolicis, & extra de elec. c. innotuit circa fi. Quęritur quid si vasallus cõmiserit feloniã, & dñs nil dixit in vita an hæres domini possit excitare

tare causam. Respõdet gl. & benè quòd non, vt. C. de inoffi. test. l. omnimodo. §. j. & de hoc no. sup. qui. mo. feu. amit. §. j. & quæ fuit prima causa. be. amit. §. porrò. Quæritur in. §. illud etiã, nũquid si vasallus vasalli dominũ domini offenderit debeat amittere feudũ? & videtur q non, quia nõ est eius vas. sicut nec socius socij, nec libertus liberti ar. ff. pro socio, nã socij, & de libe. agno, si quis à liberis. §. si quis à liberto. In contrariũ facit. §. iste, & potest ratio esse, quia feudũ afficitur propter seruitiũ, sicut seruitus afficit rẽ. ar. ff. de seruit. rusti. prædi. l. via. §. si fundus. Præterea cum causa beneficij seu feu. fuerit dominus domini, ergo vasallus vasalli debet diligere dñm domini. arg. ff. man. si nõ re. §. idẽ pap. Nã vasallus non debet copulare amicitiam cum inimicis dñi, vt infra ti. ij c j. Sed contrariorũ est eadẽ disciplina, ergo sicut nõ debet copulare amicitiã cum inimicis, sic non debet offendere amicũ domini & maximè dñm domini vt hic.

Quæritur si vasallus feu. dedit alij in feu. & ille alij & ille vlterius alienauit, quis debeat reuocare? ar. q primus vt. ff. de seruis expor. l. vltima cũ concor. Gl. ar. cõtra. §. istum. Tu dic quod primus dñs reuocabit quia directũ habet dominiũ, sed alij nullum habẽt dominiũ, quia vtile dominiũ trãstulerunt in vltimũ qui alienauit, vt sup. de. l. Cor. §. similiter, & tu dic vt ibi notaui. Quæritur an dñs potest cogere vasallũ, vt ei feudũ ostẽdat pro quo prestitit seruitiũ? gl. arguit quòd sic, vt. ff. de actio. empti. & ven. l. Titius hæres. Tu dic vt notaui sup. si de feu. fuerit cõtro. c. vas. si feudum. Quæritur an vasallus possit cogere dãm qui ei feudũ de camera debet vt ei possessiones ex quibus percipere

debet feudum præstet?ar.est quòd posit.C.de do-na.si quis argentum.§.j. Tu dic vt notaui sup. de feu.cogni.c.ij.

Præterea.

Casus. Si contentio est de beneficio inter vasallos dñs cognoscere debet. Si vero est contētio inter dñm & vasallū,tunc pares curiæ debent cognoscere,vltimò dicitur q̄ in omni sacramento fidelitatis debet nominatim excipi Imperator,& hoc dicit.(cognitio)facit in autēt.de q̄sto. §. si vero forsan. Opp.quòd inter vasallos nō sit Iudex dñs sed corā iudice vel arbitro debet terminari, vt sup.de pa.te.§.si vero.& §.se.& de.l.Cor c.ij.in prin. Solutio vt hic in gl.& ibi notaui,& dic plenè vt notaui,sup.de inuesti.in ma.fac.§. illud tamē. Quæritur quid si dñs nō vult cognoscere inter eos?respō deo,quòd tunc debet cogi per sūperiorē,vt sup.si inter do.& vas.lis ori.c.j.& sup.quid sit inuesti.§.j. & sup.de mili.vas.qui cōtu.est.§.j. & in autent.de quęstore.§ si vero forsan,& in autēt.vt dif.iudi.§. si tamē cōtigerit,& xj.q.iij. c. cùm simus. Quæritur an litigantes possint cōsentire in aliū iudicem quā in dñm?Respondet gl. primò fortè non ar.ff. de iudi.l.cùm prætor. Tu dic aut per errorē adierūt aliū iudicē,& non possunt,aut ex certa scientia, & tūc possunt,ar.C.vbi de cri.agi oportet.l.j. &.ff. de off.eius cui mā.est iurisdi.l.j.in prin.& de iudi. l.j.&.l.ij.in prin. Quæritur, in quo loco debeat stare dñs ad cognoscendū?Respondet gl.& bene q̄ stare debet vbi voluerit, seruata tamen honestate sua,& more maiorū, ar.ff.de iusti. & iure.l. pen.& de arbi.l.si cū dies.§.si arbiter.&.C.de san. & inter om.iudi.l.cum sententiā,&.ff.de inter,act.l.voluit.§.j.

it.§.j. Quæritur qualiter pares debeāt eligi si cōtentio est inter dñm & vas?Respon.vt sup.de contro.feu.apud pa.c.j. Quęritur quid si dñs nō habet pares?respondet, quòd tunc Iudex rei erit iudex,vt.C.vbi in rem ac.l.actor. Quæritur quid si dominus non vult respondere qualiter cōtra eum debeat procedi?respondeo vt sup.de mili. vas.qui contu.est.c.j.§.si. Quæritur in quo loco debeāt stare pares ad cognoscēdum?respōdeo, aut actum est de loco & tūc seruabitur locus ille, aut non est actū & tunc pares in loco cōpromissi cognoscent, & in quacunq; parte loci voluerint honestè tamē, vt.ff.de arbi.l.si cum dies.§.si arbiter. Sed si discordia est inter pares de loco,tunc secundum quosdā est in electione domini. Vel dic quòd superior eligat ar.ff.de admi.tu.l.si plures.§.si.& de pac.l. maiorem,& extra de elec.c.bonæ memoriæ Maguntinen. Archiepiscopo,& c.ne p defectu,qui eligere debet locū vt non sit adincōmodum litigantiū vt ar.ff.de iudi.l.si locus & de pig.act.l.si seruos & de ver.ob.l.continuus.§.ij. Quęritur si cōtentio est inter dominū & aliū non vasallū vel inter vasallū & alium non vasallū?respondet gl. & benè quòd coram iudice vel arbitro causa debet terminari & Iudex rei cognoscere debet ar.sup. de pace te. §. si duo &.§.se.& supra de.l.Cor.c.ij.in princ. & dic v plenè notaui sup.de inuesti.in ma.fac.§. illud tamē. Quæritur an vasallus in iuramēto fidelitatis debeat se ipsum excipere?Respon.gl.& benè quòd non,quia nō est necesse. Nam in generali sermone non continetur persona loquentis, de hoc dic vt no.sup. Hic finitur lex, deinde incipi. con.regni.§.si.

FINIS.

TRACTATVS

DE FEVDIS, OMNIBVS CIVILIBVS PRACTICIS COMMODISSIMVS, AVTHORE IACOBINO DE S. GEORGIO, IV. reconsulto clarissimo.

Nunc denuò impressus, & ab innumeris mendis, quibus scatebat, repurgatus.

Adiectus est materiarum index locupletissimus.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Theodorum Bauvisium, sub signo arboris.
Anno M. D. LXXIIII.

2090

B

21090

BIBLIOTEKA WYŻSZEJ SZKOŁY EKONOMICZNEJ WARSZAWA

IACOBINVS DE SANCTO GEORGIO AD STVDIOSOS.

CVM iam longo tempore fluxo et annis xxiiij. et ultrà, auditores dilectissimi in exercitio legẽdi in hoc fœlici gymnasio Thaurinensi insudauerim, tandem considerauí pro debito sinceræ & optimæ gratitudinis & donationis intimæ Illustrissimo ac excellentissimo Principi Domino D. nostro Sabaudiæ Duci me teneri ad aliquod munusculum, quod suæ iustissimæ dominationi

esset gratum. Hoc ideò in hac materia feudorum, in qua de principum, nec non Nobilitatis materia tractatur, scribere decreui. Sed quia sine Trinitatis præsidio nihil possumus, & nisi omnipotens Deus sit operis fundamentum, non supereſt aliquod bonum ædificium. i. q. i. c. Cùm Paulus. Ipse enim est omnium scientiarum auctor. c. Legimus. xxxiiiiiij. di. et ut ait Propheta, propitius est Dominus inuocãtibus eum: ideò ex corde & animo huic meo operi diuinum inuoco præsidium, ut mihi in hac nobilissima materia feudali aperiat ueritatem.

AD

AD LECTOrem.

DATVR iam tibi, Lector, præclarissimus hic feudorum interpres Iacobinus de Sancto Georgio à mendis uitijsque omnibus liberatus, quibus ita oppletus erat, ut uix legi posset. Erat profectò ita mendosè impressus, ut dolendum sit illum tam insignem Doctorem tamdiu in huiusmodi tenebris iacuisse. Neque enim ulla uel distinguendi, uel rectè scribendi ratio obseruata erat, sed omnia confusa & perturbata erant. Leges quàm pluri-

mæ aut in ijs titulis, unde citabantur, non erant, aut ſæpè iam corruptis, iam omiſſis primis uerbis inueniebantur. Quæ ſanè incommoda fecerunt, ut à plurimis cũ faſtidio quodã legerentur, à multis etiã planè negligeretur. Neq; enim fieri poteſt, ut cum ſtudioſè legas, quẽ ita deprauatũ deprehendis, ut & ubi tibi ſubſiſtendũ ſit propter rerum confuſionẽ neſcias, & ubi leges falſò corruptéq; allegatas inuenias, uidere non poſſis. Hæc certè impedimẽta non raro hominẽ alioqui induſtriũ à lectione boni auctoris omninò deterrent, & ut id, quod aliàs cum sũma uoluptate amplecteretur, aſpernetur ac reſpuat, efficiunt. Hæc uerò fortuna et calamitas eò grauior eſt in

boc

boc auctore putanda, quò in quæſtionibus feudalibus tractandis explicandiſq; eſt ingenioſior atque neruoſior. Neque enim, ut plerunque fit, uerborũ riuulos conſectatur, ſed argumenta rerum ab ipſis fontibus deducit. Caſibus quotidianis ita abũdat, ut uix q̃d quam in bonis feudalibus obuenire poſſit, quod non plenè perfecteq; ab illo pertractatum ſit. Tuæ igitur iam partes ſunt Lector, ut quidquid laboris in hoc libro emendãdo poſitum ſit, grato animo accipias, illumq; ad feudales quæſtiones utiliſſimum cùm libenter tum diligenter legas. Ita fiet, ut illum tibi plurimum profuiſſe, neque fruſtrà in eo corrigendo laboratum eſſe aliquando intelligas. Nihil eſt quod tã

te retardare, aut à lectione abstrahere posſit. omnia ordine distincta sunt, uitiosa scriptio sublata est, leges restitutæ sunt, nihilque relictum est, niſi si quid fortaſſe ab operis negligentius factum sit, quod te impedire posſit.

Vale. Coloniæ octauo Kalen. Martij. Anno a Christo nato. 1566.

AD EVNDEM LEctorem.

Si cupis ambiguos, Lector, cognoscere casus,
Quos fendi assiduè iura mouere solent.
Hunc lege Doctorem, quem culta scientia laudat,
Cuius & ingenium docta per ora volat.
Quàm solidè ancipitis feudalia iurgia Martis
Tractet, & ad quauis obuia facta locet.
Est dictu mirum, & quoniam rationib. vrget,
Immensæ cumulos vtilitatis habet.
Innumeris illud vitijs opus antè scatebat,
Non secus atq, carens lumine triste chaos.
Non sociata decens distinctio verba regebat,
Scribendiq, procul rectior vsus erat:
Depranata fides, & falsa citatio legum,
Taliaq, hoc libro multa latenter erant.
His iam succursum est vigili conamine mendis,
Et medica est illis suppeditata manus.
Si quid fortè tamen vitiorum insederit vsquam,
Temporis id factum vel breuitate putes:
Vel potius crebris operarum lapsibus addas,
Quorum culpa rudis crimina sæpè facit.
Ergo hunc Doctorem celebratum nomine voluas,
Si vel feuda tibi, Lector amice, placent.

VERBA INVESTITVRAE.

Carolus Dux Sabaudiæ f. 7.
Marchio in Italia. 25.
Princeps Pedemontium. 33.
Comes de Villaris. 48.
Vicariusque perpetuus. 49.
Inuestiui. 53.
Nobiles Agasi. 60.
Præsentes & recipientes pro se, & suis filijs. 62.
Et fœminis. 67.
Et quibuscunque haredibus. 72.
In feudum. 76.
De castro Rubei montis. 86.
Cum mero mixtoque imperio & omnimoda iurisdictione. 94.
Et cum molendinis. 103.
Et cum venationibus. 108.
Et cum piscationibus. 111.
Cum argentifodinis & salinis. 116.
Ita quod ipsi inuestiti. &c. 118.
Ita etiã & ipsi vasalli et eorũ haredes habeãt &c. 122.
Et cum pacto, quòd ipsi vasalli præstent singulis annis &c. 130.
Et cum pacto de non alienando. 134.
Et cum pacto, quòd de ipso feudo possint ipsi inuestiti testari, &c. 154.
Qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis præfatis præfato domino. 162.
Et promiserunt eidem domino debita seruitia. 204.
Dictiq; vasalli promiserunt non committere felonias contra dominum suum. 228.
Et vnus ex dictis vasallis refutauit feudum. 253.
Dictique vasalli promiserunt recognoscere dictum feudum. 269.
Et dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus conuenti coram quodam Iudice ordinario petierunt se remitti coram domino feudi. 286
De adhærentibus & confœderatis. 312.
Et vnus ex dictis vasallis habens filios ex prima vxore nobili, ea mortua accepit aliam ignobilem in vxorem cum pacto, quòd filij nascituri ex ea non succederent in bonis feudalibus. 318.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

Pag. 25. fac. 1. vers. 12. pro Itatia, lege. Italia. pag. 28. fac. 2. ver. 4. pro, arg. l. prædio. lege. arg. l. per fundũ, ff. de seruit. rustic. prædio. pag. 294. facie. 2. vers. 24. pro fide bito delitatis, lege, fidelitatis debito.

IACOBINI DE S. GEORGIO IVRECONSVLTI CLARISSIMI FEVdalis tractatus, omnibus ciuilibus practicis commodissimus, summo labore & industria ab innumeris mendis vindicatus.

SVMMARIVM.

1 Carolus nomen pulchrum est & excellens, & ibi, quibus parentes genitus sit hic Carolus, de quo fit mētio in hac materia inuestiturę.
2 Nominis pulchri & honesti impositio bonum aliquid præsupponit, turpis verò malum.
3 Principibus in pupillari ætate existentibus dari tutores debent, per quos regantur.
4 Tutoribus principum pupillorum sufficit exhibere quales inueniri possunt fideiussores pro suscipienda ipsa tutela.
Et ibi vide de Domina Blanca Francorum regina.

CAROLVS Dux Sabaudiæ.

1 CAROLVS *pulchrum & excellens nomen est.*
2 †*Dicit enim glo. in l. Facta. in §. Si in danda. ff. ad Trebel.* †*quòd bonum est habere pulchrum nomen, per*

per contrarium turpe, malum est. Genitus est hic Carolus ab illustrissimo, & diuo Principe Domino D. Amedeo Sabaudiæ Duce, qui maximis fulget miraculis, & ab illustrissima & excellentissima Domina D. Yolani primogenita Christianissimorum Regum Frāciæ, qua post mortem prælibati sui coniugis tutrix fuit illustrissimi Domini D. Philiberti Sabaudiæ Ducis impuberis.
3 †*Nam & Principes impuberes reguntur per tutores. c. grandi. ext de supple. negl. prel. lib. 6.* † *Et hoc casu*
4 *sufficiunt fideiussores tales, quales reperiri possunt. Vnde cùm Domina Blanca Regina Francorum vellet esse tutrix filij sui impuberis, & dedisset quosdā fideiussores, aliqui dicebant eam repellendam pro tanto regno. Dominus Hubertus de Bobio tunc legens in studio Vercellen. consuluit eam non repellendam, sed sufficere fideiussores, quos dare poterat: alioquin sequeretur q̄ similes Principes carerent tutore. Ista sunt verba Alb. de Ro. in l. de creationibus. C. de Epi. aud.*

SVMMARIVM.

Ducis appellatione quis intelligatur. 1

DVX. † *Aduertite quia secūdum Papiam dicitur* 1
Dux, quia ducit populum vel exercitum militū. l. duces. C. de offi. militarium. iud. Vel dicitur Dux à ducatu. c. 1. in ti. de feu. March. Et de pluribus & diuersis ducib. habetis tex. in l. 2. C. de offi. præfec. præto. Africæ. habetur etiā de Duce in c. 1. in tit. quis dicatur
Dux,

Dux, Marchio, Com. & in ca. imperialem. §. praterea Ducatus in ti. de prohi. alie. feu. per Fed.

SVMMARIVM.

1 Duces quis creare posit.
2 Ducem an posit sibi populus eligere, Imperatore absente.
3 Et quid de Duce Venetorum. ibidem & numero 3.
4 Venetiæ ciuitas an subdita sit in solidum ipsis Venetis.
5 Gabellas an imponere possint Ianuenses mercatorib. per maria sua trâseuntibus, & eorũ merces cõfiscare absq; Imperatoris cõsilio.

1 *QVAERO in primis, à quo creantur isti Duces? Dicite quod creantur ab imperatore. d. ca. 1. in tit. de feu. March. & etiam à Rege in Regno suo. c. in apibus. vij. q. 1. Et ita vult Iac. Aluar. in c. 1. in*
2 *ti. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. † Sed an populus sibi posit eligere Ducem in absentia Imperatoris? cõcludite quod non de iure ar. §. interim. in authentica de defen. ciuita. Sed de consuetudine, quia Imperator scit et tolerat, valet talectio, vt videmus in Ianuensibus & Venetis, qui eligunt sibi Ducem: tales enim Duces non tamen sunt domini propriè, sed habent quandam præeminentiam, & habent concilia populi vel maiorum: ita dicit Bald. in proprijs terminis in l. decernimus.*

C. de sacrosan. eccle. † Et de Duce Venetorum habetis. text. in c. exposita. extra de arbi. 3 *† Sed an ciuitas Venetiarum sit libera ipsorum Venetorum, concludite quòd sic, quia est fundata in mari, & ciuitates in mari adificata efficiuntur adificantium. l. in tantum. ff. de rer. diuis. Secus est in alijs ciuitatibus, quæ fundantur in territorio alicuius, quia illæ subsunt iurisdictioni illius: ista sunt verba Bald. in rubri. ff. de rer. diuis. circa. iij colum. allegat not. per Spec. in titul. de relig. domi. ver. qui si ciuitas. †* 4 *An autem Ianuenses,* 5 *quia habent eorum maria distincta, possint imponere gabellas mercatoribus trâseuntibus per eorum maria, & eorũ merces confiscare inconsulto Impe. videte per Bal. in præalleg. rub. circa 3. col.*

SVMMARIVM.

Filij Regum, Ducum vel Comitum, an possint viuẽtibus eorum patribus appellari Reges, Ducos vel Comites. 1
Legitimandi potestas, an intelligatur translata simul cum Ducatu eidem, quem Imperator Ducem creauit. 2
Notarios seu tabelliones creandi potestas cui de iure competat. 3
Famæ quempiam restituere ad quem pertineat. 4

DUbitatur etiã † An filij regis, ducis, vel comitis, viuente

uente patre posit appellari Dux, Marchio vel Comes, gloss. est not. in ca. fin. xxiij quæst. 1. quæ determinat quod sic, sed impropriè ita appellatur. Facit optimè l. in suis. in verbo quodãmodo ff. de li & posthu. † Quæro de pulchra quæstione, quam vidi de facto: Imp creauit aliquem Ducem, sicut creauit sanctissimum Dominum D. Amedeum, qui erat Comes Sabaudiæ: an ex hoc intelligatur in eum transtulisse potestatem legitimandi? videtur prima facie dicendum, quòd non, quia talis potestas competit Imperatori, & non inferiori. l. 1. C. de iure aureorum annulorum. & l. quæris. ff. de natali. restit. & §. illud. in auth. quibus modis natu. efficiu. sui. † Sicut etiam creare tabelliones competit soli Principi, id est, Imperatori, vt no. Inno. in c. Cum P. tabellio. ext. de fide instr. † Idem quando agitur de restitutione ad famam. l. 1 §. de qua. ff. de posthu. no per cano. in c. cùm te. ext. de re. iu. cùm ergò ista sint specialiter reseruata supremo Principi, non videntur transire in generali concessione. c. quod translationem. ext. de offi. delega. & l. 1. in prin. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. & ar. § in generali in tit. si de feu. defunc. fue. contron. & ar. l. oblatione generali ff. de pig. Contrarium determinabitis, quia ex ipso, quòd Imperator creauit Principem nostrũ Ducem, & in dominio ipsius Ducis non exercet aliquam potestatem seu iurisdictionem, nisi per ipsum Ducem, ex hoc videtur transtulisse in eum omnẽ potestatẽ imperialẽ in dominio ipsius Ducis, per ea, quæ fuerunt Cy. de epistol. 1. et Bal. in l. ea lege. C. de cõdi. ob causam illa quæstiõe de illo, qui habeat castrum

castrum allodiale, & illud dedit filiæ in dote cum pacto de alienando. pro hoc facit, quod notat Bal. in l. 1. C. qui admit. ad bo. pos. & in le. precibus. C. de impube. & aliis substi. in quibus locis dicit, quòd tales Domini in eorum terris sunt vice Principis, talis ergo legitimatus à Principe nostro, habebitur pro vero legitimato in toto dominio Ducali Sabaudiæ. facit quod not. Bal. in l. generalis. C. de sen. pas. Et ita consuluit Paulus de Cast. pro Duce Mediolani, suo consil. ccxxvij. Hoc esset indubitatum, si Imperator in creatione ducis dedisset illi potestatem specialẽ legitimandi, vel apposuisset in rescripto verba, quæ sunt apposita in rescripto celsitudinis Ducalis Sabaudiæ, in hac verba, ita quod prædictus Dux in toto suo dominio possit ea, quæ Reges Rom. & Impe. facere possent, transferendo in eum omnimodam potestatem imperialem, & quamuis specialis potestas non esset data, nec apposita essent verba prædicta, tamen prædicta legitimatio esset valida, quantum ad dominium Ducale, secundum Paul. de Castro in loco allegato. Ad l. 1. C. de iure aure. annulo, cum concor. respondebitis, quòd procedunt quantum ad hoc, vt in toto imperio habeatur pro verè legitimato: quia tunc est necesse, quòd illa legitimatio fiat ab Imperatore, vel alio habente speciale mandatum, aut specialem potestatem, cur secum, vt habeat pro verè legitimato in toto dominio Ducis.

SVMMARIVM.

Compromissoria potestas an transeat ad succes-

cesso-

cessorem eius, si duo Duces, vel Comites compromiserunt sub nomine appellatiuo.

2 Tutelæ potestas an transeat ad successores.

3 Fidei commissio castri, vel alterius proprietatis, an & quando videatur facta, etiam successoribus, cuius fidei, cuius prædicta primò, commissa fuerunt.

1 ADdo † vobis aliam quæstionem. Duo Nobiles seu Com. contendentes, fecerunt compromissum in Duce Sabaudiæ sub nomine appellatiuo tantùm. Mortuus est ille Dux, vtrum successor in Ducatu succedat in illa potestate compromissoria? Videtur, quòd sic, per c. quoniam Abbas. ex. de offi. & potesta. iu. de leg. Contrarium determinabitur, quia talia compromissa fiunt ex confidentia, & potest esse, quod confidebant compromittentes in Ducem Sabaudiæ, qui tunc erat, & non de successore. Item potest esse, quòd ille Princeps, in quē est factum compromissum, est prudentissimus & iustissimus, & tamen successor non erit talis. Ita determinat Bal. in c. i. §. hoc quoq;, circa iij. colu. in tit. de succes. feu. in libello feudi. vbi dicit, se ita consuluisse in causa Comitis Sabaudiæ, qui de xluij. castris feudalib. imperij compromiserat in Regem Francorum sub nomine appellatiuo, & mortuo Rege, nondum lata sententia, successor in regno volebat cognoscere de causa, et illam decidere. Idem vult ipse Bal. in c. i. in ti. de innesti. Immari. fac. in libr. feud. Eandem opinionem tenuit ipse Bald. in prælleg. capit. quoniam Abbas. allegat, not. per

per Bart. in le qui liberis. § hac verba. ff. de vul. & pu. Addite eundem Bald. in l. final. § sed & si quis. C. communia de lega. Addo Ioann. de Imo. idem volentem in prælleg. to cap. quoniam Abbas. subijcit ipse Bald. in di. § sed & si quis. † Quod idem esset, si quis daret filio 2
in tutore Regem Francorum: quia talis potestas non
transiret ad successorem in regno. † Idem dicit, si quis 3
committat castrum suum fidei alterius. Nam, illo defuncto, talis potestas non transibit ad successorem. Ad dictum cap. quoniam Abbas. respondebitur, vt respondent præfati Dd. in locis prælleg.

SVMMARIVM.

Regnum, vel Ducatus eius, qui intrauit religionem, animo ibidem permanendi perpetuò, an videatur transire in eandem religionem. 1

Reges duo seu Duces, an simul, & semel possint in eodem regno vel Ducatu dominari. 2

Successorium edictum, an, & quando habeat locum in regalibus dignitatibus, sicut sunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus. 3

Et quæ iura veniant in tali successione. num. 5.

Primogenitus quis dicatur. 4

Regalis dignitatis successio semper transit ad consanguineos, licet reperiantur in centesimo 6

teſimo gradu conſanguinitatis.

7 Tutor vel curator primogeniti, an, & quando curam habeat vel tutelam bonorum ipſius primogeniti effecti furioſi.

8 Regni, Ducatus, vel Marchionatus ſucceſſor quis efficiatur, an ſecundogenitus, an verò natus ex primogenito, defuncto ipſius Regis, Ducis, &c.

9 Puberes effecti an, & quãdo poſſint abſque curatore publica tractare negotia.

10 Delphinatus, Vicecomitatus, & Baronia dignitates, an, & quibus rationibus diuidi non poſſint.

11 Succeſſor regni, vel alterius dignitatis Regalis vter efficiatur, an natus ante acquiſitam ipſam dignitatem, an verò poſt.

QVid ſi† vel Dux intret religionem, animo ibi perpetuò remanendi, vtrum Regnum ſeu Ducatus tranſibit in monaſterium? Concludite, quòd nõ. & ita tenet gl. in c. ſcripſit nobis regina xxvij. quæſt. 2. † An autem, in eodem Regno vel Ducatu poſſint eſſe Duo Reges vel Duces? Bald. in l. fin. ff. de re. diuiſ. videtur velle, quòd non. Et pro illa ſententia facit optimè text. in c. imperialem, §. præterea Ducatus in titu. de probi. feud. alie. per Fed. in lib. feudo. Item facit, quia abſurdum eſſet, quòd in eodem Ducatu eſſent duo capita, quaſi monſtrum, ar. c. quoniam in pleriſque extra de offi. ordi. Dicit tamen Albe. in cap. fin. in vig. colum. C. de iuriſdi. om. iu. quòd in partibus Vltramõt. iuriſ-

iuriſdictiones ſunt diuiſæ, & merum, & mixtum imperium per Comites & Barones. Et ibi vendunt, & donant, & faciunt, ſicut de alijs rebus. Subijcit tamen ipſe Albe. ſe credere, quòd hoc ſit potius de facto, quàm de iure.† Sed, an iſtis regalibus dignitatibus, ſicut ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quæ ſunt regales dignitates ſec. Bald. cap. i. in titu. de feu. March. ſit dare ſucceſſorem, ſeu edictum ſucceſſorium. text. in capitulo primo. §. final. in titul. de feu. alie. determinat, quòd non. Subijcit tamen text. quòd de conſuetudine vſurpatum eſt. Et ſi intelligimus illa verba, vſurpatum eſt, de praua & mala conſuetudine: tunc videtur obuiare text. in di. cap. præterea Ducatus. Iacob. de Bello. i. q. xi. vicibus, legit libellum feudorum, & communiter Feudiſtæ in dicto capite pri. § fin. intelligunt illum textum, non in praua & mala conſuetudine, ſed bona. Et ita ſenſit glo. ibi in verbo, vſurpatum. & ideò Bald. eleganter in dicto capite primo in titu. de feud. March. dicit iſta verba formalia notãda, quòd in iſtis dignitatibus Regalibus, vt ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus in ſucceſ. eſt attendenda conſuetudo: quòd eſt benè notandum, ſecundum eum, quia frequẽs & frequentiſſima eſt mors Ducum, & aliorum Principum. Aduertite tamen quòd D. Andreas de Iſer in d. c. i. in titu. de feu. March. diſtinguit eleganter hoc modo: Aut Ducatus, Comitatus, vel Marchionatus conceditur alicui in exercitiũ, non proprietatem, vt aliquando facit Eccleſia Romana de Ducatu Spoleta, & de March. Anco. & iſto caſu Ducatus, Com. vel Marchio-

natus non transit ad haeredes: quia intelligitur electa industria personæ.l.inter artifices,ff.de solu.et l.vnica §.sin autem.C.de cadu. tollen. Idem est, quando Ducatus,Comitatus, vel Marchionatus conceditur alicui non in proprietatem,sed fructuum perceptionem:& isto casu etiam non transit ad haeredes.sicut nec Soldata ad haeredes transit,capitulo primo Soldata. in titul. Quis dicatur Dux, Marchio, Com. Quandoque verò Ducatus, Marchionatus,& Comitatus conceditur in proprietatem,& tunc benè transit ad haeredes: & ita potest intelligi tex.in dict.capit praterea Ducatus,non tamen ad omnes haeredes, sed primogenitum. & ita
4 quotidie obseruatur.†. Quis autem dicatur primogenitus,habetis bonum tex.in cap. Ioseph.ext. de verbo. signifi. In primis igitur duobus casibus superiùs relatis potest intelligi text.in dict.cap.i.§.final.de feu.alie.& licet ista distinctio Andre. de Iser.sit vtilis & fundamentalis,non tamen recedatis à communi sententia su prà relata.†. Et est notandū,quòd tales Duces, Marchiones,& Comites,quoad vniuersitatem ipsius Ducatus vel Marchionatus,dicuntur habere vtilia iura,&
5 vtile dominium:sed quātum ad singularia feuda,quæ sunt in illo Ducatu vel Marchionatu,dicuntur habere directa iura,& directum dominium:ita dicit elegāter Bald.in le i.C.vnde legit. quod vult Bald. in proœmio ff in i.char.in princip.iij.colum. Idem vult in rubri. alias in l i ff. de bo pos.haere. petitione.Retēta ergò conclusione,quòd ista feuda Regalia transeunt ad he-
6 redes.†Volo, quòd noteris vnum perpetuò, quod vult Bald.

Bald. in dict. capit.i.in titul.feu. March.quod si tota domus regia moreretur,& reperiretur aliquis,qui esset etiam in centesimo gradu: puta de domo Borboni, certè ille talis succederet in regno,ratione consuetudinis,& perpetui sanguinis: licet in alijs successionibus sit secùs,quia non progrediuntur vltra decimum gradum,vt habetur §.fina.inst.de suc. cog. Et hoc sequitur clarissimus Doc.D.Mart.de Laud.in d.c.i.† Sed,quid 7
si primogenitus esset demens vel furiosus,an Ducatus, Marchionatus,vel Comitatus regeretur per curatorē illius dementis? Videtur prima facie dicendum, quòd sic,per c.grandi.ext.de sup.negl.prela.li.vi.In contrarium determinabitis,quia consuetudo,quæ defert successionē istarū regalium dignitatū ad primogenitum, dummodo sit habilis,sed quia patitur vitiū perpetuum quia natus est talis,certè secundogenitus succedit:& ita determinat Bal.in c.i.§.hoc quoque circa.iiij.seu v. col.in ti.de succ.feu.Ad c.grandi. suprà allegatum respondebitis,quod debet intelligi,quando ex accidente, & postfacto superuenisset furor,vel dementia. addite eundē Bal.idem volentē in rep.l.i.C.de sum.tri.& fide catho.& quod vult ipse Bald.in authen hoc amplius C.de sideiuss. † Sed pone, decessit Rex,vel Dux,vel 8
Marchio relicto filio secundo genito: relicto etiam nepote,nato ex primogenito defuncto: quis istorum succedat,an patruus,an verò nepos,qui est natus in primogenito? Bar.in authen.post fratres. C.de le.her. determinat pro patruo contra nepotē.Io.An.in add.ad Spe. in titu.de feud.determinat pro nepote contra patruum

per multas rationes, quas ibi assignat Bald. in l. liberti libertæque, C. de ope. li. determinat pro nepote nato ex primogenito: et ibidē dicit, quòd licet Papa pronūciauerit contrarium in regno Angliæ, præferendo Robertum secūdo genitum filio primogeniti, tamen secundā eum Papa ibi magis partialis fuit, quàm Apostolicus: sed ipse Bald. in l. iiij. C. de suis & legi. dicit, quòd Papa pronunciauit pro Rege Roberto, propter suam prudentiam, quia erat secundus Salomon. cum ista opin. quòd nepos debeat præferri, transit. Paul. de Cast. l. in maximum vitium, C. de lib. præte. vel exhære. & istam sententiam videmus quotidiè seruari. De hac materia videte plenissimè per Bal. in aliquibus lecturis, in l. cum antiquioribus, C. de iure delibe. vbi facit decem argumenta pro nepote, & totidem in fauorem patrui: tandem cōcludit, quòd si hanc dubitationem possumus decidere vel ex verbis inuestituræ, vel consuetudine, benè quidem, aliàs autem recurrendum esset ad interpretationem superiorum. postea subiungit hæc verba, soluat Apollo. De isto puncto etiam habetur per eundem Bal. in l. si vina matre. C. de bo. mater. & ibi etiam per Cy. Et quia suprà dixi, quòd quando Rex, Dux, vel Marchio est impubes, quòd tunc regitur per tutorem, d. ca. grandi. † Quid si factus est pubes, an tutela sit finita, adeò, quòd nec debeat habere curatorem, sed possit per seipsum administrare? Et pro parte negatiua videtur, quòd non possit administrare, sed debeat ei dari curator. In primis adducitur, l. i. ff. de mino. vbi dicitur, quòd tales adulti non habent firmum consilium. Secundò

9

eundò, adducitur, l. ij. C. de ijs, qui ve. ætat. impe. vbi licet minor sit discretus, tamen non potest impetrare veniam ante xx. annum ætatis. Tertiò, minores xxv. an. non possunt administrare propria negotia: multò minus ergò publica, in quibus agitur de maiori præiudicio, ar. c. vbi periculum. de electio. lib. vi. & l. nec causas, C. de appel. Quartò, isti tales minores non habent stabilem mentem, ergò non debent administrare publica negotia, l. fin. C. de testa. mili. Quintò, indecorum est, quòd alios regant, cùm seipsos regere nesciunt. c. indecorum ext. de æta. & quali. & ordi. præfic. Ad idem adducitur xij. Prouerbiorum: Dabo pueros principes eorum. Et Ecclesiastes x. c. dixit: Væ tibi terra, cuius Rex est puer, & cuius Principes manè comedunt. Item, pro hac sentētia specialiter allegatur, quòd in quibusdam Regnis & Ducatibus de consuetudine non appellatur in criminalibus. Erit ergo valdè periculosum, quòd Princeps, licet maior 14. an. si sit minor xxv. quòd debeat iudicare in criminalibus. Pro parte autem contraria videtur, quòd possit absque aliquo curatore. facit, quòd maior xiij. ann. debet posse administrare regnum seu Ducatum, ex quo est finita tutela. Secundò, pro hac parte arguitur de sexu ad ætatem. Nam licet mulier prohibeatur iudicare, l. fœmina. ff. de reg. iur. tamen si sibi debeatur aliqua dignitas secularis, ipsa poterit iudicare. Exemplum habetis in Comitissa Maltelda, de qua loquitur glo. in l. fin. C. de recep. arbi. Habetur etiam in c. dilecti, ext. illo eodem tit. Patet etiam exemplum in illustrissima Regina Ioanna, quæ ferè. xl. an.

vexit sceptrum regale Apuliæ, & à quingentis annis citra non fuit ei similis in gratia et virtute vt verbis Bal. vtar in c.1 §.hoc quoque circa. iiij.col in fin. de succes. feu. Eadem ratione debet hoc posse Dux maior annis xxiij. licet minor xxv. Tertiò, adducitur l. cùm prator ff. de iud. vbi solùm prohibetur impuberem iudicare, ratione ætatis. Tandem Ioan. And. in loco allegato concludit negatiuè, videlicet quòd non possit sine curatore. Addite quòd, licet ipse non dicat, quod Old. suo consil. tenuit eandem opi. Bart. autem in le. quidem consulebam ff. de re iudica. dicit, quòd talis princeps factus maior xxiij. ann. poterit absque curatore administrare ea, quæ sunt iurisdictionis, quia postquam supremus iudex contulit istam dignitatẽ Ducatus alicui in proprietatem, & sic voluit, quòd transiret ad hæredes, certè videtur voluisse, disposuisse, dispensare, quòd etiam minor xxv. ann. possit administrare iurisdictionem aliam absque curatore, argu. d. l. quidam consulebant. ea autem, quæ non sunt iurisdictionis, sed concernunt administrationem regni, seu Ducatus, debebit administrare cum curatore. arg. l. spurij. an §. i. ff. de Decurio. hanc opinio. Bar. sequutus est D. Abbas Siculus in c. cum xx. annum. ext. de offi. de l. Ioan. de Imo. in prædallegato c. grandi. post multa dicit se credere, quòd ex quo talis minor xxv. an. iure proprio succedit in Regno seu Ducatu tali dignitate, quòd poterit ea facere, quæ alius minor xxv. an. facere possit. iuxta l. si curatorẽ habens C. de in integ. restitu. mino. Et cum ista opinio. Ioan. de Imo. pertransit simpliciter Dominicus de San. Gemi. in præal-

prædallegato cap. grandi, in pen. col. Sed contra Barto. & Pan. fortiter videtur facere tex. in l. ad Rempubl. ff. de mu. & hono. vbi tex. dicit, quòd minores xxv. an. non possunt administrare Rempublic. Sed sustinendo Bart. cuius opinio in plerisque Regnis & Ducatibus seruatur, posetis respondere ad l. Rempub. quòd loquitur in illis, qui assumuntur ad regimẽ Reipublicæ per viam electionis: nos autem loquimur in eo, qui iure proprio succedit in regno seu Ducatu subsequenter, quia dixi suprà, quòd istæ tres dignitates Ducatus, Marchionatus, & Comitatus non diuiduntur d. §. præterea Ducatus. Et idem est in regno. c. licet. ext. de vo. & vo. redemptione.† Quæro, quid in Delphinatu, Vicecomitatu, & Baroniâ? Concludite idem esse ex identitate rationis. Ita determinat Io. Ray. in suo compendio feud. in d. §. præterea, sed operæpretium est videre, quæ nam est ratio, quòd istæ tres dignitates non debent diuidi. Dicite, quòd triplex potest assignari ratio. Prima est, quia istæ feuda sunt magnæ in tantũ, quod Bal. in c. 1. in titu. de feu. March. dicit, quòd sunt regales dignitates, & si diuiderentur, redigerentur ad nihilum. arg. §. 1. in authen. de trien. & semis. et l. planè. ff. famil. herci. Secunda ratio, quia istæ tria feuda sunt nominata, et si diuiderẽtur, perderẽt nomina & cõsequenter carerent fructu seu effectu, l. à nullo, C. de seruis. & l. defensores. C. de defen. ciui. Tertia ratio est, quia, vt dictum est, istæ feuda sunt dignitates, et dignitas est indiuisibilis. c. maiorib. ext. de præbẽ.† Sed iuxta hoc quæro de notabili 11
qstione. Habens regnũ seu ducatũ decessit relicto vno

filio,

filio nato ante acquisitam illam dignitatem, relicto etiam alio filio, nato post acquisitam illam dignitatem, quis istorū debet succedere in Regno, seu Ducatu? Videtur prima facie dicendum, quòd natus ante acquisitam dignitatem: quia tempore mortis patris reperit se primogenitum. l. ij. §. hæreditas, ff. de suis & legitimis, & tunc ei hæreditas competit. l. 1. §. si impuberi. ff. de collationibus bonorum. In contrarium facit, quia ille natus ante acquisitam dignitatem Ducalem, nō poterat dici filius Ducis, vt vult glos. nota. in l. Imperialis, §. illud, C. de nupt. Optimè facit l. si senator. C. de dignit. lib. xij. Et hanc opinio quòd natus post acquisitam dignitatem præferatur, tenuerunt Iacobus de Bello. Cynus, & Ioannes Fab. in d. §. illud. sed mihi magis placet opinio, quæ reperitur in scripturis Guilielmi de Cu. in d. l. si senator. quòd aut pater successit in dignitate Regni, vel Ducatus secundum naturalem ordinē successionis, puta quia erat de stirpe Regia, vel Ducali: & isto casu natus ante acquisitam dignitatem erit præferendus, tanquam primogenitus, quia saltem erat pronepos, vel nepos, vel consanguineus Regis, vel Ducis, & sic erit ei implicitus status Regalis seu Ducalis, & spem probabiliter habebat ad Regnum seu Ducatum. Aut illa dignitas Regalis seu Ducatus obuenit patri aliter, quàm per successionem, puta per electionem, vel aliàs, quia non superat amplius aliquis de stirpe. Et tunc natus, post adeptam illam dignitatem, erit præferendus: quia filio antè nato non erat implicitus status Regalis seu Ducalis, nec spem habebat, seu habere poterat probabiliter

babiliter ad illam dignitatem. Et in hac opini. videtur inclinare Ioan. Raynal. in d. §. præterea.

SVMMARIVM.

Subditi alicuius domini se alteri domino submittere volentis, an, & quando contradicere possint. 1

Regales dignitates, an &, quando statuto, vel consuetudine induci possit, vt diuidantur. 2

VLterius † quæro: Dux vult submittere se, & terram alteri domino, nunquid subditi possint contradicere? Host. & Ioan. Andr. Panor. & Imo. in c. dilectis fily. ext. de maio. & obe. dicunt, quòd hoc casu admitti debet contradictio subditorum: quia quemadmodum interest domini, non perdere subditum: ita interest subditi, non mutare dominum. ita dicit notabiliter Inn. in c. auditis. ext. de rescrip. item interest ipsorum subditorum, non habere tot dominos, per ea, quæ habentur in c. ij. in titu. de duobus fratribus de no bene. inue. Ad prædicta addo Bald. in l. debitori. C. de pac. vbi dicit. no. quòd sicut subditi non possunt facere ligam seu confœderationē, vel pactionē aliquam in præiudicium superioris, qui eorum est dominus: ita cōtrà, ipse dominus non potest prædicta facere in præiudicium subditorum. † Quæro, quia dixi suprà, quòd istæ dignitates non diuiduntur, an per statutum, vel consuetudinem possit induci, vt diuidantur? Ioann. Andr. in addi. ad Spec. 1

2

Speculi in rubrica de feu. in addi. incipiē. non omittam. determinat, quòd sic. Et hanc opi. tenuerunt Andr. de Iser. Iac. Alua. & Do. Marti. Laud. in dict. §. præterea. dummodo scientibus & patientibus Imperatoribus hoc factum fuerit. allegat bonum text. in l. si emptione. §. omnium. ff. de contrahen. emp. & ven. & l. i. in fin. ff. de aqua plu. arcen. et l. Hoc iure. § ductus aquæ, ff. de aqua quoti. & alli. optimè facit c. super quibusdā. §. præterea. ext. de verb. sign.

SVMMARIVM.

1 Regis dignitatis Domini vt sunt, Rex, Dux Marchio, Baro, Delphinus & huiusmodi, an & quando possint expellere mercatores; vel alios in suo territorio negotiantes.

2 Popularium appellatione qui veniant.

1 *ITem quæro, † Nunquid Dux possit expellere mercatores, qui venerunt in suum territorium, & eis auferre bona, si non recedant? Concludite, quòd ipsis de nouo venire volentibus posset interdicere ingressū sui dominij. ar. l. Diuus Pius aucupibus. ff. de ser rusti. prædio. sed postquam sunt ingressi, & cæperunt habitare, non potest sine causa eos expellere: quia mundus est communis patria omnibus: & expellere, est interdicere: & interdictio non debet fieri sine causa. l. relegatorum ff. de inter. & releg. Et postquam venerunt in territorium, sunt sicut reliquus populus. Hinc habetis text. singu. in au-*

authen. de quæstore. ibi, ciuitas nostra populosa. vbi singulariter probatur, quòd † appellatione popularium 2
veniunt etiam aduenæ forenses, vnde contra naturalem æquitatem, & bonum publicum fieret, si expellerētur sine causa. Ista sunt verba ferè formalia Bald. in e. i. in titu. de for. fide in vsi. feu. Et hanc decisionem sequitur Do. Panor. in c. quoniam in plerisque. in prima colum. ext. de offi. ord.

SVMMARIVM.

Iudæos de suo territorio expellere, & eorum auferre bona, an, & quando liceat sine peccato regis dignita. domino. 1

VLtimò quæro. † Nunquid Dux vel Rex sine peccato possit expellere Iudæos de suo territorio, & eis auferre bona? Arguitur primò, quòd non, per l. nullus. C. de Iude. Secundò, per c. multorum, & per c. sicut ext. de Iud. Tertiò, ipsi possunt præscribere tunc aduersus Christianos. §. porro. xvi. quæstione iij. Item per eorum consortium possumus eos lucrari Deo omnipotenti. xxiij. quæstione. iij. capit. infideles. & si expellantur, non poterimus eos lucrari. Item Papa non debet eis auferre bona, sed eos tolerare, quandiu potest: vt notat. Innocen. in c. quod super his. ext. de vo. & vo. redemp. In contrarium facit, quia propter mortem Christi facti sunt serui, vt habetur in c. & si multorum. ext. de Iudæ. vnde Princeps potest eos vendere, ergò multò magis 1
expel-

expellere.arg.l.i.& ij.C.si ser. expor. veniat. Pro hac parte facit, quod no. Arc. in c. cui sincera. xlv. dist. vbi dicit, quòd per ratiõem prædictam Princeps potest eis auferre bona. facit, quod no. ipse Arch. in c. fraternitatem. liij. dist. ad idem facit text. in c. Iudæi, ext. de Iud. vbi probatur, quòd si conuertantur ad fidem, non sunt eis auferenda bona: ergò à contrario, si non conuertantur, &c. Item pro hac sententia facit tex. in ca. sicut. ext illo eo. titu. vbi dicit, quòd bona non sunt eis auferenda sine licentia terrenæ potestatis: ergò à contrario cum licentia potest hoc fieri. Item, tolerantur apud nos ex pietate & gratia. d. c. & si Iudæos, & cap. si multorũ. ergo hoc non dicit redigi ad necessitatem, ar. l. non quidquid. ff. de Iud Concludite, quòd si Christianis immineat periculum vel scandalum ex habitatiõe Iudæorum in illa terra, tunc Princeps sine peccato potest eos expellere. Ita determinat Alb. de Ro. ex mente Old. in suis consilijs in Rubrica. C. de Iudæis.

SVMMARIVM.

1 Marchio & Marchia vnde dicantur.
2 Marchio an & quando testari possit de Marchionatu, quem tenet in feudum ab Imperatore.
3 Virili membro carens, per quod emittat vrinã, an & quando succedere possit in dignitate Regali.
4 Fœminę quibus rationibus in feudo succedere prohibeantur.

Her-

Hermaphroditus an & quando possit in bonis feudalibus succedere. 5
Marchio feudum seu castrum Marchionatus alienans, an præiudicet filio. 6
Diuisio facta inter duos Marchiões, alteri quorum cedit totum feudum, alteri verò totũ alliodum, & quando valeat. 7
Feudum de nouo Marchioni concessum, an & quando intelligatur esse de Marchionatu. ita quòd diuidi non potest, sicut nec Marchionatus. 8

Marchio in Italia.† In primis, si vultis scire, quare dicitur Marchia, eũ Marchio dicatur, an Marcha: vide tex. in c. i. in titu. quis dicatur Dux, Marchio, Co. Et, vt dixi vobis in præcedẽtibus. March. est dignitas regalis secundum Bald. in c. i. in tit. de feu. March. nec debet diuidi Marchion. imo nec potest. eo. i. §. preterea. in ti. de prohi. feu. alienati. per Frid. hinc videmus, quòd vidit ad primogenitum.† Sed quæro, vtrum Marchio possit testari de Marchiona. quem tenet in feu. ab Imperatore? Concludite, quòd no. c. i. in princi. in titu. de suc. feu. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo valente vel manente, nisi ex tenore inuestituræ appareret concessam illi fuisse potestatem testandi: nam in materia feudali accipite vnam maximam, quod à tenore inuestituræ non est recedendum, quia derogat omni iuri & omni naturæ feudorum. tex. est not. in c. i. in fi. ibi, propter tenorem inuestituræ in tit. de duo fra. à capi. inue.† Item quæro, March. decessit re- 1 2 3

licto

lictio quodã, qui habebat vnum foramen rotundũ, per quod emittebat vrinam, sed membrum seu roſtrum nõ habebat intra teſticulos, vnde fuit quæſitum, an deberet ſuccedere in feudo, præſertim Marchionali? † Si dicimus iſtum eſſe fœminam, non debet ſuccedere in feudo, quinque rationib. Primò, ratione naturali: quia fœmina non poteſt portare arma. hinc dicit gloſ. in ca. i. §. hoc autem, in ti. qui feu. da. poſ. quòd fœmina non leuat faydam. i. inimicitiam contra hoſtes. Secundò, ꝓpter iuſtitiam honeſtatis: quia non debet ſe immiſcere cœtibus virorum: maximè, quando eſt illuſtris. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. Tertiò propter fragilitatẽ ſexus. Quartò propter lubricitatẽ voti: quia ter mutatur in hora. Quintò, propter periculoſitatẽ ſecreti, et iſta omnia ſunt diſcrepãtia à natura feu. c. i. in tit. de for. fide.

† Si verò dicimus, iſtum hominem eſſe Hermaphroditum, tunc ſi magis caleſcit in ſexu maſculino, quàm fœminino, eſt ſucceſsibilis in feudo, ita not. glo. in l. de quibus, ff. de l. & placet Ia. de Ardizo. in ſumma ſua, in ti. de ſucceſ. feu. In quæſtione prædicta nonnulli dicebant iſtum hominem non debere ſuccedere in feu. per tex. in c. i. in ti. an mut. fur. vel aliter imperfectus. Sed Bal. in l. ſi. in iij. colum. C. de ſuis & legiti. dicit, ſe conſuluiſſe contrarium in quodam ex Marchionibus de Malaſpina, & mouebatur: quia etſi in iſtis pudendis, in quibus eſt viliſsima pars corporis, non apparet, quòd iſte homo ita natus incaleſceret magis maſculino, quàm fœminino, tamen in aliis actibus virtutum, & in corporis agilitate ille erat virilis, conſuluit Bal. eſſe ſucceſsibilem.

Hermaphroditus

Idem

Idem vult ipſe Bal. in c. i. §. fin. in ti. Epiſ. vel Abba. in li. feu. Ad ca. i. an mut. fur. vel aliter imperfe. reſpondet Bal. in d. l. fin quòd, quia iſta imperfectio eſt occulta, iſte eſt ſucceſsibilis in feu. Eandem op. tenuit. D. Marti. de Lau in d. capi. i. proximè allegato. † Quaro vlterius, Marchio alienauit feudum ſeu caſtrum Marchionatus, nunquid præiudicet filio? Bald. in c. i. §. hoc quoque in iij. colum in titu. de ſuc. feu. determinat, quòd non: quia filius Marchionis ipſum feudum Marchionale capit de manu Imperatoris, non autem ex ſucceſsione: & ideò tale feudum alienatum non reuertitur ad Imperatorem, ſed vadit ad ipſum filium. Iſta determinatio Bald. placet, ſed nõ ſua ratio: quia hodiè inductum eſt, quòd etiam in feu Marchionali habeat locum ſucceſsio, c. i. fin. de feud. alien. † Quid autem, ſi duo Marchiones faciant diuiſionem hoc modo, quòd vnus ex eis habeat totum feudum, alter verò totum allodium, an talis diuiſio valebit? Bald. & Iacob. Alua in dict. §. præterea Ducatus determinant, quòd ſic: quia iſta non eſt diuiſio Marchionatus, immò magis integratio. Allegãt no. per gloſſ. in l ſi familia. C. famil. herciſcun. vbi gloſ. dicit, quòd in diuiſione vni poteſt aſſignari totum feudum, & alteri totum allodium. Ego limito iſtam deciſionem, niſi totum feudum fuiſſet aſſignatum in diuiſione illi fratri, qui habebat partem, & totum allodium fuiſſet aſſignatum alteri fratri antiquo, de quo non erat ſpes, quòd haberet prolem, vel fortè naturaliter erat caſtratus. Nam talis diuiſio præſumitur eſſe facta in fraudem ſuperioris, per not. in cap.

ad quem fortè feudum erat deuoluturum, per not. in c. Imperialem, §. Callidis de prohibi. feu. alie per Fri.

3 † *Sed quid si Marchioni concedantur noua feuda, an intelligantur esse de Marchionatu, ita, quòd diuidi non possint sicut nec Marchionatus? Bald. quem cæteri sequuntur in dict. §. præterea Ducatus determinat, quòd non: quia Marchionatus est limitatus. Et ideò illa noua feuda non sortiuntur naturam Marchionatus. ar. l. in agris. ff. de acquiren. rerum domin. Nisi ipsa noua feuda essent vnita Marchionatui, quia tunc sortirentur naturam ipsius Marchionatus, arg. l. inter socerum §. cum inter ff. de pact. dotalibus faciunt notata in c. i. §. si quis de manso. in titu. Si de inuestitu. feud. fue. controuer.*

SVMMARIVM.

1 Iurisdictionem an & quando exercere possit vnus ex tribus aut pluribus fratribus, in territorio, ipsis communi, absque alijs.

2 Iurisdictionis prouentus appellatione veniunt damna, mulctæ, & pœnæ

3 Delinquens in fratris sui territorio, quod ei ex materna hæreditate cessit in sortem, an possit ab ipso puniri.

4 Delinquens in castro sibi & alij domino communi, an & quando possit à condomino suo puniri.

5 Iurisdictionis cuiuspiam duo vel tres Domini si in exercendo ipsam iurisdictionem discordent, quod erit iuris remedium?

1 *Dvbitatur etiam.* † *Magnificus dominus Nanus, d. & Marchio Reni decessit, relictis tribus filijs, scilicet Aleramo, Ioanne, Fran. quæritur, nunquid vnus ex eis posset exercere iurisdictionem sine alijs in illo territorio Reni communi? Guil de Cu. in l. i. ff. de officio Consul. arguit primò, quòd sic: quia iurisdictio est indiuidua: & ea, quæ sunt indiuidua, transeunt ad hæredes in solidum. l. ij. §. ex his. ff. de verbo. obligatio. & l. hæredes. §. an ea. ff. famil hercis. In contrarium determinat ipse, quia licet, quando sunt plures iudices ordinarij, vnus ipsorum possit exercere iurisdictionem sine alijs, tamen non sic est in proposito nostro. Ratio differentiæ secundum eum: quia plures ordinarij habent vsque à principio distinctam iurisdictionem, sed filij præfati Marchionis vsque à principio non habuerunt distinctam iurisdictionem: quia successerunt patri: & ideo coniunctim debent exercere iurisdictionem, allegat. §. si verò canonicum in authen. de mand. Princip. qui §. est in vij. char. illius authen. Et cum ista opinione transit Ray. de Forli. Bart. autem in l. Pomponius scribit si vni. alias incipit si vni. ff. de re iudica. tenet totum contrarium: mouetur, quia ea, quæ sunt indiuidua, transeunt ad hæredes in solidum. §. ex his. & §. an ea. superius allega. limitat tamen hoc procedere, nisi agatur de commodo mulctarum seu pœnarum: quia tunc vnus sine alijs non posset iudicare seu exercere iurisdictionem, allegat in arg. l. hæredes. §. fina. ff. ad Trebel. Bald. in d. l. vnica. ff. de offi. Consul. in vij. q. tenet opin.*

Guil. cõtra Bart. et figurat casum in his terminis. Quidam miles habens feudum cum iurisdictione in certo loco, decessit, relictis tribus filijs: quæritur, nunquid vnus ex eis sine alijs possit exercere iurisdictionem? Determinat, quòd non, sed debent coniunctim exercere iurisdictionem, & iudicare, vel committere vni, quia vice vnius corporis funguntur, arg. l. cui fundus. ff. de condi. & demon. Ang. in d. l. Pomponius si vni. determinat simpliciter, quòd vnus ex dictis filijs poterit exercere iurisdictionem sine alijs, etiamsi agatur de commodo mulctarum. mouetur, quia iudices tam ordinarij, quàm delegati, debent habere cõmodum sportularum, l. cum clericis. C. de Episc. & cleri. & auth. offeratur, C. de litis conte. Et tamen si iudices ordinarij vnus ex eis potest exercere iurisdictionẽ, & iudicare sine alijs, vt habetur in d. l. vni. ff. de offi. Consul. Itẽ si sint plures, ex. de offi. delega. sub alternatiua, de qua in c. cùm plures. ext. de offi. delega. li. vi. vnus ex eis solus potest exercere iurisdictionẽ. d. c. cũ plures. licet habeat commodum sportularũ. §. ne aũt labor. in auth. de iud. Ergo idẽ debemus dicere, in quæst. pradicta, quòd vnus ex filijs dicti Marchionis possit sine alijs exercere iurisdictionem, & iudicare, licet agatur de cõmodo mulctarũ seu pœnarum. D. Ant. de Bu. in c. prudentiã ext. de offi. deleg. sequitur opi. Guil. D. Pet. de Anc. Card. Flo. & Abbas Siculus in d. c. prudentiã. sequũtur Bar. in d. l. Pomponius. cum limitatione, quam ipse Bartol. ibi ponit. Dominus Ioann. de Imol. in d. l. Pomponius. dicit, quòd motiuum Ang. ibi non est bonum: quia licet iudices delegati

gati habeant sportulas, tamen non habent commodum eius, de quo principaliter agitur, et Bar. sequitur, quãdo cõmodum eius, de quo agitur, spectat ad ipsos iudicare debentes: quia cùm habeant regalia in loco, debent habere commoda mulctarum & pœnarum. Item dicit, quòd ordinarij non debent capere sportulas, sed debent esse de salario publico contenti, vt habetur in c. cùm ab omni. de vi. et hone. cle. Et in d. §. ne autem labor. Ad iura allegata per Ang. respondetur, quòd non loquuntur de sportulis dandis iudici ordina. sed de dandis executori. † Addite ad dictum Imo. quòd damna, mulcta, & pœnæ sunt fructus iurisdictiõis. Ita dicit Bar. in l. fi. ff. solu. ma. & Bald. in l. i. C. de fru. & lit. expen. facit, quod not. Azo in summa. C. de pœn. Tales ergò mulctæ spectant ad habentem iurisdictionẽ. ipse autem Imo. in præallegato c. prudentiã. dicit, quòd l. hæredes. §. fi. superius allegat. modicũ facit. Pro limitatiõe Bar. subijcit Imo. ibidem, quòd, quia iurisdictio est indiuidua, transit ad omnes filios præfati Marchionis seu Comitis in solidum, ita, quòd quando agitur de commodo mulctarum, tamen vnus sine alijs poterit cognoscere & exercere iurisdictionem, & erit locus præuentioni secundum eum. argum. capit. proposuisti, extr. de fo. competen. Et sic Imo. simpliciter adhæret opi. Bar. vt vnus solus possit exercere iurisdictionem, etiamsi agatur de commodo mulctarum. In secreto iuris putarem opi. Guil. de Cu. & sequacium esse veriorẽ. Moueor, quia istud ius exercendi iurisdictionem competit illis tribus filijs, tanquam corpori hæredi-

reditario: quia competit eis, vt successoribus præfati Marchionis, per ea, quæ habentur in c. significauit, ext. de rescrip. vnde non debet vnus sine alijs posse exercere illam iurisdictionem, arg. l. prædio. et l. si. ff. cõm. præd. Secundò moueor, quia licet vnicuique dicto filiorum competat dicta iurisdictio in solidum, tamen competit eis complexiuè, vt notat Baldus. in capit. Imperialem, §. præterea Ducatus. in titulo, de prohibi. alien feu. per Fride. & ideò vnus sine alijs non poterit eam exercere. Tertiò moueor: quia licet dicit, filij deriuauerint à præfato Marchione habente iurisdictionẽ, tamẽ quia iure successionis est ad eos deuoluta, vnus ex eis non repræsentat personam defuncti, nisi proportionibus. glo. est ordi. in l. ij. §. fi. ff. de Prato. stip. habetur in l. cũ à matre. C. de rei vendi. Itẽ licet iurisdictio prædicta, et quia indiuidua, descenderit in dictos filios in solidum, & ipso iure cõpetat vnicuique in solidũ, tamen est sine effectu, nisi alij consentiant, arg. l. itinere. ff. de ser. rusti prædio. Præterea, pro hac parte facit, quia ius tutelæ est apud plures tutores in solidum. l. inter tutores. ff. de admi. tu. & tamen hoc fallit, quando ageretur de actu, per quẽ tolleretur seu finiretur tutela, quia tunc vnus ex tutoribus sine alijs illum actum exercere non posset. l. fina. C. de auct. præstã. Vnde, si in casu prædicto vnus ex filijs & hæredibus præfati Domini posset in solidum exercere iurisdictionem sine alijs, fieret præiudicium cohæredibus, quoad honorẽ: quia iudicare, est honor. l. omnem honorem. C. quando prouoca. non est necess. & c. vt debitus honor. ext. de appel. Item fieret eis præiudicium quoad

quoad commodum pecuniarum, quando ageretur de commodo mulctarum: ego tamẽ vidi iudicare pro opi. Bart. per magnificum consilium Taurini, dum quidã nobilis de aduocatis sine consensu suorum consortium induxisset quandam mulctam contra quendam, qui erat homo & subditus omnium dominorum illius loci. † Sed restat videre, quid si filij & hæredes præfati Domini Nani inter se diuiserint castra, quæ pater tenebat, et contingat vnum ex illis filijs delinquere in territorio alterius, an poterit ab eo puniri? Bart. in præallegata l. inter tutores, determinat, quòd non: quia non intelligitur diuisa iurisdictio inter eos, cùm sit indiuisibilis, sed intellige, facta diuisio, tantum, quãtum ad exercitium & administrationem: vndè, quantum ad habitum, iurisdictio est apud vnumquemq; in solidum. Et ideo par in parem non habet imperium. l. ille, à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. nam Magistratus. ff. de recep. arbi. Et hanc opinio. Bar. sequuti fuerunt Anto de. Butr. & Ioan. de Imo. in præallega. c. prudentiam. Et idem tenet Dominicus de sancto Gemi. in c. 2. in vlti. colum. ext. de arbi. lib. vi. Dominus Abbas Siculus in præallegato c. prudentiam, dicit quòd dictum Bart. posset procedere, quando illa iurisdictio esset feudalis, quia tunc est indiuisibilis. d. c. Imperialem. §. præterea Ducatus, de prohi. alie. feu. per Federi. Caterum, si non esset iurisdictio feudalis, dicit distinguẽdum esse, quod aut illa iurisdictio cõpetit dictis hæredibus in pluribus. puta in diuersis castris, & tunc benè possunt inter se diuidere; etiam quoad iurisdictionem & territorium, sicut de-

functus potuisset inter eos diuidere, si voluisset. Et hoc intelligendum *secundum eũ, nisi iurisdictio sonaret in nomen dignitatis, quia tũc esset indiuisibilis. c. licet. de vo. & vo. redemp. Si aũt iurisdictio nõ est feudalis, nec sonat in nomẽ dignitatis, & competit dictis haeredibus in vno & eodẽ loco, tunc non possunt eam diuidere, etiam quoad territoriũ, ne in vno & eodem loco videantur duo capita, quasi monstrum. c. quoniam in plerisq;, ext. de offi. ordi. quia tendent in praeiudiciũ publicum per ea, quae habentur in l. fi. C. si contra ius vel vtili. pub. Addite, quòd Bal. in d. § praeterea Ducatus, dicit dictũ Bal. superius relatũ, posse procedere in feudo Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quia tunc iurisdictio est indiuisibilis. d. §. praeterea. sed in iurisdictione inferiori alicuius territorij, dicit, quòd vera diuisio iurisdictiõis & administrationis fieri potest. allegat not. per Guil. de Cu. in l. fi. ff. de rerũ diui. Mihi videtur, quòd ista fuerit sententia Bar. in l. arbor. §. iudex. ff. cõmuni. diuidun. vbi dicit, quòd aut iurisdictio inhaeret personae, & tunc non potest diuidi, sicut nec reliqua iura incorporalia: aut iurisdictio inhaeret territorio, & tũc benè potest diuidi, sicut castrum & territorium est diuisibile. & ista sententia placet. Subinngit in d. l. inter tutores. quòd propter delictum seu felloniã vnius ex filijs & haeredibus praefati Domini, superior poterit exercere iurisdictionẽ in toto territorio, seu in bonis vtriusq;: quia diuisio praedicta intelligitur facta, quantũ inter eos non aũt quantum ad aliũ. Bal. aũt in d. §. praeterea Ducatus. dicit Bart. maledicere loquendo priuatiuè, quia si duo ba-*

beant seruitutem, quae est quid indiuisibile, & vnus ex eis perdet eam, alter per ius non decrescendi totum habebit. arg. l. aquam. ff. quemad. serui. amit. vel secundum eum iurisdictio pertinebit ad dominum, quia dominus: & ad vasallum, quia vasallus, & commoda iurisdictionis diuident inter se. Ego in quaestione facti pro opi. Bald contra Bartol. adducebam pulchram notam d. Bal. in c. ij. in tit. qui. mo. feu. amit. circa. iiij. col. vbi dicit, quòd si cõmune Perusii tenet feudum ab Eccle sia, vel à Principe, & commune diuiditur inter nobiles & ignobiles: & nobiles committant felloniam contra dominum dignam priuatione feudi, hoc non habebit praeiudicare ignobilibus. allegat not. in cap. in nostra. extra de iniur. & dam. da. Secundò adducebam text. no. in l. si communem. ff. quemadmo. ser. amit. vbi probatur, quòd si pupillus, & alius maior habeant rem cõmunem, praescriptio non nocebit maiori propter consortium impuberis. Tertiò allegabam pulchra no. in ca. i. ex. de praescrip. vbi dicunt, quod si res est communis Episcopo, & Capitulo sede vacante post mortem Episcopi, licet capitulum sit negligens, tamen praescriptio non curret aduersus Ecclesiam vacantem: allegabam etiã pulchram glos. in §. sed & continuo, in verbo vicinia, de pœ. distin. i. vbi formatur quaestio de duob. habentibus domum communem: quorum vnus habet partem superiorem, & alter inferiorem: an propter delictũ vnius tota domus debeat destrui? Et cõcluditur, quòd nõ. & ista sententia apparet mihi humanior. † Iuxta praedicta q̃ro, quid si sint duo domini eiusdẽ castri, et vnus

ex

ex eis ibi delinquit contra alterum, an posſit ab illo puniri? Bald. in c.i. in fin. col. in titu. qualiter vaſ. iura. debet fide. determinat, quòd non: quia par in parem non habet imperium, vt dixi. fallit ſecundum eum, quando vnus eſſet maior in adminiſtratione, quã alter. Secundò fallit, quando periculum eſſet in mora. Tertiò fallit, quando non recognoſcunt ſuperiorem. allegat Bal. no. per Guil. in d. l. fin. ff. de re. diui. Ego addo quartam fallentiam, quando difficilis eſſet aditus ad ſuperiorem: vel talis, qui non posſit reſiſtere, ad hoc allego pulchrè not. per Bald. in ſua pulchra repetitione l. i. C. vnde vi. facit l. nullus. & l. nemo. C. de Iud. & quod habetur per Ang. & Pau. de Caſt. in l. receptum eſt. ff. de iuriſdict. omnium iud. & per Guil. & Bal. in l. fi. ff. de re. di. † Sed

5 *ponamus, quòd ſint duo, vel tres Domini in eodem caſtro ſeu territorio, & diſcordent in exercendo iuriſdictionem, ſeu in vſu ipſius iuriſdictionis, quod erit remedium? Concludite, quòd ſuperior poterit eos cogere ad concordandum, vel ſaltem ad diuidendum vſum ipſius iuriſdictionis alternis temporibus. arg. l. Lucio ff. de aqua quoti. & eſti. Ita dicit notabiliter Ang. in l. ij. §. ex his. ff. de ver. obli. allegat Inno. in ca. prudentiam. in gl. quæ incipit. nobis. ext. de offi. delega. Ego addo Dominum Pa. & idem volentem in capit. fina. in i. col. ext. de re iudi. allegat gloſ. peregrinam in c. licet. xvi. q. iij.*

SVMMARIVM.

Iuriſdictionem, an, & quando amittat vnus ex pluribus fratribus, ſi in territorio, quod ſibi

ſibi ex paterna hæreditate prouenit, deneget iuſtitiam & iuriſdictionem ſuis ſubditis adminiſtrare.

Rector, ſeu Cancellarius Vniuerſitatis, qui ſcolari, roganti ſe ad examen admitti, id denegârunt, an ex eo priuari debeant dignitate Rectoratus, vel Cancellariæ. 2

Delinquens in ſuo territorio, in quo iuriſdictionis proprietatem non habet, vt vaſallus, ſed ſolam duntaxat adminiſtrandi poteſtatem, an, & qualiter veniat mulctandus. 3

Itinera ſeu ſtratæ locorum, vbi pedagia colliguntur, ſecura ſeruare debent domini dictorum locorum. 4

QVæritur etiam. † Ponamus, quòd vnus ex prædictis filijs præfati Do. Nani in caſtris, & locis ſibi aſſignatis in diuiſione, deneget iuriſdictionem ſeu iuſtitiam ſuis ſubditis, an per hoc deberet priuari iuriſdictione ſua? Videtur prima facie dicendum, quòd ſic, per id, quod not. Bald. in ca. i. in titu. qualiter dominus propriè ſeu priue. in lib. feud. vbi dicit, quòd ille, qui abutitur dominio facit ſe indignum dominari. In contrarium facit, quia ſpeciale eſt, vt ſi iudex ſecularis deneget iuſtitiam clericis, quod debeat priuari iuriſdictione, authen. ſtatuimus. C. de Epiſ. & Cleri. Pet. de Bel. in d. auth. refert hanc quæſtionem de facto contigiſſe in Comite Flandrenſi, qui ſæpè fuerat requiſitus à 1

ſubdi-

subditis, vt faceret eis iustitiam, quod denegauerat. Subditi autem fuerunt Parisiis ad exponendum hanc querelam Serenissimo Francorũ Regi, allegãdo, quòd ipse Comes debebat priuari iurisdictione ex causa prædicta. Dicit Pe. de Bel. quòd parũ habebat curare præfatus Comes de hoc respectu auferendæ iurisdictionis. Sed est benè verum, propter denegatam iustitiã, subditis, tenebatur eis ad interesse, & quòd propter hoc incurrerat indignationem superioris, propter quam poterat puniri arbitrio superioris §. super hoc in auth. de quæst. & §. sit tibi in authen. de mand. Princip. Et hãc opinionem, quòd propter denegatam iustitiam Dom. terræ non posset de iure priuari iurisdictione, sed solum incurrat indignationem superioris, ob quam causam posset arbitrio ipsius superioris puniri, sequuntur Cy. Bal. Alb. de Ro. & Pau. de Cast. in authen. statuimus.

2 *† Et ex hoc loco inferunt ibidem, quòd si scolaris sufficiens ad intrandum examen rigosum sæpè requisierit Cancellarium studij, & Rectorem Vniuersitatis, vt eũ admitterent ad examen & doctoratum: nihilominus tamen si talis non admittatur, non tamen priuaretur officio Cancellariatus, vel dignitate Rectoratus, sed ex hoc benè incurrunt indignationem superioris, propter quod possunt superioris arbitrio puniri. Ego in isto puncto do vobis paratum remedium ad faciendum priuare Dominum terræ sua iurisdictione, videlicet quòd subditi recurrant ad superiorem, & faciant Dominum terræ moneri per literas Principis, quòd velit ministrare iustitiam subditis suis, & eos tractare modo debito,*

debito, cum comminatione de auferendo illi castrum: nam si tunc contrà faciat, benè poterit priuari. & ita intelligitur quod vult Baldus in cap. i. §. publici latrones. in titul. de pa. tenen. & eius vio. in lib. feu. † *Sed* 3 *quid erit in non habente proprietatem iurisdictionis, quam habet vasal. sed solam administrationem, vt iudex? Concludite, quòd aut deliquit in iurisdictione obmittendo, aut committendo. Primo casu non debet priuari iurisdictione, sed suo tempore poterit puniri. dict. §. super hoc, in authen. de quæsto. & §. 1. in authen. vt diffi. iudi. Secundo verò casu deliquit circa res, & tunc non priuabitur iurisdictione, sed benè faciet litem suam. leg. final. ff. de va. & extraord. cog. Si verò deliquit circa personas, quia est minus securus, tunc benè poterit priuari iurisdictione. Idem est si committat barataria in officio, quia statim poterit priuari iurisdict. leg. indices. C. de dignit. libro duodecimo. Prædicta sunt verba Cy. in addi. & Bald. in lectura antiqua in ij. l. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris.* † *Vnum etiam notetis, quòd isti Marchiones, Comites, & Barones terrarum tenentur tenere stratam securam in omnibus locis, in quibus colligunt pedagium. & ideò si aliquis derobaretur in illo territorio, præfati Domini tenerentur emendare damna. Istud est elegans dictum Bald. in primo libro feud. in titul. qui feud. da. pos. in ij. car. sui commenti, super verbo, Marchi. allegat Archi. in cap. si quis peregrinos. aliàs incipit. si quis Romipetas* 4

xxiiij.q.iij. Eo enim ipso, quòd dominus terra facit dare buletam transeuntibus, intelligitur eis dare fiduciã & securitatem per totum suum territorium, per ea, quæ not. Bal. in c.i. in tit. quæ sint regalia dum allegat Odofre. in authen. habita. C. ne filius pro patre. Et hæc notetis.

SVMMARIVM.

1 Primogenitus marchionis, vel Baronis, habẽtis quædam castra in Francia, & quædam in Lombardia, si ex testamento, quod pater in Frãcia cõdidit, institut⁹ sit hęres simpliciter, an censebitur hęres omnium castrorũ prædictorum. Et quid si dictus Marchio vel Baro decedat intestatus. Ibidem num. 2.

1 *INsuper † quæro. Quidam Marchio vel Baro habebat multa castra in Francia, vbi est consuetudo, quòd primogenitus succedat, habebat etiam multa alia in Lombardia, vbi viget ius commune. condidit testamentum in Francia, & instituit simpliciter hæredẽ primogenitum, virum ex hac institutione ipse primogenitus debeat habere etiam castra, quæ sunt in Lombardia? Concludite, quòd aut condidit testamentum de iure communi, puta in præsentia septem testium rogatorum, & tunc talis institutio trahetur ad omnia castra. l. ex facto proponebatur. ff. de hæred. instit. Aut fuit testatus secundum legem Francorum, puta in præsentia duorum testium, & tunc sunt opiniones. Vera tamẽ conclusio est, quòd cùm effectus insit suæ causæ & suo titu.*

tu. sicut titulus est vniuersalis, ita eius effectus est indiuisibilis l. non solùm. §. & qui in testamento. l. propter litem. §. fin. ff. de excu. tuto. Et hanc opin. teneatis, licet Iac. Bu. dixerit inspiciẽdum esse locum additionis, quod non est verum, quia additio dependet ex testamento, non autem à loco, l. Titius. §. Romæ. ff. de excu. tu. Et sic primogenitus institutus habebat omnia castra. † Quid autem si Marchio, vel Baro decessisset intestatus? Dicunt quidam idem esse argumentum, ac si fuisset testatus. ar. l. conficiuntur. ff. de iure codi. Sed vos determinabitis cõtrarium, quia hoc casu primogenitus habebit castra, quæ sunt in Francia: reliqua verò castra dividentur inter omnes æqualiter. nõ obstat, quòd ille, qui decedit intestatus, fuisse testatus videatur. Quia respõ. quòd hæc est quædam ficlio, quæ non præbet titulum testati, glo. est ordi. in l. Lucius, in vltima char. in glo. fin. ff. de hæred. instit. prædicta sunt verba Bald. post. Guiliel. Cy. & Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide catho. 2

SVMMARIVM.

Princeps quot modis sumatur. 1
Tyrannus an veniat appellatione Principis. 2
Princeps vt quis meritò dici possit, quæ requirantur. 3
Princeps obligatur ex suo contractu, sicut priuatus. 4

1 *PRinceps Pedemontium. † Aduertite, quòd hoc nomen, Princeps, sumitur multis modis: aliquando*

largè, & tunc pro quolibet habente dominium seu dominationem aliquam, & sic comprahendet habentem aliquam Baroniam, & hoc probatur sumendo argu. ab etymologia vocabuli. dicitur enim princeps à præ, & capio, quasi primum locum tenens. Facit optimè text. in c. quamuis. ext. de verb. signi. vbi dicitur, quòd quilibet, qui præponitur alijs, potest appell. x i præpositus. Hinc dicimus, quòd apes & grues dicuntur habere principem, c. in apibus. vij. quæst. 1. Secundo modo capitur Princeps, prout principatus est quædam dignitas sæcularis, vt principatus Achaiæ & Pedemõtium. Tertio sumitur non ita largè, nec ita strictè, vt anteà dixi, & hoc modo sumitur in Cle. 1. text. de baptis. & eius effectu, & est glo. in verb. regũ melior de corpore iuris: & ex illa ead gl. † tu colligis, quòd appellatione Principis non venit tyrannus. Princeps tantùm est, qui digna præcipit: Tyrannus est, qui in Repub. non iure principatur. Et dicit Philo. tertio Politicorum, quòd Princeps tendit ad bonum commune: Tyrãnus verò ad propriũ. De materia Tyrãni habetur per Bar. in suo tra. de Tyrannide, & per Bar. in l. determinamus. C. de sacrosanct. eccle. Et dicit Aug. in l. officiã. ff. de rei vend. quòd viuere sub iusto domino, summa libertas est. † Dicamus nunc aliqua de Principe paucis. In primis, nihil est magis peculiare, in Principe quã humanitas, per quam sola Dei immutatio seruatur. Ita formaliter dicit tex. in l. fi. C. de testa. Item, Princeps debet quarere duo, scilicet bonã conscientiã, quoad deũ: et bonam famã, quoad homines. c. nolo. xij. q. 1. Item est rigor iustitiæ, si est, vt esse

esse debet, non autem tartarus. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. Nec decet principem illum priuilegium reuocare. c. decet. ext. de reg. iur. in libr. vi. habetur in ea. quòd dilecto, ext. de consan. & affi. Item, quando aliqd facit ex certa scientia, illud non debet in dubium reuocari. & ita dicit Bar. in l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codicil. Et quando aliquid facit ex certa scientia, nõ est illi licitũ dicere, cur ita facis. Ita dicit Bal. in proœ. feu. in ij. car. † Addite, quòd Princeps ex suo contractu obligatur sicut priuatus. c. i. ext. de proba. Itẽ, licet Deus ipsi Principi subiecerit leges. & hoc est, quod dicimus, quòd Princeps est supra ius positiuum, c. proposuit. ext. de concess. praben. tamen non subiecit ei contractus: immò ex contractu obligatur sicut alius. Ita dicit Bal. in c. i. ti. de natu. feud. Ex quo infert ibidem, quòd quia Fridericus Imperator primus fecit communitatem Papiæ Comitem inuestiendo eam de aliquib. castris in terris: nec ipse Federicus prædecessor, nec eius successor possent reuocare sine culpa communitatis Papiæ facit, quod habetur in c. i. in ti. de feu. sine cul. nõ amit. Item, Princeps contrahendo, etiam cum subditis suis, obligatur & ciuili & naturali ratione, sicut alij obligantur. Iam si ipse ex contractu nõ obligaretur alijs, ita nec alij illi ex natura correlatiuorũ, & sic esset illi interdictũ commertiũ, & esset exul, vbi debet esse omniũ præsul. Ista sunt verba formalia Bal. in l. Princeps. ff. de l. Et idẽ in l. ij. in ij. car. C. de seruit. et aqua, dicit eleganter, quòd Princeps leg. positiua obligatur à dictamine rationis, quia est animal rationale, & nulla

authoritas Principis, vel Senatus poteſt facere, quòd Princeps obligetur ex ratione naturali, cùm ſit animal rationale, allegat l. ij. ff. de vſufru. ea. re. quæ vſu. conſu. Et eſt Proconſul Dei omnipotentis, vt not. gloſ. in Rub. in authen. de hared. & Falci.

SVMMARIVM.

1 Princeps an & quãdo ex ſolo titulo donationis vel venditionis transferat dominium in alium.

2 Principis factum, vbi interpretari poteſt, & ad commune ius referri, nunquam intelligitur diſpenſatum.

1 *SEd quæro.† Nunquid Princeps ex ſolo tit. venditionis vel donationis transferat dominiũ in alium? Bal. in proœ. feu. in ij. cha. ſub ver. inci. dixi ſextò, videtur velle, quòd ſic per l. benè à Zenone. C. de quadri. p̃ſcrip. Item, per l. cũ duobus. §. idè reſpõdit ſocius. ff. pro ſocio. iuncta l. pe. C. de do. inter virum & vxo. inducendo ſic: nam lex transfert dominium ſine traditione, d. §. idem reſpondit & l. ſi vt proponis. C. de ædiſ. priua. Si ergò lex inanimata poteſt hoc facere, ergo et Princeps, qui eſt lex animata in terris, in authen. de Conſul. Ad idem adducit l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Addue, quòd iſtam opi. tenuit expreſsè Ang. in l. officium. ff. de rei vend. in fin. colum. Contrariam ſententiam tenuit And. de Iſer. in c. i. in tit. quid ſit inueſti. in lib. feud. allegat tex. no. in l. final. C. de loca. prædio. ciuilium ſeu fiſca. & templo. li. xi. vbi probat tex. quòd vtile dominium non transfertur per Principem in emphy. ſine traditione. Et ſic eſt neceſſe, quòd res tradatur, vel ſaltem ſit apud ipſum emphy. Et ſecundum hanc opinionem ſæpè conſuluit per regulam, le. traditionibus. C. de pact. Ad idem allego text. in præallegato c. l. quid ſit inueſtitu. inducendo hoc modo: Si enim ex abuſiua inueſtitura, quæ fit per traditionem enſis vel baculi, transfertur dominium per principem in alium ſine traditione, ad quid requireretur realis inueſtitura, de qua in di. ca. i. Mouetur etiam, quia Princeps in dubio videtur velle contrahere de iure communi. Ita notabiliter dicit Bal. in c. i. §. fin. in tit. de noua for. fideli. † Eridem Bal. in l. bonorum. C. qui admi. ad bo. poſſeſ. poſ. vbi ita formaliter dicit, quòd quando factum Principis poteſt interpretari & referri ad ius commune, nunquàm intelligitur diſpenſatum, vel inutile confirmatum, alleg. ioã. And. Innocen. c. dudum, ex. de deci. ſi ergò Princeps in dubio videtur velle contrahere de iure cõmuni, ſequitur quòd ex ſolo titulo non transfertur dominium, l. ſi ager. ff. de rei vendi. & d. l. traditionibus. & l. ſi. argu. per locum à ſpeciali. C. de ſacroſanct. eccleſiis. Ad motiua in contrarium adducta, ego reſpondebam in quæſtione facti, primò ad authoritatem Baldi in proœmio feudorum, in tertia carta, quòd illud dictum debet intelligi, quando conſtat de certa mente Principis, quòd omninò ex ſolo titu. voluit transferre dominium ſine traditione, & ad hoc allego vobis eundem Bal. in d. c. i. §. fin. in vlti. co. tu. tit. de noua fo. fideli. vbi expreſsè di-*

cit,

cit, quod l. omnes. & l. benè à Zenone. C. de quad. præscrip. debent intelligi intercedente traditione, vnde vt euitemus contrarietatẽ Bal. debemus dicere, quòd in proœmio feudo. in ij. car. loquitur, & debet intelligi, quando Princeps expreſsè voluit transferre dominiũ ex ſolo tit. abſq; traditione: illud autem, quod ſcribit in § ſi. intelligitur, quando ſumus in dubio. quia (vt anteà dixi) in dubio Princeps intelligitur velle cõtrahere de iure cõmuni. Ad authoritatẽ Ang. in d. l. officium. ff. de rei vend. reſpondebitis eodẽ modo. & hoc ſonant verba ſua, dum dicit, quòd Princeps ex certa ſcientia ſua poteſt transferre dominiũ ſine traditione. Ad l. benè à Zenone, patet reſponſio ex ſupradictis. Ad l. cum duob. §. idem, iuncta l. penul. C. de dona. inter virum & vxorẽ, reſpondebitis, quòd non eſt mirum, quòd lex mortua in hoc habeat maiorẽ poteſtatẽ, quàm viua, vt patet in le. commiſſa. ff. de publi. & vectig. Ad l. ſi. C. de ſacroſan. eccle. reſpondeo, quòd ille tex. loquitur in vendente vel donante rem Eccleſiæ vel fiſco, ſed nos loquimur contrà, quando Princeps vendit vel donat priuato. Elicio ergo hic pulchram concluſionem, quòd Princeps ex ſolo titulo non transfert dominium in alium ſine traditione. Et hanc opin. ſequitur clariſſimus Doctor. Dom. Mart. de Lau. in d. c. i. quid ſit inueſti.

SVMMARIVM.

1 Princeps an ex cõtractu ſui prædeceſſoris obligetur, vide per totum capit. vſque ad finẽ.

Prin-

Principis priuilegia quæ ſint. 2

Princeps hæreditatem adire poteſt per procuratorem. 3

Princeps de plenitudine poteſtatis, poteſt ſupplere circa libellum. 4

Verba, ſub pœna indignatiõis à Principe prolata, cuius ſint efficaciæ. 5

Principis miſericordiæ, ſeu benignitati, vel gratiæ ſe ſubmittẽs, debet per ipſum Principem benignè tractari 6

Princeps ſolo verbo poteſt quem creare Doctorem. 7

Principis ſententia capitalis, quam ira ſeu furore ductus tulit in aliquem, non eſt ſtatim executioni mandanda, ſed differenda per xxx. dies. 8

Principis teſtimoniũ, vbi non agitur de facto ſuo, eſt validius & efficacius teſtimonio notarij. 9

L. benè à Zenone. multas & pulchras habet in ſe limitationes. 10

Princeps poteſt creare Comites Palatinos cũ poteſtate, quòd poſsint creare tabelliones, illegitimos legitimare. & nu. 14. 11

Conditio à ſola Principis poteſtate dependẽs, an, & quando apud nos reputatur impoſsibilis, & ex contractibus reijci debeat, & nu. 13. 12

Princeps poteſt eſſe iudex in cauſſa propria: 13

pria, non autem inferior, qui superiorem recognoscit.

16 Ius accrescendi an & quando habeat locum, vbi Princeps supremus concesit in feudum rem duobus coniunctim.

17 Princeps an & quãdo rem vni concessam possit alteri concedere.

18 Periurium in Principe est grauius, quàm in alia persona.

19 Princeps in suo territorio potest creare nouã dignitatem.

20 Donatio Principis, facta filio in potestate constituto, an & quando valeat.

21 Forensis, nè in aliena ciuitate litigare compellatur, quibus fouebitur remedijs.

1 *SEd an Princeps † obligetur ex contractu predecessoris? Videtur velle, quòd sic. Guido de Suza. Cy. & Bal. in l. digna vox. C. de legi. dicunt, quòd tunc demũ pactum Principis obligat eius successorem, quando continet iustitiam naturalem & aquitatem. Et ex hoc inferunt, quòd si Imperator faceret pacem vel capitula cum subditis suis, propter generale bonum publicum, successor Imperatoris non debeat insi ingere illam pacem seu capitula, nisi dolus vel fraus interuenisset ex parte subditorum, allegant d. c. i. & le. in summa. ff. de condi. in debi. Inferunt etiam, quòd si pacta fierent hodie inter Regem Francorum, & Regem Anglorum, illa pacta deberent conseruari per eorum successores. facit*

cit quod habetur in c. nouit. ext. de iudi. Idem autem Bald. in l. i. ff. de consti. pecu. dicit, quòd pactum celebratum cum Imperatore non ligat successorem. Ratio est secundum eum, quia imperium non transit ad successorem, sed per electionem; vt habetur in c. venerabilem. ext. de electio. Et ideò successor non debet habere causam à predecessore, hoc tamen debet limitari secũdum eum, nisi Imperator faceret ea, quæ sunt de natura sui officij, vt infeudare. Nam tunc successor teneretur stare illi in feud. in alijs autem inferioribus à supremo Principe concludite audaciter, quòd pactum seu contractus Principis obligat successorem, quia hodiè indultum est, quòd in Ducatibus, Marchionatibus, & Principatibus habeat locum successio. c. i. in titul. de feud. March. Ad præmissa videte not. per cano. in præallega. c. i. ext. de proba. & per Do. Panormi in c. quæ in ecclesiarum. in pen. colum. ext. de consti. † Nunc addo vobis, quòd in Principe multa sunt specialia. In primis, non tenetur seruare ordinem iudiciarium, vt habetur in c. in causis. ext. de re iu. in cap. ad petitionem. ext. de accu. debet tamen facere citari partem. Quia citatio fit ad finem defensionis, quæ quidem defensio est de iure gentium seu naturali. Et ideò Princeps non debet eam obtinere, Cle. pastoralis. ext. de re iudi. Nam corã Principe habet locum inuestigatio & examinatio veritatis, ad quam inuestigandam opus est relatione. Ista sunt verba Bald. in l. fi. C. de legi. qui ad hoc ponderat glo. ibidem in verbo, quo minus. Addit eundem Bal. in c. i. §. fi. de noua. for. fide. in vlt. co. vbi dicit, quòd quic- 2

gnationis loquitur Bal. in repeti. d. l. cunctos populos. Idem Bald. in authen. statuimus. in quæst. de Comite Flandrensi. C. de Epis. & cleri. videtur velle, quòd ille, qui incurrit indignationem superioris, potest puniri arbitrio ipsius superioris. Addite tex. in l. ij. C. de petit. bo. subla. lib. x. vbi dicit. tex. indignationem nostri numinis, &c. Decima specialitas est, quòd citatus à Principe etiam die festata tenetur comparere: istud est notabile dictum Bart. in l. ij. §. quasi. in fin. col. ff. si quis in ius vo. non ierit. Vndecima specialitas est, quia licet in integ. restit. petita aduersus sententiam non debeat pendentit. ali iudicio sententia executioni mandari, lege si causa cognita. C. de transact. tamen fallit, quando postulatur restitutio in integrum aduersus sententiam Principis: quia tunc non cessabit manus executoria, casu sic suscitata, ex. de in int. restit. Et ita vult Bal. in l. i. C. de in integ. restit. postu. ne quid noui fiat, & idem vult ipse Bal. in d. l. si causa cognita. Duodecima specialitas est, quia Princeps potest ferre suam sententiam sine scriptis: ita dicit Alb. de Rosa. in authen. nisi breuiores, C. de sen. & interlo. omnium iuds. Decima tertia specialitas seu fallentia est, quia Princeps debet abstinere ab omnibus illicitis plus, quàm alij. Et multa licèt alijs, quæ non licèt Principi. l. pe. & ibi Bald. ita colligit. ff. de hære. instit. Decimaquarta specialitas est, quia Princeps potest contrahere compaternitatem per procuratorem. Ita dicit Bal. in l. vnica. §. ne autem. in iij. co. C. de cadu. tol. † Decimaquinta specialitas est, quia quãdo quis se submittit gratiæ & misericordiæ Principis, per

per talia verba non videtur contulisse absolutum arbitrium in ipsum Principem, sed debet benignè tractari ab eo, quia talia verba debent intelligi ciuiliter. ita dicit Ang. in l. si cui. ff. de seruit. tit. generali. alleg. text. & Inno. in c. veniens. ext. de renun. facit quod habetur in c. sanè. illo eod. tit. Decimasexta specialitas est, quia Princeps legitimat illegitimos. § fi. in auth. quibus mo. natu. effi. sui. habetur in c. per venerabilem. ext. qui fi. sint legi. Decimaseptima specialitas est, quia solus Princeps restituit in integ. per viam gratiæ aduersus sententias criminales, l. relegati. ff. de pœ. Decimaoctaua specialitas est, quia solus Princeps concedit veniam ætatis, l. i. & ij. C. de his, qui ve. æt. impe. Decimanona specialitas est, quia ipse solus interponit decretum in arrogationibus. l. ij. ff. de adop. Vigesima specialitas est, quia ipse solus interponit decretum super emancipatione infantis. l. iubemus. C. de emanc. libe. Vigesimaprima specialitas est, quia ipse dispensat super natalibus. l. Qui in prouincia. ff. de rit. nupt. Vigesimasecunda specialitas est, quia ipse solus potest auferre ius alterius. l. Quæris. ff. de nata. restit. Vigesimatertia specialitas est, quia solus Princeps potest facere statuta super lite. pen. & non inferior in authen. vt cum de app. cog. in princ. & no. per Cano. in c. fin. ext. vt lit. pendē. Vigesima quarta specialitas est, quia ipse solus delegat liberè merum et mixtum imperium. l. vnica in fin. C. qui pro sua iurisd. Vigesima quinta specialitas est, quia solus Princeps imponit super indictum. l. ij. C. de superindict. l. x. Vigesima sexta specialitas est, quia eius præsentia supplet omnem defe-

defectum solennitatis.tex.est in le.omnium: & ibi not. C.de testamen. Vigesima septima specialitas est, quia ipse solus confert magnas dignitates. l. probatione. C. de diuersis offic.lib.xij. Vigesima octaua specialitas est, quia ipse solus designat insulam deportatis à Præside, vt habetur in le.illicitas.§.qui vniuersas.ff.de offi.Præsi. Vigesima nona specialitas est, quia quando ipse Princeps aduocat ad se causſam, nullus inferior Iudex debet esse ita audax, vt se intromittat de illa causſa. Itē dicit Bald.in c.vt nostrum.ext.de appel. not. in c. cum M.Farien.ext. de constitu. & quomodo, & qualiter debeat ad se aduocare causſam, declarat Bal post Innocen.in d. c. vt nostrum. † Trigesima specialitas est, quia Princeps solo verbo potest quem creare Doctorē. Ita dicit Angel.in leg.i. C. de senten. pas. Trigesima prima specialitas est, quia Princeps contractui celebrato in magnum damnum sui Principatus non tenetur stare. Ita dicit Albericus de Rosato in l. i ff. de offi. procura. Casa. Trigesima secunda specialitas est, quia si compellit aliquem ad emendum bona alicuius, puta Sempronij, talis compulsio Principis excusat emptorem à mala fide, ita quòd poterit rem illam præscribere, quantumcunque sciat illam esse alienam. Ita dicit Nicola.de Nea.in le.nonissimè.ver.quid enim. & per illum text.ff.quod falsſ.tuto.authen. Quod notetis ad limitationem eorum quæ habētur in cap.fin.ext.de præscrip.& in regula, possessor, ext. de re. iu. lib. vi. Trigesimatertia specialitas est, quia licet inferior à Principe non possit aliquem cogere ad pacem seu concordiam

diam, sed bene hortari, tamen Princeps, quando partes diu litigauerunt, potest eas cogere ad pacem & concordiam. Primum dictum probatur in l furti.§.qui inssu. & ibi glo.& Bar.ff.de his, qui not.infa. Secundum dictum probatur ex his quæ scribit pulchrè D. Panormi. in c.cum inter R.seniorem.ext. de elect. † Trigesima quarta specialitas est, quia licet in criminalibus sententia debeat statim mandari executioni, vt habetur in l. eum reis.C.de pæ.tamen si Princeps tra seu furore ductus, ferat contra aliquem sententiam capitalem, non erit statim exequenda, sed differenda per xxx.dies. Ita dicit glo.in c.cum apud Thessalo.vbi glo. enumerat multos alios casus, in quibus differtur executio sententia capitalis.xi.q.iij. Trigesimaquinta specialitas est, quia licet sit magna dubitatio, vtrum promissio facta per priuatum sine causſa intelligatur facta animo donandi, qui articulus tangitur in l. ij.§.circa.ff.de excep. & in l.à Titio.ff. de verbo.oblig.& per Cano.in c.si cautio.ext.de fide inssru. tamen in Principe est speciale: quia promissio illius, sine causſa facta in dubio, intelligatur facta ex causſa donationis, quia proprium Principis est donare, c. i.ext de. donat. Limitabitis tamen hoc procedere, nisi ex tali præsumpta donatione enormiter laderetur, vt no.per Inn.& Io And.in no. in c. grandi, ext.de supplen.negl.prælli.vi. Trigesima sexta specialitas est, quia persona ignominiosa non debet stare corā Principe: ita dicit Ang.in l.ij.§. Ignominia.ff. de his qui not.infa. Trigesimaseptima specialitas est, quia licet ad interrumpendū præscriptionem requiratur sal-

tem

tem citatio partis, vt habetur in l. cum nouissimi. C. de præscriptio. xxx. vel xl. anno. tamen hoc fallit in Principe, quia cùm faciliter non possit adire superiorem, sola sua protestatio interrumpit præscriptionem. Ita notatur per Cano. in c. nihil cum scandalo, ext. de præscrip. † Trigesima octaua specialitas est, quia licet testimonium vnius notarij sit præstantius, quàm alterius, 9
qui non esset notarius, vt no. Bal. in authen, sed cùm testator. circa iij. col. C. ad l. Falci. tamen testimonium Principis plus valeret, quando tamen non ageretur de facto suo. Ita dicit Ant. de Iser in ea. sancimus, in titul. quo temp. mil. in vsi. seu. Trigesima nona specialitas est, quia licet coram inferiore à Principe non sufficiat facere solam narrationem facti in libello, sed sit opus cõclusione, vt notãt omnes Dd. in l. edita. C. de eden. tamen coram Principe sufficit sola facti narratio sine cõclusione. Ita dicit Ang. in quibusdam lect. in l. omnium. C. de testa. Quadragesima specialitas est, quia quando Princeps vendit aliquam rem, emptor est statim securus, nec potest ab ipso re ipsa euinci, nec per alium, sed dominus rei venditæ infra quadriennium habet regressum contra Principem seu fiscum. l. benè à Zenone. & 10
l. omnes. C. de quadrien. præscrip. † Sed aduerte, quia l. benè à Zenone. habet multas pulchras limitationes. Prima limitatio est, quia habet solum locum in Imperatore, non autem in Principe inferiore, nisi Princeps inferior haberet regalia ab Imperatore. Ita dicit Bal. in c. ad Apostol. ex. de re iudi. lib. vi. vel nisi ipse Princeps inferior exercuisset regalia per tempus, cuius initij

initij memoria non extat, in contrarium, quia tale tempus habet vim priuilegij seu titul. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & asti. c. super quibusdã. §. præterea. ext. de ver sig. Secunda limitatio est, quia di. le. benè à Zenone. habet demùm locum, quando Princeps rem, quam alienauit, possidebat. Ita dicit no. Bal. in leg. fin. C. si contra ius vel vtilit. pu. Tertia limitatio est, quia illa lex demùm habet locum interueniente traditione. Ita eleganter dicit Bal. in c. 1. §. fi. in vlt. co. in tit. de nona fort fideli. in lib. feud. Quarta limitatio est, quia illa lex demùm habet locum, quando Princeps bona fide vendidit rem, quam credebat esse propriam, licet in veritate esset aliena: secus si mala fide vendat, puta quia benè scit rem alienam. ista est glos. aurea in l. 2. C. de commu. rerum alie. Quinta limitatio est, quòd l. prædicta habet locum, quando Princeps vendidit rẽ iure proprio: secus, si iure creditoris. quia tunc emptor non esset statim securus: ita not. dicit Bal. in c. Rex pacificus. in prin. iij. col. in proœ. Decretal. allegat. l. fundus qui. ff. de rescin. vend. & l. eleganter. in Prin. ff. de pig. act. & l. fi. C. si aduer. fisc. Sexta limitatio est, quia. d. l. benè à Zenone, non habet locũ, quãdo alienaret rem ecclesiæ. Nam tunc emptor non est statim securus. ita dicit gl. no. in c. quicunque militum xij. q. 1. quam glo. appr. Can. maximè Io. de Inn. in ca. 2. ex. de reb. eccl. non alie. Septima limitatio est, quia illa l. demium habet locum, tribus concurrentib. primò quòd Princeps vendiderit rem, quam possidebat. Secundò, quòd eam vendat bona fide. Tertio, quod præ-

 cesserint

cesserint solemnes subhastationes iuxta l. 1. & l. sit tempora et l. duplex ratio. C. de fide instr. & iure hast. fis. li. x. Ista sunt verba Bal. in l. 1. in 2. co. C. de hære. vel act. vendi. Et ibidem dicit, quòd antiqui Dd. ita semper intellexerunt illam legem. Aduertite ad illud, quod dicit Bal. de subhastatione, quia videtur mihi dubium. Nã l. benè à Zenone. de subhastatione nõ loquitur. præterea illa lex habet locum, etiã quando Princeps donat, & tamen nemo dixerit in donatione requiri subhastationẽ. & nunquam vidi seruari istud dictũ Bal. inquantũ loquitur de subhastatione. Tenebitis tamẽ mentì dictũ illius, quia non reperio contradicentẽ. † Quadragesima prima specialitas est, quia ad solum Principem spectat creare Comites Palatinos cũ potestate, quòd possint legitimare illegitimos, et creare tabelliones. ita dicit Bal. in l. rescripta. C. de preci. Imp. offer. Quadragesima secunda specialitas est, quia vbi est Princeps, ibi non potest committi dolus. Ita vult Bald. in d. l. rescripta. allegat. l. probatorias. C. de diuers. offic. lib. xij. Tutius, iudicio meo, esset dicere, quòd vbi est Princeps non præsumitur dolus, Ad hoc allego nota. per Bart. in simili in l. 1. C. de præd. Decur. li. x. quòd vbi est interpositum iudicis decretum, ibi præsumitur dolum abesse. Sed tamen ista non præsumptio iuris, & de iure, imò benè admitteretur probatio in contrariũ. l. nõ est verisimile. cum ibi no. ff. quod me. causa. Quadragesimatertia specialitas est, quia vbi est Princeps, ibi est securitas & nulla formido, nisi vana, quæ non patrocinatur formidoloso, posset tamen probari contrarium.

rium. Ista sunt verba Bal. in l. 1. C. de his qui per me iu. non appel. † Quadragesimaquarta specialitas est, quia illud, quod dependet à sola potestate Principis reputatur apud nos impossibile. Ita dicit Barto. in l. fin. C. de sen. pas. Et ad hoc solet allegari tex. not. in l. apud Iulianum §. fi. de leg. 1. optimè facit l. iiij. in princi. ff. de fidei com. lib qui text. solet allegari ad hoc, videlicet quòd ea, quæ iure singulari veniũt, non attenduntur, nec sunt in consideratione. facit etiã l. 2. §. tractari. ff. ad sena. Tertul. tex. habetur per Bar. in l. continuus. §. cum quis. ff. de ver. obl. Sed istud commune dictũ debet limitari, nisi esset tale negotium, quod Princeps de facili concedere consueuisset, nam tunc non reputaretur impossibile. ar. l. vel vniuersorũ. ff. de pig. act. Et ita volunt Pau. de Cast. & Raph. Cu. in di. §. cũ quis. & Ro. in l. 2. ff. de re iud. allegat. tex. in l. qui cũ maior. in princi. in ver. facile. ff. de bo. libert. & l. pe. & fin. ff. de cadaue. punitorũ, mihi videtur q; ista limi. probetur in d. l. apud Iulianum, §. fi. in ver. non soleant. † Ex præmissis infertur, quod si in testamento alicuius esset apposita aliqua conditio, quæ non posset impleri sine consensu Principis, talis conditio reiceretur propter impossibilitatem l. 1. ff. de condi. insti. & le. obtinuit. ff. de condi. & demon. Sed hoc vltimum debet limitari, nisi esset necessarium, ad validitatem dispositionis testatorum, vt quando legasset filio illegitimo sub conditione si legitimaretur per Principem. Hanc limitationem ponit Baldus in leg. 1. in vi. column. C. de insti. & substitu. Addite Baldum in dict. leg. apud Iulianum

§.fin.quod quando esset factum, quod penderet à voluntate vnius tantum, illud apud nos reputaretur impossibile, et ita colligebat ex illo §.fi.dicens, quòd Ray. de Forli.ita tenebat.sed istud est dubitabile, quia si testator in testa.legat mihi rem, quæ est Titij.valet legatum saltem quoad æstimationem.l.cùm rem alienam. C.de legat.& tamen hoc pendet à voluntate solius Titij.Io.de Imo.in d.l.apo.Iulianum.§.fi.sub dubio fortè dicit, quòd dictum Bald. posset defendi intelligendo, quòd pendeat à voluntate tantum scilicet domini loci, quia tunc idem iudicaremus, quod in Principe,& hoc iudicio meo est de mente Bar.in d.l.fin.C.de sent. pas. Quadragesima quinta specialitas est, quia Principes consuetudines multum vulgatas præsumuntur scire, ita eleganter dicit Bal.in l.ij.in fi. C.quæ sit longa con sue. Quadragesima sexta specialitas est, quia Principes non possunt cõcedere rescriptum reparationis, desertionis, appellationis, nisi apponant clausulam. Non obstante, vel aliam æquipollentem, ex qua appareat de præcisa intentione Principis.ita dicit Bal.in l. impetrata.circa fi.C.sent.rescin.non pos. Quadragesima septima specialitas est, quia Princeps ex certa scientia posset tollere omnia pedagia nobilib. Lombardiæ, quæ acquisiuissent ex consuetudine: quia potest derogare cuilibet consuetudini cum clausula. Ex certa scientia: multò magis posset moderari & taxare illa pedagia propter immoderatas extorsiones, quæ fiunt. Ista sunt verba Bald.in c.fi.in vltim.carta.ext.de consuet. Quadragesima octaua specialitas est, quia solus Princeps

ceps potest apponere clausulam de plenitudine potestatis. † Et ex his infertur, quòd licet ipse Princeps creauit Comitem Palatinum cum potestate, quòd posset legitimare illegitimos, tamen ille Comes Palatinus non posset legitimare in præiudicium filiorum legitimorũ, nec aliorum, quibus esset ius iam quæsitum, quia est speciale priuilegium Principis, vt de plenitudine potestatis possit ius vnius auferre, & dare alteri. Et hanc potestatem in dubio non intelligitur transtulisse in Comitem Palatinum. Oporteret ergo, quòd specialiter fieret mentio in concessione de tali potestate. ita dicit not.Bald.in l.2.circa vij.colum.seu octauam. in versi. xvij.quæro.C.de seruit.& aqua.† Quadragesimanona specialitas est, quia Princeps potest esse Iudex in causa propria, sed non inferior, qui recognoscit superiorem. l.proximè.ff.de his quæ in testa.delen.& l.hoc Tyberius Cæsar.de hære.instit.no.per Cano.in c.cum venisset.ext.de iudi. Quòd autem recognoscens superiorem non possit esse Iudex in causa propria, habetur no.per Bald.in ca.1.in titu.de inuest.in mari.fac.in li.feud. solet etiam no.in le.fin.ff.de re.diuis. Quinquagesima specialitas est, quia Princeps sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, potest rescindere: quia talis transitus in rem iudicatam est de iure positiuo,& Princeps est super ius positiuum,& contra illud potest dispensare. cap.proposuit. ext. de concessio.præben not. in le. quoties.& in l.rescripta. C. de preci. Impera. offe.& quòd possit Princeps rescindere rem iudicatam, decidit Do.Panor.in c.qualiter & quando.in ij.col.ext.

de accusa. Sed si Princeps aliquid mandaret contrarium iuri naturali, non est illi obediendum, quia contra ius naturale non habet potestatem dispensandi. Ita dicit Bal. in c. cum adeo. ext. de rescrip. optimè facit text. in Cle. Pastoralis ext. de reg. iur. & quod not. Panor. in c. 1. ext. de cau. pos. & propri. vbi declarat illam Cle. pastoralis. An autem Princeps ab Episc. qui sunt in suo dominio, possit exigere sacramentum fidelitatis? Concludite, quòd aut Episcopi tenent bona feudalia, & in feudo concessa per Principem Ecclesiis ipsorū. Et tunc tenentur iurare fidelitatē Principi, vt habetur in c. verùm ext. de foro compe. Si autem non essent bona feudalia, sed essent bona liberè concessa ecclesiis, tunc Princeps non posset exigere iuramentum fidelitatis ab ipsis respectu illorū bonorum. Ista est distinctio D. Panor. in d. c. veniens. ext. de accusa. Quinquagesima prima specialitas est, quia licet in cōtractibus regulariter non habeat locum ius accrescendi. l. si mihi & Titio. ff. de verb. obl. tamen fallit in donatione facta à Principe supremo. l. vnica. C. si liber imperia soci. sive hære. decess. lib. x. † Sed hic cadit celeberrima dubitatio, quam vide in practica, numquid hoc procedat in Principe supremo concedente in feudo rem duobus in eodem instrumento & coniunctim? prima facie videtur dicendum quod non, quia tex. sunt expressi. Quod si duo fratres sint inuestiti de eodem feudo, non habet inter eos locū ius accrescendi. c. 1. §. cū verò Corradus in 1. titu. qui feu. da. pos. vt in c. 1. in ti. de duo. fra. à capi. inuest. & in c. 1 in tit. de duo. fra. de no. bene. inuest. in vsi. feu.

Jus accrescendi. Vide Bellinū p. 12 a

16

Sed

Sed Bal. in l. vnica. §. 1. circa vlt. co. in ver. vnum sciat C. de cad. tol. tenet expressè, quod habebit locū ius accrescendi, quia istud est feudum imperiale. allegat l. 1. C. si libera. impe. soci. hoc idē tenuit ipse Bal. in præallegato c. 1. in titu. de duo. fra. de nouo benefi. inuesti. Et idem dicit in feudo concesso duobus à Rege. Hanc eandem opi secuti fuerunt Rapha. Cu. & Pau. de Ca. in d. l. si mihi & Titio. Mouentur, quia in libello feudorum non reperitur decisum, quod hoc casu prohibeatur ius accrescendi, ergo standum erit regulæ d. l. vni si libe. impe. soci. Contrariam sententiā tenuerunt And. de Iser. & Ia. Alua in d. c. 1. in titu. de duo. fra. à capi. inuesti. Mouentur per iura, quæ suprà in princi. allegaui. Eandem sententiam amplexi fuerunt Cy. de Pisto. & Bartho. de Sali in l. vnica. C. quando non peten. partes petent. accres. Mouetur Sali. quia l. 1. C. si lib. impe. soci loquitur in concessione gratuita, sed feudū non est per omnia gratuitū, quia pro feudo præstatur seruitium Domino. Ego puto priorē opi. esse de iure verior em per d. l. primā sapè allegatā. & in dicio meo hoc sentit ibi Bar. Ad motiua in contrariū allegata potest is respondere, & primò ad tex. feudales suprà in contrariū allegatos, q intelligūtur in feudo concesso ab inferiore: nos autem loquimur in feudo cōcesso à supremo Principe. Ad motiua Salic. respōdebitis, q nō obstant, per ea quæ eleganter declarat Baldus in proœ. feudo, dum quærit, an feudū possit appellari gratia. Aduertite ad id, quod dixi suprà de Rege: quia dictum Bal. in dict. capit. 1. de duo. fra. in no. bene inuesti. intelligo procedere in Rege non recognoscente superiorē, alio-

at q. quærit. infra tunc.

quin si recognoscat superiorē, tunc non est loco Principis, per no. in c. per venerabilē. ext. qui filij sint legit. & c. cū te. ext. de re iu. & ideò nō procederet dictū Bald. Et pro ista limit. do vobis pulchrū text. in c. 1. in fi. in ti. quali fra. suc. vbi text. dicit, q̄ est speciale in feu. acquisito in hoste Regis: ergo in contrariū est dicendū in feudo habito ab ipso Rege. † Quinquagesima secunda specialitas est, quia dicunt quidam, quòd si Princeps donat vel vendit rem duobus diuerso tempore, & secundo emptori seu donatorio rem tradidit, tamen primus cui res non fuit tradita, erit potior. Et ita dicunt debere limitari. l. quoties. C. de rei vend. vt non habeat locum in Principe vendente vel donante eandem rem duobus diuerso tempore. Sed quia iste est passus vtilis, & quotidianus, & valdè singularis, decreui eum discutere. In primis reperio Bald. in l. 1. C. de loca. prædio. ciui. vel fisc. lib. xi. dicere, quòd si princeps concessit vni castrum, non potest postea illud castrum alteri concedere etiam cum clausula, Motu proprio, nisi in secūda concessione apponat clausulam, Non obstante concessione alteri facta. Secundò, pro ista parte adduco Bald. in l. omnes. in fi. de quadri. pref. vbi in quibusdā lec. dicit, q̄ illa l. oēs nō procederet in concessione facta à Principe: quia si Princeps concedat castrū vni, deinde auferat sibi sine defectu & culpa illius, cui concessit, & deinde concedat alteri, tamen primus erit præferendus, allegat l. assiduis. §. exceptis. C. qui potio. in pig. habeam. Tertiò, adduco Bald. in c. ad audientiam ext. de præscrip. vbi dicit, quòd per priuilegium Principis

17

cipis fit translatio iuris sine apprahensione possessionis. Quartò, pro ista sententia adduco eundem Bald. in le. 2. quam legit cum prima. C. de legibus. vbi in princi. commen. dicit quòd si Princeps concedat castrum alicui, est sibi defendendum, non autem auferendum. Et ideò si alius postea impetret, secunda impetratio erit surreptitia, & non valebit. aliás glos. or. in l. si. qua loca. C. de fun. & sal. rei domi. libr. xi. Et dicit Paul. de Cast. in d l. 2. de le. quod Bal. sæpè de hoc faciebat mētiōem in scholis & in lectura, quia iste casus acciderat in personam suam, qua Vrbanus Papa sextus concesserat ipsi Bal. vnum castrum in Comitatu Eugubiensi, & postea idē Papa concesserit alteri, ita quòd Dominus Bald. nunquam potuit habere possessionem, licet lōgo tempore litigauerit in curia Romana. Quintò, pro eadem opinione potestis allegare eundem Bal. in proœ. feu. circa ix. co. in ver. certum est autem quod duplex est inuestitura, &c. vbi dicit ista verba, vtrum per donationem Principis transferatur dominium sine traditione? Et videtur, quod sic, secundum eum per not. per Ioann. And. in not. in c. olim. ext. de verb. sig. & per Cle. auditor. ext de rescrip. & per l. benè à Zenone. C. de quadri. præscri. & per l. Cæsar. ff. de publica. & per l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. postea dicit, quòd refert, an Princeps contrahat, an verò priuilegium concedat. Comprobatis etiam istam sententiam authoritate eiusdem Bal. in ca. 1. in titu. quid sit inuesti. vbi dicit hac verba. Et no. quòd iste titulus non loquitur in priuilegijs, &c. Et an sit priuilegium cognosce-

gnoſcemus.ſ.quando conceſſio fieri abſente nemine recipiente pro eo, quòd ſit contractus cognoſcemus, ſi ibi ſit appoſita ſtipulatio, vel factum. Et ibidē dicit, quòd ſi Princeps vel Papa dicat, Aſſigno tibi caſtrum tale cum plenitudine iuris ex hoc erit tranſlatum dominiū ſine poſſeſſione facti. facit quod not. ipſe Bal. in l. fin. in princ. cōmen. ff. de conſti. pecu. Sextò, allegabitis Ang. in proprijs terminis in l. officium. ff. de rei vend. vbi dicit, quòd licèt per inſtrumentum non probetur dominium, tamen fallit in inſtrumento donationis factæ à Principe, quia poteſt tranſferre dominium in alterū pro libito voluntatis: loquitur tamen, An quando donatio eſt facta ex certa ſcientia Principis. Septimò ad idem allegabitis d. Lu. Ro. ſuo conſi. 288. aliàs in conſi. 298. incip. circa præmiſſum dubium, &c. vbi determinat, quòd quando princeps conceſſit rem vni, & non tradidit: deinde concedit alteri & tradit, quòd primus eſt potior. & ita dicitur debere limitari d. l. quoties. C. de rei ven. Mouetur quia ſimile videmus in beneficijs alib. Nam ſi beneficium concedatur vni, et poſtea concedatur alteri, & ſibi tradatur, tamen primus erit potior. c. tibi quæ. ext. de reſcrip. li. vi. & c. ſi tibi abſenti. ext. de præben. eo. lib. c. i. de conceſſ. præben. eadem combinatione. Secundò, mouetur, quia illa l. Quoties non habet locum in perſonis eccleſiaſticis vendentibus: & eſt ratio, quia in eorum contractibus non debent committi fraudes, neq; cōceſſiones. c. per tuas. ext. de don. et c. 1. §. 1 in fi. de feud. alien. Et ideo idem debemus dicere in Principe: quia non debet quempiam decipere. l. i. C. de

de his qui. re. alie. impe. Et nihil eſt, quod magis fulgeat in Principe, quàm recta fides. epiſt. Inter claras. C. de ſum. trin. & fide cathol. Et quòd illa l. quoties, non habeat locum in perſonis eccleſiaſticis, voluerunt Inn. Hoſt. & loa. And. in c. continebatur. ext. de his, quæ fiunt à prala. ſi. conſen. c. Octauò, ad idem poteſtis adducere illud quod vult Bal. in commēto pacis Conſtant. in ver. Opizon. aliàs in ver. Amplius. vbi dicit, quòd ſi Princeps cōcedat alicui beneficia, habebit locū regula, Qui prior eſt tēpore, potior eſt in iure. l. in concedēdo. ff. de aqua plu. arcē. quòd dicit eſſe notandū ad cōceſſiones, quas facit Princeps de aquis pub. vt ſemper intelligātur eſſe reſeruata iura illius, cui primò facta fuerat cōceſſio. Item Labeo. §. 1 cū ſua parua gloſſ. ff. fami. herciſc. Tandem pro veritate refero me ad iſtam concluſionem, quòd aut Princeps contrahit ſeu diſponit per viam contractus, & tunc in dubio intelligitur velle contrahere de iure cōmuni, & ex ſuo contractu non trāsferetur dominium ſine traditione. l. ſi ager. ff. de rei. vend & l. fin. C. de ſacroſan. eccleſi. niſi appareret de præciſa intentione Principis, quòd vellet dominium transferri ſine traditione. Et ita intelligo no. per Ang. in d. l. officium. aut Princeps vult concedere gratiam ſiue priuilegium. Et hoc caſu confiteor, quòd transfertur ius ſine traditione, & iſta concordia eſt de mente D. Bald. in capite primo. §. final. in titul. de noua for. fide. in vltim. colum. Quinquageſimatertia ſpecialitas eſt, quia omnis contractus celebratus cum Principe habet naturam bonæ fidei contra-

ctuum

ſtuum. Iſtud eſt elegans dictum Bal. in commento. Pa. Conſtan. in prima carta, in verbo. Omnes, in 2. colum.

18 † *Quinquageſima quarta ſpecialitas eſt, quia licet crimen periurij ſit graue in omni perſona, tamen in Principibus eſt grauiſſimum, quia eorum verbum etiam ſine mero debet eſſe firmiſſimum. ita notat Inno. in c. ad Apoſtolicæ. ext. de re iudi. lib. vi. Quinquageſima quinta ſpecialitas eſt, quia ſupremus Princeps poteſt de plenitudine poteſtatis auferre feudum vaſallo, ſi tamen ita faciat, tenetur ei ad intereſſe. Et idem ſi Papa auferat beneficium alicui ſine cauſa, debet ei prouidere de alio conſimili beneficio. Et ſi comunne Peruſij vendat redditus lacus Peruſini per quatuor annos, deinde de plenitudine poteſtatis auferat emptoribus, tenetur eis ad intereſſe. Iſta omnia ſunt verba Bald. in ca. 1. §. ad hæc in vij. colum. in titu. de pace in. ſtr. in vſi. feud. Et idem Bald. in cap. 1. §. cum autem in tit. de contro uer. inueſti. dicit, quòd Princeps poteſt accipere vtile dominium vaſalli & dare in alia re directum, & ſic permutare directum dominium cum vtili, quòd eſt notandum. Quinquageſima ſexta ſpecialitas eſt, quia Princeps omnem dilationem legalē poteſt abbreuiare etiam ſine cauſa. Ita dicunt Petr. de An. & Ioan. de Imo. in c. ex ore. ext. de his quæ fiunt. à maio. part. Mouentur per illum text. iuncto c. 2. ext. de conceſ. præben. nam in d. c. 2. ad conferendum beneficia eccleſiaſtica vacantia datur ſemeſtre, & tamen Papa in d. c. ex ore. abbreuiabit ad vnum menſem. Et notetis iſtud dictum per no. per Barto. & alios in lę. 2. ff. de re ind.*

Quin-

Quinquageſima ſeptima ſpecialitas eſt, quia licet authoritas Principis ſit ſuprema, tamen non poteſt facere, quod teſtis, qui reddit malam rationem, probet. ita dicit Bald. in l. ſi non ſpeciali, in fin. colum. C. de teſta.

19 † *Quinquageſima octaua ſpecialitas eſt, quia Princeps in ſuo territorio poteſt creare nouam dignitatem. Et ideo Princeps noſter Dux Sabaudiæ poſſet creare Comites & Marchiones. Ita dicit Andr. de Iſer. in c. 1. §. ſi quis de manſo. in penul. col. in tit. de contro. inueſti. in li. feud. & dicit Bal. in l. iij. C. ad Trebel. quod Reges habent regalia & ita ſeruat, totus mundus. Quæ autē ſint regalia, videte in c. 1. in tit. quæ ſint regal. & pulchrè per Bal. in c. 1. in prin in tit. Epiſcopi. vel Abba. in li. feu. Quinquageſima nona ſpecialitas eſt, quia licet regulariter quis nō poſſet ſtipulari alteri. l. ſtipulatio. §. alteri. ff. de ver. obl. tamen fallit in ſupremo principe, vt ſunt Imperator et Papa. Ita voluit gl. no. in præ Decre. in ver. ſeruus ſeruorū. Contrà tamē vaſallus nō poteſt ſtipulari domino ſuo. Ita dicit Bal. in l. 1. in vlt. col. C. per quas perſonas no. acquiri. Sexageſima ſpecialitas eſt, quia ſupremus Princeps poteſt ſententias inferiorū caſſare vnico verb. ita dicit Ang. in l. 1. C. de ſe. Sexageſima prima ſpecialitas eſt, quia quando ſeruitium eſt fiendū Principi, nō poteſt eo inuito fieri per ſubſtitutū. Ita dicit Bal. in c. 1. §. fi. in ti. Epiſ. vel Abb. Sexageſima ſecunda ſpecialitas eſt, quia poteſt facere de ciue forenſem propter ſuū delictū. Item dicit Bald. in l. ſi quis filiū. C. de li. præt. Sexageſima tertia ſpecialitas eſt, quia quādo ipſe ſolus habet poteſtatem monetæ cudēdi*

10 tacendo a.c.i. in titulo, quæ sint rega. † Sexagesima quarta specialitas est, quia licet regulariter donatio p patrem facta filio in potestate non valeat, l.i. et ij. C. de inoffic. dona. tamen fallit in Rege seu Principe donante filio in potestate, quia talis donatio erit valida dum modo exprimat se donare autoritate regia. Ita no. dicit Bal. in c.i. §. item sacramenta. in antepe. col. in tit. de pace tenē. int subd. & sura firma. Sexagesima quinta specialitas est, quia si supremus Princeps aliqua donet filio fam. in illis pater nō habet vsumfructū, quia ta lia bona donata dicuntur peculium quasi Castrense. tex. est no. in l. cum multa. C. de bo. quæ libe. Et ibi etiā singulariter probat, quòd fœmina potest habere peculium quasi Castrense. Sexagesima sexta specialitas est, quia talis præsumitur intentio Principis, qualis legis & rationis naturalis. l. ne vec annu. C. de emancipa. libero. & l. ex facto. ff. de vulga & pupil. ita dicit Bal. in c. i. in ti. apud quem vel quos quæst feu. defi. seu termi debe. † Vltimo habetis notare vnum, quòd quando forē-

12 sis habet litigare in aliena ciuitate, habet remedium paratum, vt Princeps suus scribat Principi sui aduersarij, ne compellat eum litigare extra propriā ciuitatē quia forēsis securè nō litigat in aliena ciuitate. Ita docet Bar. in suo tractatu Repræsaliarū, in tertia carta.

SVMMARIVM.

1 Comes quis propriè dicatur.
2 Comitum filij an & qualiter possunt comites appellari.
3 Feudorum Comitalium priuilegia seu specialitates quæ sint.

CO-

COmes de villaris. † Hîc est aduertendum, quòd 1 Comes propriè loquendo dicitur ille, qui fuit inuestitus de Comitatu. Alij verò comites, qui non sunt inuestiti de Comitatu non dicuntur propriè Comites, sed abusiuè vt sunt Comites sacri Palatij, qui legitimant naturales & spurios, dant tutores & creant tabelliones, & alia, prout in eorum priuilegijs continetur. Benè facit, quod no. glo. in l. i. ff. de tut. & cura, da ab his. Ista sunt verba Bal. in c. i. in verbo. Comes in ti. quis dicatur Dux, Marchio, vel Co. † Item filij Comitū 2 habentiū Comitatū, possent appellari Comites sine, sed nō re. Et ita intelligitur q̄ not. gl. palchra in c. fi. xxxij. q. i. de Comissa Matelda habētis gl. in l. fi. C. de arb. & in l. sed si susceperit. § liberti ff. de ind. no. per cano. in cap. delecti. ext. de arbi. Addite ad id, quod dixi supra, quod Comites non habentes Comitatum non dicuntur propriè Comites, quod hoc facit ad quæstionē, quam vidi de facto. Quidam Comes Palatinus habebat potestatem legitimandi naturales & spurios, exceptis filijs naturalibus Ducum, Marchionum, & Comitum, modò, quidam Comes Palatinus habebat vnū filium naturalem: dubitatum fuit nunquid dictus Comes virtute potestatis legitimandi sibi à Cæsare concessa posset legitimare illum filium Comitis abusiui. Quidam dicebant quod non, propter illa verba, Exceptis filijs Ducum & Comitum. Sed contrarium est verum, quia illa verba exceptus filijs Comitum debent intelligi de his, qui sunt propriè Comites, arg. l. i. §. qua perpetuum. ff. si ager. vecti. vel emphy. pet. et arg. §. sed quoties.

quoties instituti de iure naturali. Si tamē Comes in-
uestitus de Comitatu iniuste expellatur de ipso Co-
mitatu, benè dicetur propriè Comes, quia verū est di-
cere ipsum fuisse inuestitū de Comitatu cum territo-
rio. Ita tenet præclarus Doctor Do. Marti. Laud. in al-
3 *legato c. 1. in tit. quis dicatur Dux. March. vel Com.† Addite etiā, quòd ista feuda Comitalia habēt magnā specialitatē: quia licet creditor in actiōe psonali possit petere semitti in possessionem feudi, quod habet vasal lus, & possit peruenire ad missionem in possessionem ex secundo decreto, non quod ius feudi transferatur in ipsum creditorem, neque etiam vtile dominium, quod habet vasallus in feudo, sed solum percipiet ipse creditor fructus & reddit⁹ dicti feudi. vt eleganter notatur per Bart. in l. finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infecto. & per Ang. in l. eorum illo co. ti. tamen in feudo Comitali non fit missio in possessionem. nec substantia feudi communitatus transibit in creditorem, sed solum percipiet fructus. ita nota. dicit Bal. in authen. Et qui iurat. in iij. car. C. de bo. aucto. iudi. poss. quod est benè no. vnum etiam notetis, quòd quando creditor in actione personali mittit in possessionem feudi, vasallus debitor tenebitur præstare seruitia domino suo, non autem creditor missus in possessionem: secus si missio in possessionem fieret ratione rei, vt in casu damm. infecti: ista est pulchra theorica Bart. in d. §. si. de vectigalibus.*

SVMMARIVM.

Vica-

Vicarius foraneus quis dicatur. 1

Vicarius generalis Episcopi ordinariam habet iurisdictionem. 2

Episcopus potest causam pendentem coram vicario suo generali ad se aduocare, & ipsi inhibere, ne de ea se intromittat, etiam sine causa. 3

Episcopus pro suæ voluntatis libito potest vicarium suum generalem reuocare. 4

Pedemontium Princeps dicitur vicarius perpetuus Imperatoris. 5

Superior an & quando inhibere possit inferiori, ne sua vtatur iurisdictione. 6

Dominus non potest de primis causis rusticorum se intromittere, vbi aliquem de loco inuestiuit cum mero & mixto imperio. 7

Vicarius seu locum tenens à Rege vel Duce creatus an & quādo possit Rege vel Duce absente consensum præstare in alienatione rerum feudalium. 8

Vicarius seu locum tenens Principis potest omnia præter ea quæ pœnam sanguinis concernunt expedire. 9

Et quid de vicario Episcopi, Ibidem. nu. 10.

Vicerector, quem rector constituit, an & quādo gaudeat immunitate qua rector. 11

Vicarium vel locum tenentem Episcopi vel principis offendens Episcopum vel Principem offendisse dicitur. 12

13 Causa delegata per superiorem alicui potestati an & quando mortua ipsa potestate, transeat in vicegerentem.

14 Locum tenens locum tenentem creare vel cóstituere non potest.

VIcariumque perpetuum. Pro declaratione istorum verborum debetis scire, quòd Prælati Ecclesiastici, puta Episcopi, habent aliquando vicarios foraneos, habent etiam suos vicarios generales. † Et dicitur vicarius foraneus ille, qui ab Episcopo deputatur in aliqua parte diocœsis, & talis vicarius non habet ordinariam iurisdictionem, sed delegatam, & ideò appellatur ab eo ad Episcopum: ita vult glo. ord. in Cle. et si Principalis. ext. de rescrip. † Vicarius autem generalis Episcopi habet ordinariam iurisdictionem, vt habetur in c. perlectis. xxv. dist. & in ca. Sua. ext. de offi. vica. & per glo. in d. Cle. & si principalis. & tribunal istius vicarij generalis est vnum & idem cum tribunali Episcopi. † Et ideò à sententia lata per talem vicarium generalem non appellatur ad Episcopum, text. est in capit. non putamus ext. de consuet. libro sexto. Et aduertite, quòd quando aliqua causa pendet coram vicario generali Episco. potest ipse Episcopus illam causam ad se aduocare, & inhibere ipsi vicario, ne de ea se intromittat etiam sine causa, & quicquid faceret in illa causa post inhibitionem nihil valeret. Ita notat Innocent. in capit. Romana. ext. de appellat. libro sexto. † Imo quod plus est, ipse Episcopus

piscopus pro libito voluntatis posset suum vicarium generalem reuocare. Ita notant Panormit. & Imol. in capit. vt nostrum. ext. de appellat. Ergo multo magis potest inhibere, ne de certa causa cognoscat. arg. leg. quæ de tota. ff. de rei venditione. & arg. capit. pastoralis. §. item cum totum. ext. de offic. delegat. Et ita voluit Panormitanus & Imol. in dicto capit. vt nostrum. Et sicut Episcopus potest reuocare pro libito suæ voluntatis suum vicarium: gestaramen ante talem reuocationem remanebunt valida. ita expresse tenet Baldus, in leg. solent. §. sicut. ff. de offic. Proconsul. & Lega. allegat. not. per Imo. in ca. ultimasti. ext. de appel. & hoc sequitur clarissimus D. Phil. de Perusio in prælega. c. vt nostrum. † Signanter ergo Diuus Princeps noster appellat se vicarium perpetuum imperialem. Quia si non esset vicarius perpetuus, & non vicarium in titu. haberet, certè Imperator pro libito voluntatis posset eum reuocare, vt patet ex prædictis. † Sed iuxta prædicta moueo vobis elegantem dubitationem. nunquid superior possit inhibere inferiori, ne sua iurisdictione vtatur? Archidi. in c. de persona. xi quæst. i. determinat quòd non. Ordo enim confunditur si sua iurisdictio vnicuique non seruaretur. d. cap. de persona. Fallit quando causa esset deuoluta ad ipsum superiorem per viam appellationis vel per viam nullitatis, vel per viam restitutionis in integrum. l. si causa cognita. C. de transac. & l. iiij. C. de accusat. Itẽ fallit, quando ille, cui fit inhibitio haberet iurisdict. cõmissã ad nutũ superioris, vt est vicarius

Episcopi. Hac omnia sunt verba Bal. in l. 1. C. quomodo & quando iud de. quòd superior non potest inhibere inferiori, ne vtatur sua iurisdictione, nisi quando ille inferior recognoscit illam iurisdictionem ab ipso superiore, de quo etiam per eundem Bald. in l. eleganter. §. si quis potest. ad si. col. ff. de condi. inde. Addite eundem Bal. in c. 1. §. adhac. circa iiij. col. in tit. de pac. iura firma. in lib. feud. vbi dicit quod omnes iurisdictiones fluunt & refluunt à Cæsare, sicut à fonte. Et dicuntur fluere per concessiones, commissiones & confirmationes. Item dicuntur refluere ad eum per viam appellationis vel nullitatis vel querelæ. Et eo ipso quòd Cæsar cœpit, cognoscere de causa, est impositum silentium inferiori. Allegat ad hoc ipse Bal. not. per Inn. in c. cum M. Ferra. ex. de consti. optimè facit. d. c. vt nostrum. extrà de appel. Subiungit. Bald. in d. §. adhac. quòd alij inferiores à Cæsare licet vnus sit maior altero, non tamen potest inhibere inferiori, ne sua vtatur iurisdictione per no. per Archi. in d. c. de persona, nisi causa esset deuoluta ad ipsum superiorem, vel per viã appellationis vel nullitatis, vt supra declaraui. Addo vobis, quia si dominus inuestiuisset vasallum de aliquo loco cum mero & mixto imperio & omnimoda iurisdictione, & ille vasallus in illo loco constituisset officialem, coram quo inter subditos illius, vasalli agitaretur aliqua quæstio, non posset ipse superior inhibere illi officiali, ne de dicta causa cognosceret. † Et est ratio quia postquàm dominus inuestiuit aliquem de loco cũ
? mero & mixto imperio ac omnimoda iurisdic. non po-
potest

test se intromittere de primis causis rusticorum illius loci: quia vasallus habet vtile dominium, quod in hoc præfertur directo, & ad hoc allegabitis Bal. in rubrica, alias in l. 1. ff. de re. dim. in xliij. q. Putarem tamen superiorem posse mandare officiali ipsius vasalli, vt in certu tempus decidat causam illam, per ea quæ habentur in c. pastoralis. in principio, ext. de offic. io ordin. & in c. nullus ext. de iure patro. † Sed pone Dux vel Rex fecit vnum suum vicarium seu locum tenẽtem, an absente Rege vel Duce poterit ille locum tenens præstare consensum in alienationibus rerum feudalium? cõcludite quòd aut ille locum tenens habet potestatem limitatã, ex qua limitatione possumus cõprehendere talem licentiam fuisse illi concessam vel denegatam, & tunc res est clara. argu. l. si procurator ad vnam speciẽ. C. de procu. Scriptura enim illius locum tenentis probat suos limites. l. fideiussores. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. Et solemus dicere, quòd limitata causa limitatiũ perdit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & l. Fulcinius. §. quod si aduersus. ff. quib. ex causis in posses. eatur. Si aũt simpliciter constituisset eum suũ locũ tenentem, tunc intelligeretur illi data potestas præstandi cõsensum in alienationib. feudorũ. Ita not. dicit Andr. de Iser in c. imperialem. in princi. in ti. de probi. alie. feu. per Fri. in li. feu. Sed ponamus quòd ipsa cõstitutione Rex vel Dux interdixisset ipsi locũ tenenti alienationes, an tunc poterit præstare consensum? And. de Iser. in præalleg. c. imperialẽ. determinat quòd sic. quia aliud est consentire, & aliud alienare. l. aliud. ff. de ver-

bo.sig.ego allego meliorem tex.in l.si pater. in fin.ff. de manu. vindic. Conclusionem prædictam probat præfatus Do.alia ratione,quia non debet Princeps suos subditos decipere,& imputandum est ei,quia apertius nõ fuit locutus. Ad primum allegabitis l.1. C. de his, qui ve.æta.ipse. Ad aliud l.veteribus.ff de pactis.addite ad præmissa id,quod vult Archi.in c.ve actiua. lxiij.dist. vbi dicit,quòd quando Rex vel Comes est absens,sufficit requirere consensum & authoritatem sui vicarij. Et hoc sequitur Bal.in c.cùm venerabilis.ext. de consue.vbi subijcit quod in absentia superioris sufficit requirere consensum sui locum tenentis. † Addite quòd
9 locum tenẽs potest omnia præter quam ea,quæ concernunt pœnam sanguinis. §. Ad hæc prohibemus. in authen.de collat. Quod est verum, quando est constitutus, authoritate hominis. Sed si fuisset authoritate legis cõstitutus,benè posset expedire etiam ea,in quib.veniret imponenda pœna sanguinis,& ita debetis temperare
10 glo.ordi.in l.ij.C.de his, qui vicẽ alterius gerunt.† De iure aũt canonum omnia possent expediri per locum tenentem.c.in Episcopatu.ext. de rap. Ista sunt verba Bal.in authen.sed nouo iure.in prin.col.C.de ser.fugi. addite Ang.idem volentem in leg.si prior.§.à Titio.ff. qui potio in pig.hab.bene faciunt no.per Bart. in l.fi-
11 lius.ff. de legationibus. vbi dicit, quòd quando † vicerector constitutus esset à rectore, non habet eandem immunitatem, quam habet rector. sed si esset constitutus ab vniuersitate, haberet eandem immunitatem,& eundem honorem,quem habet rector. Non obl.

ob.l.sed si hac.§.fi.ff. de in ius vo.vbi libertus non tenetur tutori vel curatori patroni ad eandem reuerentiã, ad quam tenetur erga patronum: quia ad illum text. ego responderem per id,quod vult text.not.in l.seruus si hæredi.ibi: personæ:dum taxat eius qui demonstratus est,adhæret.ff. de statu.lib. Probat enim ille tex. quòd quando aliquid indulgetur personæ, nõ egreditur personam.sed sic est,quòd verba illius edicti, de in ius vocan. diriguntur in personam patroni, & Deo non egrediuntur personam.† Addite etiã quòd ille, qui of- 12
fendit vicarium Episcopi vel Principis, dicitur offendere Episcopum vel Principem. Ita dicit Bald. in d.l. sed si hac.in §.fi.per l.ossa.§.fi.ff. de religio. & sump. func. de vicegerente habetis in d.l.2. C.de his qui vicẽ alterius gerunt.& per Bal.multum eleganter.in l.obseruare.§.fi.alias est in l.aliquando.ff.de offi. Proconsul.& Leg.† Quid autem si causa esset delegata potestati Astensi per superiorem,an mortua potestate,transibit potestas in vicegerentem? concludite quod aut ille vicegerens erat deputans ab ipso potestate,& tunc nõ succedit in delegatione:secus si fuisset deputatus à superiore.per no. per Guil.de cu. in.l. Et si Prator.ff. de officio eius cui mand.est iurisd. † Vnum etiam notetis, 14
quòd locum tenens non dat neque constituit locum tenentem. Ita singulariter determinat Bald.in l.1.§.à Præfectis.ff.de l.3.quod note.

SVMMARIVM.

Inuestitura propria realis & corporalis quæ sit & quæ impropria & abusiua,& nu.2.

3 Inueſtitura abuſiua quid operetur. & nu. 4.
5 Inueſtitura cum poſſeſsionis traditione facit ſecundum, cui facta eſt, potiorem primo, quem dominus inueſtiuit abuſiuè.
6 Inueſtiens vaſallum per inueſtituram abuſiuã cum traditione poſſeſsionis, à qua poſtea ipſe inueſtitus cecidit, & ad manus ipſius domini peruenit, an teneatur iterum ipſam poſſeſsionem eodem vaſallo.
7 Poſſeſsionis feudi traditio duob. facta, cui præſumatur facta prius, ſi cui ipſorũ primo tradita fuerit ignoretur. Et quid ſi dominus ſolum promiſit feudum alicui, quem tamen abuſiuè non inueſtiuit. & nu. 8.
9 Vaſallum inueſtiens de mero imperio inueſtituram facere debet cum traditione gladij in manibus ipſius vaſalli.
10 Inueſtituræ verba quæ Francorũ Rex expreſſit Principi Tarentino de principatu Archaiæ an præſumant feudi conceſsionẽ, an vero donationem.
11 Inueſtituræ abuſiua & propria an & quando requirantur in traditione feudi.
12 Inueſtiri an & quando poſsit dominus aliquẽ de feudo, quod alius tenet ab ipſo domino.
13 Inueſtitura alicui facta de feudo eius, quẽ dominus credebat mortuum, an & quando valeat.
14 Inueſtitura feudi quod dominus per mortem vaſalli

vaſalli credebat vacare, cum non per mortem, ſed aliam ob cauſam vacaret, an valeat ſi in ea nõ exprimatur vera vacationis cauſa.
Feudi recognitio ſeu confeſsio facta vni conſortum recipienti pro ſe & alijs conſortibus abſentib. an & quando operetur, quod dominium videatur acquiſitum ipſi conſortibus. 15

Inueſtiui talẽ. Pro declaratione debetis ſcire, quòd habemus duplicem inueſtituram feudi. † Quædam dicitur inueſtitura ꝓpria, realis, & corporalis, vt quando Princeps induxit aliquem in poſſeſsionem alicuius rei, dicendo, Vade in poſſeſsionem, & accipe pro feudo. ita probat tex. in c. 1 in ti. de conſue. reſt. ſeu in lib. feud. Et per iſtam inueſtiturã realem et corporalẽ benè transfertur dominium, & poſſeſsio rei feudalis, vt habetur in d. c. 1. Et ita volunt omnes Scribentes in c. 1. in tit. quid ſit inueſtitura. † Quædam verò dicitur inueſtitura impropria & abuſiua, vt quando Princeps inueſtit aliquem de feudo per traditionem baculi vel enſis. Ita probatur in d. c. 1. quid ſit inueſti. † Sed quid operatur iſta inueſtitura abuſiua? dicite quod ſit in ipſa re, de qua inueſtit, vel eſt in loco, in quod poteſt trãsferre poſſeſsionem ſaltem per inſpectionem oculorum. Et tunc benè transfertur poſſeſsio l. claudius ff. de contrah. emp. l. quòd meo. §. ſi per venditorem. ff. de acqui. poſſ. Sed ſi fiat inueſtitura abuſiua in loco remoto, per illam non transfertur dominium, neque poſſeſsio rei feudalis, quia eſt in tit. conceſsionis, & per illum ſolum 1 2 3

ti. non transfertur dominium neque possessio l. si ager. ff. de rei vendi. & l. fin. C. de sacrosan. eccle. Sed per talem investituram abusiuam intelligetur data licentia investito, vt propria authoritate possit apprehendere possessionem feudi. Ita volunt Imol. & Cano & max. Dom. Pan. in pen. co. inc. 2. ex de consue. & Bal. & cæteri Scrib. in d. c. i. quid sit investitura per eundem Bal. eleganter in Rubr. C. de comm. b. emp. & ven. in xvij. q. ff. de rebus diuin. not in d. l. prad. ff. de acquiren. pos. & per Ang. in l. Papinianus §. i. ff. de inoffi. testam. per Cano. in c. per tuas ext. de donat. † Item ista investitura abusiua operatur alium notabilem effectum. nam si dominus per traditionem hastæ vel ensis vel alterius rei corporeæ faciat investituram abusiuam, cogitur postea præcise tradere possessionem tali vasallo investito, adeò quòd præstando interesse non liberaretur. tex. est in cap. si facta. in tit. si de feud defun. fue. controuer. in vsi feud limitabitur hoc procedere, nisi dominus concedat feudum alicui per investituram abusiuam, & deinde investiat alium, & tradat illi possessionem. nam tunc ipse secundus erit potior l. quoties. C. de rei vend. Et dominus præstando interesse ipsi primo investito liberabitur. Ita vult glo. communiter approbata in d. c. si facta. † Sed quid si dominus, postquã investiuit aliquem abusiuè de feudo, investiat alium de eodẽ feudo, & tradat illi possessionẽ, & in traditiõe dicat hoc modo, Trado tibi possessionẽ talis feudi saluo iure primi investiti, quis istorũ erit potior? An. de Iser. & Iacob. Aluar. in d. cap. si facta dicunt, quòd secundus

dus nihilominus erit potior, quia primus investitus nullum ius habet contra secundum. Illa verba, Saluo iure, nihil operantur, argu. eius quod diximus, quod non potest imponi seruitus prædio non existenti in rerum natura, l. i. ff. offic. prædio. Quid autem retento eodem themate, si dominus dicit tradendo possessionem secundo investito, Volo quòd si primus investitus petat à te possessionem istius feudi, quod etiam restituas, vel si petat eam à me, volo, quòd eam tradam mihi, vt eam illi restituam: præfati Doctо. in præallegat. cap. si facta. determinant quòd etiam istius casibus potior erit causa secundo investiti, nec tenebitur præcise restituere possessionem primo investito, tamen ipse secundus investitus non tradendo tenebitur ad interesse. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudica. & l. Stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. ff. de ver. obli. Aduertite tamen, quòd si dominus tradendo possessionem investito secundo diceret hoc modo, Volo, quòd si primus investitus petat istud feudum, quòd extunc dominus sit ipsius, & possessio reuertatur ad eũ: tunc certè potior esset causa ipsius primo investiti, q̃a possessio benè potest tradi sub cõditione. tex. est no. l. qui absenti. §. i. ff. de acqui. posi. Sed quid si primus investitus adeptus fuerit possessionẽ feudi, deinde dominus investiat secũdũ ignorãtẽ, & tradat illi possessionẽ feudi sciẽte primo investito, q̃ postea ita tacuit p annũ. Cõcludite q̃ potior erit primo investit⁹. Itẽ notabiliter dicit Ia. de Ardiz. in ti. q. mo. feu. acqui. sub rub. quãdo sunt investiti separatim, & hoc placet Iac. Alua. in d. ca. si facta.

6 facta in fi.co. quòd notetis. † Sed pone, dominus inuestiuit vasallum per inuestituram abusiuã: deinde tradidit illi possessionem, sed vasal. postea ex interuallo cecidit à possessiõe, qua per D. venit ad ipsum dominum: vtrum dominus iterum tenebitur tradere illam possessionem vasallo? Videtur quòd non, quia dominus tradendo semel videtur fuisse liberatus per not. in l. fi. ff. de acqui. pos. Contrarium determinant Bal. & omnes in d c. si facta. quia dominus tenetur ad duo, videlicet ad tradendum, & præstandum patientiam, quia feudum est species seruitutis. Ita vult glo. ord. in l. si cuius. in princi. ff. de vsuf. Et ista patiẽtia habet tractum successiuum, vnde per primam traditionem dominus non est liberatus l. corruptionem cum l. sua gloss. C. de vsufr. l. inter Castellianum ff. de recep. arbi. no. in l. sed si possessori. in principio. ff. de iureiur. Vos limitabitis istã conclusionem, nisi interim ipsi Domino superuenisset aliqua exceptio, qua haberet excludere ipsum vasallũ, puta exceptio præscriptionis, per id quod habetur in d. l. corruptionem. ver. nisi talis. † Et quia supra mentio-
7 nem feci de traditione possessionis, ponamus quòd non constet cui primo fuerit tradita possessio feudi, dicite quod præsumetur facta habenti priorem titulum, secundum Bal. in d. c. si facta quem cæteri sequuntur. de
8 quo dixi vobis in d. l. quoties. C. de rei vend. † Iterum dubitatur, ponamus quòd dominus solum promiserit feudum, sed tamen non fecit aliquam inuestituram abusiuam. Concludite quòd dominus non tunc tenetur præcise tradere possessionem illius feudi, nec habebit locum

cum disputatio. d. c. si facta. sed dominus solum obligabitur ad interesse. d. l si quis ab illo §. fin. Ita eleganter determinat And. de Iser. in d. c. si facta. quem sequuntur ibi cæteri Scribentes, maximè Iaco. Aluar. & D. Marti. de Laude. quod est benè notandum pro limitatione d. c si facta. Quod dixi de vltimo casu, teneri ad interesse, intelligatis procedere quãdo fuit promissio solennis, alioquin si fuisset simplex & nuda promissio nõ obligaret Dominum ad interesse l. nunquam nuda. ff. de acquir. re do. & l. nuda. ff. de dona. & l. 17. §. circa. ff. de excep. doli. & l. obligationum substantia. § fin ff. de actis. & obls. Hanc pulchram limitationem ponit Ia. Alua. in c. i. §. fin. in titu. de noua for. fide. in libro feudo. † Addite ad id, quod supra aliquando dixi, quod ad 9
faciendum istam inuestituram abusiuam nõ refert an Dominus tradat hastam, vel aliquod aliud corporeum in manib. vasalli, vt probatur in c. i. in prin. in tit. quid sit inuestitura. tamen quando dominus inuestit vasal. de mero imperio decens est, quòd hoc faciat per traditionem ensis in manibus vasalli: quia ensis significat merum & maius imperium, & signum debet congruere signato. C. de Fabri. lib. xi. no per glo. in l. pe. ff. ex qui. cau. maio. Non tamen dico hoc esse necessarium, sed dico esse decens: potestas enim gladij est potestas sanguinis effundendi, vt habetur in l imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudicũ. Et ensis importat istud signum sicut dicimus, quod erectio furcarum est signum meri imperij, vt no expresse Bart. in l. i. C. vt nemi. liceat signa seu vela regia prælio impo. Et idem Bal. in c. i. in tit.

tit. quid sit inuesti. Et istud quod decens sit Principem inuestientem de mero imperio hoc facere per traditionem ensis, tenet Bald. in suis punctis feud. qua posuit in fine operis post conclusiones. † Sed quæro de quæstione, 10 qua fuit de facto: Rex Francorum Principi Taremsino fecit concessionem de Principatu Achaiæ per hæc verba, Donamus, damus, & tradimus tibi tit. donationis, & inuestimus quicquid ad nos spectat in Principatu Achaiæ ratione feudi aperti, vel aliàs transferendo in te directam & vtilem actionem, ita quòd non recognoscas alium in superiorem vel dominum, nisi nos pro dicto Principatu: dubitatum fuit, an ista fuisset concessio feudi, an verò donatio? Quòd sit concessio feudi, probatur hoc modo. Actus dubij, qui habent inter se multam similitudinem, & quorum natura ferè est similis, dignoscuntur & diuersificantur ex signis. probatur, quia testamentum dignoscitur à codicillo per institutionem vel exhæredationem. l. non codicillum. C. de testa. & donatio. can. mor. & l. Seia. ff. de do. præleg. Et contractus emptionis ex signis dignoscitur à locatione. §. adeo. instit. de loca. & conduc. Sed in concessione facta prælibato Principi sunt signa feudi, vt patet ex verbo, inuestimus, quod importat feudi acquisitionem c. ij. in fi. in ti. de feu. cog. et c. i. in ti. quid præcedere debeat, an inuesti. vel fide. Est etiam in concessione prædicta aliud signum feu. s. quia facta erat retentio seruitutis. facit c. Obertus. in ti. In quib. cau. feu. amit. Item est aliud signũ, quia in concessione prædicta dictum fuit ita, tamen quòd non reco-

recognoscas alium in superiorem vel dominum pro dicto Principatu, nisi nos: illud verbum, Dominum, est signum feudi, c. i. ibi, sicut vasallus domino in ti. qualiter vasal. iura deb. fideli. et in rub. de controuer. feu. inter vasallum & alium. est etiam aliud signum, quia in cõcess. facta illi Principi. fuit facta commemoratio cuiusdam alterius concessionis feudi de eodem Principatu: ergo ista secunda concessio videtur accedere, & esse talis prima. ar. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. Pro alia parte, quod concessio prædicta non sit feudum, sed potius donatio, facit quia concedens fuit vsus isto verbo, donamus. Et quando verba sunt clara, non est ab eis recedendum. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. & l. non aliter. ff. de legat. 3. Dicendum est ergo istam esse donationem, non autem feudi acquisitionem. l. i. ff. de donat. Ad idem facit quia in concessione prædicta dictum fuit, quicquid iuris habemus in dicto Principatu ratione feudi aperti vel aliàs, per quæ verba asseritur fuisse translatum in illum Principem nedum vtile dominium, sed etiam directum. arg. l. fin. ff. de penult. leg. & l. Iulianus. in princip. ff. de legat. 3. Optimè facit text. in l. Aurelius. §. testamento ita scripserat. ff. de lib. lega. & hoc est contra regul. natural. feudi, per quam in vasallum transfertur solum vtile dominium, directum autem remanet apud concedentem. cap. i. §. rei autem, in titul. de inuesti. de re. alien. fac. in vsi. feud. cap. vnico in verbo Vtiliter. in tit. de controuer. inter vasall. & alium beneficium. Tertio pro ista parte facit quia

conce-

concedens in concesione apposuit ista verba, Directam & vtilem actionem transferendo. ergo nulla remansit apud dominum concedentem, ar. à sufficienti casuum enumeratione. quod arg. est validum iure. l obligationum ferè §. placet ff. de actio. & obligat. Quartò hæc sententia comprobatur per tex. in l. pe. C. de dona. inter virum & vxo. Et in l. sancimus. §. i. C. de dona. Quintò corroboratur ista opinio, quia ille, cui facta erat ista cõcessio, erat Princeps, & similiter concedens, vnde magis est præsumẽda donatio & liberalitas in talibus, quã in alijs, l. sed si susceperit. § i. cũ sua gl. ff. de iudi. & l. si seruus cõmunis. ff. de dona. inter vir. & vxo. et c. i. ext. de dona. Et in hanc opi. vltimam inclinant Oldr. et Alberi. de Ro. in rubri. C. de dona. Et hanc sententiam tenendo oportet respondere ad motiua suprà in contrarium facta, quibus respondebitis, et primò ad primum, dum dicebatur quòd ex signo debebat dici feudum, respondete quod argumẽ. ab istis signis accidentalibus non concludit de necessitate: sicut dicimus, quòd signũ accidentale, puta delatio annuli non infert de necessitate matrimoniũ. l. Neque sine. C. de nup. & c. illud. et ibi notat. ext. de præsump. Ad illud motiuum, dum dicebatur, quòd in concessione prædicta fuerunt apposita ista verba, Ita vt non recognoscas alium in dominum & superiorem nisi nos, per quæ verba indicatur, quod sit feudum, respondete hoc non esse verũ, quia illud verbum, Dominum, habet latam significationem, in tantũ, quòd verificatur in qualibet superioritate etiam modica l. liber homo. § seruus autem. ff. de ver. obli. Nam etiam

tam Imperator vocat se dominum totius mundi solùm ratione iurisdictionis. l. depræcatio. ff. ad l. Rho. de iac. Non obstat retentio seruitij, quia per eam non arguitur de necessitate, quod sit feudum, vt declarat Bald. multum. no. in l. liberti. in fin. penult. colum. C. de ope. liber. Accipite, similes protestationes seruilis ministerij non arguuntur de necessitate quem esse seruum. l. liberos. C. de libe. causa habetur in l. ij. supra de inge. manu. Non obstat etiam verbum, Inuestimus, quia nõ infert, quòd de necessitate sit feudum, maximè in proposito nostro, quia præcesserat verbum, Donamus, vnde verbum, Inuestimus, recipit declarationẽ per verba præcedentia. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1.

† Nunc quæro nunquid in feudis sit necessaria vtraq; 18
inuestitura scilicet tam abusiua, quàm propria. lac. de Bel. in d. c. 1. in ti. quid sit inuesti. in vsu feu. dicit quòd sic, si incipimus ab inuesti. abusiua. secus si incipiamus à propria & reali, quæ fit per traditionem possessionis: quia tunc illa sufficit, et est potens ad acquirendũ feudum c. 1. in prin. in titu. de consue. rect. feud. Vos autem potestis tenere contrarium, & dicere, quòd sola propria inuesti. quæ fit per traditionem possessionis non est sufficiens ad acquirẽdum feudum, quia nuda traditur possessio, quæ non confert ius in re, nec transfert dominium sine titu. l. nunquam nuda. ff. de ac. re. do. habetur in l. traditionibus. C. de pact. Vnde licet dominus dicat alicui, Vade in possessionem talis castri, ex hoc non dicetur illi feudum acquisitum. Ad idẽ facit tex. in d. c. 1. in tit. quid sit inuesti. vbi tex. requirit

vtranque inuesti. Non obstat c. 1. in tit. de consue. reg. feud. quia respondetur, quòd ibi non interuenit sola traditio possessionis, imò etiam interuenit titulus concessionis feudi, quòd probatur: quia tex. ibi dicit, quòd dominus dixit, Vade in possessionem talis castri. Ecce ista est traditio possessionis. Deinde dominus dixit, Et teneas pro feud. Ecce iste est titulus concessionis feudi. Vnde opin. Iaco. de Bel. non videtur vera, nisi eius
12 dictum intelligatis secundum prædicta. † Quæro etiam, vtrum dominus possit me inuestire de feudo, quod alius tenet ab ipso domino? Text. in cap. ij. in tit. de feud. d. a. in vicem legis commissio. in vsi feu. Refert Placen. tenuisse se talem inuestituram nihil valere, nisi primus inuestitus cõsentiat: deinde refert Mediolanen. & Cremon. tenuisse totum contrarium. Videamus, quæ opinio sit verior. Pro opin. Placen. facit, quia pactum de futura successione est improbatum, quia inducit votum, & c. l. fi. C. de pac. habetur in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat. Pro opin. Mediolanen. & Cremon. facit, quando in aliqua lege referuntur variæ opin. & auctor illius legis nullam reprobat expresse, tunc vltima opinio est tenenda: sicut dicimus de opi. glo. vt vult gloss. in l. qui filium ff. ad Trebel. Sed ista opinio Mediolanẽ. & Cremonen. in d. ca. ij. refertur pro vltima: ergo illa est tenenda: sicut dicimus de opin. Inn. cuius vltima opinio, quam refert, præsumitur approbata, tanquam sua, vt dicit expresse Bal. in auth. ex testamento in ij. col. C. de collatio. & idem Bal. in l. si idem cũ eodem. §. fin. ff. de iu-

de iurisdict. om. iudi. Item pro opin. Mediolanen. facit illud vulgatũ. Quod mihi non nocet, & alteri prodest, de facto est concedendum. l. in creditore. ff. de euic. & l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia. arcen. Sed ista secunda inuestitura nihil nocet primo inuestito, ergo, &c. Ad idem facit, quia quorum non interest, non solent audiri. c. cum inter. extra de elec. & l. 1. in princ. ff. de appel. recipi. Sed ipsius primi inuestiti nihil interest, quòd alius inuestiatur: ergo ista secunda inuestitu. debet esse valida. Vos dicatis op. Mediolanen. & Cremonen. esse veriorem, intelligendo tamen eam sane, quando, scilicet, ista secunda inuesti. non fit purè, sed sub conditione, si primus inuestitus decesserit sine hæredibus masculis. Nam si fieret purè, non valeret, nisi prius inuestitus consentiret. d. c. 2. & c. moribus. in tit. si de feu. defunc. fue. contro. in vsi. feu. habetur in c. 1. in ti. hic potest esse titulus, qui suc. teneantur. Ad motiua suprà facta pro opin. Placen. respondebitis multis modis. Maximè de l. fin. C. de pact. respondetur multis mo. primo, quia iste contra debet valere, quia fit super re ipsius domini, qui nõ est obligatus primo vasallo ad nõ infeudandũ alteri: vnde secunda inuesti. debet valere p ea, quæ habentur in l. si ita quis. §. Ea lege. ff. de verb. obl. Accipite simile, Ego constitui tibi vsumfru. in fundo meo, certè possum adijcere, quòd post mortem primi vsufructuarij volo, quòd vsufru. eiusdem fundi pertineat ad talẽ. l. qui fructus. & l. fundi Trebatiani. ff. de vsuf. lega. Sed in veritate ista solutio non benè euacuat contrarium de l. fin. C. de pact. Bald. in dict.

e.ij. in tit. de feud. do. in vicem le. commiſ. aliter reſpondet dicens, quod iſtud non eſt pactum de futura ſucceßione. ſed potiùs de caducitate conceßionis, quia feudum eſt collatum alteri ſub conditione, ſi aperiatur domino. Sed iſta ſolutio non benè tollit cõtrarium, quia negari non poteſt, quin militet ratio voti captendæ mortis. Tertio loco dicunt quidam, quòd iſta inueſtitura valet, quando ſit ſub conditione, ſi primus vaſallus deceſſerit ſine hæredibus maſculis. Et hoc moribus & conſuetudine eſt receptum, quaſi velint dicere iſti, quod licet pactum de futura ſucceßione non valeat, tamen benè poteſt validari per ſtatutum vel conſuetudinem. Et ita intelligunt dict. ca. moribus. & ita voluit Bald. in l. cum Archimedoram. in vlt. colum. C. vt in poſ. lega. Sed certè ipſemet Bald. tenuit totum contrarium. in l. ij. C. quæſt lon. conſue. Poteſtis aliter dicere concordãdo opi. prædictas: vt ſcilicet opin. Mediolanen. & Cremonen. procedat, quando non conceditur feudum certæ perſonæ, ſed conceßio ſit certæ perſonæ, puta, quia dominus dixit hoc modo, Inueſtio te de primo feudo, quod mihi domino aperietur. argum. l. ij. §. de illo. ff. pro ſocio. Hoc enim caſu ceſſat ratio. l. fi. C. de pac. Opi. verò Placen. procedat, quando Dominus inueſtit aliquem de feudo certæ perſonæ, nam tunc militat ratio illa, ſcilicet timor inſidiarum: & hoc eſt de mente Do. Marti. de Laud. in d. c. ſecun-

13 do. † Sed quæro, ponamus quòd Princeps inueſtiat me de feudo Sempronij, quem credebat eſſe mortuum, & tamen in veritate viuebat. And. de Iſer. & Lac. Aluaro. in d.

ro. in d. c. ij. de feudi. da. in vicem leg. commiſſo. determinat talem inueſtituram non valere, quia error habet impedire conſenſum. ff. de iuriſd. omn. iudi. & l. qui cum tutoribus. ff. de tranſac. niſi in inueſtitura eſſet dictum, Inueſtio te de feu. Sempronij ſiue ſit deuolutum ſiue deuoluendum. † Sed iuxta hoc dubitatur, 14 ponamus, quod dominus inueſtiat hoc modo: Inueſtio te de tali feud. quod vacat per mortem Sempronij, & tamen in veritate non vacabat per mortẽ, ſed alia ratione. Præfati Dd. in d. c. ij. tenent inueſtiturã non valere, quia talis inueſtitura tanquam ambitioſa eſt reſtringenda ad ſuum caſum, & non extẽdenda. tex. eſt notabilis in c. ſuſceptum. ext. de reſcrip. libro ſexto. facit c. quamuis. ext. de præben. eo. lib. Cautela ergo eſt, ſi vultis euitare iſtam dubitationem, quòd faciatis in inueſtitura apponi iſta verba, Siue vacet feudum per mortem Sempronij, ſiue alio quouis modo. Et ita limita. d. c. ſuſceptum: quam limitationẽ ponunt D. de Rota. ſua concluſione, xxviij. incip. Itẽ ſi mandetur. † Vl- 15 terius quæro de quæſtione valdè notabili. Quidam cõfeſſus fuit ſe habere & tenere in feudum quoddã caſtrum à quodam milite recipiente dictã confeßionem & recognitionem pro ſe & quibuſdam ſuis cõſortibus, qui tunc erant abſentes: vtrum illi conſortes poterunt agere ex illa confeßione & recognitione. Dy. ſuo cõſi. xv. incip. Quidam confeſſus fuit ſe habere feudum, &c. determinat quòd ſic: quia talis confeßio habetur loco traditionis, vt vult gloſſ. or. & eſt gloſſ. magna in princ. in l. ab emptione ff. de pact. ergo acquiſitum eſt

dominium illis consortibus, & consequenter possunt agere ratione illius dominij, etiam sine cessione. nã sicut per procuratorem nobis acquiritur: ita & per negot. gestorem ratihabitione subsecuta. Facit quòd habetur in l. quod procurator ex re. & in l. per procuratorem. ff. de procur. Dicit etiã Dy. in eodem consil. quod si per illam confessionem & cognitionem declaratur rem esse feudalẽ, acquiritur ipsis cõsortibus actio personalis. i. conditio ex moribus, etiam sine aliqua cessione. Sed huic conclusioni videtur obstare, quia nos habemus, quòd duo specialia non possunt simul concurrere. l. si mihi & Titio. ff. de condi. & demon. Et ideò dicimus, quòd rescripta & priuilegia non valent, quando continent duo specialia l. 1. C. de dot. promis. Et hoc solet plurimũ allegari in curia Regis & Imp. Sed respondebitis tenendo opi. Dy. quòd licet duo specialia nõ possint simul concurrere, tamen duæ fictiones, quæ sint de iure communi, quarum vna oritur ex altera, vt habetur in l. singularia. ff. si cer. pet. benè possunt simul concurrere. Addite, quòd opi. Dyn. supra relatam sequutus est Bald. in l. 1. in fi. col. C. quando lice. ab emp. disce.

SVMMARIVM.

1 Frater an & quando fratri succedat in feudo nouo.

2 Et quid in feudo antiquo. num. 7.

Frater fratri absenti paciſci, aut stipulari non potest in concessione feudi sibi à Domino facta.

Clausula, Itaque te deficiente sine liberis talis extraneus succedat in feudum, an aliquid operetur, vt paciſci possit pro extraneo in feudalibus. 3

Verba, Concedimus vobis Titio & Sempronio, & cuilibet vestrum tale castrum in feudum: an & quando operentur, quòd deficiente Titio sine liberis, Sempronius habeat totum feudum. 5

Ius accrescendi an & quando habeat locum in feudo ab Imperatore vel Rege cõcesso. 6

Feudũ antiquũ quod esse dicitur: & an Princeps possit de nouo feudo facere antiquũ. 8

NObiles Agasi & Anto. de Sola fratres. † Ibi fratres. Debetis scire pro regula, quòd in feudo nouo frater non succedit fratri, nisi hoc nominatim sit dictum in inuest. c. 1. & 2. in tit. de duo. fra. à capi. inuesti. & c. 1. in tit. qualiter fra. fra. succe. † Sed hic moueo vobis pulchram dubitationem, an frater in cõcessione feudi sibi facta per Dominum possit paciſci fratri suo absenti? Videtur prima facie dicendũ, quòd non: quia alteri stipulari seu paciſci nemo potest. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. oblig. Sed certè veritas est in contrarium: quia speciale est in feudo beneficio Domini, quod fratri absenti frater paciſci possit. c. 1. § si autem vnus in tit. qui feu. da. pos. nec est opus, quòd apponantur verba inflexa hoc modo, Concedimus

cedimus tibi Titio præsenti stipulãti & recipienti tam nomine tuo, quàm etiam nomine Sempronij fratris tui absentis: hoc enim casu non esset dubium pro no. per gl. in l. huiusmodi. in Prin. ff. de lega. 1. Et in l. stipulatio ista. §. si stipuler ff. de verb. obl. sed sufficit dicere, Concedimus tibi tale castrum, ita quod tu & frater tuus habeatis in feudum. Ita determinant eleganter Bal. & Sali. in propriis terminis in l. fi. C. res inter alios acta. Allegant Odof. ita tenere in sua laudabili
3 *summa feudorũ super rub. Qui poss. suc. in feud. † Sed moueo vobis pulchram dubitationẽ. Nunquid pro extraneo possim pacisci in feudalibus, vt ecce Princeps dicit hoc modo, Cõcedimus tibi tale castrũ in feudum, ita quod te deficiente sine liberis talis extraneus succedat in feudo. Odof. in summa sua sub rub. prælegata, Qui pos. suc. in feu. determinat & non mouetur per regulam prælegatã, quia alteri stipulari vel pacisci nemo potest: itẽ quia speciale est in fratre vt in feudo possit pacisci fratri suo absenti, vt dictũ est. Et hãc opi. Odof. sequitur Bal. in c. 1. in iij. co. in ti. si vasal. feud. priue. eui defer. debe. Hãc eandẽ opi. sequutus est Iaco. Auarro. in præal. c. 1. in tit. de duo. fra. de no. benè*
4 *inuesti. † Limitabilis tamen istam cõclusionẽ procedere, nisi interuenissent verba inflexa dicẽdo hoc modo, concedimus tale castrum in feudum tibi Titio præsenti, stipulanti & acceptanti tã nomine tuo, quàm etiam nomine talis extranei, per no. per gl. in d. l. huiusmodi. Et notetis benè decisionem Odof. et Bal. quia vidi casum in practica. † Quid autem, si dominus dicat hoc modo,*

modo, Concedimus vobis Titio & Sempronio, & cuilibet vestrum tale castrum in feudum, nunquid videatur actum, quod deficiente Titio sine liberis, Sempronius habeat totum feudum? Bal. in c. i. §. fin. in tit. de suc. feu. in vsi. feu. determinat quòd sic. & sequitur ibi Iaco. Alua. allegat. l. si pluribus. ff. de legat. ij. & l.
6 *creditor. §. duobus ff. manda. † An autem in feudo cõcesso ab Imperatore vel Rege habeat locum ius crescendi? Bal. in c. ij. in tit. de duo. fra. de no. benè inuesti. determinat quòd sic, per l. vnicam. C. si soci. libe. impe. decesse. lib. x. Sed Cy. & Sali. l. vnica. C. quando non peten. partes petent. accre. in xi. quæst. tenent contrarium. quia regulam habemus, quòd in contractibus nõ habet locum ius accrescendi. l. si mihi et Titio. ff. de ver. obli. Hanc etiam opi. secutus est An. de Iser. in præall. c. i. in tit. de duo. fra. Ego istum articulum plenè vobis* p. 23. b. n°. 16.
examinaui supra in verbo, Princeps. † Addite, quòd
7 *quanquam duo. fra. de eodem feudo fuerint inuestiti in eo instru. tamen vnus non succedit alteri in illo feudo nouo, nisi hoc nominatim sit dictum in inuest. ca. i. §. Item si fuerint. in tit. qui. mo. feu. amit. In feu. autem antiquo, auito et paterno non est dubium, quòd frater succedat fratri, vt habetur in ca. i. in tit. de gradi. suc. in feu. no. in d. c. i. & ij. in tit. de duo. fra. & in d. l. vnica. C. quando nõ petẽ. par. † Et dicitur antiquum*
8 *nedum quando deriuauit à progenitoribus vt dicam infra, & habetur in c. i. §. hoc quoq; in ti. de suc. feu. Sed etiam quando Princeps inuestiendo aliquem de feudo, quod est nouum, apposuit ista verba, Inuestimus te*

de tali castro, vt illud habeas in feu. antiquum, auitū & paternū, quia est in potestate Principis de nouo feudo facere antiquum. ita tenet Bal. quem ceteri sequūtur in c. 1. in 11. de alie. feu. pater in li feu. quod notetis quia est quotidianum.

SVMMARIVM.

1 Inuestitura de aliquo feudo si facta fuit alicui à suo Domino, an præsumatur fuisse præsens is, cui facta est inuestitura.

2 Filijs, dictio in materia feudali qualiter accipiēdum sit, & quos comprehendat.

3 Heres verbum in materia feudali appositum quid comprehendat.

4 Fiscus hæres efficitur eius, qui filios aut vlteriores in gradu non habet.

5 Masculi descendentes omnes vsque in infinitum succedunt in feudo.

Et quid de collateralibus. num. 6.

7 Vsque, dictio an & quando stet inclusiuè, & quando exclusiuè.

8 Principis sententia an & quando faciat ius generale.

9 Filius exhæredatus an & quando succedat in feudo.

10 Filium exhæredatum posse in feudo succedere quomodo intelligatur.

11 Frater ex vtroque parente an & quando in successione feudali excludat fratrem ex patre tantùm.

Frater

Frater vterinus tantum an admittatur ad successionem feudi. 12

Fratrum filij an succedant in feudo per capita 13 an verò in stirpes.

Feudum recipiens pro se & filijs intelligitur 14 recipere nedum pro iam natis, sed etiā pro nascituris.

PRAESENTES & recipientes pro se & eorum filijs. † Ibi præsentes. Quæro quòd si in instrumento inuestituræ contineatur, quod Dominus inuestiuit talem de tali feudo, an præsumatur quòd talis fuerit præsens? Bald. in rubric. C. de contrahenda emptione & venditio. in xviij. quæstione determinat quòd sic; monetur, quia inuestitura est tactus, qui fit à præsenti in præsentem. An autem inuestitura possit recipi per procuratorem, & iuramentum fidelitatis præstari per procuratorem, tangam vobis infra in prosecutione materiæ, ibi, Pro se & filijs. † Quæro qualiter istud nomen, Filijs, capiatur in materia feudali, An scilicet 1 2 *comprehendantur etiam nepotes, pronepotes, & deinceps? Videtur prima facie dicendum quòd non, per no. per Bar. in l. liberorum. ff. de ver. sig. dum tangit illum articulum, An in contractibus appellatione filiorum comprehēdantur nepotes? Vos aūt determinabitis totū contrariū, & dicetis quòd in materia feudali sub hoc verbo, Filijs comprehenduntur oēs descendentes masculi. ita vult gloss. notabi. in c. 1. in vers. Et si clientulus. in gloss. super verb. ad dominum. in ver. sed tu instabis.*

inst. abi. in tit. de alie. feu. Hāc sententiam seruat Bal. ibidem & idem Bal. in c. quæ in eccleſiarū. ex. de conſt. in antep. co. Et hac opi. comprobatur per tex. in d. ver. ſi cliētulus. dū illa littera æquiparat iſtos duos caſus, ſcilicet quando quis recipit feudū pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, et quando recipit pro ſe et filijs. Nā primo caſu quando recipit pro ſe & hæredib. maſculis, intelligitur de omnib. hæredib. maſculis, vt probatur in d. verſ.

3 *Et ſi cliētulus. † Nā verbū, Hæres, appoſitā in materia feudali intelligitur de filio maſculo. c. ſimiliter. §. pſecto. in ti. de lege Corradi. Cōprahenduntur etiā nepotes & pronepotes, & vlteriores, præſertim, quia illa verba, Sine hærede deceſſerint, in materia feudali ſunt poſita ſub conditione, vnde debemus intelligere de filijs & vlterioribus in gradu, non autem de hæredibus extraneis: quia aliàs feudum nunquam reuerteretur ad dominum, ſi intelligeremus de hærede extraneo. † Cū*

4 *nemo decedat ſine hærede, quia ſaltē fiſcus vltimo admittitur. l. i. C vnde vir & vxor. pari modo eſt dicendum, quòd quando quis recepit feudum pro ſe & filijs, vt comprehendantur etiam nepotes & vlteriores. & hanc ſententiam audaciter tenentis, & ad not. per Bar. in d. l. liberorum. reſpondebitis, quod loquitur in materia contractuum. ſed contractus feudalis non eſt propriè contractus, imò magis dicitur gratia, quia participat magis de lucro & beneficio, quā de onere, vt declarat Bal. poſt Ia. de Bel. in proœmio feu. circa vi. co. dum tractat, An feudū poſſit dici gratia. Cùm igitur magis participet de lucro & beneficio, debemus attribuere*

buere ei, de quo magis participat. l. Quæritur. ff. de ſta. ho. Ad hoc benè faciunt no. per Bar. in l. Ariſto. ff. dona. quæ dicit, quòd ſi vendo tibi rem pro decem, & pro certo equo. & ille equus valeat vltra decem, erit permutatio, non autem venditio. Ad idem faciunt notata per Bar. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obli. vbi dicit, quòd contractus emptionis dicitur contractus lucratiuus, non autem oneroſus, quando ab initio contractus nihil datur, ſed ſolùm conſtituitur vna parua penſio, puta penſio vnius cerei ſingulis annis ſoluendi directo domino, & hoc etiam voluit Bartol. & Salic. in l. vnica. C. quando non peten. par. Opinionem prædictam, quòd in materia feud. appellatione filiorum comprehendantur omnes deſcendentes maſculi, poteſtis comprobare, quia verba intelligi debent ſecundum naturam contractus. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. Sed ſic eſt, quod in feudalibus appellatione filiorum veniunt omnes maſculi deſcendentes. d. ver. Et ſi clientulus: ergo &c. Et ab iſta opini. non recedatis, licet aliquando viderim aliquos conſuluiſſe contrarium. Eſt ergo concluſio, quòd in feud. omnes deſcendentes maſculi ſuccedunt vſque in infinitum, quod probatur in c. i. §. hoc quoque ſciendum. in tit. qui feud. da. poſ. † Videamus nunc quid in collateralibus, vſque ad quotum gradum ſuccedant in feudis. Tex. in d. c. §. hoc quoque ſciendum. determinat quòd ſolùm vſque ad ſeptimum gradum. Et hanc ſententiam ſecuti fuerūt And. de Iſer. in d. c. i. §. & quia vidimus. & Bal. in auth. deſunct. in i. col. C. ad SC. Tert. Vos aūt determinabitis, quod etiā tranſuerſales ſuc-

Collaterales

6

succedant vsque ad infinitũ. Et hanc opinionem tenuit gl. in c. i. §. hoc quoque in ti. de succes. feudi. & gl. in c. si capitanei. aliás est §. in ti. de feud. Mar. Eandem opinionem amplexi sunt Bal. & Ange. in quodam consilio, quod est inter consilia Ang. incipit, Sanctissima et illustrissima Regina. numero cvi. Et ibi concludunt, quòd feudum non reuertitur ad dominum. Imò vltimis ex transuersalibus dicetur successor primi acquirentis. Hac opin. probatur expresse in c. i. in tit. de natura succes. feu. & in c. i. in ti. si vasal. feu. prime. cui deferri debe. Limitabitis tamen hanc opinionem procedere, quando feudum de persona primi acquirentis transitum fecit ad descendentem ipsius acquirentis. Nam tunc ad transuersales illorum descendentium à primo acquirente progreditur feudum vsque ad infinitum: secus quando feudum ex persona acquirentis nõ fecit transitum ad descendentes ipsius acquirentis, sed ad collaterales ex pacto, vel aliás: quia tunc non progreditur nisi vsque ad septimum gradum ipsorum collateralium. ita voluerunt Io. Fazolus de Pisis in laudabili summa feudorum. in ti. Qui in feu. succe. poss. & quali. succe. & Iac. de Belui. Nic. de Neap. Bald. & Iacob. Alua. in d. c. si capitanei. Et hanc limitationem perpetuo notetis de materia ista, an collaterales succedant vsque in infinitum, an verò solum vsque ad septimum gradum. Vide etiam per Odo. in sua summa, Qui in feu. suc. poss. Et per Hostiẽ. in sua summa. in titul. Qualiter constitua. feu. & quali. acqui. Sed quia tex. in d. §. hoc quoque sciendũ dicit collaterales succe-

succedere vsq; ad septimum gradum. † Quaro vtrum illa dictio, Vsq;, stet inclusiuè, vel exclusiuè? And. de Iser. in d. §. & quia vidimus & in d. §. hoc quoq; secundum determinat, quòd stat exclusiuè, subsingens, Honorium Papien. ita pronuntiasse tempore rebellionis Sicilia contra Ecclesiam Romanam, & illa pronuntiatio Principis definitiua facit ius generale quoad omnes l. fi. C. de legi. Vos autem determinabitis totum contrarium, quia beneficia Principum sunt latissimè interpretanda. l. fi. ff. de consti. Princi. Et in materia favorabili ista dictio, Vsq;, stat inclusiuè, vt no. in l. meminisse. ff. de offici. Proconsu. & Leg. & in l. patroni. §. i. ff. de leg. 3. † Nõ obstat, q; dicitur, quod sentẽtia Principis facit ius generale, quia illud debet intelligi quando est lata secundum le. vel prater legem: secus si contra legem. Et ita debet limitari d. l. fi. C. de legi. ita dicunt notabiliter Bal. & Ang. in prælleg. consil. incip. Sanctissi. & Illustrissi. Regina. † Quaro subsequenter, virum filius exhaeredatus succedat in feudo? Ia. de Ardizo. Veronen in sua laudabili summa, in ti. de succe. feu. sub rubr. An filius succedat in feudo, determinat q; sic, si testamẽtũ sit irritatũ, secus si ex eo sit addita hæreditas. l. si exhaeredatus. ff. ad SC. Syl. Eandẽ opi. tenuit And. de Iser. in c. i. in prin. in ti de suc. feu. Cũ modificatione tamẽ, quãdo mala mẽte fuit facta exhaeredatio. Facit, q; habetur in l. multi non nota. ff. de liber. & posthumis. Addit ipse Ia. de Ardiz. in loco præall. q; licet filius exhaeredatus excludatur à successione feudi paterni, nõ tamẽ excludatur à successione collateralium. i.

§. pe.

§. pe. ff. de suis & legit. Subiunxit ibidem, quòd si sit exhæredatus ab auo, tantùm excludetur à successione feudi ipsius aui: sed tamen succedet in feudo patris. Item si filius sit exhæredatus à patre, nepos succedet auo in feudalibus patre defuncto, vel eo viuente, quando nepos non est in potestate patris. † Aduertite, quòd
10 illud, quod dicitur exhæredatum posse suc. in feud. debet limitari, nisi legitimè, & iusta ex causa fuerit exhæredatus: quia omnis causa, quæ est sufficiens ad exhæredationem filij, sufficiens est ad priuandum eum feudo. text. est notabilis in c. 1. §. prædictis modis in ti. Quæ sit prima causa benefic. amit. Non tamen intelligatis, quòd qualibet cau. ex qua opinio & fama exhæredati grauatur, sit sufficiens ad priuationem feud. & est tex. in præall. c. 1. §. illud enim certum est. in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. Etiam prædicta sunt de mente Ia. Alua. in c. 1. §. Et quia. in ti. qui feu. da. pos. Addite vos ad prædicta no. per Ang. in §. soluto in auth. de nup. vbi dicit, quod licet filij succedãt in feu. paterno quãdoq; licet nõ sint hæredes patris, de quo dicetur vobis inf. tamẽ si sint ingrati, repellẽdi sunt à successiõe. Et prædicta omnia notetis. † Sed nũquid frater
11 ex vtroq; parẽte in successiõe feudaliũ excludat fratrẽ ex patre tantũ, quẽ fratrẽ consanguineũ appellamus? Ia. de Ardizo. in sum. sua in ti. præall. de succ. feu. sub rubricella, An frater ex vtroque parente, determinat quòd nõ. immo ambo admittẽtur ad successionẽ bonorũ feudaliũ defunctꝰ. Et hãc sententiam sequitur Bal. in l. i. C. de legi. hære. idem voluit ipse Bald. & sequitur

Iaco.

Iaco. Alua. in c. 1. in ti. de gradi. suc. in feu. Assignat ipse Bald. rationem, quia in materia successionis feudorum ius cognationis nihil infert: & quanquam in fratre ex vtroque parente concurrant duæ qualitates, tamen quia altera ipsarum est impertinens, non auget effectum. Et secundum istam sententiam fuit iudicatum in causa nobilis de Canalibus Dominorum Cassaletarum, & Combeniana. Et sic habetis colligere, quòd licet in concessione allodialiũ frater ex vtroq; parente excludat fratrem ex patre tantũ. auth. Cessante. C. de leg. hære. tamen secus est in successione bonorum feudalium, quod notetis. † An autem frater v- 12 Vtering
terimus tantum admittatur ad successionẽ feudi? Bal. & Ang. in consilio superiùs allegato, incipiente, Sanctissima & illustrissima Regina, determinat quòd non, quia iure cognationis nõ est dare successionem in feudalibus. c. 1. §. 1. in ti de gradi. suc. in feu. † Sed vlte- 13
rius dubitatur, vtrum filij fratrum quos patrueles appellamus succedant in capita, an verò in stirpes: verbi gratia, sunt tres fratres Petrus, Martinus & Iacobus, qui fuerũt inuestiti de feudo antiquo & paterno, moritur Petrus relicto vno filio, moritur deinde Martinus relictis duobus filijs, postmodum moritur Iacobus nullis relictis liberis: Nunquid filius vnicus Petri, & alij duo filij Martini succedant in feudo Iacobi per capita, an verò per stirpes? Ista inuestigatio est magnæ vtilitatis. Nam si succedunt in capita, fierent tres partes de dicto feudo: si verò succedant per stirpes tantũ, reportabit vnicus Iacobi filius quantũ ambo filij Martini.

P M J H

tini. Iaco. de Ardizo in summa sua in ti. de succes. feu. determinat eos debere succedere per capita. Eandem opi. tenuit Bald. in authen. cessante. C. de legi. hære. vbi dicit Dd. communiter ita tenere, assignãdo rationem, quia sicut seruitium feudi diuiditur per capita: ita etiam successio, argumento ad proportionem commodi & incommodi. l. Secundum naturam. ff. de rẽg. iu. pro ista opin. adducit tex. in ca. 1. §. his verò deficientibus. in tit. de gradi. suc. in feud. vbi text. videtur velle, quòd deficiente descendente admittantur fratres & filij fratrum, vlteriores autem admittantur per capita, & etiam, quando filij fratrũ succedunt alicui collaterali. Ad idem allegatur tex. in c. decedenti fideli. in ti. de capi. extraor. Vos aũt determinabitis totũ cõtrarium, & dicetis dictos patrueles debere succedere in stirpes, non autem in capita, quam sententiam secutus est And. de Iser. in præalle. ca. 1. in ti. de gradi. suc. in feu. Eandem opi. tenuit Bal. in c. 1. in ti. de natu. suc. feu. vbi dicit, & quia glossator in d. auth. Cessante. tenuit, quòd in allodialibus succedunt in stirpẽ, non vult ipse Bal. recedere ab opi. glo. quia secundum eum non possemus habere meliorem testem. Idè tenuit ipse Bal. in d. c. 1. in prin. in ti. de gradi succe. in feu. & in c. 1. in prin. in ti. de succe. feudi. & placet ibi Iac. Al. Nam cùm in allodialibus succedant in stirpem de iure communi, nec habemus text. in contrarium in feudalibus, non est à iure communi recedendum. c. 1. §. sciendũ est autem. in titulo de feud. cogn. Ad motiua suprà in cõtrarium allegata respondebitis, & primo ad. d. §. his verò

verò deficien. quòd ille tex. non dicit, quòd succedatur in capita, nec in stirpes, sed simpliciter dicit, quòd succedunt. vnde, debemus intelligere, quòd succedant eo modo, quo succedunt de iure communi, quo iure in allodialibus succedunt in stirpes. vt no. in d. auth. Cessante. Nã casus à iure non dispositus relinquitur dispositioni iuris communis. l. si extraneus. ff. de cõdicti. caudat. Ad rationem assignatã per Bal. in d. auth. Cessante. potestis respondere, quòd non est bona, quia nos habemus, quòd si defunctus reliquerit filium, & plures nepotes ex alio filio, illi nepotes succedunt defuncto in stirpes cum filio eiusdem defuncti. §. cùm filius insti. de hære. quæ ab intc. Et tamen attentata ratione Bal. deberent succedere in capita. Præterea non est verum, quòd seruitium feud. diuidatur in capita, imò diuiditur secundum quotã, & portionẽ feudi. d. l. secundum naturã. ff. de reg. iu. Ad auctoritatẽ Bal. in auth. Cessante, respõdebitis. quod ipsemet Bal. tenuit contrariũ in locis præal. Ad c. decedente fideli. potestis dicere, & quia illud c. in paucis libris reperitur est apocryphũ, nec debet allegari pro iure, vt vult glo. in c. Quoniam. in tit. de probi. ali. feud. per Lota. & alia gl. in c. 1. in ti. quot testes sunt neces. ad proban. feu. ingratitu. Et secundùm istam opin. sæpè consuluit, & pendet modò quæstio de facto. vnde concludite in ista materia, quòd si nepotes sine patruo succedunt alicui patruo, vel succedunt cum patruo alteri patruo, tũc succedunt stirpes in feudalibus: si verò succedunt alicui alteri collaterali, succedunt in capita, & prædicta sunt de mente

Bar. in l. post consanguineos. ff. de suis & legiti. & Io. de Ligna in Cle. plures. ext. de iure patro. vbi refert consilia Doc. Bononien. Et ita etiã concludit Do. Mar. de Laud in præalleg. ca. 1 inti. de gradi. suc. in feud.

14 † *Addite etiam, quòd ille, qui recipit feud. pro se & filijs, intelligitur recepisse non solum pro filijs iam natis, sed etiam pro nascituris. Et hoc est de mente Bald. in l. si manumissus in si col. C. de libert. & eorum libe.*

15 † *Quid autem, si quis receperit feudum pro se & fratre suo, an intelligetur recepisse pro tota linea transuersali? Bald. no. in c. Quæ. in ecclesiarum. in antepen. col. ext. de consti. determinat quod nõ mouetur, quia frater propriè loquendo est ille, qui ex eodem semine nullo alio gradu interposito oritur, vnde in inuestitura facta, vt suprà, non comprahenditur filius fratris, nec frater patruelis. per not. per Iac. Butr. in l. 1. C. de succes. edic. Et notetis benè istam determinationem.*

SVMMARIVM.

1 Fœmina an & quando regulariter succedat in feudo. nu. 2. 3. 4. vsque ad num. 10.

7 Comitatus, quem quis emit promittens pro eo soluere censum singulis annis, an præsumatur feudalis, sicut est censualis.

10 Fœmina an admittatur ad successionem feudi, vbi quis recipit feudum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis.

11 Fœmina an succedat fratri statim post mortem patris decedenti, si pater recepit feudum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis.

12 Fœmina, quæ per conuentionem succedit in feudo deficientibus masculis aliàs non, an postea superueniente masculo ipsa excludetur à successione feudi.

13 Fœminæ non patet locus in successione feudi donec extat masculus.

14 Inuestitura feudali cõtinente, quòd deficientibus masculis succedat fœmina, si plures extent fœminæ successibiles, quæ illarum succedet.

15 Feudum duobus fratribus concessum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, si vnus illorum decedat relicta fœmina, an illa ab alio veniat excludenda.

16 Fœminæ non patet locus in successione feudi, quamdiu supereſt masculus. & num. 17.

ET *fœminis, &c.* † *Aduertite hic, quòd fœmina regulariter non succedit in feudo c. 1. in tit. de benefi. fœmi. imò nec nepos ex filia. text. cum no. in c. 1. §. hoc autem notandum in tit. qui feud. da. poss. Et est ratio, quare fœmina non succedat in feudalibus, declaratur per Bald. in l. quoties. C. de suis & legi. vbi assignat plures rationes, quas suprà aliquando vobis recensui.* † *Ista regula fallit in aliquibus casibus. Primus est, quando pactum est in inuestitura, quòd fœmina* 1 2

mina succedat. Ita dicit glo. magna. in c. 1. §. cùm verò Corradus. in tit. qui feu. da. pos. Aduertite tamē, quia multùm refert qualiter verba pactis sint cōcepta. Nam si simpliciter dictum fuit, quòd fœmina succedat in feudo, tunc ordine successiuo admitteretur ad successionem filiæ neptis, proneptis, & deinceps. Sed si actum esset, quòd Titia filia succederet in feudo, tunc ipsa benè admitteretur, non autem descendētes ab ea, quia pactum personale non egreditur personam. l. si vnus. §. ante omnia. & l. Qui in futurū. §. si ex altera. ff. de pac. Ita determinat And. de Iser. in d. §. cùm verò Corradus. aliàs in §. hoc autem notandum. in titu. 3 præallegato. qui feud. da. poss. † Secundo fallit, quando feudum est maternum, sed hoc intelligatis deficiente masculo. Nā etiam in feudo materno masculus præfertur. tex. est in d. c. 1. in ti de benefi. fœmi. † Tertio fallit, quando filia redemit feudum à domino. Quarto fallit, quando dominus propter seruitium patris dedit feu. filiæ. Has duas fallen. ponit gl. in d. c. cùm verò 5 Corradus. in glo. quæ incipit sic ergo. † Quinto fallit, quando feudum ad nullum seruitium fuit datum. Nā tunc fœmina succe. in feu. ita dicit Bal. in c. 1. §. Et qā vidimus, quasi in fi. co. in ti. qui feu. da. pos. allegat tex. in c sicut militi. in tit. de capi. extraor. Sed vos tenebitis totum contrarium. per tex. generaliter loquentem in d. §. hoc autem notan. vbi datur pro regula, quòd fœmina non succedit in feudo. Nō obstat tex. in d. c. sicut militi. quia illud c. reperitur in paucis libris. Et ideò potest dici apocryphum, nec debet allegari pro lege. Ita vult

vult gl. no. in c. fi. in versi. si iusta causa. in tit. de prohibit. alien. feud. per Lotha. in vsibus feudorum. † Sexto fallit in feudo empto: nā in tali feudo fœmina succedit magis ex natura contractus, quàm feudi. Illud est elegans dictū Odof. in sua summa, in titu. qui poss. succedere in feudum. Et dicit Bald. in d. §. Et quia vidimus. quasi in fin. colum. quòd si istud dictum esset verum, esset valdè notandum: sed Andr. de Iser. in præallegato §. cùm verò Corradus. aliàs in §. hoc autem notandum superius allegat. tenet contrarium, per regulā, quæ ponitur in d. §. hoc autem notandū, & Do. Marti. de Laud. in d. §. Et quia vidimus. expressè tenet opinio. Andr. Et in quæstione facti vidi iudicare contra opinionem Odofi ed. Potestis tamen eius opinionem saluare in vno casu, scilicet, quando quis emisset Comitatum, & pro eo promisisset soluere censum singulis annis. † Nam licet talis comitatus sit censualis, 7 non tamen præterea est feudalis, & non præsumitur feudalis, nisi probetur. Et ideò fœmina potest in tali Comitatu succedere. ita dicit Bal. in capitu. significauit. extra de reseriptio. † Septimo fallit, quando fœmina 8 esset consueta in armis, sicut legitur de vxore Mithridatis Regis, quæ se assuefecerat in armis amore mariti, vt esset præsens in illius periculis, vt narrat Valerius Maximus in titu. de amore coniugali. Nam hoc casu mulier consueta pugnare in armis esset successibilis in feudo, ita dicit Andr. de Isern. in d. c. 1. §. hoc autem notandum. in tit. qui feud. dar. poss. Sed ista fallentia nunquā mihi placuit, quia feudū conceditur non solū

propter pugnam, sed propter alia multa, de quibus in c.1.in tit.de no.for.fide.inter quæ continetur, quòd vasallus præstabit consilium domino, & ea, quæ sibi committentur per dominum, tenebit secretum. Et ista non conueniunt mulieribus, quia earum consilium est fragile.ca.foris.ext.de verbor.sign. Item nescium tenere secreta. Et ideò ego tenerem contra Andr. per rationes, quas assignat Bald.in d.l.quoties.C. de suis & legit. † Octauo fallit, quando consuetudo disponeret, q fœmina succedat in feudo, vt in regno Siciliæ. Nam tunc talis consuetudo esset seruanda.c.1.in ti.de feu. cog.in li.feu. † Sed quid si quis recipiat feudum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, an tunc fœmina admittetur ad successionē feudi? dicite, quòd non, sed demùm deficiente masculo. Text. est valdè no.in c.1.§. Quinetiam.in tit. Episcopum vel Abb. in libello feu. Nam illa copulatiua, Et, non copulat æqualiter, sed denotat ordinem successiuum. Secùs si dictū esset in inuestitura, quòd quis recepit feudum pro masculo simul cum fœmina, vel diceretur, quòd fœmina succedat sicut masculus, vel recepisset feuda pro masculis cum fœminis. Nam in istis casibus fœmina succederet cū masculo. Ita determinat Bald.in d.l.quoties.C.de suis & legi.in ij.colum. Limitabitis tamē tex. in d.§. Quinetiam.vt non procedat, quando feudum esset cōditionatū i.datum ad certum seruitiū, quod posset expleri per fœminam, vel per alium eius nomine, sicut per masculum. Nam tunc fœmina simul admitteretur cum masculo: ita voluit Iac. de Bel. Nico.de Neapo. Bald.

Bald & Iaco. Alua.in d.§. Quinetiam. Et sic habetis, quòd text.in d.§. Quinetiam.debet restringi ad simplex & rectum feudum. Non autem procedit in feudo conditionato quod est perpetuò notandum. † Sed ponamus, quidam recepit feudum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, & inuestitus decessit relictis vno masculo & vna fœmina, sed masculus illicò & statim decessit, vtrum fœmina admittetur ad successionem illius feudi? glo.no.in d.§.quinetiam.determinat quòd sic, quia non dicitur masculus viuere ex quo decessit illicò. Et hanc opt.tenuerunt Iac.de Bel.Nico.de Neap. Bald & Iaco.Alua.in d.§. Quinetiam, & dicit ibi ipse Iacob.de Bel. ita fuisse pronuntiatum & obtentum in regno Apuliæ. Sed And.de Iser. d.§. est in opinione contraria, quia cùm fœmina per masculum fuerit semel exclusa, non debet eodē iure admitti, quo fuit exclusa l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de ver.ob. Secūdo, quia vnico momento rescinditur testamentum.l ij. C.de postbu.hare.instit. & momentum multum operatur, vt habetur in l.sed & partus.§ fina.ff. Quod met. causa. Item si pater substituat filio quo casu morietur sine liberis, & decedat relicto filio, qui illicò decedat, fideicommissum non habebit locum l ex facto.§.fin.ff. ad Trebel. Vos sequimini opi.gl in d.§ quinetiam.quia est multum humana. Ad motiua Andreæ de Iser. potestis respondere, quòd ex quo masculus illicò decessit, censetur fœmina nō quam fuisse exclusa. Et hoc verisimile fuit de mente contrahentium. facit l semper in stipulationibus ff.de reg.iur. Ad l.ex facto.§.fin.ff. ad Trebel.

ego respondere, quòd ibi substitutio fuit facta sub cõditione si filius decederet sine liberis, sed in proposito nostro fœmina non fuit posita in conditione, sed fuit posita copulatiuè. l. in inuestitura. Addite quod ille dicitur illicò decedere, qui decedit antequã sibi imponatur nomen in baptismo, quod tempus secundũ vetus testamenta erat octo dierũ. Ita dicit Iuno. in c. nam & ego. ext. de ver sig. & Bal. et Alu in d. c. quinetiã. † Sed po- 12
namus, quòd feudum sit concessum alicui pro se & heredibus suis, hoc pacto, quòd quandiu extarent masculi, haberent illud feudum, & quòd deficientibus masculis fœmina admittantur, an sit tale feudũ iam deriuatum in fœminas, quæ successerint in illo, & postea superueniat masculus, an ille masculus excludet fœminas? Concludite quòd sic per tex. ad hoc no. in c. 1. in tit. de eo qui sibi & hæredibus suis. vnde vasallus, qui tenet illud feudũ, debet illud recognoscere à masculo superstite, non aũt à fœmina d. c. 1. Accipe exemplũ, Rex Aragonum inuestiuit Comitẽ de quodam feudo: Comes inuestitor decessit relictis duob. filijs masculis, qui postea decesserunt, quorum vnus reliquit filiam, & alter filiũ masculum, certè miles infra annum & diem debebit recognoscere feudum ab illo filio masculo, non autem à filia. Secus esset, si inuestitor non recognosceret ab alio, vt ecce, ego habeo feudum allodiale, quod à nemine recognosco, ego inuestio te de dicto castro in feudum, deinde morior, ego inuestitor relictis filio masculo & fœmina, certè tu debebis recognoscere illud feudũ nedũ à filio meo masculo, sed etiam à filia, quia ego castrum

strum non recognosco ab alio, & in iuribus meis ita succedat filia sicut filius. l. maximum vitiũ. C. de li. prate. vel exhær. Et hoc noteris pro limitatione d. c. 1. † Quid 13
autem, si fuit consuetudo in patria, quòd fœmina ita succedant in feudo sicut masculi: stante tali consuetudine, duo fratres inter se diuiserunt feudum, deinde vnus ex eis decessit relicto filio masculo: alter verò decessit relicta filia, vtrum hoc casu relictus filius masculus excludet fœminam? videtur dicendum quòd sic, per text. in d. c. 1. & per rationem ibi positam, quæ est, quòd donec masculus superest, non patet locus fœminæ in successione feudi. Sed And. de Iser. in d. c. 1. determinat oppositum propter consuetudinem, de qua supra. Et sic attẽta ista opi. And. habetis aliam limitationem ad d. c. 1. Sed ista opi. And. de Iser. apparet mihi dubitabilis per rationem positam in c. 1. Ad motiua, quod facit And. de consuetudine, ego responderem, quod illa consuetudo debet taliter intelligi & interpretari, quod minùs ladat dispositionem feudalem, quàm fieri posit. c. cum dilectus ext. de consue. no. in l. 2. C. de nexa alt. † Sed
iuxta prædicta dubitatur, ponamus quod in inuest. dic- 14
tum sit, quod deficien. masculis feudum vadat ad vnã fœminam, & contingat plures fœminas esse, quæ descenderunt à tenentibus feudum, quid erit hoc casu? Bal. mouit istam quæstionem in c. 1. §. hoc autem notandũ in ti. qui feu. da. pos. Et prima facie videtur velle, q̃ primogenita sit hæres, et debeat habere illud feudũ exclusis omnib. alijs fœminis. Deinde dicit q̃ res erit dirimenda forte l. 2. C quando et quib. quarta pars debe.

debe.li.x. Finaliter dicit, quòd erit electio domini, vt eligat vnam ex illis mulieribus, quam voluerit. Et istã opi. vlti. dicit multùm æquam, per ea, quæ habentur in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cle. & in l. Areibus. ff. de ſta homi. Et cum ista opin. ſimiliter tranſit Iaco. Alua in d.c.i. in ti. de eo, qui ſibi & hære. ſuis. Ego pro iſta vltima opinione aſſigno optimam rationem, quia ſi forte res dirimeretur, dominus reperiretur habere vaſallam ingratam: vt ergo habeat vaſallam gratam, dicendum erit ſtandã eſſe electioni domini. Ratio prædicta probatur ad liquidum in c.i. in tit. de duo. fra. de
15 nouo. bene inueſti. in li. feud. † Item ſi feudum ſit conceſſum duobus fratribus, puta Titio & Seio pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, & vnus ipſorum puta Titius deceſſat relicta fœmina, an Seius excludet illam fœminam, an verò econtra? Dicite quòd illa filia excludit Seium in ſucceſſiõe dicti feudi, quantùm ad portiõem Titij patris ſui, quia vnuſquiſq; videtur proſpicere ſuis hæredibus. c.i. in ti. de duo. fra. à capi. inue-
16 ſti. † Item ſi quis receperit feudum pro ſe & hæredibus ſuis, hoc pacto, quòd quandiu maſculi ſupereſſent, deberent ſuccedere in dicto feudo, & deficientibus maſculis, quòd fœminæ admittantur. Et iſte ſic inueſtitus deceſſat relicta vna filia, quæ ſucceſſit in feudo, & cõtingat poſtea illam filiam decedere relicta ea filia, relicto etiam nepote ex filio præmortuo, An ille nepos excludet amitam ſuam à ſucceſſione? glo. no. determinat quòd ſic in præall. c.i. in tit. de eo qui ſibi & hæredi. ſuis per rationem, quã ponit ibi tex. dum dicit, quòd quandiu

diu ſupereſt maſculus, non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione. Et pro hac ſententia facit, quia pater illius maſculi excluſiſſet illam mulierem à ſucceſſione feudi, ergo eodem modo nepos debet eam excludere. l. hæredem. ff. de regu. iur. Et hanc opini. ſequuntur Dd. in præalle. c.i. † Sed reſtat pulchrior dubitatio. Ponamus 17
quòd inueſtitus de feudo ſecundum formam d.c.i. decedat relictis duabus filiabus, quæ in dicto feudo ſucceſſerunt: deinde contingat vnam ex illis mori relicto nepote maſculo. vtrum ille nepos excludet ſuam materteram à feudi ſucceſſione? nonnulli Dd. in d.c.i. interpretati ſunt gl. ibi tenere, quòd ſic. Sed certè ſi ſubtiliter conſideretur illa, gloſſa non loquitur in iſtis terminis, ſed loquitur de amita, vt dixi in quæſtione proxima. And. de Iſer. in præal. c. tenuit dictum nepotem excludere materteram, quia licet illa matertera iam ſuccеſſerit in feudo, tamen ipſum feudum intelligitur ad eam deueniſſe conditionaliter, ſcilicet ſi non ſuperueniret maſculus: ergo ſuperueniẽte maſculo illa matertera debet excludi. d.c.i. Et iſta incertitudo, an maſculus ſit naſciturus vel non, habetur pro conditiõe l. dies incertus. ff. de condi. & demon. Eueniente ergo conditione, perinde eſt ac ſi illa matertera nõ ſucceſſiſſet in feudo. l. proinde ff. ſi cer. pet. Et pro iſta opin. And. de Iſer. optimè facit c.i. in titu. an ma. ſuc. vxo. & c.i. in tit. de beneſi. fœmi. & c.i. in tit. de natu. ſucceſſ. feud. Contrariam opinionem tenuerunt Iac. de Bel. Nico. de Neap. Bal. Iac. Alua. in d.c.i. Iac. Alua. atteſtatur iſtam eſſe communem ſententiam Dd. quòd matertera non exclu-

eludatur à feudo, in quo iam successerat. Et monentur prædicti Dd. quia cùm dicta matertera iam successerit in dicto feudo, fuit illi ius quæsitum: vnde sine facto suo illi auferri non potest. l. id quod nostrum. de reg. iur. Superuenientes ergo masculi non debent eam excludere. Secundo mouetur, quia multa impediuntur fieri, quæ tamen non tolerantur iam facta. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Tertio de natura dominiorum est, vt postquam sunt quæsita, sint perpetua, vt not. in l. siue possideris. C. de probat. Cùm ergo ipsi matertera dominium feudi semel fuerit quæsitum, debet perpetuò apud eam stare. Quarto, Iacob. Aluar. pro ista sententia, quam dicit valdè esse æquam, adducit text. in c. i. Et licet in iudicando ab ista sententia non sit recedendum, tamen in secreto iuris forte opin. And. de Iser. est de iure verior per rationem, quam ponit tex. in d. c. i. ibi, donec superest masculus, non patet locus fœminæ. Ad motiua in contrarium facta posset responderi, & primo ad primum, dum dicitur, quod fuit quæsitum ius matertera, potestis dicere, quod fuit illi acquisitum ius conditionaliter, scilicet, nisi masculus superueniret d. c. i. Superuenientè ergo masculo, debet matertera excludi. Ad aliud dū dicebatur, quod dominia debent esse perpetua, respondetur, quod hoc debet limitari, nisi dominium sit delatū alicui sub conditione resolutiua: nam tunc non est perpetuum sed tēporale l. sub conditione ff. de solut. & l. in annalibus. & l. fi. C. de leg. Et ita contingit in proposita, quia illi matertera intelligitur esse quæsitū resolutiuè, scilicet, nisi

nisi masculus superueniret. Et hanc opinionem Andr. de Iser. fortifico tali ratione. Quotiescunq; in lege est rescripta ratio, tunc illa lex restringitur, ampliatur & limitatur secundùm limites rationis. tex. est not. in l. cum patre. §. dulcissimis. ff. de legat. ij. habetur in l. scire oportet. §. Sed & si maximè. ff. de excu. tuto. sed ratio posita in d. c. i. militat in casu isto, consequenter tex. in d. c. i. debent ampliari secundum limites illius rationis, vt dixi supra. Non recedatis ab opin. Iaco. de Bel. & sequacium.

SVMMARIVM.

Feudum concessū per hęc verba, Cōcedo tibi feudum pro te & quibuscunque hæredibus tuis, an possit etiam ad hæredes extraneos porrigi. 1

Hæredis appellatione in materia feudali intelligendum est de descendentibus masculis. 2

Feudum per hæc verba datum, Concedo feudum Titio pro se & suis hæredibus, & cui dederit, an possit etiam ad extraneum trāsire. 3

Clerici an sint in feudo successibiles. 4

ET quibuscunque hæredibus. † Quia in plerisque inuestituris apponuntur ista verba, Concedo tibi feudū pro te & quibuscunq; hæredib. tuis, dubitatur, nunquid per ista verba generalia feudum porrigatur ad hæredes extraneos? Bal. in c. imperialem. in prin. 1

circa

circa 5.co.in ver. sed quid si concessum. in ti. de prohi. alie. feud. per Feder. determinat quòd sic in tantum secundum eum, quod vasallus inuestitus modo, quo supra, poterit feudum legare etiam extraneo: quia legatarius in re legata quodãmodo cẽsetur hæres. tex. est no. in l. id tempus. §. 1. ff. de vsuc. Idẽ voluit ipse Bal. in l. 1 in xxxiij. q ff. de re. diu. vbi ad hoc allegat notata per Cy. in l. liberti libertaq;. C. de ope. lib. Idem sensit ipse Bal. in d. l. 1 in xlviij. q. Sed idem Bal. in c. 1. §. donare. in tit. quali. olim pote. feu. alie. determinat totũ contrarium, dicens quod illa verba, Quibuscunque hæredibus restringuntur ad habiles, per ea, quæ habentur in l. 1. C. de sacrosan. eccle. & per Lac. de Ave. in l. 1. §. item nuntiatio. ff. de oper. no. nun. Nam secundum eũ si omnes vocarentur, sequeretur, quòd deficientibus agnatis & cognatis, vocaretur vxor defuncti, quod esset impropriare feudum duobus modis: primo quãtum ad qualitatem hæredum, qui nõ essent agnationis communis: secundo quia fœmina succederet contra naturã regularem feudorum. c 1 in ti. de bene. fœmi. & in c. 1. §. hoc autem notandum. in ti. qui feud. da. pos. Addue eundem Bal. in l. cum virum. in fi. co. C. de fideicõmis. vbi dicit, quòd quando feudum esset concessum alicui pro se & quibuscunque hæredibus, tale feudum veniret in restitutione fideicommissi, quia fideicommissarius est precarius hæres. l. Quærebatur de testa. mili. Postea subiungit quod forte illa verba, quibuscunque hæredibus, referuntur ad personas habiles, non autem extrancas. Do. Marti. de Lau. in d. §. donare. sequitur opi.

opin. Bald. vt ista verba referantur ad alios idoneos. Alex. de Imo. in l. Gallus. §. Etiam si parente. ff. de lib. & posthum. tenet opin. quam tenet Bald. in prælleg. ta l. 1. in xxxiiij. quæst. ff. de re. diui. allegat tex. in c. 1. in titu. de feud. non haben. propriam na. feud. Ego in quæstione facti consului, quòd ista verba tam generalia sunt restringenda ad personas habiles ad succedendum in feudo. † Mouebar in primis, quia appellatione hæredis in materia feudali intelligimus de descendentibus masculis. c. 1. §. profecto. in ti. de lege Corra. verba enim debent intelligi secundùm materiam subiectam. l. si vno. in princi. ff. loca. & sequuntur naturam contractus, in quo interponuntur. l. si stipulatus ff. de vsur. Non obstat dictio, Quibuscunque: quia debet restringi iuxta materiam subiectam. l. fi. cum sua gloss. C. sine censu vel reliquis. & d. l. 1. C. de sacrosanct. eccl. Ad d. c. 1. de feud. non haben. pro. na. feu. † ego respondem, quòd ibi dominus inuestiẽdo dixit, Concedo feudum Titio pro se & suis hæredibus, & cui dederit. Nã per verba illa, Et cui dederit, intelligitur dominus dedisse licentiam vasallo transferendi dictum feudum in alium etiam extraneum. Et si vnquam contingeret vobis iste casus in ista patria Ducalis Sabaudiæ ponderate benè verba inuestiturę: quia consueuerunt in inuestituris apponi verba quibuscunque hæredibus de more tamen patriæ capacibus, & tunc articulabitis, quod de more patriæ est, quòd solùm succedant descẽdentes & agnati, non autem extranei. De hac materia vide etiam per eum Alex. de Imo. suo consi. 3. in 1.

4 vol. consiliorum. † An aut clerici succedant in feudo. Iac. de Bel. in c. 1. si decesserit. in tit. Si de feud. defun. fuer. controuer. determinat quòd non. pro qua opin. videtur esse text. in dict. cap. 1. §. qui clericus. in titu. proximè allegato, vbi text. dicit, qui clericus efficitur, hoc ipso feudum amittit. & Dd. ibi maximè Bald. in verbo, Clericus. exponũt dummodo sit in sacris, veluti in Subdiaconatu, qui est sacer ordo c. à multis. ext. de ætat. & qualit. Ad idem adducitur text. in c. 1. §. 1. in ti. de mili. vasal. qui ar. bel. depo. Itẽ adducitur text. qui est multùm pungitiuus in c. 1. in fi. in titu. an mut. fur. vel aliter imperfec. & text. in c. 1. in ti. de benefi. fœmi. Hanc sententiam, quòd clericus in sacris constitutus non sit successibilis in feu. tenuit Bal. in d. c. 1. §. qui clericus. & Alber. de Rosa. in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. Contrariam opi. tenuit Bal. in sua summa in titu. de benef. fœ. c. 1. in ver. Ex hoc clericus. & Archi. in c. si qua mulier. xix. q. vlti. Eandem opin. tenuerunt Innocen. Host. Io. And. Io. de Lig. Io. de Imo. & D. Panor. in c. in præsentia. ext. de proba. vbi tenẽt clericum esse successibilem in feudo. Idem tenuit Bar. in sua rep. d. authen. ingressi. quam morte præuentus non potuit publicare, sed meo Alex. eius generi postea publicauit: Hoc idem tenuit Barth. de Sal. in authen. ingressi. vbi dicit, quòd communiter Dd. ita tenent. Et cùm hac quæstio contigisset de facto in persona Episcopi Palmensis, præstantiores Doctores Bononien. & Papien. consuluerunt pro ista parte, concludendo Episcopum Palmensem successibilem in feudo paterno, vt refert

vt refert clarissimus Doct. Do. Mart. Laud. in cap. 1. §. & quia vidimus. in titu. qui feud. dar. poss. Et ibi etiam refert se publicè disputasse istum articulum in studio Papien. Ergo cùm quæstio contigisset de facto in personam Reuerendi & generosi Domini Ioannetti ex Comitibus Valupergiæ Prioris sancti Andr. de Taurio consulus pro ista parte, scilicet, quòd debebat succedere in feudo paterno cum fratribus suis, & fuit inuestitus per celsitudinem Ducalẽ Sabaudiæ de portione dicti Comitatus ad eum spectantis, adducebam text. in cap. 1. §. fin. in titu. de cap. Corradi. & gloss. not. in c. 1. quæ incipit, Nisi fortè. in titu. de benefi. fœmi. vbi glo. notanter dicit, quòd clericus succedet, & poterit seruire domino per substitutum. & quia gl. habet quàm plurimos Dd. pro se, dicebam ab ista sentẽtia non esse recedendum, per no. per Ia. Butri. in l. vnica. C. si pro sua iurisdictione. maximè quia Sali. in d. authen. ingressi. refert Dd. cõmuniter ita tenere. Mouebar etiam, quia clerici ita benè sunt successibiles, sicut laici. l. deo. & authen. presbyteros. C. de epis. & cler. Item mouebar, quia regulam habemus, quòd omnes descendentes masculi succedunt in feudo. d. §. et quia vidimus. Allegabã etiam pro ista parte Ioan. Ray. in suo compendio feud. in c. impertialem. in §. firmiter. circa. xxiy columnam. in titu. de prohi. alien. feu. per Feder. vbi dicit clericum admitti ad successionẽ feudi, si dominus velit. cap. 1. §. fin. in tuul. de cap. Corta. Et instat præfatus Doct. Quomodo seruiet domino in bello ipse? respondet, quòd clericus in sacris non

pugnabit in propria persona propter sanguinis effusionem, & propter periculum irregularitatis. c. 1. ext. de cleri. pug. in duel. Sed exhortabitur alios bellatores in aciem belli, allegat Ioa. Allancum Marlien. in sua summa in titu. quibus mo. feud. amit. ver. sed quid si sit clericus. vel poterit seruire per substitutum acceptabilem domino. vult gl. in præallegato c. 1. in titu. de benefi. fæmi. Ad motiua adducta suprà pro parte contraria ego respondebam. Et primo ad ca. qui clericum. & ad c. 1. an mutus & surdus & c. & similia iura dicentia clericum non esse succesibilem in feudo, quod debent intelligi, quando esset tale feudum, cui vasallus non posset seruire, vel nollet per substitutum: aliàs autem si velit seruire per substitutum domino acceptabilem, tunc admitteretur ad successionem feudi, vt suprà pulcherrimis authoritatibus & motiuis comprobaui. Ad authoritatem Iac. de Bel. Bald. & Alb. ego respondebam, quòd erant plures Dd. præstantissimi, qui tenebant contrarium, quorum nomina suprà recitaui. Habetis istum articulum plenissimè expeditũ. Quid autem si actũ sit in inuestitura, quòd vasallus nõ possit seruire per substitutum, sed in propria persona, dicite, vt habetur per Dd. maximè per Alua. in c. moribus in titu. si de feu. defunc. fue. controuer.

SVMMARIVM.

1 Feudum quomodo definiatur.

2 Princeps an possit alienare ea, quæ sunt Principatus.

Prin-

Princeps an possit infeudare regalia. 3
Regalia quæ dicantur. 4
Feudum multipliciter diuiditur. 5
Feudum simplex & rectum est, quod non habet seruitia determinata. 6
Domus alicui in feudum concessa ad habitandum an possit alteri locari. 7
Feudum paternum est, quod fuit acquisitum à patre. 8
Res in feudum paternum concessa nõ transit vltra quartam generationem. 9
Feudum nouum quid sit. 10
Episcopi & alij Prælati an possint infeudare de nouo res Ecclesiæ. 11
Ecclesia qualiter prouidere possit de feudo, quod non potest recuperare. 12
Feudum habens propriam naturam feudi; & feudum quod non habet propriam naturam feudi qualiter dicantur. 13
Feudum cursoris si concedatur claudo an valeat talis concessio. 14
Feudum conditionatum quid sit, & quam habeat efficaciam. 15
Feudum masculinum aut fœmininum qualiter dicatur. 16
Feudum reale aut personale qualiter dicatur. 17
Domus alicui in feudum concessa ad vtendũ & fruendum an possit transire ad hæredes. 18
Feudũ ligium & non ligiũ qualiter dicantur. 19

20 Feudi ligij virtus quæ & quanta sit: & nu. 22.
21 Feudum non ligium quid sit.
23 Instrumentum Homagij qualiter sit concipiendum.
24 Feudum nobile aut ignobile qualiter dicantur.
25 Feudum minus nobile aut mediocriter nobile quid sit.
26 Feudum non nobile seu burgense quando dicatur.
27 Feudum liberum & Francum qualiter fieri dicatur.
28 Feudum annale seu perpetuum qualiter dicatur.
29 Feudum iurabile & non iurabile quale sit.
30 Feudum diuisibile aut indiuisibile quale dicatur.
31 Feudum trãsitorium ad omnes hæredes quid sit, & quid non transitorium ad omnes hæredes.
32 Feudorum quoddam sæculare: quoddam ecclesiasticum.
33 Ecclesia dono recipiens à Rege, vel Barone, vel Duce Comitatum vel Baroniam an tenebitur ad tributa, ad quę prius tenebatur.
34 Donatio Ecclesiæ facta an pacto possit reuocari.
35 Donatio per Principem Ecclesiæ facta an per successores possit reuocari.

Ecclesia

Ecclesia recipiens feudum an teneatur iurare fidelitatem. 36
Consuetudo infeudandi bona ecclesiæ quantum tempus requirat, vt inducatur. 37
Stante consuetudine Ecclesiæ infeudãdi masculos tantum an possit quis ab illa infeudari pro se & suis hæredibus tam masculis, quàm fœminis. 38
Stante cõsuetudine Ecclesiæ infeudandi tantum vnam vel duas res an possint infeudari plures. 39
Tenens rem Ecclesiæ in feudum an possit alteri infeudare. 40
Tenens feudum ab Ecclesia an possit vendere cum consensu Prælati illius Ecclesiæ. 41

IN feudum.† Hic ante omnia est videndum de definitione feudi. Dicite, quòd feudum est beneficiũ ex beneuolentia datum, retenta proprietate, trãslatoq; vsufructu in recipiendo per se & hæredibus suis masculis & fœminis, sed si de his fœminis dictum sit, ita, vt ipse recipiens & eius hæredes domino seruire teneantur. Ita definitio probatur in c. 1. in ti. in quib. cau. feud. amit.† Circa hoc quæro, nunquid Princeps 2
possit alienare ea, quæ sunt Principatus? Concludite ex mente Bal. quem cæteri sequuntur in proœ. feudorũ in ver. Expedita. quòd si vult alienare expropriando seu abdicando à se omne dominiũ, iurisdictionẽ, & proprietatem, tunc nõ potest, quia hoc esset deformare

principatum. Et ita not. in c. intellecto. ex. de iureiu. de quo per eundem Bal. in proœ. ff. in 2. carta. facit, quod habetur in c. in apibus. vij. quæst. 1. vbi glo. dicit, quòd Imperator Græcus non est propriè Imperator, sed Romanus. Aut vult alienare retinendo proprietatem seu directum dominium, transferendo vtile in alium per viam infeudationis, & tunc potest hoc facere, nisi talis infeudatio vergeret in magnũ præiudicium Principatus, puta, quia Rex passim infeudat modo vnam ciuitatem, modo aliam: & istud est destruere regnum. vt no. in c. grandi. ext. de supplen. negligen. prælat. facit l. summa ratione. ff. de pecu. Nam secundum And. de Iser. & Bald. in loco allegato in feud. non debet minuere coronam regalem. † Vnum notetis, quòd quando Princeps infeudat regalia, nihil valet infeudatio, nisi ea sit apposita clausula, motus proprij, vel clausula ex certa scientia. l. 1. C. de petiti. bonorum. subla. lib. x. Et ita vult Alb. de Rosa. in l. quoties. C. de preci. imper. offe. † Quæ autem dicantur regalia, habetur in c. 1. in ti. Quæ sint reg. & per Bald. in c. 1. in ti. Episc. vel Abb. † Nunc descendo ad diuis. feu. & debetis scire, q habemus multas feu. diuis. Prima diuisio est, q aquoddã dicitur regulare, seu habere annexã dignitatem, quoddã non feudum quod habet annexã dignitatem, dicitur feudum Regale, Ducale, vel Marchionale. c. 1. in titu. de feud. March. capit. 1. quis dicatur Dux, March. vel Co. Alia verò feuda non habent annexam dignitatem. ar. per locum à contrarijs. Instit. de hũ, qui sunt sui vel alien. sur. Et de istis dignitatibus dixi

suprà

suprà in verbo, Dux. & in verbo Marchio. † Secunda diuisio feudorum est, quia quoddam dicitur simplex et rectum, quod non habet seruitia determinata. ca. fin. in ti. de capita. qui curiam vendi. Et dicit notanter Io. Ray. in suo compẽdio seu. in c. imperialem. §. firmiter. circa xxij. colum. in ti. de probi. alie. feu. per Fed. quòd dicuntur feuda pactionata seu conditionata, quando in concessione est determinatum certum seruitiũ, puta de associando vxorem domini, vel de filia maritanda. Et hoc casu vasallus non tenetur nisi ad ea, quæ in pactionibus expressa sunt. l. 1. §. si conueniat. ff. depos. l. in traditionibus. ff. de pac. l. legem. C. illo eo. titu. Subijcit tamen Io. Ray. in loco allegato, quòd attendenda esset nihilominus consuetudo patriæ. l. venditor. §. Si constat ff. Commu. prædi. ij. in fin. ff. de test. habetur in l. 1. C. quæ sit long. consue. † Iuxta hoc dubitatur, quòd si dominus concedat in feudum domum alicui ad habitandum. an ipse recipiens poterit illam domum alteri locare? Baldus in proœm. feu in y. diuisione determinat, quòd sic. per l. arboribus. §. vsusfructuarius. ff. de vsufru. nisi domus esset alteri concessa, ita quòd habitaret eã contemplatione, & pro honore domini, nam tunc non posset locare. ar. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tolle & l. inter artifices. ff. de solu. † Tertia diuisio feudorũ est, quia quoddam dicitur paternum, quoddam antiquum, & quoddam nouum. Paternum dicitur, quod fuit acquisitum à patre. c. 1. §. his verò in ti. de gradib. suc. in feud. & c. 1. in ti. de nat. suc. feud. Dicit tamen eleganter Bal. in c. 1. §. hoc quoq; in fin. col. in ti. de suc. feu.

6

7

8

feu. quòd paternum feudum dicitur propriè vsque ad quartum gradum, et continentur hæ personæ, pater, auus, proauus & atauus, ab inde verò supra dicitur antiquum. † Ex quo infert singulariter, quòd quando cõcedutur alicui res in feudum paternum, tale feudum non extenditur vltra quartam generationem. Et ideò cũ magno mysterio in inuestituris apponuntur ista verba, in feudum antiquum & paternum, quod est mentis tenendum secundum eum. Et sic patet quando dicatur antiquum. † Nouum autem feudum est illud, quod de nouo fuit acquisitum. c. 1. in tit. qui test. sunt neces. ad proban. nouam inuest. & c. i. & ij. in titu. de duob. fra. de no. benefi. inuesti. † Iuxta prædicta formo vobis pulchram quæstionem. Vos scitis, quòd Episcop. & alij Prælati prohibentur infeudare de nouo res Eccle. solitas autem bene possunt. c. ij ext. de feu. Ponamus, Episcopus inuestiuit aliquem de quodam castro Eccl. suæ, & in inuestitura asseruit illud feud. esse antiquum, recognoscens, quòd ille, cui concedebat, & prædecessores illius consueuerunt tenere in feudum, vtrũ per ista verba probetur feudum esse antiquum, vt sic valeat infeudatio. & sic Episco. inuestiuit illum tanquam de veteri & antiquo feudo? Bal. in proœ. feud. in 3. diuisione determinat, quòd per dicta verba non probatur feud. esse antiquum, quia præsumuntur talia verba prolata in fraudem legis. ar. l. qui testamen. ff. de probat. & l. eum quis decedens. §. Titia honestis. ff. de leg. 3. Nam talia verba enuntiatiua prolata inter prohibitos non probant nec disponunt. l. si fortè. & l. castrense. ff. de castren.

castrẽ. pecu. Secus secundũ Bal. in loco proximè alleg. si Prælatus cum capitulo asseruisset feudum esse antiquum, & iurasset cũ capitulo omnia vera esse, quæ continentur in illo instru. inuestituræ, et Prælatus esset homo diligens, et in capitulo essent personæ prudẽtes. Nã tunc crederetur talib. verbis enuntiatiuis, allegat tex. cum gl. or. in auth. hoc ius porrectũ. C. de sacros. Eccl. Vos tenebitis cõtrariũ, primo per tex in. c. i. ex. de re. Ecc. non alie. li. 6. & per l. iubemus. ibi. nec si omnes. C. de sacros. Ecc. Et per no. in c. Quod quibusdã. ext. de fideiu. & in c. grauis. ex. de depo. alioquin essent aperta via fraudib. cõtra c. Quanto. ex. de diuo. et l. in fundo. ff. de rei vin. Ad gl. dictæ auth. hoc ius porrectũ. ego respondere, q̃ loquitur in mutuo, nos aũt loquimur in alienatiõe rerũ immobiliũ Eccl. Et hoc est de mente Bart. in d. auth. hoc ius porrectũ. Quod dixi sup. q̃ si Præl. in inuestitura atteſtetur feu. esse antiq. & inuestiat tanq̃ de veteri & antiq. q̃ per talia verba nõ p̃babitur feu. esse anti. limitabitis, nisi talia verba enuntiatiua reperiẽtur scripta in aliquo instru. antiq. nam tũc staretur talib. verbis, & præsumerẽtur esse verba, per no. per Cy. et Bal. in l. emãcipat. C. de fide inst. & Io. An. post Host. in c. Albe. ex. de test. & per Ant. de But. in c. quoniã cõtra falsã ex. de proba. no. p Dd. maximè Ang. in repe. l. sciendũ. ff. de ver. ob. † Addo vobis aliã pulchrã lim. Nã si Ecclesia feudũ, q̃ est in manib. potẽtis, nullo mõ põt recuperare, tũc Præla. poterit infeudare alteri qui extirpet illud feu. de manib. alterius potẽtis. c. ij. ext. de feu. Sed hoc procedat in reb. non feud. 12

feud. Puta aliqua res eccl. quæ non est feudalis, de facto occupatur per potentem, ita quod prælatus non potest eam habere, an poterit infeudare alicui potenti de nouo vt recuperet eam? Ioan. And. consuluit quòd non, quia apta esset via fraudibus. Nam prælatus volens infeudare alicui suo consanguineo vel amico pateretur inuadi rem ecclesiæ per potentem ad finem, quod postea posset infeudare de nouo. & hanc opin. sequitur D. Abbas in prælleg. c.ij. Aduertite etiam ad id, quod supra dixi, quòd non statur verbis asserentis prælati asserentis feudum esse antiquum, quia secus esset in Principe. Nam si Princeps inuestiat aliquem de aliquo castro in feudum antiquum auitum & paternum, licet in veritate sit nouum, tamen habebit naturam feudi antiqui. Ita dicit not. Bal. quem cæteri sequuntur in c. i. in ti. de alien. feud. pater. quod est benè notandum. †

13 Quarta diuisio est, quia quoddam est feudum habens propriam naturam feudi: aliud verò non habens propriam naturam feudi. Feudum habens propriam naturam est, quod sequitur propriam & regularem naturam feudi. Feudum verò non habens propriam naturam est, quod non sequitur regularem naturam feudorum. de hoc habetur in c. i. in tit. de feud. non haben. propr. natur. Accipite exemplum, propria & vera natura feudi est, quod non possit alienari sine consensu domini. ca. imperialem. in prin. in ti. de prohi. alien. feud. per Fed. vnde si dominus concesserit alicui rem in feudum pro se & hæredibus, & cui dederit, ista verba, Et cui dederit, habent impropriare naturam feudi. adeò quod

quòd tali modo inuestitus poterit alienare. d. ca. i. Item propria et vera natura feudi est, quòd sit transitorium ad omnes descendentes. c. i. §. cum verò. in tit. qui feu. da. poss. vnde si concedatur alicui in feudum Guardia vel Castaldia, quia tale feudum non transit ad successores c. i. in tit. de feud. Guard. dicitur feudum non habens propriam naturam feudi. † Sed quid si feudum 14
cum soris sit concessum claudo, an valebit concessio? Bal. in prin. feud. determinat quòd sic, quia licet claudus non possit currere, tamen poterit feudum locare alteri valenti currere. c. i. §. donare. in titu. qual. pote. feud. alien. Quandoque sufficit habitus & potentia, licet non sit actus. l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de leg. iij. habetur in l. si duobus. ff. de leg. i. Et quia dicit de natura feu. si vultu scire, quid sit substantia, & quid natura, & quid accidens, vide opti. glo. in l. pacta conuenta. ff. de contraben. emp. & dicit Bal. in c. cæterum. ext. de iudi. quòd natura est naturalis ratio formæ, & suæ origini cohærens: quod autem amplius est, non est naturale, sed accidentale. Et accidens potest adesse & abesse præter subiecti corruptionem, vt habetur in d. l. pacta conuenta. Subijcit ibidem, quòd pacta, quæ non cadunt in propriam naturam recti feudi, vt si apponatur pactum, quod vasallus associet dominam, vel de filia domini maritanda, talia pacta faciunt feudum censeri conditionatum, id est, datum ad certum seruitium. † Et de isto feudo conditionato habetis text. cum 15
sua gl. meliorem de corpore iuris in c. fi. in ti. de ca. qui curi. ven. Et magna est virtus huius feudi conditionati: quia

ti: quia vasallus non potest illud refutare inuito domino, nec dominus renuntiare potest fidelitati, & feudū reuocare, quia obligatio certa, fortior est quàm incerta: quia obliga certa non recipit interpretationem legalem l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. obl. & ita vult Bal. in d. c. caterum. Et per prædicta limitatur c. i. in tit. de vas. qui contra consti. Lotb. feu. alien. vbi habetur, quòd vas. inuito domino potest refutare feu. † Quinta diuisio feudorum est, quia quoddam est 16
masculinum, quoddam fœmininum. Masculinum dicitur, quod transit ad masculos, non aut ad fœminas c. i. §. hoc autem notādum. in ti. qui feu. da. pos. imò etsi de fœminis sit facta mentio, tamē fœmina nō succederēt, nisi demū deficerent ib. masculis. c. i. §. Quinetiā. in ti. Epis. vel Abb. et latè declarau supra in ver. fœminū Fœmineū verò dicitur, quod trāsit ad fœminas: hinc dicimus, quòd maternum feu. dicitur, quod fuit acquisitum à fœmina superiore, quæ est communis agnationis vel cognationis de hoc habetur in c. i. in tit. de benefi. fœmi. & in c. i. in ti. quēad. feu. ad fili. perti. & in c. i. 17
in ti. an mas. vxo. † Sexta diuisio feu. est, quia quoddā est reale, quoddā psonale, psonalissimū. Feudū reale est, q̄ tā ex parte dātis, q̄ recipientis transit ad hæredes. c. i. §. cū verò Corra. in ti. q̄ feu. da. pos. Personale dicitur, q̄ non transit ad hæredes, vt feu. Guar. et Castaldiæ. c. i. in ti. de feu. Guar. Personalissimū dicitur, quod neq; ex parte concedētis neq; recipientis transit ad hæredes. Accipite exemplum in Soldata in c. i. §. sol data. in ti. quis dicatur Dux, Co. Mar. † Sed circa prædicta

dicta dubitatur, quid si alicui sit cōcessa domus in feu. ad vtendum & fruendum, an talis concessio transibit ad hæredes recipientis? Bal. in præludijs feu. in 6. diuisione determinat quòd non, allegat l. si habitatio. §. i. ff. de vsu. et habita. Vos determinabitis totum contrarium, quia in definitione feudi benè ponuntur illa verba. Ad vtendum & fruendum c. i. in ti. in qui casu feu. amit. Et verba debent intelligi secun. nat. dispositiōis in qua apponuntur. l. insulam. ff. de præscrip. verb. & l. si vno. in Prin. ff. loca. Sed de natura feud. est, quod transeat ad hær. d. §. cùm verò ergo &c. Ad l. si habitatio. §. i. respondebitis, quod ibi de natura dispositionis nō erat, quòd transiret ad hæred. † Septima diuis. feu. est, quia 19
quoddam est feu. ligium, quoddam non ligium. Feu. ligium non datur, neq; recipitur nisi ab eo, qui non recognoscit superiorem, & dicitur ligium eo, quòd ligat, vel quia legalitatē continet, & in ista fidelitate ligia non debet vasallus excipere aliquem: imò debet iurare fidelitatem domino contra omnem hominē, nullius alterius fidelitate excepta, vt in ti. de cap. extraor. sunt duo capitula quorū vnum dicit hoc modo. Pro feudo ligio debet vasallus præstare fidelitatem contra omnem hominē: in alio capitulo dicitur, Placet ligium hominem duorum esse non posse. & hoc vult gl. no. in verbo, Homoq; ligius. in Cle. pastoralis. ext. de re iud. Et quòd quis non possit esse homo ligius duorum, tenet Bal. in authen. hoc amplius. cer. iij. colum. C. de fideiuss. † Ad- 20
do vobis, quòd huius homagij seu feudi ligij tanta est virtus, quòd omnia bona hominis ligij dicuntur

tur esse sub iurisdictione domini nedum feudalia, sed etiam alia, quia homo ligius principaliter obligat personam suam, & in sequentiam bona. ar. l. si pater fam. ff. de adop. ita quòd dominus habet iurisdictionem in omnib. bonis hominis ligij, siue sint feudalia, siue non, dummodò non teneatur in feudum ab alio. Ita eleganter vult Spe. in tit. de feud. §. quoniam super homagijs. ver. xvij. † Feudum non ligium est, quando vasallus in 21
sacramento fidelitatis excipit priorem dominum. cùm pertalem. §. si. in ti. de probi. feu. alien. per Fede. † Addite alium magnum effectum huius feudi ligij, quia in 22
eo non habet locum pœnitentia, hinc nec inde, quia turpe esset principi frangere fidem. & quia beneficia Principis debet esse perpetuum. §. illud. in authen. Constitutio qua de dig. Ita singulariter determinat Bald. ind. c. caterum. in antepe. col. ext. de ind. Et hoc est benè notandum pro limitatione d. c. i. in ti. de vasal. qui confeci. Loth. feu. alie. † Et si vultis scire formam concipen- 23
di instrumentum homagij, vide Spec. in d. c. §. quoniã. in princi. Vnum notetis, quod licet quis præstet mihi homagium, non tamen est seruus meus, sed remanet liber homo, in tantum, quòd benè potest testari de bonis suis. Ita dicit Bald. in l. i. C. de hæredita. Decur. alle- 24
gat gloss. ordin. Instit. de iure person. † Ottana diuisio feud. est, quia quoddam est nobile, quoddam ignobile, seu Burgen. Feudum nobile est illud, quod nobilitat possessorem. Et dicit Bald. in prælud^s feudorum, quòd antiquum feudum sapit nobilitatem, nouum autem non, quia nobilitas non nascitur in illu

illu oculi, allegat l. si emmata. ff. de gradi. Vos melius dicite ex mente Iaco. de Bel. in proœm. feudo. quem refert & sequitur Ioa. An. in addi. ad Spec. in rubr. de præscrip. quòd feudorum quoddam est nobile, quoddã minus nobile, quoddam mediocriter nobile, & quoddam non nobile. Nobile feudum est, quando Papa concedit feudum Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum. Ista enim feuda sapiunt nobilitatem, vt habetur in titu. quis dicatur Dux, Marchi. vel Com. † Mi- 25
nùs nobile est, quando Dux, Marchio, vel Comes infeudat alteri. Mediocriter nobile est, quando habentes feudum à Duce, Marchione, vel Comite infeudãt alteri. † Non nobile seu Burgen. dicitur, quando con- 26
ceditur à minimis valuasoribus cap. 1. §. cæteri. in titu. quis dicatur Dux, &c. Dicit enim Bald. in capit. 1. in verbo, Marchio. ad fi. in ti. qui feu. da. pos. quòd etiam rustici possunt infeudare, dummodò habeant rerum suarum administrationem. allegat c. 1. §. nouit vero. in titu. per quos fiat inuestitura. † Habemus etiam feu- 27
dum liberum & Francum. A superioribus diebus in quodam instrumento inuestit. legi ista verba, Concessit talis Princeps tale castrum in feudum liberum gẽtile & Francum, vnde dubitatur de significatione istorum verborum. Io. An. in addi. ad Spec. in rubri. de præscri. cir fin. dicit, quòd ista verba indefinita & indefinitè prolata importãt, quòd tale feudum omni libertate sit liberum, & ab omni seruitio absolutum. l. in tradendis. ff. communia prædio. Subiungit alios dicentes, quòd hic capienda est vulgaris & cõmunis in-

terpretatio, vt apud vulgũ verba sonant. c. ex literis, primo. ext. de sponsa. Addite eleganter, quod vasallus talis nihilominus non erit exẽptus à capitulis, quæ continentur in forma fidelitatis. c. 1. in tit. de for. fideli. & in c. 1. in ti. de no. for. fidel. & ca. de forma. xxij. q. vi. alioquin nisi ita diceremus, sequeretur, quòd esset quædã donatio, non aũt concessio in feudum. Eandem opi. tenuit Iac. Alua. in prox. feu. in 2. diuisione. Addo vobis Ioan. de Imo. idem dicentem in effectu. in c. ad nostrũ. in pen. col. ext. de reb. eccles. non alie. Et de isto feudo Franco vide per Bald. in l. si plures. C. de condi. inser. Et per eundem in ca. 1. in titu. de cap. qui curiam vend. Et notate benè prædicta, quia plerumque apponun-
28 tur in inuestituris. † Nona diuisio est, quia quoddam est feudum annale, quoddam perpetuum. Regulariter enim omnia feuda sunt perpetua. cap. 1. §. cùm verò Corr. adus. in titu. qui feud. dar. poss. Annale verò dicitur feudum Guardiæ & Castaldiæ, quia lapso anno quandocunque potest auferri. tex. habetur in c. 1. in fi. in ti. de conte. inter do. & vas. de innest. feu. habetur in c. 1. in titu. de feud. Guar. Dicit tamen Bal. in prox. feu. pe. diuisione, quòd iste annus per pactũ potest augeri: nam prouisio conuentionalis super tẽpore potentior est, quàm legalis, quia cessante legali habet locũ conuẽtionale l. quòd si nolit. §. Si quid ita. ff. de adi. edic. per quem text. probatur secundum Bald. loco quo suprà. quòd per pactum potest fieri, vt feudum Guardiæ
29 nullo tempore possit auferri, quod notetis. † Decima diuisio est, quia feudorũ quoddam est iurabile, quoddam non

dam non iurabile. Feudum iurabile est, pro quo iuratur fidelitas domino. Non iurabile est, quando conceditur eo pacto, vt fidelitas non iuretur. ca. 1. §. nulla. in titu. per quos fiat innest. in lib. feudo. † Vndecima di- 30
uisio est, quia feu. quoddam est diuisibile, quoddã indiuisibile. Nã regulariter omnia feuda sunt diuisibilia. Sunt tamen quædam indiuisibilia, vt Ducatus, Marchionatus & Comitatus. ca. imperialem. §. præterea. in ti. de probi. alis. feu. per Frid. de quo per Bar. in l. inter tutores. ff. de admi. tut. per Bal. in l. 1. ff. de offi. Consu. per Cano. maximè Pavor. & Imo. in c. prudentiam. in prin. ext. de of. dele. Et dixi vobis suprà in verbo, Comes, & in verbo, Marchio. † Duodecima diuisio feu- 31
dorum est, quia quoddam est transitorium ad omnes hæredes. Et illud est regulare in feudo, quia transit ad omnes descendentes æqualiter. c. 1. §. cùm verò. in tit. qui feud. da. poss. Aliud verò est non transitorium ad omnes hæredes, imò solum ad primogenitũ, vt in Francia, in Anglia, & in Sicilia, secundum Ia. de Bel. in prox. feud. de quo habetur in c. licet. ext. de vo. & vo. redem. † Decima tertia diuisio est, quia feudorũ quod- 32
dam est sæculare, quoddam Ecclesiasticum. Sæculare est illud quod recipitur à Principe sæculari. c. 1. in verbo, Marchio. in ti. qui feu. da. poss. Aliud verò est Ecclesiasticum, quod recipitur vel cõceditur ab Ecclesia. c. 1. in tit. de cleri. qui innestiturã accep. & c. 1. §. fi. in tit. de cap. Corra. † Sed hic quæro, vtrũ si Rex, Baro, 33
vel Comes donet Ecclesiæ Comitatum vel Baroniam, an Ecclesia tenebitur subire tributa, ad quæ per prius

tenebatur? Inn. in ca. verum. ext. de fo. compe. determinat quòd non, nisi in donatione hoc fuerit expreſſũ. Addo vobis Ang. idem volentem in l. ſi. C. de reuo. do-
34 na. † Et dicit not. Ang. in l caueri. ff. communia prædiorum, quod quando Princeps donat Eccleſiæ caſtrũ, vel territorium, benè poteſt ſibi reſeruare per pactum caſu, quo Eccleſia aliquid faciat contra ipſum donantem, vt dominium rei donatæ reuertatur ad donatorem laicum, vel quòd ipſi laico donanti liceat propria autoritate ingredi ipſam rem donatam Eccleſiæ. alle-
35 gat Innocen. in d. c. verum. † Addo vobis, quòd quando Imperator, Rex, Dux, vel Marchio fundat Eccleſias, & dotat de bonis Imperij vel Ducatus, ſucceſſor in Regno, vel Ducatu, vel Marchionatu non poterit reuocare illam donationem, niſi Regnum, vel Duca. ex hoc enormiter laderentur. Ita no dicit Spec. in tit. de inſtru. editione. §. nunc autem videndum. in fine. allegat no. in c. intellecto. ext. de iureiur. cum multa a-
36 lijs iuribus. vide ibi. † Quæro etiam vtrum, quando Eccleſia recipit aliquam rem in feu. à Principe ſæculari teneatur iurare fidelitatem? Bal. in proœm. feud. in vl. diuiſ. dicit reperiri quoddam caput extraor. cuius verba formalia ſunt hæc. De negotio, de quo nos conſulere voluiſti ſecun. vſum curiæ feudi, reſpondemus, quòd pro feudo, quod ab aliquo per Eccleſiam retinetur ſeu recipitur, nulla fidelitas debet iurari. Sed Bal. in loco proxi. allegato dicit hoc procedere, quia nomine Eccl. non præſtetur iuramen. fidelitatis ſed nomine Prælati, vt habetur in c. veritatis. ext. de iureiu. Addo vobis

do vobis, quòd D. Pan. in ca. veniens. ext. de accuſa. in 1. co. dicit quoſdam dicere, quòd Princeps ſæcularis habet fundatam iuriſ. ſuper omnibus bonis temporalibus Eccl. in tantum, quòd Prælatus pro talibus bonis temporalibus tenetur præſtare homagium Principi ſæculari. Sed ipſe D. Panor. intelligit hoc procedere, quando talia bona temporalia fuerunt per Principem ſæcularem conceſſa Eccleſiæ in feudum iuxta ea, quæ habentur in d. c. verum. ext. de fo. compe. ſed ſi nõ fuiſſent conceſſa in feu. ſed liberaliter donata Eccleſiæ, non tenetur Prælatus præſtare homagium. alleg. Inn. in c. ſolitæ. ext. de maio. & obed. Quandoque verò Eccl. concedit alteri in feudum, & circa hoc aduertite, quia prælati prohibentur infeudare de nouo: res autem ſolitas infeudare benè poſſunt. c. 2. ext. de feu.
† Sed hic cadit pulchra dubitatio, quantum tẽpus re- 37
quiratur ad hoc, vt inducatur conſuetudo infeudandi bona eccleſiæ? Bal. in c. 1. in tit. qui feu. da. poſſ. in 3. col. diſtinguit hoc modo; aut infeudatio eſt damnoſa Eccleſiæ: & hoc caſu requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non ext. in cõtrarium, aut infeudatio eſt vtilis Eccleſiæ: & tunc ſufficiunt xxx. anni: aut eſt dubium: & tunc requiritur tempus xl. annorũ. Et hoc modo dicit poſſe concordari opinionem Dd. circa hoc variantium, & nihil allegat. Sed in veritate primum membrum diſtinctionis Bal. non videtur verum, quia quando infeudatio eſſet damnoſa Eccleſiæ, non induceretur conſuetudo etiam per tempus, cuius initij memoria non extat, contrarium. tex. eſt in c. 1. ext. de cõ-

sue. lib. 6. Non obstat, si dicatur, quòd tale tempus habet vim priuilegij. c. super quibusdã. §. præterea. ext. de verbo. sign. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti quia respõdetur, quòd iura proximè allegata debent limitari, nisi consuetudo sit minus damnosa Eccl. d. c. 1. ext. de consue. li. 6. Item secun. membrum distinctionis Bald. non videtur esse verum, quia nos habemus, quòd contra Ecclesiam non præscribitur minori tempore xl. annorum. authen. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. & c. de quarta. ext. de præscript. vnde dum Bald. dicit de tempore xxx. annorum non videtur benè dicere. Præterea, quando constaret, quòd infeudatio esset vtilis Ecclesiæ vel necessaria, prælatus cum consensu capituli adhibitis etiam alijs solennitatibus requisitis benè posit infeudare, etiamsi esset res non consueta infeudari. ca. ad nostram. ext. de reb. Eccl. non alien. Vnde mihi magis placet opin. Iaco. de Bel. & Andr. de Iser in d. c. 1. qui feud. da. poss. dum dicunt, quòd ad inducendum istam consuetudinem infeudandi bona Ecclesiæ requiritur tempus xl. annorum. Ego hanc opin. comprobo: quia sicut ad præscribendum cõtra Ecclesiam requiritur illud tempus, vt supra. ita & ad inducendum consuetudinem contra Ecclesiam requiruntur etiam xl. anni. Ita dicit Do. Panorm. in ca. fin. in tx. col. extr. de consue. allegat Inno. in c. cùm dilectus illo eo. tit. Item pro ista opinione facit, quia quando inducitur consuetudo cõtra ius, requiritur tempus xl. annorum, vt notatur in c. fi. ext. de consue. li. 6. Sed ista consuetudo est contra ius,

ius, patet, quia res Ecclesiæ aliter prohiberetur alienari & infeudari. ca. nulli. & c. si quis presbyterorum. ext. de reb. eccl. non alie. & l. iubemus. C. de sacros. eccles. Aduertite tamen, quia ad istam consuetudinem inducendam requiruntur alia. Nam requiritur, quòd consuetudo sit rationabilis, & non dãnosa ecclesiæ, d. c. 1. ext. de consue. li. 6. Secundo requiritur tacitus cõsensus capituli, quemadmodũ dicimus, q; ad inducendam consuetudinem in populo requiritur tacitus consensus populi. l. de quib. ff. de legib. Tertio requiritur, quòd saltẽ bis in xl annis illa res fuerit infeudata. ar. l. 3. in fi. D. de Epi. au. Ita dicit Ia. de Bel in præall. c. i. in ti. qui feu. da. pos. Ego addo Io. de Imol. idẽ volẽtem in c. ij. in vl. cart. ext. de fen. Potestis addere aliud requisitum, quia ad inducendũ istam consuetudinẽ infeudandi bona Ecclesiæ requiritur bona fides, per ea, quæ habentur in c. fi. ext. de præsumpt. & in c. fi. ex. de consue. lib. 6. Aliquando tamen prælatus potest infeudare quantumcunque sit res, circa quam non erat inducta consuetudo infeudandi. Accipe exemplum, quando feudatarius Ecclesiæ alienauit rem feudalem in potentiorem, & Ecclesia non potest recuperare. Nã tunc poterit infeudari potentiori ad finem, quod recuperet. ita dicit eleganter Bald. in d. c. i. in verb. Abbatissa. in ti. qui feud. dar poss. allegat text. not. in c. ij. ext. de feud. Non obstat si dicatis, quòd prælatus erit periurus, quia iurare nõ tenetur infeudare Rom. Pont. inconsultò: quia respondet Bald. loco quo supra, quòd quãuis sit periurus, non tamẽ est depositus l. iubemus. §.

Oeconomus.C.de sacros.Eccl. Vnum etiam notetis ad quantumcunq; sit res consueta infeudari, si tamē seu. reuertatur ad Eccle. & ipsa Eccle. reperiatur egens, de paupertate potius debebit retinere illam rē, quàm infeudare alteri. Ita dicit Iac.de Bel.in præal.c.1.qui feu.da.pos.allegat tex.in auth. vt determina. sit num.

38 cleri.† Quid autem, si Ecclesia consueuit infeudari in masculos tantū, & concedit in feud. alicui recipienti pro se & successoribus suis tam masculis, quàm fœminis, vtrum infeudatio respectu fœminarum valebit? Ia.de Bel.in præal.c.1.arguit ad partes vtraq;, & tādem concludit, quòd non, nisi præcessissent benemerita recipientis.alleg.c.1.in tit.quemad feu.ad filiam pertine.non præcedentibus aūt ipsius benemeritis, non valeret illa infeudatio, quantum ad fœminas: quia consuetudo nō debet extendi de persona ad personā: arg. l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pac.no.in c.fi. ext.de offic. Archidia.Sed an saltem valebit, quantum ad masculos? Bal.in præalleg.c.1.in verbo, Abbatissa in tit.qui feud.da.poss.determi.quòd sic, allegat.l.si Titio & ei. ff.de le.2. Addite vos Io. de Imo. idē determinantem in d.ca.2.in vl.carta ext. de feu. Et pro hoc facit.quia in diuiduis & separabilibus vtile per inutile non vitiatur, vt vult gloss.in l.pecunia fœnebris.ff. de vsu. no. in l.1.§ si stipulanti.ff.de verb.obl. habetur in L.Sanc-

39 mus.C.de donat.† Quid autem si sit inducta consuetudo in Ecclesia infeudandi vnam vel duas res, an Prælatus poterit infeudare alias res? concludite quòd non, quia talis consuetudo non debet extendi de re ad rem.

l.1.§.

l.1.§.Iulianus.ff.de itin.actuq; pri. Et hoc est quod vult Bal.in præal.c.1.in v.r. Abbatissa.vbi dicit, quòd consuetudo habet tantum de potentia, quantum de actu. Si ergo cōsuetudo est inducta circa vnam vel duas res, non debet extendi ad alias res eiusdem Eccl.† An autem ille, qui tenet in feu. ab Eccl. potest eandem rem infeudare alteri? Iac.de Bel.in præal.c.1.in tit.qui feu. dar.poss. determinat quòd sic.vtrib. tamen concurrentibus. Primo quòd infeudet persona æquali. Secundo, quòd infeudet sub eisdem pactis & conditionibus sub quibus ipse habet. Tertiò quòd infeudatio non fiat in fraudem. De hoc habetis optimum text. cum glo. ordi. in c.1.§.præterea. in tit. de cap. Corra.in lib.feud. Limitabitis tamen determinationem istam, nisi esset feu. decimale.nam si laicus canonicè & ligitimè fuerit inuestitus ab Ecclesia de aliquibus decimis, talis feudatarius non poterit infeudare alium laicum de eisdem decimis. ita volunt Inno. Hostien. Ioann. Andre. Ioan. de Lign. & Dom. Panormi. in c. prohibemus. ext. de decim. Et dicit ibidem ipse Pano. quod Dd. communiter ita tenent, quicquid sentiat gloss. ibidem. Dicit etiam Iac. de Bel. in præalle c.1.in tit. qui feu. dar. poss. quòd si Ecclesia receperit feudum ab aliquo, poterit eam rē infeudare alteri seruatis his, quæ habentur per gloss. in præalleg. cap.1.§. præterea in tit. de ca. Corra. † Quæ- 41
ro vtrum ille, qui tenet feudum ab Ecclesia, possit illud vendere cum consensu prælati illius Ecclesiæ? concludite quòd si vellet vendere agnato proximiori successuro in illo feudo, potest hoc facere etiam sine con-

sensu prælati.c..§ & si clientulus.in ver. fratri.in tit. de fen.alie.si autem velit vendere alteri, la. de Bel.in præalle.c.1.in ti.qui fen.da.pos. dat duo remedia. Primum remedium est, quod ipse vasallus Ecclesiæ vendat cum consensu Prælati, & tutius esset etiam habere consensum Capituli, & pacisci expresse ante contractum, in ipso contractu, & post contractum, quòd emptor debeat recognoscere Ecclesiam in dominum, & recognoscere illud feudum ab ea, et ei servire de illo feudo. Secundum remedium, quod magis frequentatur, quòd ipse vasallus Ecclesiæ refutet illud feudum in manibus Prælati, & ipse Prælatus de poste aemere volenti. Et si ille volens emere timeat periculo euictionis stipuletur de euictione ab ipso vasallo, et faciat sibi cauere de indemnitate. An autem talis refutatio habeat præiudicare agnatis, tangitur in cap.1.in titul. de vasal. decre. ata. & in c. Titius. in tit. si de feud. defun fue. controu.

SVMMARIVM.

1 Castrum, villa, & municipium in quo differant.

2 Aedificare castrum vel fortalicium an alicui liceat in solo proprio.

3 Pertinentia castri qualiter sint consideranda.

4 Princeps concedés vel donans alicui castrum an intelligatur concedere vel donare iurisdictionem.

5 Princeps vendens castrum an & iurisdictionem

nem vendere censeatur.

Recognoscens se tenere castrũ in feudũ an intelligendus sit recognoscere iurisdictioné. 6

Concessio alicuius castri an cõprehendat molendina in aquis illius castri sita. 7

Vendito territorio an cẽseatur vendita quælibet iurisdictio. 8

Vendens castrum an intelligantur etiam venditi vasalli si qui in illo sint. 9

Inuadente aliquo castrum alienum an possit Princeps confirmare ipsi inuasori. 10

Tempore guerræ an possit dominus superior ponere custodes in castro quod tenetur in feudum. 11

Vendẽs castrum reseruata quadam domo an poterit postea illam domum in fortalicium ẽdificare. 12

Verba generalia sunt ciuiliter & prout ratio dictat intelligenda. 13

Duobus vnum castrum possidentibus si vnus expellat alium, an ille expulsus possit cedere omnia iura sua alteri. 14

Expensę factę in rerum custodia quo casu sint repetendæ vel non. 15

Castrum an in dubio præsumatur feudale. 16

Fideiussor, qui fideiusit pro Castellano alicuius castri, an teneatur pro robaria facta per ipsum Castellanum in territorio illius castri. 17

Præ-

18 Prædones castrorum cadentes à possessione nunquam possunt vendicare.

19 Papa concedens alicui castrum in feudum, an censeatur etiam concedere spiritualia.

20 Princeps an inuito vasallo & prælato possit ponere armigeros vel custodes in campanili Ecclesiæ.

21 Castellanus inuitatus ab inimicis an possit tractare cum ipsis domino ignorante.

22 Castellanus qui promisit castrum non ponere in manus inimicorum tenetur de hoc curam adhibere.

23 Vendens castrum an teneatur vsque ad illius traditionem custodire.

24 Castro commisso sub protectione an etiã censeatur commissa iurisdictio.

1 *DE castro rubei montis. ibi de castro. † Quæ differentia sit inter castrum, villam, et municipiũ, videte per Bart. in l. 1. §. 1. ff. de lib. agnos. per Bald. in l. ex hoc iure. ff. de inst. & iure. no. in l. si hæres. §. vicis. ff. de le. 1. † An liceat in solo proprio ædificare castrum seu fortalicium, Et an castrum diruptum liceat reædificare, habetur no. per Inno. in c. Pisanis ext. de restit. spol. † Et habetis in ista materia notare. quòd ca-*

2

-

3 *stro pertinentijs nihil corporale attributum est, nisi quod à Principe vel statuto sit assignatũ. Ita dicit Inn. in c. cum ad sedem. ext. de restit. spol. Et dicit Bald. in c. 1. in ij. colum. in titu. de consue. rec. feu. in lib. feu.*

quòd

quod castro nulla ineſt iuriſdi. actiuè, quia nullum eſt illi aſſignatum territorium, quod dicitur à terrendo. l. pupillus. §. territorium ff. de verb. ſig. Iuriſdictio autem paſſiua bene ineſt caſtro. l. nulli. §. quòd ſi in vico. C. de Epiſc. & Cler. & § ſi quis autem ex qualibet. cũ ſua glo. in authen. quib. mo. na. effi. ſui. Et quòd nullum corporale pro pertinentijs ſit attributum caſtro à Principe vel ſtatuto aſſignatum, tenet etiam Ioan. An. in nouel. in ca. ſi ciuitas. ext. de ſen. excom. lib. 6. Optimè faciunt no. per Bar. in extrau. quoniam nuper. in verbo Lombardiæ. Et per eundem Bar. in ſuo conſi. incipien. Quæritur vtrum iuriſdictio. † Sed an ſi Princeps concedat, vel donet mihi caſtrum, intelligatur cõceſſiſſe ſeu donaſſe iuriſdictionem? Bart. in l. ſi quando ad ſi. col. C. de bo. vacan. lib. x. determinat quòd ſic. Eandem opin. tenet Bald. in l. Cum multa. C. de bonis quæ lib. vbi dicit, quòd ſi Imperator vel Eccleſia Romana concedat alicui caſtrum, videtur illud conceſſiſſe cum pleniſſima iuriſdictione: quia beneficium Principis debet latiſſimè interpretari. l. beneficium. ff. de conſti. Prin. & c. cùm dilecti. in fin. ext. de dona. Eandem opin. tenet Ang. in l. 1. §. qui mandatam. ad ſi. co. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdictio. Idẽ voluit Do. Pe. de Anch. in c. præterea. ext de offi. & pot. iud. de leg. De qua materia vide per Bar. in locis allegat. per eundem in l. ij. ff. de ver. ſig. Et per Guil. de Cu. et Bal. in l. 1. §. cum verbem ff. de offi præfect. vrb. & per eundem Bal. in l. ſi. ff. de conſtit. Prin. Et per eundem in c. 1. in ti. de capt. qui curiam vend. & per eundem Bal.

in l.

in l.pe.C.de conditio.inser.per Specul.& Ioan.And.in ti.de iurisd.om.iu.in §.i.per Do.Floria.de Sancto Pe-
5 tro.in l.i.§.i.ff.de vsufru.pe.† Quid autem si Princeps vendat mihi castrum,an videatur vendidisse iurisdictionē in illo,vide no.per Bar.in l.inter eos.ff.de acquirerum do.in pœna vona, quia aliqui libri non habent
6 lectam illam rubricam.† Sed quid si quis recognoscat se tenere in feudum tale castrum à tali Duce vel Marchione,an videatur recognouisse iurisdictionem & territorium? Oldr. multum solemniter disputauit istam quæstionem,& eius argumenta & motiua pro vtraque parte refert Bal.in prædicto c.i. in ti.de cap.qui curiam vendi. Et tandem videtur determinare, quòd nō nisi obseruantia,vel communis modus loquendi,vel alius actus exterior aliam interpretationem inducat. Eandem opin.tenuit Iaco. Aluar.ibi.in d.c.i. Ego addo Alber.de Rosa.idem volen.in l fi. C.de iurisdi.om. iu. vbi etiam no.dicit,quòd si Rex concedat mihi castrum cum omni iure,quod ibi habetur, nunquam tamen videtur concessisse ius regium,quod ibi habet non sicut dominus,sed tanquam Rex:quia tale ius regium in specie verisimiliter non fuisset concessurus:ergo non debet venire in concessione generali.ar.l.obligatione generali.
7 ff.de pig.† Quæro etiam, Imp.concessit mihi castrum, an videatur mihi concessisse molendina,quæ sunt in aquis dicti castri? Bal. & Iaco. Alua.in prædicto.c.i. in ti. de capi. qui curi. vend concludunt,quòd si Princeps cōcessisset mihi iurisdictionē,per hoc nō intelligeretur concessisse molendina, quia licet iurisdictio sit sub

sub Imperatore,tamen molendina non sunt imperatoria.alle.l.Sed Celsus in §.i.ff.de contrahen.emp.& ea quæ habentur per gloss.in l.inter publica.ff.de verbo. signi.Si autem concedat mihi castrum cum pertinentijs,& omnibus iuribus spectantibus ad illud castrum, tunc benè venient molendina, dummodo sint ipsius concedentis,secùs si essent priuatarum personarum: quia illa non intelligerentur concessa. allegant l.Publius §. i.ff.de condi.& demon. Addit Bald. ibidem, quòd in generali concessione facta titulo lucrativo non venit nisi ius,quod habet ipse concessor.l traditio.ff.de acquir.re.dom. † Sed ponamus, quòd Baro habet certa prædia, in quibus habet quasdam domos, in quibus facit colligi pedagium,& exigi à transeuntibus, habet etiam ibi furcas erectas, quæ sunt signum meri imperij, ipse vendidit mihi illa prædia cum omni iure quod ibi habet,an videatur mihi vendidisse merum imperium, quod significabatur per illam erectionem furcarum, & an videtur mihi vendidisse ius colligendi pedagium seu passagium? Bald. eleganter in l. à procuratore. C. manda. determinat quòd non: quia aliud est proprietas feudorum, & aliud proprietas iurisdictionis: vnde vno concesso,non intelligitur concessum aliud, per ea, quæ no scribit Innoc.in c.ex literis ext.de iure patron. Non obstant illa verba generalia, Cum omni iure quod ibi habet.quia secundum Bal. debent referri ad ea,quæ sunt de natura rerum venditarum.vt vult Inno.in d.c.ex literis facit l.si stipulatus.ff.de vsur. Addite Bald.in d.l. à procur. tore,quòd si Baro vult vti

dicta

dictis domibus pro colligendo passagio, debebit soluere pensionem emptori. † Dubitatur etiam, quid si vendo
5 tibi castrum, & ibi habeo homines vasallos, nunquid sub venditione castri venient illi vasalli? Bald. in c. in generali in tit. si de feu. defunc. fuc controuer. determinat quòd non, quia castrum sunt muri et habitationes, vasalli autem sunt quid nobilius, quia homo est dignissima creaturarum. l iustissimè. ff. de edi edict. Itē contra si vendidi tibi homines meos vasallos, quos habeo in tali castro, non tamen videor vendidisse castrū, quòd vasalli sunt pars, & non totum: vnde nō comprehendit illud quod differt corpore & significatione se-
10 cundum Bal. in d. c. in generali † Vnum etiam notetis, quòd inuadenti castrum alienum de facto, Princeps non potest confirmare ipsi inuasori castrum, maximè & per surreptionem. gloss. not. in l. si qua. C. de fund.
11 & sal. rei dominica lib. xi. † Quaro virum tempore Guer. dominus superior possit ponere custodes in castro quod tenetur in feudū ab ipso domino. Ang. in authen. nunc si hæres. C. de litigio. & per illum textum determinat quòd sic. Subiungit ibidem, quòd ille, qui habet decimam in aliquo territorio, potest ibi apponere custodes pro suo interesse, ne decipiatur in decima per possessores. allegat l si ita. §. dominus ff. de vsu & hab. vbi Albe. de Rosa idem determinat, & ita me consulente fuit indicatum in quadam causa vertente inter Dominum Laynici, & populares, qui tenentur soluere deci-
12 mam castro Laynici. † Quaro etiam, quidam vendidit mihi castrum reseruata quadam domo, & antequam tradere-

traderet mihi castrum, fecit fieri vnum magnum fortilicium in illa domo, an hoc facere potuerit de iure? Concludite quod non, quia venditor nedum tenetur mihi plenè tradere, sed etiā tenetur mihi tradere tutò & liberè. Et quia fecit illud fortilicium in illa domo, non sinit me tutò & liberè possidere. c. Pisanus. ext. de restit. spol. Et hoc est de mente Bar. in l. ratio §. 1. ff. de act. empt. Addo Bald. idem expressè volen. in l. C. de pact. inter emp. & vend. Pone, Princeps concesit mihi castrum seu casiellaniam cum quarta parte obuentionum. Modò contingit, quòd quidam de illo loco commiserunt delicta contra ipsum Principem, per quæ debebāt perdere bona, an debeam habere quartam partem illorum bonorum: videtur dicendū quòd sic, quia socius socio communicat etiam ea, quæ sibi debentur propter delictum. l. cum duobus. § pen ff. pro socio. Itē nomen obuentionum est generalissimum, vt not. in l. si vrbana. ff. de condict. indeb. In contrarium facit, quia illud, quod alicui debetur in vindictam suæ iniuriæ non debet alteri conferre. text. cum gloss. in l. cùm emancipati. §. emancipatur ff. de collat. bo. Et hoc fortificatur optima ratione, vt ipse Princeps habeat vltionem suæ iniuriæ. text. est not. in capit. 1. §. pen. in titu. quæsit prima causa benef. amit. in li. feu. Secùs si essent pœna, quæ deberentur ex alijs delictis inter alios commissis, quia tunc deberem habere quartā partem obuentionum. Et istam partem teneatis, quam tenet Bald. in c. 1. in pen col. in titu. de capi. qui curiam vend. in vsib. feud. Aduerte suprà proximè contraria

allegata respondebitis, & primo ad l. cum duobus. §. pe. quòd multa sunt specialia in societate vniuersali. hinc videmus, quòd dominium transit sine traditione per contractum societatis vniuersalis. l. ij. ff. pro socio. l. 1. §. 1. cum sua gloss. C. de vsucap pro dote. Ad aliud, dum dicebam per verbum generale debet generaliter
13 intelligi, † respondete, quòd verba generalia debent intelligi ciuiliter, & prout ratio dictat & non abusiuè. l. si cui ff. de seruitu. generali. l. creditor. §. Lucius ff. manda. & l. obligatione generali ff. de pignorib. & c. in generali. in titu. si de feu. defun. fue. contro. Quaro etiam, mulier dedit viro in dotem vnum castrum cum iurisdictione in territorio illius castri: quidam homines commiserunt certa maleficia, propter quæ eorum bona fuerunt confiscata, vel pœnæ & multa fuerunt contra eos impositæ, an pertinebunt ad maritū, an verò ad mulierē? Concludite, q; pertinebunt ad maritū, qa sunt fructus iurisdictionis, & fructus rerum dotalium spectant ad maritum pro oneribus matrimonij. l. pro onerib. C. de iu. do. Ita no. determinat Bart. in l. fin.
14 in princ. ff. solut. matrim. Et omnes sequuntur. † Item quæro, sunt duo Fratres habentes vnum castrum cōmune, vnus expulit alium de facto, expulsus iuit ad quandam ciuitatem ibi propinquā, & mediante certa pecunia cedit illi ciuitati omnia iura sua in illo castro, an cessio sit valida? Cōcludite quòd non, & sequitur Paul. de Ca. in l. cū allegas. C. ne fis. vel Respub. procur. ali. patro. cau. præst. Vlterius quæro, Princeps tēpore Guerræ indigebat fortilicio sui vasalli, vt habilius pos-

sius posset facere Guerram contra hostes, ipse princeps cepit illud castrum, quod facere potuit etiam inuito vasallo. l. 2. C. de naui. nō excusan. li. xi. Et ipse princeps, vt melius posset bellare, fortificauit illud castrū, & ibi fecit magnam impensam: finita Guerra vasallus repetit illud castrum. Princeps dicit, quòd vult sibi refici impensam factam fortificatione illius castri, an debeat sibi refici per vasallum? Concludite quòd non: quia principaliter fecit illam impensam ad sui vtilitatē, licet secundario cedat in vtilitatē vasalli: sed inspicimus, quod principaliter agitur. l. si quis nec causā. ff. si certum petat. l. 1. ff. de auctor. tutor. bene faciunt ea, qua habentur in l. 2. §. idem Labeo ff. ne quid in lo. pub. & in l. fin. ff. de impen. in re. do. fac. & in l. ex duobus. ff. de negot. gest. Ita in terminis decidit Bald. in titu. Procon. & Leg. ff. de offi. Et quòd in casu prædicto Princeps etiam inuito vasallo possit fortificare castrum, tenet Alberic. de Rosa. in l. fin. ff. de vsu. & habi. † Dubitatur, legatario est legatum castrum vel 15
fortilicium, aduenientе conditione legati, hæres petit expensas medio tempore factas pro custodia illius castri, an possit talem impensam, vel mulier soluto matrimonio repetit castrum, quod viro dederat in dotē, vir seu eius hæredes petit impensam factam pro custodia illius castri an possit? concludite quòd non: quia quotiescunq; ex natura ipsius contractus, vel quasi, vel vi obligationis quis tenetur ad custodiam, non potest repetere impensam factam pro custodia, aliàs sic.

ita volunt Ang. & Imo. in l. sumptus. ff. de leg. 1. Et dicunt hoc esse notandum, quia sæpè oritur contentio inter magnos dominos de impensa custodiæ, quando agitur de restitutione ciuitatum, vel castrorum, & te-
16 nebitis menti dictam diuisionem.† Item quæro, an castrum præsumatur esse feudale? ego sæpè consului, q̃ non, nisi aliter probetur: quia res non præsumitur esse feudalis: imò libera & allodialis, nisi probetur aliter. Ad hoc adduco not. per Io. Andr. in addi. ad Specul. in titu. de feud. §. quoniam super homagijs. versicu. xxx. in quadam additione, quæ incipit, Cessante. & ita vult Bald. in c. inter filiam. in titu. si de feud. defunct. fue. controuer. Et idem Bald. in ca. 1. §. si autem. circa iij. co. in titu. de controuer. inuesti. & idem Bald. in l. libertas. ff. de statu homi. & in authen. sicut. C. de sacrosanct. eccle. Et probatur optima ratione, quia feudum est species seruitutis, gloss. notabi. in l. si cuius. §. 1. ff. de vsufruct. Et omnis res præsumitur libera, non autem seruilis, nisi constet de contrario. l. altius. C. de serui. & aqua. Pro sententia prædicta adduco Bald. in capit. significauit. ext. de rescript. vbi dicitur, quòd etiam Comitatus præsumitur allodialis, nisi probetur feudalis, quia secundum eum omnis lex præsumitur libera, si tamen tenens castrum prætenderet habere iurisdictionem: certè illa iurisdictio non præsumeretur teneri iure priuato, sed potius iure publi. quod consistit in Magistratibus l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure, quod est de iurisd. vt patet in definitione ipsius iurisdictionis, quia est potestas de public. introducta l. 1. ff. de iuris-

de iurisdict. omnium iudic. no. per gloss. magnam circa medium. in §. Iusiurandum vero. in authen. de defen. ciuita. Et ipsa iurisdictio tanquam minus plena deriuatur à plenissima, quæ est in principe l. 1. in princip. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. & l. more. & l. & quia. in verbo. principaliter. ff. de iurisdi. omni. iudic. Stant enim simul, quòd corpora locorum, puta castrũ iure priuato tenerentur, & sint allodialia, & tamen iurisdictio iure publico teneatur, vt patet ex notatis per Innocen. in c. cæterum. ext. de iudi. dum facit differentiam inter feudum rerum, & feudum iurisdictionis. Et ita in propriis terminis decidit Pau. de Cast. in suo consi. clxiij. quod incipit, In nomine Domini amen. in causa quam magnificus habet in ix. co. illius consilij.† Item quæro: fideiussor, qui fideiussit pro ca- 17
stellano castri seu rocha, an teneatur pro robaria facta per ipsum castellanum in territorio ipsius castri? Bald. in l. 1. in prin. ff. de magi. conuen. determinat, q̃ non, quia fideiussit apud rempublicam, non autem apud priuatos, quod notetis, sed ego limitarem istud dictum, nisi forma fideiussionis esset latè concepta, iuxta ea, quæ infrà dicam. Sed ponamus, Princeps commisit custodiã castri alicui castellano, deinde fuit facta violẽtia illi custodi per inimicos, an ipse castellanus tenebitur? Distingue, quòd aut illa violentia processit culpa castellani, puta, quia non habebat arma ad se defendendum, vel non habebat victualia necessaria, & tunc ipse tenetur. arg l si merces. §. culpæ. ff. loca. Aut non præcessit culpa, & tunc nõ tenetur. l. quæ fortuitis.

18 C.de pig. act. † Item prædones castrorum debent esse aduisati, ne cadant à possessione, quia si caderent, non possent vendicare, imò etiam debent esse aduisati illi, qui à principio inceperunt possidere castrum etiam bona fide sine titulo, quia si possessio reuerteretur ad verum dominum castri, non possent vendicare castrum à vero Domino. Ista sunt verba Angel. in l. si quis em-
19 ptionis. C.de præscript. xxx. vel xl. annorum. † Quid autem, si Papa concedat castrum in feudum alicui Comiti, an in tali generali possessione veniant spiritualia? Innocen. in cap. ex literis. extr. de iure patron. determinat quòd non. Sed quæro, vtrum ille, qui habet castrum in custodiam à Principe, debeat credere literis generalibus principis, per quas mandat, quòd reddatur castrum. Concludite quòd non, sed debet ipse custos recipere signa specialia sibi à Principe data, & si credat literis generaliter Principis, non excusatur, imò punitur. Ita eleganter dicit Bald. in capit. significauit. extr. de appel. Vlterius quæro, Princeps cõmisit custodiam castri castellano per tempus semestre, quidam fideiussit pro illo castellano, deinde in absentia fideiussoris Princeps prorogauit illud semestre ad tantundem tempus, vtrum fideiussor tenebitur? Ange. nota. in l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pac. determinat quòd non. benè facit l. si cùm Hermes. C. loca. Item fideiussores custodum castrorum & fortiliciorum nõ tenentur ex eo, quòd ipsi custodes & castellani fuerint condemnati ob proditionem factam. Ita no. dicit Alber. de Rosa. in l. 1. ff. de in litem iuran. Ego limitarem hoc

procedere, nisi forma fideiussionis fuisset latè concepta, per ea, quæ habentur in l. fideiussores Magistratuum. ff. de fideiuss. Et notabitis, quòd ille Princeps dicitur possidere castrum, ad cuius instantiam ibi ponitur castellanus. Ita dicit Baldus in l. traditionibus. in princip. colum. C. de pact. † Sed dubitatur, vtrum 20
Princeps inuito vasallo possit ponere gentes armatas, vel custodes super campanili vel turri Ecclesiæ inuito Prælato? Videtur prima facie dicendum quòd non, quia res ecclesiæ prohibentur alienari. cap. sine exceptione. xij. quæst. ij. & ca. nulli. ext. de re. Eccle. non alie. & l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. Ergo multò minus debent posse occupari. Item in re propria quilibet est moderator & arbiter. l. in re mãdata. C. mand. In contrarium facit, quia Princeps hoc facit tempore Guerræ pro defensione patriæ & Reipub. & nos habemus, quòd vtilitas publica est præferenda priuatis. l. vnica. §. pen. C. de ca. tol. Et ista secunda opinio est verior de iure, vt voluit Iaco. de Raue. Pet. de Bellaper. & Ang. in l. nullus. C. de sum. trin. & fide cathol. Ad argumenta in contrarium facta respondetur, & primò ad iura allegata prohibentia res ecclesiæ alienari, q. ista nõ est alienatio sed pro necessitate incumbenti, & pro defensione Reip. Ad l. in re mandata. dicite, quòd procedit, dummodò ille, cuius est res, disponat, seu disponere velit secundùm iuris ordinationem.
† Habetis etiam notare, quòd Castellanus inuitatus 21
ab inimicis vt prodat castrũ, potest attendere ad illam inuitationem, & facere duplicem tractatũ sed cũ inimi-

micis prius tamen, hoc nuntiato domino castri. Ita dicit Ang. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. Et idem voluit ipse Ang. in l. si quis seruo persuaserit. & per illum tex.
22 C. de fur. ego non laudo, quòd ita fiat. † Item castellanus, qui promisit non ponere castrum in manibus inimicorum, tenetur etiam curare, ne castrum deueniat ad manus ipsorum inimicorū: alioquin si posset impedire & non impediat, dicitur prodere castrum. l. si. C. de acqui. poss. Ita determinat Ang. in l. non impossibile. in fin. co. ff. de pac. Non obstat, q; habetur in l culpa caret. ff. de reg. iur. & in l. metum. § sed licet. ff. quod met. causa. vbi habetur, quòd ille, qui potest impedire offensam committendam in alium, & non impedit, non tenetur, quia respondetur, quòd illa iura loquuntur, quando quis non est obligatus ad impediendū, sed secùs est in casu nostro. An autem ille, qui non est obligatus impedire offensam committendam in alium, licet non teneatur in foro contentioso, an saltē teneatur in foro conscientia, vide glo. in d. l. culpa caret. dicit etiā ipse Ang. in l. metū. ff. quod met. cau. Nota contra miseros castellanos & custodes castri, qui immediatè cùm intelligūt obsessionem castri esse fiendam per inimicos, illicò recedunt: nam malè faciunt & sunt puniendi: non enim ad sonum tubæ vel eorum debent recedere de castro, sed viriliter se defendere, si tamen inimici iam inuasissent, & castellanus postea recedat, non est puniendus. quod notetur: dicit etiam Bald. in c. illud. ext. de maio. & obed. quòd castellanus non debet exire de castro etiam pro dando subsidiū toti ciuitati, dicit

dicit etiam Sali in l. s. C. de custo. & exhi. reo. quòd castellani castrorum & vocharum debent de nocte custodias duplicare. alias eis imputabitur. † Quaro etiam, quidam vēdidit mihi castrum, nunquid ante quàm ac- 23
cipiam possessionem teneatur ipse venditor illud custodire? Bald. in l si traditio. C. de ac. emp. determinat quòd sic. Moueo etiam vobis elegantem dubitationem, quidam promisit alteri accommodare castrum suum seu turrim contra omnem hominem, vtrum ipse promissor tenebitur accommodare contra semetipsum? Concludite quòd nomina vult gl. ord. in c. petitio. ext. de iureiuran. Et est ratio, quia in generali sermone nō comprahenditur persona loquentis. l. inquisitio. C. de solut. Et hanc opinio. tenuerunt Dd. in l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. plus voluit Cyn. & Bal. in d. l. cùm acutissimi. C. de fideiussо. quod non tenebitur neq; contra semetipsum, neque contra eius descendentes, plus voluit ipse Baldus in l. i. xliij. quæstio. ff. de verū dimissione quòd non teneabitur accommodare contra proximos suos, allegat. l. humanitatis. C. de excu. tut. Sed contra proximè dicta videtur esse text. in c. i. in fin. in titul. hic finitur lex, & incipiunt consue. reg. vbi habetur, quòd vasallus tenetur adiuuare dominū contra patrem, & contra filios. Sed pro concordia dicetis secundum Alber. de Rosa. in d. l. si frater à fratre. quòd text. in d. §. si. loquitur in vasallo. qui propter iuramentum fidelitatis, quod tenet à Domino, est obligatus iuuare Dominum: nos verò loquimur in alio, quàm in vasallo. In quæstione prædicta, vt ipse teneretur accom

modare contra patrem & contra filios, videte omnino Bart. in l. consulari. ff. de fena. & Bald. in l. dominos. in antepenult. colum. C. quòd cum eo. Aduertite etiã, quia ille, qui promisit accommodare castrum seu turrim contra omnem hominem, non tenetur contra suam propriam ciuitatem seu patriam. ita vult gloss. valdè notabilis in cap. de forma. xxij. quæstio. v. habetur per Bald. in c. a. i. in princip. in titul. de no. form. fide. in ij. colum. Non teneretur etiam accommodare contra Papam per not. in d. c. petitio. neque etiam contra Imperatorem. c. imperialem. §. fi. in titul. de prohib. alien. feud. per Fed. neque etiam ille, qui promisisset suo Baroni accommodare castrum seu turrim contra hominem, teneretur contra Regem superiorem, qui non recognosceret superiorem. per not. per Specul. in titul. de feud. §. ij. ver. v. dico. & per Bal. in d. c. imperialem. §. fi. quasi ad fi. eo. Et hæc benè notetis.† Adhuc dubitatur, quod si castrum committitur sub protectione & regimine alicuius, an ille dicatur habere iurisdictionem in illo castro, vt singulariter per Bart. in l. i. C. de excusa. mino.

24

SVMMARIVM.

1 Merum imperium quomodo diffiniatur.
2 Nobilis quid consequatur dũ illi castrum conceditur.
3 Carcer est quadruplex.
4 Inuestitus de castro cum mero imperio an possit

sit omnia quæ sunt meri imperij.
Inuestitus de castro cum mero imperio an po- 5
terit bannire subditum.
Pœnæ pecuniariæ an sint meri imperij. 6
Nobilis inuestitus de castro cum iurisdictione 7
tantùm an possit concedere statuta in suo territorio.
Inuestitus cum iurisdictione de aliquo castro 8
an possit facere confiscationem omniũ bonorum alicuius, aut gratiam dare condemnato ad mortem.
Merum habens imperium an habebit cogno- 9
scere de causis appellationum.
Inuestitus cum iurisdictione tantùm an pote- 10
rit dare licentiam tollendi corpora suspensorum ad furcas.
Verba ista, Do & concedo tibi tale castrum cũ 11
plena iurisdictione, an includãt merum imperium.
Verba ista, omnimodam iurisdictionem, quid 12
importent.
Merum imperium an possit per præscriptio- 13
nem aut consuetudinem acquiri.
Merum imperium non potest contra Impera- 14
torem præscribi.
Vacante imperio succedit Ecclesia, sed an po- 15
terit currere præscriptio.
Merum mixtumque habens imperium & om- 16
nimodam iurisdictionem in aliquo loco an pote-

poterit imponere talias seu collectas, aut noua pedagia. & nu. 18.

17 Merum habens imperium aliquo loco an debeat succedere decedentibus absque hę rede.

19 Merum habens in aliquo imperium an poterit præscribere ius colligendi pedagium in loco suo.

20 Vsus colligendi pedagia per tempus, cuius initij memoria non extat, in contrarium præsumitur iustius.

21 Vasallus an & quanto tempore possit præscribere aut acquirere reius pedagiandi.

CVM mero mixto imperio & omnimoda iurisdictione. † Ibi cum mero. Hoc ante omnia est videndum de diffinitione meri imperij. Bar. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. sic definit, merum imperium est iurisdictio, quæ expeditur officio iudicis, publicam vtilitatem concernens: Addit Bart. ibidem quod sub hac definitione comprehenduntur etiam nedum causa inquisitionis, hoc est, quando iudex super crimin. procedit per inquisitionē. iuxta c. inquisitionis. ex. de accus. et no. in l. ex quidē. C. de accus. et in l. ij. §. si publ. ff de adul. sed etiam causæ accusationis nam causa ista criminales expediūtur officio iudi. nobilis: nō aūt expediūtur per actiōes, quibus deseruiat iudicis officiū mercenarium. sed ipse Bar. in hoc videtur sentire contrarium in l. index. ff. de re iud. Sed vos teneatis opi. Bar. in d. l. imperium. & saluando Bar. à contrarietate, po testis

testis dicere quod in l. index supra allegata loquitur de officio iudicis, quod deseruit accusationi iam instituta, puta in citando, seu in dando dilationes: sed in d. l. imperium, loquitur de officio iudicis nobili, quo instituitur accusatio, scilicet quando accusator petit reum à iudice puniri, et pro ista opi. est optimus tex. in l. placet. C. de pedā. iud. in ver. quod non ita. dum text. ibi dicit, ex officio, & indubitanter ille tex. loquitur de officio iudicis nobilis: alioquin ille ver. non differret à principio illius l. & dicitur ibi, quòd causa indelegabiles expediuntur officio iudicis, subaudi nobili. Et illæ causa indelegabiles sunt causæ meri imperij. l. i. in principio. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. Non obstat l. illicitas. §. fi. ff. de offi. Præsi. quia respondetur, quod loquitur in mulcta: & magna est differentia inter pœnam & mulctam. l. aliud. §. inter mulctam. et l. si quacum gloss. ff. de verb. sig. Et plus arbitrij habet index in mulcta, quàm in pœna vt no. per Bar. in l. i. in fin. ff. de pœn. & in d. l. si qua pœna. & per Canoni. in c. nisi specialitas ex. de offi. Leg. † Sed quæro, quid consequitur nobilis, quando illi castrum conceditur cum mero imperio? Concludit, quòd poterit animaduertere in facinorosos homines, & imponere seu imponi facere pœnam mortis vel mutilationis, prout qualitas delicti exigit. l. imperium. ibi, Animaduertendi in facinorosos homines. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Item in suo territorio, in quo habet merum imperium, poterit erigere furcas. Nam erectio furcarum est signum meri imperij, vt dicit Bald. in l. i. C. vt nemi. liceat sine iud. aucto.

1

2

auct. prædijs alien. sig. impo. vnde infert ibidem, quòd si inter duas ciuitates sit contentio de mero imperio, non licebit alteri earum lite pendente erigere furcas, alioquin altera pars poterit propria auctoritate euellere. l. i. C. Vt nemini licer. sine indic. *auct. sig. imp. &c.* quia erectio furcarum sit signum meri imperij. vult etiam Baldus in l. à procuratore. C. mand. habetur per eundem Balduum in cap. i. in titul. quid sit inuestitura, & per Ange. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufru. Item poterit ipse nobilis inuestitus de castro cum mero imperio carcerare, seu carcerare facere subditos, vel
8 alios delinquentes in suo territorio. † Aduertite tamen pro declaratione, quòd quadruplex est carcer. Quidam enim est perpetuæ pœnæ iuxta dispositionem sacrorum canonum aliquando imponentium pœnam perpetui carceris. c. nouimus. ext. de verb. sig. habetur in c. cùm non ab homine. & in c. at si clerici. ex. de iud. Et isto casu quia pœna perpetui carceris æquiparatur pœnæ mortis, vt voluit Innoc. in c. qualiter & quando. ext. de accu. isto casu carcer est meri imperij. Aliquando carcer est modicæ coercitionis, vt est dare exemplum, quando baiulus seu nuntius, cuius facit falsam imbasiatam. Nam iudex potest eum iubere detrudi in carcerem l. ij. C. de sportu. Et hoc casu carcer non est meri imperij. Aliquando verò carcer fit gratia custodiæ, & tunc debemus inspicere causam propter quã. Nam si fiat causa litis pecuniariæ, non erit meri imperij, sed iurisdictionis. si verò fiat ex causa criminis perpetrati, tunc carcer erit meri imperij. Aliquando carcer

cer est domesticus, qui tamen non permittitur nisi in casibus à iure de offi. Præs. Et hoc modo carcer non est sub aliquo gradu iurisdictionis, quia permittitur etiã priuato. Doctrinam prædictam de quadruplici specie carceris Bald. ponit in d. l. imperium. in i. lect. ff. de iurisdi. om. iud. nam hu legit illam. l. † Item inuestitus de castro cum mero imperio poterit tormentare, seu tormentari facere, quia talis tormentatio est meri imperij, & ideò est indelegabilis. §. si verò ignoti. in authen. de testi. Item poterit absoluere in causa criminali, quia talis absolutoria est de mero imperio sicut condẽnatoria in causa criminali. Nam absolutoria & condemnatoria non differunt penes speciem iurisdictiõis, licet differant quantum ad formam pronuntiationis: & ideo talis absolutoria in causa criminali non poterit delegari, sicut nec condemnatoria. tex. est not. in l. solent. ff. de offi. Proconsu. et Leg. † Item inuestitus de ca- 5
stro cum mero imperio poterit bannire subditum. quia bãnire est de mero imperio. l. illicitas. §. qui vniuersas. & ibi Bald. hoc notat. ff. de offi. Præs. Item poterit relegare. quia relegatio est de mero imperio secundum Bal. in d. l. imperium. allegat ea, quæ habentur in §. Item relegati. instit. quib. mo. ius pa. po. sol. Item poterit fustigare, quia fustigatio est meri imperij, & vbi non exigitur plena causæ cognitio est de mero imperio per not. in l. ictus fustium. ff. de his qui no. infa. & l. lenia. ff. de accusa. Et ita not. Bald. in d. l. imperium. † Sed an pœna pecuniaria dicãtur esse de mero imperio? 6
Bar. in d. l. imperium ff. de iurisdi. om. iu. probat & mul-

da sen

cta seu pœna quantumcunque leuis est de mero imperio, & propterea videtur quòd Baldus malè dixerit in l. fin. ff. de offic. Præfec. vigil. vbi dicit, quòd si Papa seu Princeps concedat mihi nomina in tali castro excepto mero imperio, quòd isto casu omnes pœnæ pecuniariæ pertinebunt ad me, quia non comprehenduntur sub re-
7 *seruatione meri imperij. Et ex mente Bar. in d. l. imperium tenet opi. Bar. contra Bald. † An autem nobilis inuestitus de castro cum iurisdictione tantùm possit condere statuta in suo territorio. Ang. mirabiliter in d. l. imperij, in ij. colum. determinat, quòd non, quia condere legem est de mero imperio, vnde non competit alij, quàm Principi. l. non ambigitur ff. de legib. Ego tenerem contra Ang. quia potestas statuendi dependet ab habente iurisdictionem. Item notant Cano. in c. cùm omnes. & in c. cùm accessissent. ext. de consti. & Ang. in l. i. ff. quod quisque iuris. not. per Bar. in l. omnes populi ff. de iust. et iur. vnde si nobilis est inuestitus de castro cum iurisdictione, etiamsi sit apposita dicta taxatiua tamen tantum potest condere statuta. Ad motiua Ang. ego responderem faciendo, quod condere legem vniuersalem est de mero imperio supremo, sed condere legem particularem est magis iurisdictionis simplicis, quã meri imperij: vt supra probaui. Et propterea Bal. eleganter in l. nulli. C. de sen. & interlo. om. iudi. quærit an condere statuta, sit meri imperij, an verò iurisdictionis? Et respondetur, quòd aut loquimur complexiuè, & tunc est meri imperij, quia benè possent fieri statuta de reseruatis principi: Aut loquimur distributiuè,*

&

& tunc debemus inspicere qualitatem materiæ subiectæ. si ergo nobilis est inuestitus cum mero ac mixto imperio, & iurisdictione omnimoda, indubitanter in terra sua poterit facere statuta etiam pœnalia. † Sed an 8 *inuestitus taliter poterit facere confiscationem omnium bonorum alicuius? Videtur dicendum, quòd nõ, per l. 1. & etiam in rubr. C. ne fine iuss. Princi. lic. confisca. In contrarium determinabitis, quia glo. ibidem determinat, quòd habentes merum imperiũ benè possunt confiscare. & videte ibidem plenè per Bartho. de Sal. Sed an inuestitus modo, quo suprà post latam sententiam in causa capitali poterit facere gratiam condemnato? Concludite quòd non, sed rescribere principi. l. 1. §. 1. ff. de quæst. & l. Diui fratres. ff. de pœ. Et ita colligitur ex no. per Bar. & cateros. in l. acta. §. de amplianda ff. de re iudi. & per Bald. in d. l. imperium. in prima lectu. vbi numerat omnia reseruata principi.*
† Sed an ille, cui concessum fuit merum imperium, 9 *habebit cognoscere de causis appellationum: vt ecce habens merum mixtumq; imperium, & omnimodam iurisdictionem in loco, vbi constitit potestatem, seu vicarium generalem habentem ordinariam iurisdictionem, vertitur causa corã illo ordinario, pars quæ succubuit, appellauit ad dominum illius loci, qui ibi habet merum imperium, & omnimodã iurisdictionem, an poterit cognoscere de ipsa appellatione? concludite quod non, quia cognitio ipsarum causarum appellationum non venit in generali concessione meri & mixti imperij & omnimodæ iurisdictionis, nisi nominatim hoc*

vim hoc exprimatur in inuestitura, ita colligitur ex not per Ang. in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdict. & ex not. per Cano. post Innocen. 10 in c. cæterum ext. de iud. † Item inuestitus modo quo suprà, non potest dare licentiam tollendi corpora suspensorũ ad furcas, sed est consulendus Princeps, quia ad eum spectat dare talem licentiam. tex. habetis in l. 11 2. ff. de cadaue. punit. † Sed quid si habens merum & mixtum imperium, ac omnimodam iurisdictionem in loco. dicat, Do & concedo tibi tale castrum cum plena iurisdictione, an sub istis verbis includeret merum imperiũ? Bal. in l. placet. in pe. col. C. de peda. iudi. determinat q; sic, quia per illud nomẽ Castrum, significatur territorium, cui inest merum & mixtum imperium. l. 1. §. cùm orbem. ff. de offic. Præf. vrb. allegatipse Bald. ad hoc no. in cap. quòd translationem. extr. de offi. leg. Et no. in c. conquestus. ext. de for. compe. & in Clem. 1. extr. illo eo. ti. de fo. compe. & in c. veniens. extra de verbo. signifi. Ego ad comprobationem huius decisionis allego tex. cum gl. in l. si in aliquam. §. cùm plenissimam. ff. de offi. Proconsi. & Leg. vbi gloss. dicit, quod per hoc verbum, Plenissimam, denotatur merũ imperium, & per verbum, Pleniorẽ, denotatur mixtũ, & per verbum. plenam denotatur iurisdictio. benè facit tex. in c. præterea. in verbo, plenariam. ext. de offic. de le. Adduco etiam glo. & no. Dd. in d. c. conquestus. Nam gl. exponit ibi in isto verbo, Pleno iure, id est, cũ temporali & spirituali iurisdictione, & Dd. ibi interpretantur ista verba, Pleno iure, id est, cum mero & mixto

mixto imperio. Addite glo. in c. 2. xi. dist. vbi gloss. dicit, quòd iurisdictio Papæ est plena iurisdictio: Episcoporum verò est semiplena. Addite etiam pulchram gloss. in Clem. extra de probat. quã glo. dicit no. quòd plena probatio importat præsumptionem iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium: quod notetis pro iuribus dicentibus plenam probationem. Addite tex. in cap. suborta. ibi plenariam libertatem. ext. de re iudi. Et ex autoritatibus præditis ego colligo, quòd istud verbum, Plenariam, recipit interpretationem secundum materiam subiectam, & ita etiam notatur in dict. ca. præterea. † Quid autem 12 importent ista verba, Omnimodam iurisdictionem, est gloss. & melior de corpore iuris in dict. Clem. 1. in verbo, Omnimodam. extr. de for. competit. † Moneo 13 etiam vobis pulchram dubitationem, vtrum merum imperium possit acquiri per præscriptionem seu consuetudinem? Bald. in l. imperium in 2. lectu. circa. vij. co. videtur velle quòd sic, monetur, quia videmus quotidie quòd Princeps concedit merum imperium, vnde ex hoc licitum est arguere hoc modo. Ea quæ sunt cõcessibilia sunt præscriptibilia l. quod Principis. ff. de aqua plu. ar. l. 3. C. de vectiga. & cõmissu. l. quo minus. ff. de fluminib. & l. Imperatores. ff. de publica. Et pro hac opinio. addit l. 1. C. de emancip. liber. optimè facit l. viros. C. de diuer. offi. li. xij. Sed Ia. de Aret. tenebat contrarium, motus, quia merum imperium habetur à lege. l. 1. in princip. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdictio. Mouebatur etiam per. l. ius emphyteutici prædij.

C.de fund.patrimo.li.x. Io. de Imo.in c.cùm contingat.ext.de foro compe.ad fin.col.dicit, quòd communis opinio Dd.tenet merum imperium posse acquiri ex præscriptione seu consuetudine per dict.l. viros.& per d.l. 1.C.de emanc.li. Ad iura allegata per Iac.de Are. ipse respondet, quòd illa.l.1.ff. de offi. eius. nõ facit pro eo, sed contra: quia dicitur ibi, quòd merum imperium habetur à lege: ergo & consuetudine potest acquiri, quia consuetudo est lex l.de quibus.ff.de legi. Ad l.ius emphyteutici. respondet, quòd potius est oppositum: quia licet in casu illo non currat præscriptio xxx.anno.tamen ibi notatur, quòd curret præscriptio xl.annorum. Addite Imo.in dict. cap.contingat. quòd merum imperium potest præscribi data scientia & patientia eius, contra quem præscribitur.l.1.& 2.C.de seruit.& aqua. aliàs non procederet præscriptio in isto iure incorporali benè facit l.pen ff. de ser. titu. gene-
14 rali. † Ex hoc infertur, quòd contra Imperatorem non poterit præscribi merum imperium in locis, in quibus non potest dari scientia & patientia Imperatoris propter nimiam distantiam & ita nõ. Bar. in l. 1. in fi.
15 ff. de aqua plu arcen. † Sed an vacante imperio per mortem Imperatoris, quo casu succedit ecclesia, vt no. in c.licet ex suscepto.ext. de foro compe. poterit currere præscriptio ad acquirendum merum imperium? Bar.in d.l.1.§.fin.ff.de aqua plu.arc.dubitauit, & nõ determinauit, imò reliquit cogitandum. sed Do. Cardi. Flor. & Imo. in præallegato.c.contingat. determinant, quod vacante imperio non currat præscriptio contra

contra Imperatorem ad acquirendum merum imperium, quia imperium tunc caret suo speciali defensore & administratore. allegant Innoc.in c.olim.1.ext. de rest.spo. vbi dicit, quòd licet Prælatus superior posset agere pro ecclesijs inferioribus, quæ nõ sunt immediatè, sed mediatè sibi subiecta.c.fin.ext. de suc.ab inte.& hoc voluit glo.in l.sancimus.C.de sacrosanct.eccl. quæ dicit Episcopos posse agere pro capellis sibi subiectis, tamen si ecclesia inferior careat suo speciali administratore, interim non curret præscriptio aduersus eam. Aduertite tamen, quia est magna differentia, an quis dicat se habere iurisdictionem ex consuetudine seu præscriptione, an verò concessam ab eo, qui habebat potestatem concedendi: quia primo casu, quando fundat se super præscriptione seu consuetudine, & probat se fuisse vsum iurisdictione in certis capitulis seu certis actibus, tunc non dicetur præscriptum, nisi in illis capitulis. Et hoc est, quod dicimus, Quatenus præscriptum, Quatenus possessum. quando facit fundamentum super concessione sibi facta per habentem potestatem, probata quasi possessione iurisdictionis, in aliquibus actibus seu capitulis, tunc retinetur in omnibus alijs. Ista est elegans doc. Bart.in l.1.§. si quis hoc interdicto ff.de itine.actuq; pri. Ego addo Ang. idem volentem in l. vna est via.ff. de seruit. rustl. prædio. habetur per Specu.in titu.de præscrip.§.1. ver.sed pone, quòd miles.de quo per Cano.in ca. dilectus ext. de capel.monac. † Quæro vlterius, vtrum habens merum 16
mixtumq; imperium, & omnimodam iurisdictionem

in loco posit hominibus, & subditis suis imponere talliam seu collectam? videtur prima facie dicendum, quòd sic, quia cum ipsi sint, omnia sua esse cognoscãt. ita dicit tex. in l. fi. C. in quib. cau. col. censi. lib. xi. Sed opinio contraria est de iure verior, quia impositio collectæ est de regalibus, & ideo soli principi competit. c. 1. in titu. Quæ sint rega. in lib. feud. Et ita in propriis terminis determinat Bald. in l. cùm multa in fin. C. de bonis quæ liber. Idem tenet ipse Bal. in l. hi quibus. C. de fideicommiss. liber. Ad argumentum suprà in contrarium factum respondebitis, quod procedit quoad defensionem & protectionem. Sed an talis nobilis poterit petere à subditis suis adiutorium, quando maritat filiam vel duxit vxorem? Bald. in cap. 1. §. similiter. titu. de capi. Corra. in vsi. feud. determinat quòd subditi non tenètur præstare adiutorium domino suo, quando maritat filiam suam, vel ducit vxorem, nisi super hoc esset specialis consuetudo. & hoc etiam est de mente Pau. de Ca. in l. neminem. C. de sacrof. eccl. Addite, quòd ad præmissa benè faciunt no per Bal. in cõmento pacis constantiæ, in verbo, Pactiones. vbi dicit, quòd indebita seruitia præsumũtur à subditis per metum extorta, allegat Io. And. in nouel. in 1. ext. de præscrip. lib. vi. Et idem Bal. in cap. 1. in titu. qualiter vasal. iura. debe. fide. dicit, quòd noua iura à subditis extorta præsumuntur impressa: & dicit se respondisse cuidam magno viro super hoc eum consulenti in casu valdè arduo. & dicit Spec. in titu. de feu. §. quoniam super homagijs, vers. iuro ego talis, quòd in homagijs non

non debet induci aliqua nouitas. ad quod vide tex. no. in l. cùm satis. in §. caueant. C. de agr. & censi. lib. xi.

† Sed an iste nobilis, qui habet merum imperium in loco, debeat succedere hominibus suis decedentibus sine hærede legitimo? Bald. in l. 1. C. de hære. Decurio. videtur velle quòd sic, quia strictius ius habet dominus in subditum, quàm patronus in libertum. Et nos videmus, quòd patronus succedit liberto. §. sed nostra. instit. de succe. liber. Et plus iuris habet, quàm collegium in collegiato, ergo debet habere successionem. Subdit tamen ipse Bald. in loco proximè allegato, quòd tales subditi possunt testari de suis bonis, quia sunt ingenui, nisi consuetudo habeat contrarium. Ego in quæstione facti consului totum contrarium dicendo, quòd dominus loci non debet succedere subdito suo, nisi demũ deficientibus liberis, parentibus & propinquis, & deficiente coniuge, per l. 1. C. vnde vir & vxor. & per l. vitrico. & l. affinitatis. C. communia de successio. Item allegabam no. per Bar. & Ang. in l. 1. C. de bo. va. lib. x. vbi dicunt, quòd tale ius non competit nisi ex priuilegio vel consuetudine. Et ita puto debere temperari dictum Baldum in l. 1. de hæreditatibus Decurio. Sed formo vobis quæstionem, quam vidi de facto: quidam nobilis ex priuilegio habebat ius succedendi hominibus & subditis suis, decessit quidam subditus habens domicilium in territorio illius nobilis. & ille subditus habebat quoddam nomen debitoris in alieno territorio, dubitatur, vtrum ipse nobilis deberet succedere in illo nomine debitoris, ita, quòd exactio illius nomi-

nis spectaret ad eum? Quidam dicebat quòd non, per no. per Bar. & cæteros in l. cunctos populos. C. de sum. trin. Sed veritas est in contrarium. Moueor primò autoritate Bald. in l. mercatores. C. de commerciis & mercat. vbi dicit, quòd bona mobilia concernunt personam illius, cuius sunt bona: verùm immobilia concernũt territorium, vbi sunt situata. sed nos habemus, quod licet nomina debitorum, propriè & stricte loquendo, non sint mobilia nec immobilia, sed sint tertia species l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. & l. quam Tuberonis. §. pen. ff. de pecul. not. per gloss. in l. Monentium. ff. de verb. sign. tamen si actio personalis competens contra debitorem competat ad rem mobilem. puta ad quãtitatem, tunc computatur inter mobilia. ita volunt glo. & Bar. in l. potest. ff. de auctor. tuto. Et hoc etiam vult glo. in §. 1. in verbo, connumeranda in authen. de non alie. aut permu. reb. eccl. etiam per glo. & Dd. in l. 1. C. si aduer. transact. Si ergo illud nomen debitoris concernit personam subditi mei, qui decessit in loco meo, & ego, qui ex priuilegio vel consuetudine succedo illi homini meo, certè debeo succedere in illo nomine debitoris. Et pro hoc facit, quia actio personalis est affixa ossib. creditoris, adeò, quòd ab eo auelli nõ potest. l. quis ergo casus. ff. de pecul. not. per gloss. in l. iij. ff. pro socio. Hanc conclusionem confirmo per not. per Baldum in l. prima. ff. de stat. homin. vbi dicit, quòd si dono tibi omnia, quæ habeo in ciuitate, in ista donatione non comprehenduntur nomina debitorum, quæ ibi habeo, quia locus seu territorium non circun-

circumscribunt ista incorporalia, vt sunt actiones personales. allegat. l. Gaius. ff. de leg. 2. & l. fi. C. de præsc. long. temp. Et tenet mens istam decisionem. † Sed vlterius dubitatur, vtrum nobilis, qui habet merum mixtumque imperium, & omnimodam iurisdictionem, possit in loco suo instituere noua pedagia, seu nouas gabellas? Concludite, quòd non, per l. 1. & l. vectigalia. C. noua vect. inslit. non pos. Ista enim sunt de regalibus, & ideo principi reseruata. c. i. in titu. quæ sint rega. † Sed vtrum ipse nobilis possit præscribere ius colligendi seu colligere faciendi pedagium in terra sua? Concludite quòd sic, dũ sit præscriptio, cuius initij memoria non extet. in contrarium ad hoc solet allegari tex. no. in c. super quibusdam. §. præterea. in verbo, pedagia. ext. de ver. sig. & tex. in l. si publicanus. §. in omnibus vectigalibus. ff. de public. Et hoc est de mente Spe. in ti. de cau. pos. & proprie. §. quia verò. versi. quid de colligentibus pedagia. Et hoc voluit Cy. in l. 1. C. no. vectig. & Bal. in l. cum proponas. in vlt. colum. C. de nau. fœno. & Ang. in l. fin. C. no. vecti. Sed an ad acquirendum tale ius ex præscriptione seu consuetudine requiratur scientia imperatoris vel Principis? Bar. in d. §. in omnibus determinat quòd sic, vel saltem debet interuenire scientia & patientia Præsidis seu Magistratus deputati ab Imperatore vel Principe in illo territorio, quia ad curam ipsius Magistratus hoc pertinet. l. 3. C. noua vect. instit. non pos. Et est ratio secundum Bar. quia in istis iuribus non potest creari possessio, seu quasi, nisi data scientia & patientia superioris. l. 1. et ij.

18

19

C. de seruit. & aqua l. pe. ff. de seruit. titu. generali. per Innoc. in c. bona. ext. de postu. præla. per eundem Inno. in c. 2. ext. de in integ. restitu. per eundem in c. cum in Ecclesia Sutrina. ext. de causa pos. & proprie. per eundem in c. olim. tertio. ext. de restit. spo. & in c. in literis. eo. ti. & in c. dilectus. ext. de capel. mona. Bald. autem in c. 1. in titu. quæ sint regal. in vsi fen. tenet contra Bart. dicens, quod etiam sine scientia & patientia Imperatoris ius tale colligendi pedagium poterit acquiri consuetudine vel præscriptione. Mouetur, quia Imperator verisimiliter scit istos abusus percipi circa pedagia & faciendo similes illicitas extorsiones. c. 1. §. illicitas. in ti. de pace iura. fir. in li. feud. Item argumentatur, quia hoc casu non præscribitur contra Cæsaream Maiest. sed præscribitur contra libertatem, & contra vtilitatem transeuntium. Sali. in l. vectigalia. C. nouæ vect. inst. non pos. refert veras opiniones, & signanter refert D. Signoro. de Homode. Doc. Mediolanen. qui tenebat requiri scientiam Imperatoris. Et tandem ipse Sali. dicit tutius esse, quòd ipse nobilis alleget aliquem titulum super ipso iure pedagiandi. Nam probando de vsu per tempus, cuius initij memoria non extet, in contrarium præsumetur ille titulus allegatus, per no. per Bar. & cæteros in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. Et per no. in l. si filiusfamilias. C. de peti. har. & in l. qui in aliena §. sed & si non adierit. ff. de acqui. hare. Vel secundum eundem Salic. in d. l. vectigalia. potest dici, quòd ex quo Imperator expresse vetat nouas vectigalia institui, videtur approbare antiquitus institutas. vnde

vnde si quis perceperit pedagium in suo territorio per tempus, cuius initij memoria non extat & c. ille, qui allegabat illud pedagium esse nouum, nõ poterit hoc probare. vnde secundum eum non requiritur patientia Principis, quãdo habemus tempus, de quo supra. † Addite Ant. de But. in c. peruenit. ext. de cens. in xx. colum. & etiam in xxiij. vbi dicit, quòd quãdo quis percepit pedagium per tempus, cuius initij memoria non extat, in contrarium talis vsus præsumitur esse iustus. Ad motiua Bart. dum dicebat, quòd in istis iuribus incorporalibus non habetur possessio, seu quasi, nisi data scientia & patientia superioris, respondet ipse An. in d. c. peruenit. quòd argumẽtum procederet, quando quis fundaret intensionem suam super præscriptione. Sed secus est, quando facit fundamentum super vsu, quia tunc non requiritur alia patientia superioris, ex eo, quia talis vsus habetur loco consuetudinis, quæ habet vim iuris constituti. l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. & in hac opinione etiam residet Ang. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. Addatis Ioann. de Imol. in d. l. si publicanus. §. in omnibus. vbi etiam tenet contra Bart. mouetur primo pro text. in d. c. super quibusdam. §. præterea. vbi quando adest tempus, cuius initij memoria non erat, in contrarium acquiritur ius pedagiandi, nec ibi fit aliqua mentio de patientia superioris. Secundò mouetur, quia tale tempus habet vim concessionis seu tituli. d. §. ductus aquæ. secundum principaliter addit text. in cap. 1. ext. de præscript. lib. vi. vbi dicitur, quòd in præscriptione tantum tem-

20

poris.

poris, cuius initij memoria non erat, in contrarium non requiritur titulus, etiamsi præsumptio vel ius commune faciat contra præscribentem. Tertiò mouetur, quia vsus per tempus, de quo supra est propriè consuetudo, quia non agitur de detrahendo iuri singularis personæ tantummodò, sed iuri vniuersali omnium transeuntiũ. Et ista est propriè consuetudo, non autem præscriptio. Ita no. Io. And. in nouel. in c 2. ext. de consue. li. vi. Et ad inducendum consuetudinem non requiritur patiẽtia superioris, vt no. per glo. & omnes Dd. in c fin. ext. de consue notatur in l. de quibus. ff. de leg. & in l. ij. C. quæ sit long. consu. † Restat ergo in hac pulcherrima du-
21 bitatione cõcedere, et concludere, quod vasallus in terra suæ ex consuetudine potest acquirere ius pedagiandi per tempus, cuius initij memoria non extat in cõtrarium. Nec oportebit probare de scientia et patientia superioris, quicquid dixerit Bart. in d. §. in omnibus. Et pro secunda opi. Sali. suprà relata adduco vobis elegãtem notam Ioan. And. & aliorum Dd in c. cum apostolica. ext. de his quæ fiunt à Prælat. sine consen. Capvbi dicunt, quòd laicus benè potest tenere decimas Ecclesiæ in feudum, quando fuissent illi concessæ in feudũ ante concilium Lateranense. Sed si post, non posse illas tenere. Sed ponamus, quòd Prælatus dicat aduersus ipsum laicum, quòd tales decimas Ecclesiæ non potest tenere in feudum, certè si laicus probet, quòd illas decimas Ecclesiæ tenuit per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, præsumeretur, quòd illas habuerit ante concilium Lateranense et ideo prælato alleganti,

leganti, quòd imo habuit eas post concilium prædictũ, incumbit onus probandi. Quid autem, si nobili debeatur passagium per transeũtes super ponte in territorio ipsius nobilis, & aliquis nolit transire per pontem, sed per vadum, an tunc nobilis debeat habere passagium, vide per Bald. in l. 3. C. de priuil. fisci. facium not. per eundem Bald. in l. si plures. iij. co. C. de condi. inser.

SVMMARIVM.

Princeps cõcedens alicui plura molendina an 1
sit intelligendus concedere etiam imperfecta.

Princeps habens in principio alicuius territo- 2
rij molendinum, quod Titio concedit in feudum, an postea poterit Princeps aliud molendinum inferius ædificare Titio inuito.

Princeps an possit statuere, ne eatur ad aliud 3
molendinum, vel furnum, quàm quod statutum sit.

Consuetudo nõ inducitur in ijs, quę sunt me- 4
ræ facultatis.

Antiqua consuetudo non est in præiudicium 5
alterius immutanda.

Dominus alicuius loci faciens pactum cum a- 6
liqua familia de molendo, aut coquendo pro tali pretio, an censeatur comprehendere augmentum familiæ in posterum.

Prin-

7 Princeps concedens castrum cum pertinētijs an includat molendina.

1 ETCVM molendinis. † Circa hoc quæro, Princeps habet quatuor molendina super quodam flumine, quorum duo erant vetera, & cum machinis: reliqua verò duo erant sine machinis, fecit concessionem per hæc verba, Concedo Titio molendina, quæ habeo in tali flumine, vtrum in ista concessione venient molendina in quibus adhuc non erant positæ molæ? Ista quæstio fuit de facto in ciuitate Papiæ, in alijs tamen terminis: nam erat ibi statutū disponens, quòd nullus extraheret molendinum de Ticino in Padum sub pœna amissionis molendini & decem librarum. quidam nobilis construi fecerat vnum molendinum existens in Ticino, intendebat tamen vti illo in flumine Padi. Et cū adhuc in eo non essent posita mola duci fecit ipsum molendinum de Ticino in Padum. potestas Papiensis processit contra eum ad pœnam statuti, allegando quòd licet illud molendinum non haberet molas, nihilominus tamen dicebatur molendinum perfectum ratione substantialitatis. nam mola non dicuntur pars substantialis, sed potius instrumentalis, quia non sunt eiusdem speciei. l. fin. ff. de fun. instru. vel instr. legat. Simile videmus in asinā molendinaria. l. cum de lanionis. §. asinam. illo co. titul. Dominus Bald. consultus super hac quæstione determinat pœnam non esse commissam, quia in istis statutis odiosis & pœnalibus debemus capere etymologiam secundum proprium significatum rei,

vel, quæ demonstratur. l. tigurij. & l. vt Alfenus. ff. de verb. significe. Vnde secundum propriam significationē molendinum dicitur à molendo, et sic significat rem, prout est in actu. Et ideo in quæstione prædicta, quia illud molendinum non habeat molas, consuluit Bald. pœnam non esse commissam. Sed reuertendo ad quæstionem suprà formatam, dicit Bal. in c. i. §. si quis de manso. in ti. de controuer. inuesti. quòd deberemus attendere communem vsum loquendi vulgarium. l. librorum. §. quòd tamen. ff. de leg. ij. & etiam ibi facit mentionem de quæstione statuti prædicti. Addite vos, quòd cessante tali communi vsu loquendi putarem in concessione Principis etiam venire molendina non habentia molas, quia in beneficijs principum debemus facere largissimam interpretationem quantum ad præiudicium ipsius Principis. l. beneficium. ff. de constitu. Princip. & c. cum dilecti. ext. de donat. † Sed ponamus, Princeps in principio cuiusdam sui territorij habebat vnum molendinum, quod concessit mihi in feudum, deinde tractu temporis ipse Princeps in inferiori parte eiusdem territorij vult facere aliud molendinū, an hoc possit me inuito? Bal. in d. §. si quis de manso. in 3. colum. videtur velle quòd sic: Princeps tamen tenebitur mihi ad interesse non enim possum eum impedire iure seruitutis, quia res sua nemini seruit. l. in re cōmuni. ff. de serui. vrba prædio. Addit ibi Bal. quòd ego infeudatus de primo molendino non potero aquam discurrentem subtus meum molendinum absorbere in prædijs meis, quia non est verisimile Principem talem mihi

2

mihi concedere voluisse: ar. l. qui binas ædes. ff. de serui. vrb. prædi. † Vlterius quæro de quæstione quotidiana, dominus habens molendinum in territorio suo facit ordinationem seu statutum vel generale proclama, quòd quilibet subditus suus debeat ire ad molendinum ipsius domini, & non ad molendum, & non in alio & ad coquendum panem in furno ipsius domini, & nõ alibi. quæritur nunquid ista potuerit ordinare et statuere? arguit quòd sic, quia domini subditis munera indicere possunt. Munerum autem quædam sunt personalia, quædam realia, & quædam mixta. l. munerum. in prin. ff. de munc et hono. Item tributorum quædam sunt tributa prædiorum, quædam capitis. & generaliter tributum dicitur omne quod tribuitur. Ita vult glo. in rub. C. de anno. & tribu. li. x. Et in istis muneribus inducendis seu imponendis in primis considerat̃ persona munus indicens, an habeat officium ita faciendi, consideratur etiam persona cui indicitur, an sit subiecta vel non. Virtus enim et potentia causæ efficiẽdæ debet considerari, an possit disponere in passum. l. i. ff. de tut. & curat. da. ab his. Et quòd prædicta duo considerentur, vult gl. no. in rubr. C. quemadmo. ciuil. mune. indicun. li. x. Si ergo munus prædictum est publicũ, videtur q; dominus illud possit imponere subditis suis. Secundò pro ista parte facit, quia in iuramento fidelitatis continetur, quod subditus dominum suum exaltabit, quantum poterit. Ita vult gl. reputata sing. in c. i in ti. qualiter vas. iura. debe. fide. in lib. feudo. vnde si subditus & fidelis ipsius domini nolit ire ad molendinum

num domini sui, sed vult ire ad alia molendina, & asserre commodum alijs, non dicitur exaltare, imò magis velle deprimere dominum. Tertiò nos habemus, q; dominus quandoque potest imponere omnia capitationes, vt habetur in l. cùm anteà. C. de agri. & censib. lib. xi. Si ergo potest id, quod magis grauat, multò fortius debet posse id, quod minus. Ita arguit Iurisconsul. in simili in l. cùm furti. ff. de in litem iuran. & l. videamus. §. pen. eo. titu. In contrarium facit, quia aut volumus dicere, quòd ita statuere & ordinare sit iurisd. contentiosa, vel saltem voluntaria, & hoc nullo iure cauetur, cùm hoc ergo non sit de aliqua specie iurisdi. dominus ita præcipiendo seu sententiando, videtur esse ad instar priuati. ergo suum statutum seu ordinatio nihil valet. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & l fin. ff. de obse. à liber. patro. præstan. Secundò capitula iuramenti fidelitatis sunt certa & determinata. c. 1. in ti. de for fide. & c. 1. in ti. de no for. fide. & c. 1. in fi. in tit. qualiter vas. iura. debe. fide. & in illis non includitur honor compellendi: ergo subditus non potest ad hoc cogi. si enim tenetur ad certa capitula, ab alijs intelligitur liberatus. ar. l. cùm Prætor. ff. de iudi. Tertiò, ire ad certum locum ad molendum debet esse de libera cuiuslibet potestate. ar. l. viam publicam. ff. de via pub. Quartò, in homagijs nulla debet induci nouitas. l. cũ satis. §. caueãt. C. de agri. & censi. li. xi. Et hoc vult Spe. in tit. de feud. in §. quoniam super homagijs. ver. ego iuro & c. Quinto, ex quo subdito præcipitur, quòd vadat ad certum molendinum ad molendum ab alijs

omnibus prohibetur. l. cùm ita legatum sit. l. Titio. ff. de condi. & demon. Et hoc etiam per pactum fieri non posse videtur. l. nemo. ff. de pact. Quid dicendum? Bal. in quodam suo consi. incipiente, In Christi nomine amen. vtrum dominus, sic distinguit aut talis ordinatio respicit rem priuatam, puta, quia molendina sunt de proprio patrimonio ipsius domini, & quæstus seu redditus inde prouenientes est etiam priuati iuris, quia tendit in bursam domini, & hoc casu talis ordinatio tanquam ambitiosa non valet. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. Aut talis ordinatio respicit Rempublicã, puta, quia ipsa molendina sunt fiscalia, & quæstus seu redditus inde prouenientes seruit publicis necessitatibus. & hoc casu valebit ordinatio domini seu statutũ. Nam propter publicam necessitatem recedimus à priuata vtilitate l. numerum. §. item ff. de mune. & ho-
4 no. l. vnica prope fi. C. de cadu. tol. † Sed ponamus, q̃ homines & subditi ipsius domini intrant longissimo tempore ad molendinum domini, & ad coquendũ in furno suo, nunquid in futurum poterunt cogi, vt vadant? Concludit quòd non, quia in his, quæ sunt meræ facultatis, non inducitur consuetudo, neq; præscriptio. Ita voluit Cyn. & omnes doct. in l. 1. C. de serui. & aqua. & idem Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. consue. Et Ioa. And. in c. Ioannes. extr. de cler. coniug. & Innocen. in c. bona. ij. extr. de post. prælat. no. per Anton. de Butr. & Imo. in c. cum ecclesia Sutrina. ext. de causa pos. & proprie. in quibus locis Cano. dicunt, quòd si quis longissimo tempore receptauerit aliquẽ militem in domo

in domo sua, non tamen poterit cogi, vt receptet in futurum. † Sed quæro, dominus loci habet molendinum, & furnum in suo territorio, quidam ex subditis suis in feudo suo proprio vult facere molẽdinum seu furnum, vtrum hoc possit iure? videtur quòd non: quia antiqua consuetudo non debet immutari in præiudicium alterius, vt habetur in l. si manifestè. C. de serui. & aqua. Cùm ergo dominus habeat molendinum & furnum, ad quæ homines sui ire consueuerant iã longissimo tempore, videtur, quòd ille etiam in fundo proprio non posset hoc facere. in contrarium determinabitis, quia in fundo proprio licitum est ædificare etiam in præiudicium alterius. l. fluminum. § fina. cum l. sequen. ff. de damn. infect. Et hanc conclusionem limitabitis procedere, nisi seruitus & obligatio personalis esset imposita, per nota. in l. fin. ff. de vsucap. vel nisi esset præscriptum, sed talis præscriptio nunquam incipiet currere, nisi à die prohibitionis factæ illi, ne debeat construere molendinum, vel furnum, & propter prohibitionem ipse destitit. nam tunc ipse dominus incipit præscribere, quod sibi soli liceat habere molendinum & furnum, per no. gloss. or. in l. qui luminib. ff. de serui. vrb. prædio. & per glo. in c. Abbate sancti Siluani. ext. de verb. sig. & est text. valdè no. & ibi Inn. Ant. de But. & cõmuniter Dd. ita volunt in c. significante. ext. de appel. † Vlterius quæro, dominus loci fecit pa- 6
ctũ & conuentionem mecum de molendo seu molifaciẽdo granum ad suũ molendinum pro me & familia mea omni anno vel perpetuum pro x. libris omni anno

ſoluendis, tempore cõuentionis non habebam niſi duos filios, in proceſſu temporis eſt aucta familia mea ita, quòd vnuſquiſque filiorum meorum habet tantam familiam, quantam habebam tempore contractus, vtrũ dominus tenebitur omnibus illis de familia mea molifacere granum pro eodem pretio? Arguitur quòd ſic: quia iſta nomina vniuerſalia recipiunt augmentum & etiam diminutionem l. pe. cum ſua gl. ff. de fun. inſtr. & l. peculium ff. de leg. 2. Secundò pro iſta parte facit. l. ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrb prad. vbi dicitur, quòd ſeruitus impoſita luminibus intelligitur tam de preſentibus, quàm futuris. Tertiò pro hoc facit, quia debemus inſpicere quod euenire poteſt. l. ſi quis domum. §. 1 ff. loca. nota. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram rẽ. ff. de verbor. obliga. Quartò ad idem adduco pulchra notata Alb. de Roſa. in l. Rutillia Palla. ff. de contrahẽ. empt. vbi dicitur, quòd ſi ego conduxi molendinum, vbi erant quatuor rotæ cum pacto de ſoluendo decem modios frumenti pro qualibet, ſi ego conductor poſteà faciã conſtrui nouam rotam in illo molẽdino, nihil tenebor ſoluere pro ea locatori. Quintò adduco pro hac parte eundem Alb. in authen. hoc ius porrectum. ver. vnam aliam quæſt. C. de ſacroſan. eccl. vbi dicit, quòd ſi pater fa. conuenit cum monaſterio, vt pro certa penſione moleret granum per ſe & familia ipſius, & in ſucceſſu temporis familia fuerit aucta: tenebitur monaſterium de ſtricto iure molere pro eadem penſione, dummodò tempore contractus monaſterium non fuerit laſum. In contrarium facit tex. in l. non modus. C. de ſer.

de ſer. & aqua. Secundò, quia verba in dubio debent intelligi ſecundum tẽpus contractus. d. l. Rutillia Palla. facit. l. ſi ita ff. de aur. & ar leg. Tertiò infinitas eſt eximanda. l ſi. C. de ſacroſ. eccl. vnde ſi aucta reperiatur familia mea, videtur quòd teneat augere penſionẽ. Quartò pro eadem ſententia adduco eleganter nota. Dy. & Alb. in l. cui fundus. ff. de condi. & demon. vbi dicunt, quòd ſi conceſſum eſt alicui, quòd poſſit in ſylua incidere ligna pro ſe & familia ſua, & ille cui facta eſt promiſſio in ſucceſſu temporis auxerit familiam in tantum, quòd quilibet filiorum ſuorum habet tantam familiam, quantam habebat ipſe pater fa. tẽpore contractus, non poterit vnuſquiſq; filiorum ligna incidere, quantum expediet ſibi & familiæ ſuæ, ſed omnes poterunt ſolu incidere quantum pater fa. tẽpore conuentionis potuiſſet. In iſto paſſu in quæſtione facti dicebam ita eſſe diſtinguendum: aut promiſſio eſt facta ſub nomine vniuerſali, puta, quia promiſit pro me & familia mea, & iſto caſu, quia iſta nomina vniuerſalia recipiunt augmentum, & etiã diminutionẽ. d. l. pen. de fundo inſtr. Et tunc ſiue aucta ſit, ſiue diminuta familia, tenebitur dominus loci molifacere granum ſub eadẽ penſione, ſeu eodem pretio. Et hoc eſt de mente d. Petri de Anch. in c. quanto. ext. de deci. Aut cõuentio ſeu promiſſio fuit facta ſub nomine particulari, puta, quia promiſit molere granum ſeu coquere pro me & duob. filijs meis, & tunc iſta limitata conuentio limitatũ ꝓducit effectũ. l. in agris. ff. de acqu. re. domi. & l. Fulcinius. §. quòd ſi aduerſus. ff. ex quib. cau. in poſ. ea.

Aut promissio seu conuentio fuit facta sub nomine indefinito, puta, quia promisit molere granum pro me et filijs meis, & isto casu intelligitur de filijs, qui reperiũtur tempore contractus, non autem de alijs. d. l. Rutilia. Palla. faciunt nota. per Bart. in l. si pluribus. de leg. 2. Et ita intelligatur, quod habetur in l. non modus. sup. allegata. aut conuentio fuit facta sub nomine generali, puta. pro me & omnibus liberis meis, & hoc casu est subdistinguendum, quia aut conuentio talis fuit facta ad certum tempus, aut in perpetuum, aut simpliciter: primo casu quando ad certum tempus. cõcludite intelligendum esse de liberis, qui pro tempore reperirentur, quia partes contrahentes poterunt cogitare hunc casum euenire posse, per not. per Bart. in d. l. inter stipulantem. in §. sacram rem. Et quia verba generalia debent generaliter intelligi in l. 1. §. generaliter. ff. de leg. prastan. idẽ est in secundo casu, quando conuentio seu promissio facta esset perpetuum. Non obstat argumentum, quòd infinitas est euitanda, quia respondetur hoc debere limitari, nisi verba conuẽtionis sonent ad oppositum. nam quis benè se potest obligare in perpetuũ. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager. vect. vel emphy. pe. præmissa intelligatis, quando familia creuit per natiuitatem, vel decreuit per mortem: secus si creuisset per aliquod accidens, puta, quia ille, cui dominus ita promiserat factus est miles, & oportet eum tenere ampliorem familiam, quàm prius, iuxta §. cognatio. in verbo, largiores. in authen. vt iudi. sine quo. suffra. Nam tunc talis augmentatio non deberet

nocere promissori, per no. in l. sed & si lege. §. quòd autẽ. ff. de pet. hare. Tertio casu subdistinctionis, quando promissio fuit facta simpliciter non expresso aliquo tẽpore certo, nec etiam in perpetuum, puta, quia promisit simpliciter molere granum pro me & liberis meis pro decem libris in anno, tunc sine augeatur numerus liberorum sine decrescat in vno anno, tamen non erit augenda pensio, neque diminuenda, sed post annum non tenebitur dominus molere sub eadem pensione aucta familia, nec etiam debebit solui eadem pensione familia diminuta, quia in fine cuiuslibet anni licitum est resilire à contractu, per ea, quæ habentur in l. item quæritur. §. qui impleto ff. loca. † An autem, quando 7 princeps concedit mihi castrum cum pertinentijs, appellatione pertinentiarum veniat molendina, vide per Bald. in c. 1. in 2. co. in titu. de capi. qui curiam vendi. in lib. feu. Reliqua spectantia ad materiam molendinorum, vide per Bald. in l. quo minus. ff. de flum. per Bal. in c. 1. §. rursus. in ti. de controuer. inuesti. in libr. feudo.

SVMMARIVM.

Dominus alicuius loci an posit inhibere subditis, ne venentur certa animalia aut volatilia. 1

Dominus alicuius loci an posit præscribere ius prohibendi venationem. 2

Domino inuito intrans fundum an si capiat feras efficiantur ipsius capiẽtis, an domini. 3

4 Ingressus fundum alterius illo inuito si aliquam venationem fecerit, an poterit in illo fundo detineri, donec restituat venatiões.

5 Fera in laqueo detenta an sit capientis, an domini laquei.

6 Eripiens feram ab ore canis an teneatur ad restitutionem.

7 Rusticus inueniens falconem alicuius domini venantis si apud ipsum moriatur falco, an tenebitur domino.

8 Venatio viris sanctis semper legitur prohibita.

9 Fluminum nomine an in inuestitura feudi cõprehendantur nauigabilia.

1 ET cum venationibus. † Pro commento huius verbi quaro de quotidiana quæstione, dominus loci facit praconizari, quòd nemo audeat venari ad capreolos, lepores, & perdices sub pœna, an possit hoc facere de iure? Pro clariori decisione huius quæstionis debetis scire, quòd in c. nemo retia. in titu. de pace tenen. & eius vio. in li. feu. dicitur, quòd nemo debet tendere retia seu laqueos ad venandum nisi ad apros, vrsos, & lupos. & ille text. habet varios intellectus. Primus est, quod ponat casum specialem in prædijs & possessionibus imperatoris, & quòd in illis nemo audeat venari, sed iste intellectus non placet: quia diuinat ad illum tex. Item secundum illum intellectum decisio, de qua ibi, esset localis contra ea, quæ habentur in proœ.

proœ. illius libelli. Secundus intellectus est, quòd non liceat hoc facere in via publica, nisi quis vellet venari ad apros, lupos & vrsos: & iste intellectus nihil valet, quia est contra tex. in l. qui soneas. ff. ad l. Aqui. Tertius intellectus est, quod Imperator hoc ibi statuerit in priuilegium militum, & nobilium, qui delectantur in talibus, & verat ne inferiores præsumant venari ad retia nec laqueos, ne præiudicent militibus & nobilibus. sed iste intellectus non videtur procedere secũdum la. Al. ibidem, quia tex. generaliter loquitur, dum dicit, Nemo retia. Quartus intellectus ad illum tex. est secundum præfatum Doc. ibidem, quòd velit dicere, quod cùm sit prohibitum ingredi possessionem alterius inuito domino possessionis pro venando l. Diuus Pius aucupibus. ff. de ser. rusti. prædio habetur in l. 3. ff. de acquire. domino si quis inuito domino prædij ingrediatur, potest actione iniuriarum conueniri. l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniurijs. quia per tales actus plerunque oriebantur rixæ & iniuriæ, quæ inducebant violationem pacis, ideo imperator ibi statuit, quòd in alienis prædijs nemo audeat tendere retia, vel laqueos pro venando. & iste intellectus videtur conuenire rub. dũ dicit de pa tene. & eius vio. Quintus intellectus est datus per la. de Ardizo. de Veronati sua laudabili summa feu. in tit. de pace tenen. dicens, quòd quia Imperator in §. proximo ibi præcedẽte, qui incipit, Mercator, dixerat, quòd non erat licitum portare arma, & quia poterat dubitari, an ad venandum esset licitum portare arma, ideo in §. nemo retia. determinat, quòd nõ, nisi quando itur

ad venandum ad apros & vrsos. Coniungite quartum intellectum superius relatum cum isto quinto, & habebitis veritatem & verum intellectum. Aduertite, quia licet text. in d. §. nemo. solum loquatur de apris, lupis, vrsis, tamen idem esset dicendum de alijs aquè nociuis, vt sunt pantheræ, et leones. l. Hi enim cum duabus seq. ff. de ædil. edict. Nunc veniendo ad decisionē quæstionis suprà positæ, dico vobis quòd Host. in. c. non ext. de decim. dicit, quòd si dominus prohibeat subditis, ne venentur seu aucupentur, dicitur eis facere violentiam. Subdit tamen, quòd debent cauere subditi, ne cogantur soluere pœnam saltem de facto. † Cautela pro Dominus terrarum est, quòd faciant istas prohibitiones per proclamata pœnalia, quia si subditi non contradicant, & propter talia proclamata desistant à venando, Dominus terræ constituitur in quasi possessione prohibēdi, & si per longa tempora subditi acquiescant, dominus præscribit tale ius prohibendi, per no. in l. i. & ij. C. de ser. & aqua. & per gl. et Dd. in l. qui luminibus. Cautela etiam pro subditis est vt immediatè cum habuerūt notitiam de proclamato se opponāt & appellent. † Sed ponamus, ego intraui fundum tuum te inuito, & ibi cepi multas venationes, nunquid efficientur mei capientis? gl. in § fera. insti. de re. diui. determinat quòd nō. sed glo. tenuit contrarium in l. 3. ff. de acqui. re. do. et glo. in l. Diuus Pius aucupibus. ff. de ser. rusti. prædio. Et ista vltima gl. sunt communiter approbatæ. & ita tenet Bar. in l. i. §. omnia. ff. de acqui. re. do. & Ang. in d. l. Diuus. vbi dicit hanc quæstionem fuisse de facto in quo-

Cautela 1

2

3

in quodam nobili de Odonibus de ciuitate Perusij, qui alienum fundum ingressus fuerat domino inuito, et ibi cepit multas venationes, fuit determinatum, quòd erant ipsius capientis, non obstāte prohibitione facta per ipsum dominum, qui prohibuerat ingressum. Sed Do. Floria. de sancto Petro in d. l. Diuus. dictas gl. contrarias reddit ad concordiam. aut fructus fundi consistit in venatione, tunc si quid capiam ibidem non efficietur mei capientis. & ita loquitur in d. §. fera. aut fructus non consistit in venatione, tunc efficientur venationes capientis. & ita loquuntur gl. contrariæ. Dicit tamen Io. Fa. in d. §. fera. quòd præmissa procedunt, quando priuatus prohibuit ingressum fundi: sed si iudex prohibuisset tibi ingressum fundi mei ad mei instantiam ne ires venatū in fundo meo, tunc id quod caperes ibi non efficeretur tui capientis. alleg. opi. text. in l. qui fundū. §. qui sciens. ff. pro emp. Subdit ibidem, quòd quia ibidem de consuetudine tolerātur guarentia & defensa, videtur secundum eum, quòd venationes non efficiunt capientis, etiā quando priuatus interdixit mihi ingressum fundi sui, quia si prohibitio iudicis potest impedire translationem dominij. d. §. qui sciens. multo magis lex consuetudinaria, vt habetur in §. fi. insti. de iure natu. Et notetis benè hæc verba. † An autem illum, qui ingressus fuit fundum meum me inuito gratia venandi, possim inuitū retinere in fundo, donec restituat mihi venationes? Concluso est quòd non, ita tenet Angel. in d. l. Diuus Pius. sed benè potero agere actione iniuriarum contra eum, quia me prohibente ingressus est fundum

4

fundum meum. l. iniuriarum actio. ff. de iniurijs. item etiam armata manu possum resistere contra volentem intrare fundum meum me inuito. Ita vult glo. in l. 3. §. plane. ff. de acqui. re. do. † Sed quæro, in laqueo meo
5 detinetur quædam fera bestia, alius capit eam cuius erit? Cõcludite quòd erit capientis. illud ergo quod detinetur in laqueis meis non efficitur meũ, nisi illud manu capiam. tex. est in l. in laqueum. ff. de acqui. re. do.
6 † Item quæro lupus, vel miluus, vel canis accepit auem vel pecudem alicuius, et habet in ore, ego eripio eam de faucib. illius, an tenear eam restituere priori domino? Concludite quòd sic, tex. est no. in l. Pomponius. in fi. ff.
7 de acquiren. rerum domin. † Quæritur vlterius, quidam nobilis ibat ad venandum seu aucupandum cum falcone, amisit ipsum falconem, quidam rusticus reperit cum sonalys & geĉtis, et portauit ad domum suam, & eum tenebat sub quodam scamno dando illi comedere carnes salsas, caseum, et rapas, quibus omnibus vtebatur ipse rusticus, & ideo falco mortuus est, vtrum rusticus tenebitur ad restitutionem falconis? prima facie videtur dicendum quòd non, quia rusticitati est ignoscendum l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vo. non ie. Item ex quo nemo persequebatur falconem, rusticus probabiliter potuit credere eum peruenisse in naturalem libertatem. In contrarium determinabitis, quia culpa est se immiscere artibus ad se non pertinentibus, l. culpa. ff. de regu. iur. sicut imperitia imputatur medico, qui male seruat agrotantẽ. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. Præs. & quemadmodum rustici nõ audent optare pecunias. l. domi-

l. domini prædiorum cum gl. C. de agri. & censi. lib. xi. ita non pertinebat ad ipsum rusticum immiscere se de tam nobili animali. præterea ignorantia non potest eũ excusare, cũ esset cum sonalys et geĉtis, per quod signũ demõstrabatur res signata, quemadmodu ad stigmata cognoscimus Fabricenses. C. de fabric. lib. xi. et dicit Bal. in lectura magna, in authen. dos data. C. de dona. ante nup. quòd ad signũ cognoscãtur balle mercatorũ. Concludite ergo rusticum teneri non l. Aquil. quia non interfecit falconem, sed quia præbuit causam mortis, tenetur actione in factum. l. qua actione. §. Celsus ff. ad l. Aquil. nec debebat credere ipsum falconem peruenisse in naturalem libertatem, quia à natura non nascantur falcones cum sonalys & geĉtis, & ex isto signo poterat perpendere, quòd dominus non habebat eum pro derelicto. l. falsus §. si actum. ff. de fur. Et ita, vt supra determinat Bar. in proprijs terminis in suo tracta. de falcone. Incipiente, Comes Guido de Baluchardo.
† Addite quòd an & quãdo permissa sit venatio etiam clericis vel monachis habẽs gl. meliorẽ de corpore iuris 8
in c. qui venatorib. 87. dist. et per gl. in Cle. ne in agro. §. porro ext. de statu monacho. habetur in c. i. ext. de clerico venat. & Hieronymus ait, quòd nũquam vidimus seu legimus venatorem aliquem fuisse sanctum. c. Esau. 86. dist. piscatorem autem benè inuenimus esse sanctum. Et licet imperator in propria persona dederit responsum venatoribus. d. l. Diuus, quia Princeps delectatur in similibus: videtur esse tex. in contrarium in l. fi. ff. de iure immu. in verbo venatores. tamen non reperi-

reperitur, quòd vnquam Imperator voluerit immunitatẽ venatoribus dare ab oneribus l. venatoribus. C. de excu. mu. † Aduertite ad vnum, quia plerunq; Principes in inuestituris apponunt ista verba, cum aquagys, et aquaticis, ac venationibus, et nobiles taliter inuestiti prætendunt flumina etiam non nauigabilia, & prohibitionem venationum venire in inuestitura. Et ista si possident sine contradictione, certè acquirunt sibi vtile dominium, & superiori directum per not. per gloss. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cõmo. & per no. per gloss. in ca. si quis per 30. in titul. si de feu. defunct. fue. controu. in vsi feu. Et per. no. per gl. in l. ij. §. appellata ff. si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 Piscari in fluminibus publicis omnibus licitũ est.
2 Domini terrarum an possint prohibere piscationem in fluminibus publicis.
3 Ius prohibendi piscationem in fluminibus publicis quo casu quæratur.

1 ET CVM PISCATIONIBVS AQVAticis & fluminibus. † Ibi piscationibus. Sciendum est quòd in mari & in fluminibus publicis licitum est omnibus piscari. l. ij. & iij. ff. de re. di. & §. flumina. instit. illo eod. titul. Nisi ex consuetudine aliquis præscripsisset, vt sibi soli in tali loco fluminis publici liceret piscari, quia in istis attenditur consuetudo. l. si quisquam. ff. de diuers. & tempor. præscript. Et licet ius piscandi in talibus fluminibus publicis sit cõmune omnibus, tamen mare & flumina publica quantum ad iurisdictionem & proprietatem sunt sub protectione Cæsaris, vt vult gl. et ibi Bal. in d. l. ij. ff. de re. diuis. Non obstat c. i. in verbo, piscationum. in ti. quæ sint rega. vbi videtur probari quòd piscationes sunt Cæsaris: ergo videtur quòd ius piscandi non sit commune omnibus, quia respondetur, quòd ille tex. debet intelligi de redditibus publicis piscationum, veluti si Princeps exigeret publicum vectigal de istis piscationibus: nam tales redditus sunt Cæsaris iuxta l. inter publica. §. fi. ff. de verb. sig. Et hunc intellectum accommodauit Ia. de Alua. in d. c. i. quæ sint rega. † Sed quæro, numquid Barones et Domini terrarum possint prohibere piscari in talibus fluminibus publicis, de Principe non est dubiũ, per l. seruitutes. §. pe. ff. de ser. ti. generali? Videtur prima facie dicendum, quòd tales Barones possint facere talem prohibitionem, quia quo errore debent, quia in terris eorum sunt Imperatores, quia hodie diuisum est Imperium, vt notat glo. in Rubrica. C. de studijs liber. vbi Ro. libro vndecimo. in eodem errore videtur, quòd possint prohibere piscari. Sed Ioann. Fab. in d. §. flumina. determinat totum contrarium, quia sicut Præsides prouinciarum non possunt prohibere, ita nec isti domini terrarum seu Barones. l. ij. §. plane. ff. quòd vim aut clam. Et ita dicit seruari in curia Vrãcia. † Hoc tamen dicit, nisi ex consuetudine pinguium

2

3

ius esset ipsis Baronibus acquisitum, puta, quia aliquando prohibuissent subditis suis, ne irent ad piscandum in tali flumine publico, & subditi non contradixissent illi prohibitioni, imò propter illam destiterunt longo tempore. nam tunc esset acquisitum ius prohibendi, per no. per Bar. in l. Item Lapilli. in 4. q. ff. de re. dini. faciunt ea, quæ habẽtur in l. si. ff. de vsuc. Et habetur per Cano. in c. significantibus. ext. de appella.

SVMMARIVM.

1 Proprietas fluminum publicorum dicitur esse Cæsaris.
2 Flumina publica quoad proprietatem sunt illius ciuitatis & populi, per cuius territoriũ discurrunt.
3 AEdificare in flumine publico quando & cui liceat.
4 Flumina publica quoad vsum cuius sint.
5 Dominus alicuius loci locans domum suam cum territorio an intelligẽdus sit etiam locasse flumina.
6 Verbum, Concedo, est verbũ generale, & debet intelligi secundum naturam actus, super quo interponitur.
7 Flumina an veniant in concessione feudorum.
8 Flumen existens in confinio duarum ciuitatũ, seu duorum territoriorum, cuius sit.

Possi-

Possidere flumen quando quis dicatur. 9
In fluminibus an sit dare iurisdictionem & imperium. 10
Ius piscãdi in fluminibus esse commune multis modis limitatur. 11
Ius prohibendi piscationem quanto tempore possit acquiri. 12

IBi fluminibus. Debetis scire, quòd fluminum quædam sunt priuata, quædam publica. l. 1. ff. de flum.
† *Et aduertite, quia proprietas fluminum publicorum est Cæsaris, quia sunt de regalibus. c. 1. in tit. quæ sint rega. Sed cùm hodie ciuitates Lombardiæ ex cõsuetudine præscripserint merum imperium, & regalia, vt vult glo. magna in fi. in §. iusiurandum. aliàs est in §. nulla. in auth. de defen. ciuita.* † *Flumina publica quoad proprietatem sunt illius ciuitatis seu populi, per cuius territorium discurrunt, vt vult Angel. in l. fluminum. in princ. ff. de dam. infect. voluit Bart. in l. quo minus. ff. de flum. in 1. colum. quòd hodie omnes ciuitates Italiæ præscripserunt imperium & regalia, sicut ciuitates Lombardiæ ex consuetudine vel priuilegio pacis Constantiæ. Ex præmissis sequitur, quòd in talibus fluminibus publicis non est licitum ædificare molendina, vel alia, nisi cum licentia Principis vel Senatus. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. vel nisi de licentia & autoritate ciuitatis seu populi habentis merum imperium, & regalia, vnde Bonomiens. quia habẽt proprietatem fluminis Rheni, possent*

concedere priuato sine iniuria tamen cuiusquam ædificandi molendina in illo flumine Rheni, secundum Angel. in dict. l. fluminum. Idem est, si quis habet auctoritatem seu licentiam lege municipali, puta virtute statuti vel consuetudinis. Et ita intelligitur text. in l. 2. cum sua gloss. in verbo, Lege ff. ne quid in loc. publi. Idem est, si haberet licentiam & auctoritatem ab administratoribus habentibus merum imperium et regalia, per not. per Bart. in l. 3. §. plane. ff. quòd vi aut clam. Præmissa procedunt in flumine publico na-
3 uigabili, vt est Padus, & sic de similibus. † Cæterùm si esset flumen publicum, sed non nauigabile, licet vnicuique ædificare in illo flumine absque permissu Principis vel Senatus, nisi esset vetitus ab ipso Principe vel
4 Senatu. casus est in l. quo minus. ff. de flumin. † Nunc quæro ad quem pertineant flumina publica quoad vsum? Concludite, quòd vsus talium est communis, adeò, quòd ius piscandi competit omnibus in eis l. 2. ff. ne quid in locis publ. & dict. §. flumina. Et ex eo, quòd vsus est communis, resultat alius effectus, quia locus est præoccupationi. l. 2. §. primo. ff. ne quid in loc. public.
5 † Sed quæro, dominus villæ seu castri locauit mihi seu in emphyteosim concessit casum suum cum toto territorio, nunquid in tali locatione veniant flumina? Bar. singulariter in l. prima. C. de mancip. & colo. libr. xi. determinat, quòd in tali contractu non veniunt riui aquarum, neque pontes, neque flumina, neque loca sterilia penitus inhabitabilia ad culturam, nisi quatenus aqua est expediens ad culturam verum conductarum

ductarum, vel in emphyteosim concessarum. Et ideò secundum eum dominus villæ & castri poterit de residuo aquæ vti pro collibus & prædys suis, quod notetis. Do. Lud. Rom. in suis singul. in lxiij. commendans istud dictum Bar. dicit eleganter, quòd concesso castro cum territorio non venit in tali concessione locus sterilis neque vsus fluminum. Et idem voluit clarissimus Doctor D. Marti. de Laud. in tract. de Principibus. in rubric. de castellanis. in fin. 2. colum. Et ambo mouentur per not. per Bart. in l. 1. Ego in quæst. facti dicebam, quòd aut præfati duo doct. loquuntur de concessione plenaria, puta facto titulo donationis, vel venditionis, & tunc iudicio meo malè loquuntur, quia in tali donatione seu venditione facta de castro cum toto territorio veniunt etiam flumina, & etiam loca sterilia, per nota. per Baldum in capit. 1. in titu. de capi. qui curiam vendi. & per eundem Baldum in cap. 1. §. ad hoc. in titu. de pact. iur. fir. Ad idem contra præfatos Dd. allegabant id, quod vult pulchrè Bald. in cap. 1. §. si quis de manso. in titu. de controuer. inuesti. in eod. lib. vbi dicit, quòd concesso mihi castro per Principem in tali concessione veniunt omnes munitiones perpetua destinatione patris famil. ibi positæ, vt sunt trabuti, bombardæ, balistæ, & manconelli, quod faciunt not. per eundem Bald. in fin. ff. de consti. Sed si præfati Dd. intellexerunt de cõcessione non plenaria, puta de ea, quæ fit titulo locationis vel emphyteosis, tunc credo eos benè dicere per dictum Barto. & quòd ita potuerunt intellexisse, probo, † quia verbũ, cõcedo, 6

est verbum generale, & debet intelligi secundum naturam actus, super quo interponitur. Ita vult Arch. in c. 1. in ver. concedat. ext. de vsur. li. vi. & idem Arch. in cap. 1. de iniur. & damn. da. De isto verbo, concedo, videte per eundem in l. vxorem. §. fin. ff. de leg. 3. & per Bald. in cap. Titius. in tit. si de feud. defunc. fue. controuer. per eun. Bald. in l. non ambigitur. in fin. co. ff. de leg. per Ioan. de Imo. in l. pater filium. ff. de leg. 3. per eundem Imo. in ca. pastoralis. extr. de dona. & per Do. Panor. in c. cùm venerabilis. ext. de excep. &
7 est opti. tex. in l. ad eum quem. est. l fi. ff. de dona. † Vlterius quæro, nunquid flumina veniant in concessione feudorum, puta, quia Princeps dicit, concedo tibi tale castrum cum territorio de tali flumine vsque ad tale. Arch. formal istam q in c. ecclesias. xiij. q. 1 & cõcludit, quòd veniunt flumina propter istam dictionẽ, De, Ad, & vsque, & veniunt vbi incipiunt & vbi finiunt. Et ita determinat Bald. no. in c. 1. §. si quis. de manso. in pen. co. in tit. de controuer. inuesti. & etiam propter istam dictionem. ad, quæ est adiunctiua, vt volunt præfati Docto. in locis allegatis. Et an ista dictio, vsque, stet inclusiuè, vide per Bart. in l. patronus. §. 1. & 2. ff de leg. 3. & per eundem in l. meminisse ff. de
8 offi. Proconsul & Lega. & per Bald. in authen. cui relictum. C. de interdict. vin toll. † Sed ponamus, quòd flumen sit in confinio duarum ciuitatum, seu duorum territoriorũ, respondeo, præsumitur esse cuiuslibet vsq; ad medium fluminis. l. arbor. ff. communi diui. & ideò in ijs, quæ continentur vsque ad medium fluminis, præsum-

præsumptio est pro vtraque ciuitate, quoad iurisdictionem. ita not. Bart. in tract. Tiberiadis. in x. colum. in ver. Item videndum est. & etiam vult Bald. in cap. ex literis. circa pen. co. extr. de proba. quod est benè notandum. Limitetis tamen hoc esse verum, nisi per alteram ciuitatem tantum fuisset illud flumen possessum, quia tunc iurisdictio & districtus pertineret solum ad illam ciuitatẽ. † Sed pro declaratione, quando quis dicatur possidere, vel quasi aliquod flumen, respondeo, quòd ille, qui habet imperium & iurisdictionem in illo flumine, præsumitur illud possidere, ita dicit Bar. in tract. Tiberiadis sub rubrica de alueo. Et est de mente Bal. in l. si plures. in x co. C. de condi insser. Et hoc notetis, quia sæpè contingit, & hoc multum facit contra Brixienses pro Veronensibus. Nam ciuitas & Domini Veronæ, qui pro suis temporibus fuerunt, semper exercuerunt imperium & iurisdictionem in lacu Gardæ, & ideò dicuntur possedisse illũ lacum, & adeò, quòd ita fuit determinatũ per magnificum consilium Sapientium ciuitatis Venetiarũ. † Vnum etiam notetis, quod sicut in terra est dare iurisdictionem & imperium, ita & in aquis & fluminibus. Ita determinat expressè Ang. in l. insulæ Italiæ. ff. de iud. & Bar. in l. 1. C. de class. li. xi. Et no. cano. in c. vbi periculũ. ext. de elec. li. vi. Et ex hoc infert Ang. in d. l. insulæ. ff. de iudi. quòd si maleficium esset commissum in mari in aliquo loco magis propinquo ciuitati ipsarũ, iurisdictio & districtus super ipso maleficio competeret ipsi ciuitati Pisanæ. † Quod dixi supràin pri-

scandi in fluminibus esse cõmune, debet limitari multis modis. Primò, si flumen esset priuatum, quia tunc ei, cuius esset, liceret piscari, & non alijs. text. est in l. iniuriarum actio ff. de iniur. Secundò fallit, quando quis præscripsisset, vt solus piscaretur in tali loco fluminis. d. l. iniuriarũ actio. §. fin. cum seq. Tertiò fallit, quãdo illud ius piscandi esset priuatũ, puta, quia Princeps mihi vendidisset certã piscariam in certo loco talis fluminis. Et ita potest intelligi ca. 1. in verb. piscationũ reddituũ in ti. quæ sint rega. in li feud. Quartò fallit, quando vicinus meus se obligasset per stipulationẽ, quòd sibi nec hæredib. suis vnquã liceret piscari in tali flumine: nã tunc talis conuentio est valida. text. est cum sua gl. in l. venditor. in prin. ff. Com. præd. Et dicit ibi Pau. de Ca. quòd hoc habet locum nedũ in mari, sed etiam in alijs aquis. Quintò fallit, quando esset consuetudo, quòd non liceret alicui piscari in tali flumine nisi pro vsu publico. Nam tunc talis consuetudo bene valeret. d. l. venditor. §. si constat. ff. Com. præd. Et aduertite, quòd istud ius piscandi præscribitur tanto tempore, cuius initij memoria non extat. In contrarium, quia per tempus prædictum præscribuntur etiã loca publica. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quoti.

12 *& est. † An autem sufficiat quem fuisse per spatiũ xx. vel xxx. annorum ad hoc, vt alium superuenientem possit prohibere piscari, habetis de hoc glo. or. in §. flumina. in ver. omnibus insti. de rer. diui. Per præmissa infertur ad quæstionẽ, nunquid quis possit præscribere, quòd solus habeat molendinum in flumine publico, de*

Molendinũ

co, de quo videte Bald. in proprijs terminis, in l. Item lapilli. in 2. & 3. quæstione. ff. de rerum diui.

SVMMARIVM.

Verbum, inuestire, quid importet. 1

Fodere licet cuilibet in fundo proprio sine lę- 2
sione superficierum.

Princeps inuestiens vasallum de castro & ter- 3
ritorio cum salinis & argentifodinis an intelligi debeat etiam de salinis & argentifodinis repertis in loco publico.

CVm argentifodinis & salinis. † Quæro de publica quæstione, vt sciamus quem effectum operentur ista verba in inuestituris. Quidam priuatus habebat vnum prædium in monte, & ibi erant venæ subterraneæ, vbi reperiebãtur metalla auri vel argẽti, vel cotes, quæ sunt lapides ad acuendũ ferrũ: quidã volebat metalla illa fodere sub dicto prædio, dominus prædij prohibebat, quæritur nunquid hoc possit? videtur, quòd sic, quia sicut quicquid est supra illud prædiũ vsque ad cælum, est ipsius priuati, cuius est fundus. l. altius. C. de ser. & aqua. ita quicquid est inferius debet pertinere ad ipsum fundum. hinc est, quod licitum est mihi fodere in fundo meo, dummodò non tangã de fundo vicini mei. l. fluminũ. §. fin. & l. Proculus. ff. de dam. infec. Secundò pro ista par. tex. in l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. sol. mat. vbi si in fundo dotali reperiãtur la-

tur lapidicina, vel argentifodinæ, pertinent ad vxorẽ, & idem in salinis l. forma. § salinæ. ff. de censib. Tertiò ista sententia comprobatur per l. venditor. §. si cõstat. ff. communia prædio. inducendo per locum à speciali. Nam ibi inuito domino fundi licebat fodere lapidicinam, quia consuetudo loci ita se habebat, ergo videtur tenere illa litera secus esse de iure communi,

2 † Contrariam sententiam tenuit Paul. de Castr. in d. §. si vir in fundo. vbi dicit se habuisse quæstionem de facto in ciuitate Pergami de quibusdã, qui per aliquod tempus foderant sub terra prædiorum priuatarũ personarũ, & ibi reperiebantur cotes, & erant venæ subterraneæ, reperiebatur etiã ibi metallum argenti, consuluit ipse Paul. de Castro, quod cuilibet licebat sub terra fodere, sine læsione tamen superficiei prædiorum propter publicam vtilitatem. allegat tex. cum sua gl. in l. quosdam. & in l. cuncti. C. de metal. lib. xi. Ad l. venditor. § si constat. ipse respondet, quod loquitur in lapidicina, quæ reperitur in superficie fundi, qui non potest fodi sine læsione fundi, vnde inuito domino fundi non licet fodere, nisi consuetudo habeat contrariũ. dict. § si constat sed nos loquimur in venis metallorum argenti & auri, quæ sub terra reperiuntur, & sine læsione superficiei fundi possunt fodi, & idem dicit in cotibus prædictis. Ad tex. in d. § si vir in fundo. ipse respondet, quòd debet intelligi secundum prædicta. Sed contra istam opinionem videtur text. in ca. 1. in verbo. argentaria. & in verb. salinarum. in tit. quæ sint rega. in lib. feudo. vbi text. videtur probare, quòd salina & argen-

argentifodinæ sunt de regalibus & sic spectant ad Principem. D. Flor. de sancto Petro Doc. Bononien. in l. sed si inter duos alias in l. æquissimum. §. inde est quæsitum ff. de vsufr. dicit, quòd quãdo ista metalla auri vel argenti reperiuntur in fundis priuatorum, pertinent ad ipsos priuatos, qui sunt domini feudorum, sed si reperiantur in locis publicis, tunc pertinent ad principem. d. ca. i. in titul. quæ sint regal. do. Mart. Laud. in d. ca. i. idem videtur velle, quod Dominus Flor. dicens quòd si salinæ reperiantur in loco publico, spectant ad Principem, quia sunt de regalibus. & ita intelligitur tex. in d. c. i. in verbo, salinarum. Idem in auri fodinis et argentifodinis. sed si reperiuntur in loco priuato, erunt domini ipsius fundi. pro hac opin. ego allego tex. ad literam in l. 3. in fin. cum sequen. ff. de reb. eorum &c. † Ex præmissis patet, quẽ effectum operẽtur verba 3 prædicta, quando apponuntur in inuestituris: nã si Princeps inuestiat vasallũ de castro & territorio cũ salinis, et argẽtifodinis, & salinæ seu argẽtifodinæ reperiãtur in loco publico, pertinebunt ad ipsũ vasallũ, qui est loco Principis. sed si reperiãtur in fundis priuatorũ, spectabunt ad illos, qui sunt domini illorum. & ista sententia videtur mihi de iure verior. & de cotibus prædictis habetis tex. in l. cotem ferro. et in l. Cæsar. ff. de Publica.

SVMMARIVM.

Filius an possit feudum paternum acceptare, & repudiare hæreditatem paternum.

2 Regula, quod filius debet simul acceptare feudum & hæreditatem paternam, aut vtrumque repudiare.

3 Titulus an filius vel agnatus qualiter sit interpretandus. & nu. 4. & 5.

6 State statuto quòd fœmina excludatur ab hereditate paterna, an si pater habeat feudum ad fœminas transibile, an virtute talis statuti excludatur fœmina ab ipso feudo.

7 Filius si viuente patre renuntiet hæreditati paternæ cum iuramento, an excludetur à feudo paterno.

8 Filius an beneficio inuentarij possit acceptare feudum paternum, & hæreditatem patris.

9 Filius renuntians feudo & hæreditati paternæ, an si postea illa possideat sit liber à seruitutibus feudalibus, aut oneribus hæreditarijs.

10 Carboniana bonorum possessio, vel bonorũ possessio ventris nomine an habeãt locũ in feudalibus.

11 Nepos repudians hæreditatem patris an possit succedere auo in feudo auito.

12 Pater acquirens feudum de nouo an possit illud stipulari vni ex filijs, ita quòd alij nihil habeant.

13 Mortuo patre infeudato an continuetur possessio feudi in filium.

Filius

Filius an succedat in feudo præscripto per patrem. 14

IT A quod ipsi inuestiti habeant. † Quæro vtrum filius possit acceptare feudum paternum, & repudiare hæreditatem paternã? concluditur quòd non, imò habet necesse aut acceptare vtrunque, aut vtrunq; repudiare: secus est in agnato, quia potest acceptare feudum & repudiare hæreditatem. tex. est in c. i. in tit. an filius vel agnat. Ratio diuersitatis est, quia filius habet feudum mediante patre, vnde venit, ex persona patris, cùm oritur à patre, sed agnatus non sic. cap. i. in tit. de gradu. succ. in feu. & in c. i. in ti. de suc. feu. † Regulam prædictam, quòd filius habet necesse vtrumq; acceptare, vel vtrumque repudiare, limitabitis multis modis. Primo, vt procedat, quando inuestitura est facta alicui pro se & hæredibus suis nam hoc casu non potest filius vasalli acceptare feudum & repudiare hæreditatem, sed habet necesse vtrumque acceptare, vel repudiare vtrumque. Et ita intelligitur ille titulus. an fil. vel agna. Secus si inuestitura esset facta pro se & filijs suis, vel pro se et liberis suis nam hoc casu liberi possent acceptare feudum, & repudiare hæreditatem. ar. l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. & l. cum patronus. §. cum libertus. & l. si operarum. ff. eo. ti. Hanc limitationem dedit Iac. de Ar. Veronen. & idem voluit An. de Iser. in d. c. i. & idem An. in c. i. §. hoc quoq; in ti. de suc. feu. Hanc eandẽ opi. tenuit Ia. de Bel. in c. i. in ti. de eo qui sibi & hæred. suis. Bal. quoque in d. c. i. in

i.in ti.an filius vel agna.sequitur istam sententiam faciendo tres casus. Primus est, quando quis accepit feudum simpliciter. Secundus, quando accepit pro se & hæredibus suis. Et istis duobus casibus secundum eos habet locum ille titulus, an filius vel agnatus. Tertius est casus, quando accepit feudum pro se & filys suis, vel pro se & liberis suis: & hoc casu liberi potuerunt retinere feudum, & repudiare bona hæreditaria. Addo vobis Ioan.de Imo. idem volentem in c. ex parte. in fi. xv. co. ext. de feu. & ibidem dicit Imo quòd ista est communis opinio.† Secunda limitatio est, quia titulus, an filius 3 *vel agna. debet intelligi quãdo filius incepit primo acceptare feudum. nam tunc non potest repudiare hæt. paternam, sed habet necesse vtrunque acceptare: sed si primo incepisset acceptare hæreditatem paternam, bene posset postea repudiare feudum paternũ, etiam in tuto domino c.i in tit. de vas. qui contra consti. Lotha. Et hanc limitationem ponit Odo. in summa sua sub rubricella, Vtrum quis possit repudiare hæreditatem pa-* 4 *tris. & placet Bal. & Ia. Al. in d.c.i. † Tertia limitatio est, vt titulus, an filius vel ag. debeat intelligi, quando ad filium aliquid peruenit de hæredi paterna, vel peruenire potest, alioquin si nihil in bonis habet pater, & ipse pater alienasset feudum, tunc fil. admitteretur ad illud feu. quamuis nihil de bonis hæreditarijs haberet. Ita dicit eleganter Iac. de Bel. i.c. Titius. in fi. col. in ti. si de feu. defunc. sue. contro. in li feud. Hoc dictum sequitur Bal in l. cùm secundum. in fi. co. C. de fideicom. Addite Ioan. Rey. idem volentem in suo commento. c.*

impe-

imperialem. ver. pœna. in 7. co. in ti. de proh. ali. feud. per Fede. Et placet D. Mart. Laud. in d. c.i. an fil. vel ag.† Quarta limitatio est, quia tex. in d.c.i. an fil. vel 5 *ag. debet intelligi, quando filius potest habere hæreditatem patris, puta, quia fuit hæres institutus à patre, vel succedit ab intestato. Alioquin si esset institutus in re certa, vel solummodo in legitima, alio vniuersaliter instituto, tunc licet filius nõ dicatur hæres patris, vt habetur in l. si quis priore. ff. ad Tre. & in l. quoties. ff. de hære. inst. tamen poterit habere feudum paternum. secundum Iac. de Ardi. & Iac. de Belui. & Iaco. Alua. in d.c.i. Et hoc casu secundum eos non tenebitur filius respondere pro oneribus hæreditatis. Idem dicit Bal. in eo.c.i. quãdo filius esset præteritus in test. paterno, nam tunc succedet in feud. paterno, nec necesitabitur annullare testamentum paternum, quia nullum est in eius fauorem, vt habetur in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. irrito q̃, test ergo potest renuntiare. l. si index circumuento. ff. mino. & l. si quis in conscribendo. C. de pac. Idem in exhæredato à patre, quia non obstãte exhæredatione poterit habere feu. auitum secun. An. de Iser. in c.i. in ti. de suc. feu. do quo per Ia. Alua. in d. ti. an filius vel ag.† Quinta limitatio est, quia si vigore sta-* 6 *tuti filia excluditur ab hæreditate paterna, & pater haberet feudum, quod transiret ad fœminas, posset illa filia habere feudum, quantumcunque sit exclusa ab hæreditate paterna, et hoc est de mente Bal. in d.l. cùm secundum. in fi. & de mente eiusdem in d.c.i. an fil. vel agna. Et hoc expresse vult ibi Iacob. Alua.† Sexta est* 7

limi-

limitatio, quam ponit Bald in eodem c. i. dicens, quòd si filius viuēte patre renuntiet hæreditati paternæ cum iuramento, quod facere potest, vt habetur in c. quamuis ext. de pac. li. vi. tamen mortuo patre poterit habere feudum paternum, quamuis renuntiauerit hæreditati paternæ. Et ibi dicit Bald. quòd ista cautela non fuit ab aliis adinuenta, neque excogitata. Et pro ista limitatione facit, quia in generali renuntiatione hæreditatis paterna non comprahenditur feudum, secundum Bal. in authen. in successione. C. de suis & leg. Optimè facit tex. in c. in generali. in titu. si de feud. de funct. fue. controuer. † Septima fuit limitatio And. de Iser. in d. cap. i. an filius vel agn. & cæteri sequuntur. dicit enim quòd filius potest acceptare feudum paternum, & hæreditatem patris beneficio inuentarij. Et istud inuentarium est magnæ vtilitatis, quia liberabit bona feudalia ab oneribus hæreditarijs, & solum tenebitur filius creditoribus hæreditarijs iuxta facultates hæreditatis paternæ, quod est valdè notandū. Vos autem dicite, quod licet dictum And. de Iser sit verum. pro quo facunt no. in l fi. §. in computatione. C. de iure delibe. tamen indicio meo ista propriè non est limitatio, seu fallentia ad c. i. an fil vel ag quia hoc casu filius benè habet vtrunq; licet hæreditatem paternam
9 acceptauerit cū beneficio inuentarij. † Sed pone, filius renuntiauit feudo et hæreditati paternæ, deinde repetitur tenere ipsum feudum, vel hæreditatem paternā, nunquid tenebitur ad seruitia feudi, & ad onera hæreditaria? Ia. de Ard et Ia. Alua in d. c. i. an fil. vel agn. deter-

determinant quòd sic, per l. si is qui. ff. de acqui. hæred. † An Carboniana bonorum possessio, de qua in l. 1. C. 10
de Carbo. edi. vel bonorum possessio ventris nomine habeant locum in feudalibus? Bal. eleganter in d. c. i. determinat quòd sic: & cæteri sequuntur per rationem, l. 3. §. lex Falcidia. ff. ad l. Fal. † Quæro vlterius, nepos 11
vult repudiare hæreditatē patris succedere auo in feudo auito nunquid posit? Odof. dicebat quòd non, per generalitatem sæpe allegat. ttt. an fil. vel ag. Et idem videtur velle Bal. in l. qui se patris. C. vnde libe. Sed ipsemet Bald. in d. c. i. an fil. vel ag. circa hoc eleganter distinguit hoc modo: aut filius decessit in tali statu, in quo potest habere hæredem, aut non. Primo casu distinguendum est, quia aut ipsi filio erat feudum acquisitum, & tunc nepos nō potest venire ex persona aui ad illud feudum sed oportet quòd veniat tanquam hæres hæredis. l fi. C. de hære. insti. aut ipsi filio nō erat feudum acquisitum, & tunc quia ex persona patris non potest venire, quia respectu patris feudum est caducum, ideo nepos admittetur ex persona aui. Secundo casu, quando decessit filius in tali statu, in quo poterat habere hæredē, tunc dicit Bal. quòd feudū est separatum ab hæreditate, et ideo nepos potest illud obtinere ex persona aui. Et hāc distinctionē sequitur Ia. Alua & D. Mart. Lau. in d. c. i. Dicebat tamen dominus io. de Blonosco, quòd nepos non potest admitti ad feudum auitum ex persona aui, nisi fuisset conceptus tempore mortis ipsius aui per l. Titius. ff. de suis & legib. & per l. si quis filium. C. de inoffi. test. Sed hoc est falsum secundum Bal. in d. c. i.

quia

quia cum liberi succedant vsque ad infinitum.capà.§. cùm verò Corradus in ti.qui. feu.da pos.& agna.salte vsque ad septimum gradum,vt habetur in cap.i.§.hoc quoq; in ti.de succes feu impossibile esset dicere, quòd omnes essent concepti tempore mortis eius,qui fuit stirps communis agnationis. Et talis impossibilitas patet per rerum naturam,& ideò non indiget probatione vt inquit tex.in l vbi autem non apparet §.illud.legum,nã ipsa manifestissima est.ff.de ver.obl. Addite vos, quòd Bal.tenet eandè sententiã in l si in persona. C.de fideicom. vbi dicit, quòd etiam nepos conceptus post mortẽ aui est successibilis in feudo. & hoc placet D. Mart. Laud.in d.c.i.§ hoc quoque in tit.de suc.feu. Ad l.Titius.& ad l.si quis filium suprà in contrarium allegatas respondebitis, quòd loquuntur in successione hereditaria,sed in feudalibus nepos non succedit tanquam in re hereditaria, sed tanquam ex prouidentia principali:vel aliter:successio feudorum non defertur ex lege ciuili,communi vel Pratoria, sed beneficio Corradi,& ex moribus ampliandis beneficium Corradi.d.§.

12 cùm verò Corradus.† Sed quæro, pater acquirit feudum de nouo,numquid potest illud feudum stipulari veni ex filys,ita quod aly nihil habeant? Bal.in l.i.in 38. quæst.ff.de rerum diuisiõibus determinat quòd sic, per ea,quæ habentur in l.auus.ff.de pac.& in l.continuus.

13 §.fi.ff.de verborum obligationibus.† Item quæro,numquid mortuo patre infeudato continuetur possessio feudi in filium? Bald.in l.cum antiquioribus circa ix. col. vbi tractat materiã primogenituræ. C.de iure delibe.

vide-

videtur velle quòd sic. Sed in contrarium est veritas, quia possessio feudi non transit etiam in filium, nisi sit apprehensa,per no.per gl.in l. cùm miles.ff. ex quib. caus.maio.facit l.cùm hæres.in prin.ff. de acqui.pos. Et hanc sententiam tenuit Io. Rey.in commento. cap. imperialem.§. præterea si quis infeudatus.in titul.de prohi.alie.feud.per Fride. & Bald. expresè in c.1.in 2.col.in tit.quid sit inuesti.† An autem filius succedat 14 in feudo præscripto per patrem? Videtur quòd non, quia non dicitur esse vera inuestitura. Cõtrarium determinabitis, in primis auctoritate Bal.in c.fin. in tit. de feud.da.in vicem le.commissoriæ. Mouetur Bald. quòd præscriptio æquipollet veritati,vt nota.in l.1.C. de ser.& aqua. Et hanc sententiam dicit probari in dict.capit.fin.vbi dicitur, quòd si quis per xxx. annos tenuit rem tanquam feudalem præstando seruitia domino, deinde moriatur, filius succedit in tali feudo præscripto. Secundo comprobabitis hanc decisionem auctoritate eiusdem Bald.in l.liberti. C. de oper.libe. & placet D.Mart.Laud in ca.1.in 1.col.in titu.quib. mo.feu.consti.po.quod noteris. Quæro etiam, vasallus decessit relicto filio,& dominus consentientibus agnatis inuestiuit illum filium tanquam de feudo nouo, licet esset feudum antiquum, deinde moritur filius inuestitus sine liberis,an agnati succedant in illo feudo, an verò dominus superior illius feudi? gl. no. in d.c. 1. in tit.an filius vel agn.determinat,quòd agnati erunt exclusi. Et hanc sententiam secuti fuerunt Ia.de Bel. Ia.de Ardi.& And.de Iser.Bal.& Iac.Alua. ibidem.

Sed ponamus, quòd nõ consentientib. agnatis fuisset ille filius inuestitus tanquam de feudo nouo, vbi tamen erat feudum antiquum, an talis inuestitura praeiudicabit agnatis? Bald. quem cæteri sequuntur in dicto cap. 1. proximè allegato determinat quòd non, quòd dominus in praeiudicium agnatorum non potest mutare seu alterare naturam feudi. ar. l. fin. ff. de pact. & l. si post mortem. §. fin. ff. de bo. poss. cont. tab. Et ista theorica multum benè probatur in dicto cap. 1. an filius vel agna. Eodem modo vasallus in praeiudicium agnatorum nihil potest facere in feudo antiquo. Hæc regula probatur in c. 1. in §. & eorum. & ibi Bald. in titu. de vasal. decrep. ætatis. Et quia regulam habemus, quòd mortuo patre filius infra annum & diẽ debet facere sibi renouare inuestituram c. imperialem. § si quis infeudatus. in ti. de probi. alie. feud. per Fred. aliàs priuabitur feudo, vt ibi, quæro, an sufficiet probare lapsum anni & diei à morte patris? Concludite, quòd non, sed oportet etiam probare, quòd filius se immiscuit hæreditati paternæ habendo scientiam mortis paternæ. Item oportet probare, quòd habebat conscientiam qualitatis feud. & nisi ista probentur, non poterit priuari feud. licet sit lapsum tempus anni. ita eleganter determinat Bald. & cæteri sequuntur in c. 1. in titu. de capi. Corrad. quod est benè notandum in practica. Et hanc opinionem sequutus est clarissimus Doct. Alex. de Imo. suo consi. lxxix. quasi ad fin. in 1. volumine suorum consiliorum.

SV M-

SVMMARIVM.

Verba ista, Et quibus concedere, & alienare voluerint, quid importent. 1

Verba ista, cui ius dabit, in inuestitura feudali apposita non debent alterare naturam feudi. 2

Inuestitura feudali facta non data licentia alienandi an poterit taliter infeudatus subinfeudare alium sine licentia domini. 3

Subinfeudatio non durat, nisi ad vitam subinfeudantis. 4

Subinfeudans an posit aliquid sibi de feudo retinere. 5

Dominus superior an posit compellere vasallum vasalli sui ad sibi seruiendum. 6

Præscriptio veniens in sequelam tituli, ad quẽ peruenit titulus, ad eundem reuertitur ius præscriptionis. 7

Vasallus an sine licentia domini posit rẽ feudalem concedere in emphyteusim. 8

Vasallus an posit rem feudalem concedere ad libellum. 9

Vasallus an in re feudali posit constituere seruiturem. 10

Vasallo remittente suis hominib. aliquod seruitium, si feudum ad dominũ reuertatur, an tenebitur stare illi remissioni. 11

Liberũ dominiũ non habens non potest libe- 12

rè transferrerem, sed cum sua qualitate.

13 Vasallus an possit in re feudali alteri constituere vsumfructum.

14 Vasallus an possit concedere annuos fructus in re feudali. & nu. 15.

16 Vasallus an de rebus suis feudalibus possit in testamento relinquere pauperibus.

17 Vasallus an pro filia sua maritanda possit dare feudum in dotem.

18 Mulier habens feudum an possit illud marito dare in dotem.

19 Maritus an possit in feudo constituere vxori suæ donationem propter nuptias.

1 ITa etiam quod ipsi vasalli & eorum hæredes, & successores, & quibus concedere & alienare voluerint, habeant & possideant.† *Quæro quem effectum importent ista verba, Et quibus concedere & alienare voluerint? In hoc reperio varias opi. nam Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. xciij. refert opi. Ia. de Bel. & dicit, quòd quanquam ista verba essent apposita in investitura, tamen vasallus seu emphyteuta non poterit alienare rem feudalem seu emphyteuticam sine consensu domini, quia verba prædicta debèt intelligi secundum naturam contractus. l. si stipulatus. ff. de vsur. & l. si vno. ff. loca. Et cum ista opi. trãsit Io. An. ibi in addi. ad Specu. Bald. autem in l. 1. in xlv. q. ff. de rerum diui. dicit, quòd quando in investitura feudi sunt apposita ista verba, Concedo tibi rẽ in feudum pro te & hæredibus tuis, & cui concedere seu alienare volueris, ista verba important liberam potestatem alienandi dictum feudum etiam sine licentia domini. allegat text. ad literam in c. 1. in ti. de feu. nõ haben. propri. na. feu. Idem in effectu volunt ipse Bald. in l. liberti libertæ, in pen. colum. C. de ope. lib. Bar. de Sal. in l. fin. in pen. col. C. de iure emphy. etiam tenet contra opin. Spec. mouetur, quia nisi ita dicamus, verba prædicta nihil operarentur contra c. si Papa. de prim. lib. 6. & l. si quando. ff. de leg. 1. Subiungit tamen, quòd verba prædicta non importabunt, quòd dominus videatur remisisse laudemium, quod debebat consequi ex illa alienatione, & putat Iac. de Bel. ita voluisse Ange. quoque in l. cum essent. §. perplurium. ff. de ser. rusti. pr. etiam tenet contra Spec. dicens, quòd per ista verba, & quibus concedere voluerit, datur libera potestas alienãdi etiam sine licentia domini. Ioa. de Imol. in c. volunt. in antep. car. ext. de loca. etiam tenet contra opi. Spec. per rationẽ prædictam, quia aliàs verba prædicta nihil operarent: subdit tamen tenendũ esse mente dictum Spe. cum quo transit Io. An. & ideo secundum eum dubium esse tenere contrarium. Io. Rey. in suo commento. c. imperialem. §. habito. circa 3. co. in titu. de prob. feud. al. per Frid. Hanc opinionem reducit ad concordiam, hoc modo: aut in investitura sunt apposita ista verba, Ita, quòd tu & hæredes tui, & quibus dare & concedere volueris, idem habeant: & isto casu poterit vasallus alienare sine licentia domini propter illud verbum Habeant, quod debet in-*

telligi cum effectu, ita quòd vasallus habeat liberã potestatem alienandi, & quòd ille, in quẽ alienabit, habeat illud feudũ. allegat. l. habere duobus modis. & l. id apud ff. de ver. sig. Et ita secundum eum propriè loquitur tex. in d. c. vnico. in titu. de feu. non haben. propriam naturã feud. Aut simpliciter sunt apposita ista verba, Et quibus concedere seu alienare voluerit, vel inuestiuit vasallũ cum pacto, quod posset alienare, & isto casu non poterit alienare sine licẽtia domini. & ita intelligatur opi. Spe. In secreto iuris putarẽ, q̃ quando dominus in inuestitura dat licentiã alienandi, vel apponit illa verba, Et quibus concedere vel alienare voluerit, quòd hoc casu vasallus possit alienare sine licentia domini, vt volunt Bal. Sal. Ang. & Imo. in locis allegatis: quia aliàs istud pactum nihil operaretur. Et D. Alex. de Imo. in suo cons. 1. aliàs x. ij. vol. tenet cõ-
2 tra Spe. tenebitis tamen menti concor. Io. Rey. † Quid aũt si in inuestitura essent apposita ista verba, concedo tibi talẽ rem in feudum pro re & tuis hæredib. &, cui ius dabit? Bal. in d. l. Isbe. in pen. co. dicit, quod per ista verba, cui ius dabit, non intelligitur alterata natura feudi, imò important meram naturã feudi, quia inuestitor retulit pactũ ad ius. allegat no. per Bart. in simili in l. Caius. ff. solu. mat. faciunt no. in l. qui mutuã.
3 ff. manda. † Sed ponamus, quòd in inuestitura non sit data licentia vasallo, neq; tacitè neq; expressè alienãdi feudum, vtrum ipse vasallus inuestitus de feudo possit subinfeudare alium de eodem feudo sine licentia domini? Videtur prima facie dicendum, quòd nõ, quia infeu-

infeudando dicitur vasallus alienare, quia transfert vsile dominium. l. fi. C. de re. alie. non alienan. & alienatio est interdicta vasallo sine licentia domini. ca. imperiale. in prin. in tit. de prob. alie. feud. per Fede. in vsi feu. In contrarium determinabitis per tex. in c. 1. §. 1. in titu. qualiter olim pote. feud. alie. & in c. 2. §. similiter. & §. perfecto. in ti. de leg. Cor. & in d. c. imperialẽ. §. callidis. & §. firmiter. & in §. illud. Aduertite tamen, quòd tria requiruntur ad hoc, vt vasallus possit subinfeudare sine licentia domini. Primò, quòd hoc faciat sincerè & sine fraude. Secundò, quod subinfeudet & qui sit similis cõditionis & qualitatis, sicut est ipse vasallus: debet enim subinfeudare pari vel maiori, non autẽ inferiori se. Tertiò est necesse, quòd subinfeudet sub eisdem pactis & conditionibus, sub quib. tenebat ipse feudum. Ista est glo. valdè notabilis communiter approbata in c. 1. § preterea. in titu. de capi. Corra. in li. seu. † Vnũ tamen volo notetis, quòd quan- 4
do vasallus subinfeudat alium, illa infeudatio non durabit nisi ad vitam ipsius subinfeudantis: vnde si ipse subinfeudans moriatur sine liberis, & sit feudum antiquum, agnati poterunt postea reuocare illud feudũ, quia resoluto iure dantis resoluitur & c. c. 1. §. vursus. in ti. de contro. inue. & l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pignorib. Et ideò in quæstione facti, cùm quidam nobilis videns se carere prole, & esse in senectute subinfeudasset alium in feudo, & decessisset sine liberis, consului, q̃ agn. poterant reuocare illã infeudationẽ, & ad hoc allegaui in ꝓpr̃js terminis An. de Ise. in c. 1.

§. 1. in titu. per quos fiat inue. & placet ibi D. Mart. Laud. & idem voluit ipse D. Mart. in c. Titius. in titu. 5 si de feud. defunc. fue. controuer. † Sed quia dixi supra vasallum posse subinfeudare alteri, quaro an aliquid remaneat apud ipsum vasallum subinfeudantē? Prima facie videtur dicendum quòd non, quia vasallus subinfeudando alteri transfert vtile dominium, quod habet, vnde nihil videtur apud ipsum remanere, per ea, quæ habentur in l. ex asse. ff. ad Tre. & in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. Vos determinabitis contrarium, & dicetis, quòd apud ipsum vasallum subinfeudantem remanet quoddam quasi vtile dominium ratione iuris vasallici quod habet in vasallum, quem subinfeudauit: ita dicit not. Io. Rey. in præal. c. imperialē §. Illud. in ti. de proh. alie. feu. per 6 Fede. † Itē quaro de pulchra quæstione, nunquid dominus superior posit cōpellere vasallum vasalli sui ad sibi seruiendum? gl. mouet istā quæstionē in c. 1. §. si. in tit. de contro inue. & nihil clarè determinat. Iaco. de Belui. & And. de Iser. in d. §. si. determinat quod dominus superior non possit vasallum vasalli sui ad sibi præstandum seruitia cōpellere. Mouetur, quia vasallus vasalli mei non est vasallus meus, sicut socius socij mei nō est socius meus l. nā socius. ff. pro socio. Bal. aūt in d. c. si. ad si. col. determinat contrarium, dicens, q̄ dominus superior poterit cōpellere secund. vasallū ad præstandum sibi seruitia, & compellit eū per subtractionem beneficij. allegat ea, quæ habentur in §. adeò. Insti. de loca. & cond. Itē secund. Bal. poterit dominus superior

superior habere regressum cōtra vasallum vasalli sui, tanquam contra debitorem debitoris sui. allegat no. per glo. & Dd. in l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acqui. hær. ta. Al. in d. §. si. sequitur opi. Bal. quam corroborat per tex. in c. 1. §. illud quoque in titu. de proh. alie. feu. per Fed. alleg. etiam Ia. de Ard. Veronen. in summa sua feu. in ti. qui mo. feu. amit. sub rubricella, eodem pacto vasallus det in feudum to. Rey. in suo comment. d. c. imperialem. §. illud. dicit, quòd in hoc casu secūdus vasallus requiretur à suo proprio & immediato domino, & dominus superior requiret suum vas. immediatum, vt sibi præbeat seruitia, & ille vasallus præstabit seruitia domino suo cum inuamine sui subuasalli. Et pro ista sententia faciunt no. in c. 1. §. si in ti. de pa. iur. fir. in li. feu. in secreto iuris putarem secundum vasallum nō posse compelli per dominum superiorem, qui nō est suus dominus immediatus. Primò, quia actio personalis, quæ competit ipsi domino, non transit in singulares successores. l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. & l. si. §. si. ff. de contrah. empti. Et pro ista sententia facit optimè tex. qui nō reperitur in hoc correctus in c. 1. in §. 1. in ti. quali. olim pote. feu. als. Ad motiua allegata per Bald. vos potestis respondere, & primò ad not. in d. §. adeo. quòd licet ibi dicatur, quòd primus emphyteota possit agere contra secundum emphyteutam, vel actiōe præscriptis verbis, vel cōdictiōe ex lege, tamē ibi non dicitur, quòd dominus directus possit agere contra secundum emphyteotam. Ad l. pro hærede. §. si quid tamen. cum sua glo. potestis respondere, quòd ibi bene dicitur,

& notatur, quòd creditor potest facere se mitti in possessionem iuris libertorum & vasallorum debitoris sui. de quo per Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. & per Bald. eleganter in authen. & qui iurat. C. de bon. auto. iudic. possit. Sed in dicto. §. si quid tamen non legitur nec notatur, quòd dominus superior possit compellere vasallum vasalli sui ad præstandum sibi seruitia. Ioannis tamen Rey. supernus allegata mihi placent. † Sed quid si secundus vasallus acquisiuerit in feudo ius ex præscriptione fortè, quia tam ipse, quàm primus vasallus fuerunt inuestiti de re aliena, an resoluto iure primi vasalli redeat illud ius præscriptionis ad primum dominum superiorem? Bal. no. & Iacob. Aluar. in d. c. i. §. fin. in titul. de controu. inuestit. determinat quòd sic, quia quando præscriptio venit in sequelam tituli ad quem pertinet titulus, ad eundem reuertitur ius præscriptionis. allegant l. si alienam & l. qui alienam. ff. de dona. caus. mor. & ea, quæ notantur in l. indebiti §. fin. ff. de condi. indebit.

§ † Vlterius quæro de quæstione quotidiana, vtrum vasallus sine licentia domini possit rem feudalem concedere in emphyteosim? gloss. in c. imperialem. in prin. in titul. de prohib. alien. feud. per Frider. determinat quòd non, quia talis concessio in titul. de lege Corra. & per d. c. imperialem. §. illud. in titul. de prob. alie. feud. per Frid. emphyteosis est alienatio. §. alienationis. in authen. de non alien. colum. ij. & l. fin. C. de re alien. non alien. & illam gloss. secuti fuerunt Iacob. de Belui. Bertra. Caprio. Bald. Iacob. Aluar. & cæteri poste-

posteriores. & ista sententia placuit Ioann. Blancho de Marsilia in summa sua feudorum, in titu. quibus mod. feu. amit. in §. emphyteoticus verò contractus. Et hanc eandem sententiam sequitur Ioann. Rey. in commento d. c. imperialem. in 3. cart. limitat tamen hoc procedere in feudo habente propriam naturam feudi, alioquin si non haberet propriam & rectam naturam feudi, vt est dare exemplum in cap. i in titul. de feud. non habent. propriam natur. feud tunc vasallus posset benè in emphyteosim concedere sine licentia domini. Hanc sententiam audacter teneatis, licet Ioann. Fabri. in §. adeo Insti. de loca. & conduc. tenuit contrarium dicens quòd sicut pater potest dare feudum in dotem pro filia, vt videbitis infrà, ita etiam vasallus debet posse in emphyteosim concedere. Sed ista opinio nullo modo potest sustinere, quia vt dixi, suprà concessio in emphyteosim est alienatio, quæ est interdicta vasallo d. cap. imperialem. Sed dicet aliquis, vasallus potest subinfeudare sine licentia domini, vt suprà, quare ergo non potest in emphyteosim concedere? respondete, quòd ratio diuersitatis est, quia quando vasallus subinfeudat, hoc facit sub eadem conditione, & qualitate, & sub eodem ti. sub quo habet: sed quando concedit in emphytheosim, hoc non facit sub eodem titulo, sed diuerso, & in habentibus symbolum facilis est transitus l. spadonem. §. qui multa iura. ff. de excusa. tut. Aduertite tamen, quòd Petrus Iacob. in tit. de condictione ex lege, imperialem. §. a aliis dicit quòd de consuetudine videmus obseruari, quòd vasalli pascua,

li pascua, terras incultas, et heremos concedunt quotidie in emphyteosim sine licentia domini, & consuetudo tolerat hoc. Et de ista cõsuetudine etiam attestatur Io. Fabri. in d. §. adeo. & Io. Rey. in d. c. imperialem. in §. i. allegans genitorem suum etiam tenere cessante consuetudine. Teneatur quod supra dixi. & ista fuit vna de causis, quare Marchio Montisferrati priuauit N. Dominos sancti Stephani eorum feudo, quia multa bona feudalia concesserant in emphyteosim, & multa alie-
8 *nauerant sine licentia eorum Domini.† An autem vasallus poterit rem feudalẽ concedere ad libellum? concludite quòd non, per d. c. imperialem. ibi, sub quadam collusione nomine libelli: sit ergo cautus, vt habeat licentiam domini sui. & ita expresse determinant Doc. maximè Ioan. Rey. in d. c. imperialem. §. i. Non obstat tex. in c. i. in fin. de alienat. feu. pa. vbi dicit tex. quòd agnatus agnato potest rem feudalem dare ad libellum, quia respondet quòd illa non est alienatio, sed magis restitutio vt probat illa litera. & si vultis scire, qui dicatur cõtractus libellarius, vide Bart. in l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de dam. infec. Et clarius per Bal. in c. i. §. ant si libellarij in ti. qui. mo. feu. amit. & ibi declarat etiam, quæ differentia sit inter contractum precariæ, & con-*
10 *tractum libellorum.† Vlterius est quærendum vtrum vasallus in re feudali possit constituere seruitutem, loquor de seruitute quæ debetur à re rei. l. qui aliena. §. fin. ff. de nego. gest. concludite quòd non in præiudicium domini, quia censetur alienatio quædam. l. si. C. de re. alien. non alien sed in præiudicium ipsius vasalli bene*

benè valet constitutio ipsa per text. ad hoc no. in c. i. §. quid ergo in ti. de innue. de re alie. fac. in li. feu. no. in l. & in pronunciali. C. de seruit. & aqua. & per gl. magnam in sui prin. in c. i. §. præterea in tit. de capi. Corra. in li. feu. Et hoc sequitur magnus effectus, quia si feudum aliqua iusta causa redeat ad dominum, non tenebitur pati illam seruitutem, quam vasallus imposuerit rei feudali. d. §. quid ergo. quia resoluto iure datoris &c. l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pignoribus & c. i. §. rursus. in ti. de cõtrou. inue. Limitabitur tamẽ hoc procedere quãdo feudum reuertitur ad dominũ vt dominum: secus si reuerteretur ad eum tanquam priuatum, veluti quia vasallus ipsi domino donasset feudum vel eum hæredem instituisset: nam tunc succederet regula, quæ dicit quòd ex qua persona lucrum quis sentit, debet illius fallum approbare. i ex qua persona. ff. de regul. iur. habetur in l. cùm à matre. C. de rei. vend. Ita determinat Pet. de Bella per. in l. iij. ff. de seruit. tit. generali. & Pet. Iaco. in titul. de actio. in rem, quæ datur pro re, quæ cedit in commissum, in verb. item est notandum. Et hoc idem volut Ioan. Rey. in d. cap. imperialem. §. habito in iij. cart. in titu. de prob. alie. feud. per Feder. Et prædicta sunt notanda ad multa, maximè ad pulchram quæstionem, quæ frequenter contingit in practica.† Vasallus pro certa quãtitate pecu- 11
niæ sibi traditæ remisit hominibus suis quoddam auxilium seu subsidium, quod sibi debebatur ratione feudi ab hominibus & subditis suis de quibusdam hominibus armatis, seu de quibusdam equitibus, contingit

quòd

quòd dictum feudum aliqua de causa aperitur domino, & reuertitur ad ipsum dominum, certè non tenebitur stare illi remissioni nec debebit eam acceptare pro regula suprà dicta. Quod resoluto iure datoris &c. Ita expressè determinat Ioan. Rey. in d. §. habito, vbi dicit se vidisse hanc quæstionem de facto. Addite vos Bal. in l. Si duobus. §. sed quia nostra maiestas. ad fin. colum.

12 C. communis de leg. vbi post Cyn. de Pisto. † quærit de tali quæstiõe, quòd nobilis tenebat castrum in feudum à quodam Principe: ipse nobilis vasallus alienauit quosdam de hominibus suis, deinde commisit feloniam, per quam feudum fuit apertum domino, an alienatio illa facta de dictis hominib. rescinditur? determinat quòd sic per regulam. d. §. rursus. & d. l. lex vectigali. quia secundum eum ille, qui non habet dominium liberum, non potest liberè transferre rem, sed cum sua qualitate sic. l. si quis domum. §. i. ff. loca. Addite etiam Ang. in d. l. lex vectigali. vbi idem in effectu volunt, quod Ioann. Rey. Et ita consului in quadam causa magnifici Comitis Dechalant, cuius quondam pater fecerat quandam remissionem, seu quittantiam hominibus de quadam annua præstatione, quæ sibi debebatur ratione feudi, & illam remisit pro certa quantitate pecuniæ.

13 † Subsequenter quæro, numquid vasallus in re feudali possit alteri constituere vsumfructum, vel vsum inter viuos, & in vltima voluntate? Aliqui voluerunt dicere, quòd sic in præiudicium ipsius constituentis, sed non in præiudicium domini, per ea, quæ dicta sunt in quæstione

stione proximè præcedente: glo. verò in d. c. 1. §. preterea. in glo. magna. in prin. in titul. de capi. Corra. determinat, quòd talis constitutio vsusfructus vel vsus nullo modo valebit. Et hanc sententiam tenuerunt Iaco. de Ardizo. in sua summa feudorum in titu. qui. mo. feu. amit. §. cùm prædictum. ver. nunquid possit. & Ioann. Blanchus de Marsilia in summa sua. in titu. quib. mod. feud. amit. ver. nunquid poterit vsumfructũ &c. & placet Ia. Alua. in c. imperialem. in prin. in ti. de prob. feu. alie. per Fride. Hanc quoque opi. sequntus est Ioa. Rey. in d. §. habito, in iij. car. mouetur, quia constituere vsumfructum est alienare. d. l. fi. C. de re. alie. non alie. Ad idem inducit l. sed si pecunia. §. nec vsusfructus. ff. de re. eo. Item quia vsusfructus est pars dominij. l iij. ff. de vsufruc. sicut ergo vasallus sine scientia domini nõ potest alienare suum vtile dominium, ita nec potest alienare vsumfructum, qui est pars dominij. Pro eadem sententia adducit text. in d. c. imperialem. vbi inhibentur alienationes & translationes rerum feudalium etiam quoad possessionem. Et nos habemus, quòd vsufructuarius dicitur possidere. l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. & l. naturaliter in prin. ff. de acqui. pos. † subiungit, quòd vasallus sine licentia domini non posset cõcedere annuos fructus seu redditus in re feudali, quia talis concessio æquipollet concessioni vsusfructus. l. cum ita. ff. de vsufru. leg. & l. Quintus. ff. de annu. leg. licet quandoque concessio in annuum redditum differat à concessione vsusfructus. l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruct. leg. † Aduertite, quia licet vasallus non pos- 14 15

sit

sit in rebus feudalibus concedere vsumfructum vel vsum sine licentia domini, tamen benè posset vendere fructus verum feudalium pro tempore, quo feudum remanet apud eum, vel ad certum tempus, quia ista non dicitur alienatio feudi. in l. in aedibus. §. i. ff. de donat. Ita dicit Ia. Aluar. in d. c. imperialem. & Ioann. Key. in d. § habito. Hinc ad propositum dicit not. Bald. in c. 1. in princip. circa fin. col. illius princ. in titu.

16 *de succ. feud. in li feud.* † *quòd si vasallus in suo testamento grauet filium suum, quia de vino quod nascetur in sua vinea feudali det omni anno duas salinas amore Dei, tale relictum benè valebit: quia non dicitur disponere de re feud. sed de fructibus separatis à feu. & ndō icitur rem alienare ille, qui alienat fructus*

17 *separatos, allegat d. l. in aedibus. §. i. de dona.* † *Rursu quaero, vtrum vasallus pro filia sua maritanda possit dare feudum in dotem sine cōsensu domini? videtur quòd sic per text. in c. 1. in ti. de innest. quam Titius accepit à Sempr. & per text. in c. 1. in tit. de eo qui sibi & haered. suis. Contrariam opin. tenuit glo. in c. imperialem. in tit. de prohi. alie. feud. per Feder. & alia glo. in c. 1. §. donare. in ti. quali. olim pote. feu. alie. Pro hac opin. videtur esse text. in d. §. donare. ibi, Vel in dotem pro filia dare. Et hanc sententiam tenuerunt Iaco. de Bel. Nico. de Neapo. & Bald. in d. §. donare. & in d. c. 1. in titu. de innest. quam Titius acce. à Sempro. Sed primā opi. quòd imò possit dari in dotem sine consensu domini tenuit Iaco. de Ardizo. in ti. qui. mo. feu. amit. sub rubricella, In dotem pro filia. & huius sententiæ vide-*

videtur fuisse Cy. in l. voluntas. C. de fideicom. In hac varietate teneatis, quòd pater pro filia non potest dare feudum in dotem sine licētia domini, saltem quando daret illud æstimatum. Pro hoc adduco, quia si non est licitum vasallo alienare feudum etiam pro necessitate famis sine licētia domini, vt no. in c. 1. §. aut si libellario in ti. qui mo. feu. amit. multò minus debet posse dare in dotem pro filia. Et dicit D. de Rota. sua cōclusione cxcvij. incip. Item quòd pater. &c. quòd si vasallus sine licentia domini det feudum in dotem pro filia, talis datio non durabit nisi pro vita ipsius vasallis. allegat notata in c. nuper. ext. de dona. inter virum & vxor. Ioan. Rey in suo commento. d. ca. imperialem. in ti. de prohi. alie. feud. per Fed. in §. habito. circa 8. & 9. col. distinguit. aut vasallus dat feudum æstimatum pro filia maritanda, & tunc potest hoc facere, nec tenetur soluere laudemium: aut dat feudum æstimatum tali æstimatione, quæ faciat emptionem, & isto casu debet requirere consensum domini, & soluere illi laudemium. Videatis ibi per eum. In secreto iuris crederem tenendam esse opinionem gloss. superius allegatarum, quæ sunt suffultæ auctoritate famosissimorum Dd. & istam sententiam tenendo respondere ad iura pro prima parte, quod non allegata loquuntur in parte dotante filiam sed in ipsa muliere habente feudum in dotem. † *Nunc est vidēdum de ipsa mu-* 18 *liere habente feudum, nunquid possit illud dare in dotem marito? Ia. de Bel. in præallegato §. donare. determinat, quòd sine licentia domini non poterit hoc fa-*

cere. Sed Ia. de Ard. in d. tit. quib. mo. feu. amit. sub rubricella, Mulier habens feudum determinat totum contrarium, dummodo det illud inæstimatum, nec apponat pactum de lucranda dote per maritum, & non habeat aliunde bona pro se dotanda. Et istam opin. sequitur Iac. Alua. in d. §. donare. mouetur, quia hoc casu mulier suum vtile dominium non abdicat à se, imò retinet vsumfructum pro se alimentanda, vt habetur in l. in rebus. & in l. pro oneribus. C. de iure do. Secundò mouetur, quia dominus ex hoc non patitur magnū præiudicium, igitur non oportet eius consensum requirere. & addit simile in pignorando feudo, quia si ipse pignorās retineat feudum apud se, ex hoc nō priuatur feudo: secus si tradat alteri, vt plenè not. in d. c. imperialem. & in c. 1. §. aut si libellario. in ti. qui. mo. feu. amit. non tamen vt dixi poterit apponere pactum, quod ipsa præmoriente maritus lucretur feudum dotale, per tex. no. in c. 1. §. fin. in titu. de inuest. de re alie. fac. † Sed an maritus in feudo posit cōstituere donationem propter nuptias vxori suæ? Bald. in d. §. donare. videtur velle quòd sic. arg. auth. dos data. C. de dona. an. nup. & arg. auth. Aequalitas. C. de pact. con. tam su. do. & c. Vos intelligatis dictum Bal. procedere, quando non sit æstimatio feudi, & quando non sit pactum de lucranda donatione propter nuptias, per ea, quæ proximè dixi. 19

SVMMARIVM.

1 Vasallus singulis annis ad certum cēsum obligatus an triennio abstinēs cadat à feudo.

Obliga-

Obligatus ad censum censuarium ex contractu an abstinendo possit cadere à iure suo. & num. 3. 2

Lex, si quis maior. ff. de transact. locum habet in omni coniunctione iurata. 4

Emphyteuta personæ priuatæ an per cessionē triennalem cadat à iure suo. 5

Vasallus non tenetur afferre seruitium domino, donec sit interpellatus, nisi sciat periculum imminere. 6

Vasallus an teneatur alimentare dominum existentem in inopia. 7

ET cum pacto, quòd dicti vasalli præstent singulis annis ipsi domino vnū eulē argenteum, vel x. libras piperis &c. † Circa hoc quæro, nunquid vasallus, qui singulis annis tenetur præstare domino certum censum, si cesset per triennii in solutione dicti canonis cadat à feudo? Inn. & Io. An. in c. ad Apostolicæ. ext. de re iu. li. vi. videtur velle, quòd sic, pro quib. facit ille tex. ver. posset. Eandē opi. tenuit Bal. in c. quæ in ecclesiarū ext. de consti. pro quo facit tex. in l. 2. C. de iu. emphy. Contrariam opi. tenuerunt Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. lxxxv. & Dominicus de sancto Gemi. in d. c. ad apostolicæ. & Fran. Zabal. in c. potuit ext. de loca. Eandem sententiā tenuit Ia. Alua. in c. 1. §. Sed nō est alia. in ti. qua sit prima cau. bene si. amit. & ibidem attestatur se ita consuluisse cum D. Pau. de Ca. Hac ead. opinio placuit D. Mart. de Lau. in prox- 2

in proœmio feud. circa secundam car. Et dicit D. Alexan. de Imo. in suis consilijs, suo consi. ix. in tertio vol. quòd ista est communis opinio. pro qua facit text. in c. 1. §. licet. in titu. si de feu. defunc. sue. contro. vbi dicit, quòd licet vasallus stet ad offerendum seruitium domino etiam per longum tempus, nõ debe: priuari feudo, nisi fuerit requisitus de præstando seruitio. † Item quotiescunque ex contractu præstatur census censuarius, etiamsi staret per decem aut centum annos, quib. non solueret censum, non caderet à iure suo, vt vult pulchra glo. communiter approbata in ca. constitutus. extr. de reli. do. habetur per Bar. in l. 1. in princi. ff de Publi. Ergo multò minus feudatarius debet cadere à iure suo, cùm feudum detur amore & pro honore Domini. c. 1. in prin. in tit. de feu. da in vicem leg. cõmisso. Et tenendo sententiam communem, quòd non cadat, potestis respondere ad motiua aduersantia, & primò ad l. 2. C. de iure emphy. quia loquitur in emphyteota personæ priuatæ: nos autem loquimur in feudatario, & inter istos est magna differentia. Ad c. ad apostolicæ. respondete, quòd ibi Imperator Federicus non fuit priuatus à Romano Pontifice ex ea sola causa, quòd non soluisset censum pro feudo, imò concurrebant ibi multæ aliæ causæ, maximè, quia exinaniuit feudum. Nam Papa ex leui causa non potest deponere Imperatorem, sed requiritur grauis causa, & ita not. quòd habeat turbare vniuersale statutum totius Christianitatis ista sunt verba Bald. in l fin. in fine column. C. de legi. allegat dict. cap. ad apostolicæ. Ad text. in dicto ca-

pit. primo. §. Sed non est alia. in titu. quæsit prima causa benefi. amit. respondete, quòd debet intelligi, quando feudum principaliter fuit concessum propter annualem præstationem, & ex ipsa causa tantum. nam tunc vasallus benè cadit à feudo: secus si fuit facta concessio principaliter, vt fidelitas promittatur & præstetur. nam tunc illa præstatio census censetur causa impulsiua, & non finalis. facit Innocen. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & in l. 1. §. sextum ff. de postu. Et hanc responsionem accommodat Iac. Alua. in dicto §. Sed non est alia. Et ideò Dominus Marti. de Laud. in proœmio feudorum in d. 2. cardin. dicit ad propositum, quòd si feudum esset tale, in quo contrahendo habuissent principaliter respectum ad ipsam præstationem census magis, quàm ad beneficium & amorem, tunc vasallus cessante soluere talem censum per triennium benè caderet à iure suo: & ideò dicit, quòd quãdo castra singulis annis solent dare ciuitati in principali festo ipsius ciuitatis bigamum, vel banderiam, hoc significat honorem & subiectionem, quasi castra sint subiecta ipsi ciuitati. Alleg. Anto. de Butri. ita tenere in c. literis. ext. de restitutione spoliato. Et secundum sententiã prædictam, quòd vasallus non priuetur, licet cessauerit per triennium soluere censum domino, cõsuluit venerandã collegiũ Mediolanense. Et principalis compositor illius consilij fuit clarissimus & generosus Doct. D. Ioan de Castellio. vt refert D. Mart. de Laud. in loco præallegato. † Ego concludionẽ prædictam cõmunem limito, nisi vasallus iurasset ad sancta Dei Euangelia

angelia soluere domino dictum annuum censum. nam tunc si vno solo anno cessaret in præstatione, posset cõtra eum agi ad pœnas l. si quis maior. C. de transact. vt priuaretur commodo ipsius contractus. † Nam illa l. si quis maior. habet locum in omni coniunctione iurata, vt volunt Dd. communiter ibi. Et pro ista limitatione adduco auctoritatem Bald. in c. querelam. in gloss. 1. ext. de iureiur. vbi dicit, q̃ licet in casu illius decretalis oporteat expectare biennium, tamen si ibi fuisset interpositum iuramentum, certè sufficisset cessatio per vnum solum annum propter iuramentum. Ad idē pro corroboratione huius limitationis adduco allegans cõsilium D. Alex. de Imo. in primo vol. suo consi. cxxvi. incip. Redemptoris domini inuocato suffragio non pu- 5 to &c. vbi dicit, † quòd illud, quod dicitur, quòd ad hoc, vt emphyteota personæ priuatæ cadat à iure suo, requiritur cessatio per triennium. l. 2. C. de iure emphy. debet limitari, nisi emphyteota iurasset in contractu emphyteutico soluere canonem singulis annis. nam tunc sufficeret cessatio per vnum solum annum, quia posset agi contra emphyteotam ad pœnas dictæ l. si quis maior. ad finem. quòd priuetur omni commodo contractus. Alia limitatio potest sumi ex his, quæ vult Iac. Alua. in dicto §. sed nec est alia. videlicet, quòd si concessio feudi fuit facta principaliter propter illam annuam præstationem census, tunc vasallus benè caderet à iure suo. Aduerte tamen, quòd si in instrumento esset scriptum hoc modo, Talis concessit talem rem in feudum pro annua quantitate frumenti, illud non erit

erit propriè feudum, sed magis contractus emphyteuticus, vel contractus innominatus: & ideò ille, cui fit talis concessio non censetur iure feudatarij, nec tenetur præstare fidelitatem. Ista sunt verba Bald. in l. liberti. in vi. col. ibi, item nota, quòd si instrumentum. C. de ope. libe. habetur per eundem Bal. in c. si cautio. ad fin. col. ext. de fide. inst. Habetis examinatum istum passum plenius, quàm vnquam alibi viderim. † Addite, quòd vasallus non tenetur offerre seruitium domino, sed debet expectare, donec sit interpellatus à domino, nisi vasallus sciat magnum periculum imminere domino, quia tunc debet se offerre etiam non interpellatus. text. est no. in c. licet aliàs. c. 1. §. licet. in titu. si de feu. defunc. fue contro. Et ibidem deciditur, quòd licet dominus flet in periculo incidendi in periurium, eò, quia pecuniam debitam non potest soluere in termino, licet vasallus illi non subueniat de illa pecunia, cùm possit, non tamen debet perdere feudum, quod est benè notandum. Et sic habetis, quòd vasallus non tenetur de necessitate prouidere saluti animæ domini sui. † Sed circa hoc mouco pulchram dubitationem: vasallus videt dominum indigere & laborare inopia, an teneatur ipsum alimentare? Spec. in titu. qui filij sint legi. §. 1. ver. vtrum dominus. arguit ad partes, & nihil clarè determinat. Ia. de Ardizo. Veronen. in summa feu. in ti. qui. mo. feu. amit. super rubricella. Vtrũ vasallus teneatur alere dominũ indigentẽ: determinat vasallũ ad hoc nõ teneri, quia non reperitur iure cautum. Et hanc opin. Ia. de Ard. refert. Io. An. in addi. ad Spe.

ad Spe. in d. titu. qui fil. sint legi. in §. 1. circa. 3. co. & transit cum ista opinione, pro qua opinione facit, quia donatarius non tenetur alere donatorem indigentem, vt vult pulchra glo. in l. in condemnatione. ff. de regu. iur. Sed aduertite, quia in hoc vltimo glo. tenuit contrarium in l. fin. C. de reuoc. dona. Doc. ibi has glo. reducunt ad concordiam hoc modo; aut fuit facta donatio de aliqua re singulari: & tunc donatarius non tenebitur alimentare donatorem, & ita intelligatur gl. in d. l. in condemnatione. aut facta fuit donatio vniuersitatis bonorum, vel donatio fuit magna, & tunc donatarius tenetur alimentare donatorem, & ita intelligatur glo. in d. l. si. Redeundo ad propositum placet mihi sententia Ia. de Ardi. & Io. Andr. quòd vasallus non tenetur alimẽtare dominum indigentem. & hanc sententiam sequitur Ia. Al. in præal. cap. licet. per l. 3. §. pen. ff. de admin. rerum ad ciui. pertinen. Limitat tamen conclusionem praedictam, nisi feud. concessum vasallo esset magnum, vel dominus omnia bona sua dedisset ipsi vasallo, vel dominus factus fuisset egenus facto vasalli & culpa sua, puta pro defendendo eum. Ad hoc addit optimè tex. in c. 1. §. si. in ti. Episc. vel Abb. in vsi. feu. vbi dicit, quòd licet mutuum non possit retinere feudum, tamen si feudum esset magnum, debet illi dimitti tantum de illo feudo, vnde possit viuere. Optimũ ergo consilium est, quòd dominus in inuesturis apponat pactum, quòd vasallus teneatur præstare alimenta domino in suo casu necessitatis. nam licet tale pactũ sit præter communem regulam feudorum, tamen erit seruan-

seruandum per ea, quæ habent. in c. i. in titul. de feud. non haben. propr. nat. feud.

SVMMARIVM.

Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini. 1

Generalis bonorum obligatio an includat feudum, & nu. 3. 2

Vasallum alienando feudum sine licentia domini esse dignum priuatione feudi qualiter sit intelligendum. 4

Verba ista, Talis feudatarius dedit, vendidit & tradidit talem rem feudalem Titio, & constituit se tenere & possidere nomine ipsius Titij, in venditionis instrumento apposita quid operentur. 5

Verbum, Saluo &c. in instrumento venditionis feudalis appositum multum operatur. 6

Vasallus an possit transigere super re feudali sine licentia domini. 7

Vasallus potest transigere cum aduersario, dummodo ipse vasallus retineat feudum. 8

Vasallus an possit compromittere super re feudali sine licentia domini. 9

Vasallus an possit compromittere in arbitratorem sine licentia domini. 10

Vasallus an per simplex compromissum factũ in arbitratorem sine licentia domini possit admitte-

admittere feudum.

12 Transactio super re feudali sine licentia domini an debeat præiudicare agnatis ipsius vasalli transigentis.

13 Vasallus an possit sine licentia domini locare feudum ad longũ seu lõgissimum tẽpus.

14 Vasallus an possit alienare feudum propter necessitatem aliquam.

15 Statutũ, quo permittitur vasallis alienare feudum licentia domini, an sit validum.

16 Consuetudo permittens vasallum posse alienare feudũ sine domini licẽtia an sit valida.

17 Agnatus potest alienare feudum alteri agnato proximiori, ad quẽ feudũ esset peruenturũ.

18 Alienatio feudi an possit per agnatos ipsius alienatoris reuocari.

19 Consensus domini requisitus ad feudi alienationem an debeat precedere alienationem, an sufficiat post ipsam.

20 Tacitus consensus domini an sufficiat ad feudi alienationem.

21 Feudum subinfeudatum an possit alienari, & cuius consensum requirat.

22 Vasallo vasalli feloniam committente contra Principem, à quo primus vasallus feudũ recognoscit, cui veniet feudum applicãdum.

23 Venditio facta per hæc verba, Vẽdo & trado tibi tale feudũ saluo iure domini & agnatorũ meorũ &c. an requirat domini cõsensũ.

Vendi-

Venditio feudi facta cum clausula, Saluo iure domini, an sine consensu domini sit valida. 24

Vendens feudũ cum ijs verbis, Saluo honore domini licentia nõ optata, an debeat feudũ. 25

Feudum alienans cũ ijs verbis, In quantũ de iure possũ &c. an excusetur ab amissiõe feud. 26

Vendens feudum sub conditione, si domino placuerit, an excusetur à feudi perditione. 27

Solennitate per statutum inducta in feudi alienatiõe an ipsa omissa debeat feudum amitti. 28

Domino dãti licentiã vasallo alienãdi feudum an remanebit saluum ius directi dominij. 29

Feudum sine domini licẽtia alienatum, an aperietur domino, aut agnatis alienantis. 30

Feudum antiquum potest etiam sine domini licentia alienari in agnatum proximiorem in illo successurum. & nu. 33. 31

Feudum an possit alienari in agnatũ remotioris gradus sine cõsensu omniũ proximiorũ. 32

Trib⁹ fratrib. feudũ antiquũ habẽtib. si vn⁹ det alteri partẽ suã, & deinde monachatur, an illa pars spectare debeat ad illũ solũ aut alios duos. 34

Filij alienantes feudum ant quum an debeant præferri agnatis ipsius alienatoris. 35

Consensus agnati de feudi alienatione an præiudicet filio ipsius alienantis. 36

Refutatio feudi antiqui per vasallum domino facta, an debeat præiudicare agnatis ipsius refutantis. 37

Vasal-

38 Vasallo feudum vendere volente si agnatus offerat iustum pretium, extraneus autem offerat vltrà, quis veniet præferendus. & numer. 39.

40 Duorum habentium feudum antiquum si vnus vendat partem suam alteri, an ille, qui acquirit, teneatur se facere inuestiri infra annum & diem.

41 Inuestitura feudi acquisiti quo casu sit à domino infra annum & diem petenda.

42 Feudo antiquo alienato quis erit in reuocando præferendus, an filius alienatoris, an agnati.

43 Alienatio feudi facta per patrem, quando habeat præiudicare filio.

44 Alienatio feudi legitimè facta, & cum licentia domini an, & quando, & à quibus possit reuocari.

45 Vasallum alienantem feudum sine licentia domini debere illud perdere qualiter sit intelligendum.

ET cum pacto de non alienando. Quid operetur istud pactum statim vobis declarabo, sed propter vtri discussione præmitto vobis† quòd vasallus non potest sine consensu domini alienare feudum. c. imperialem. in principio in tit. de prohi. alie. feud. per Fede. & in c. i. in ti. qualiter olim pote. feud. alie. Etiam verbum alienationis hoc casu capitur largè, & comprehendit etiam

etiam permutationem & insolutum donationem, quæ duo contractus æquiparantur venditioni. l. apud Celsum. §. auctoris. ff. de except. doli. & l. fin. ff. ex quibus cau. in pos. ea. Item comprehendit donationē, quia vasallus sine consensu domini non potest donare feudum, imò nec relinquere pro anima. c. i. §. donare. in tit. allegato qualiter olim pote. etc. itē vasallus sine consensu domini non potest pignorare feudum. d. c. imperialē. in princip. aliàs priuabitur feudo, quòd intelligatis verum, quando transtulit possessionem in creditorem, aliàs autem per simplicem hypothecationem nudo consensu celebratam non perderet feudum. l. alienatum. ff. de verb. sig. ita dicit Bal. & cæteri sequuntur in d. c. imperialem.† in generali autem obligatione bonorum 2 nō veniunt feuda. c. i. §. in generali. in ti. si de fen. defun. fue. contro. Si ergo vasallus alienando feudū sine consensu domini priuatur feudo ipso iure, vt vult glo. in c. imperialem. §. callidis. in verbo, reuertatur, quid operatur istud pactum de non alienando appositum in inuestitura? Respondeo quòd multum operatur, quia cessante tali pacto vasallus sine consensu domini potest alteri subinfeudare, dummodo hoc faciat sincerè & bona fide, & subinfeudet pari vel maiori, & sub eisdē pactis sub quibus tenebat, vt vult glo. or. communiter approbata in c. i. §. præterea. in tit. de capi. Corra. in li. feud. Si tamen in inuestitura apponatur istud pactū de non alienando, non poterit postea vasallus sine consensu domini subinfeudare, quia quando nona prohibitio

bitio adiçitur antiquæ prohibitioni, habet ampliare vt no. in l. i. §. item nuntiatio. ff. de ope. no. nun. Ita eleganter vult Bald. & cæteri sequuntur in d. §. præterea. † Quod dixi suprà, quòd non appositio in inuestitura pacto de non alienando, quòd vasallus sine consensu domini potest subinfeudare alteri, limitat singulariter Bald. sub dubio tamen forte. in d. §. præterea. nisi esset feudum ecclesiasticum: quia tunc vasallus non posset alteri subinfeudare sine consensu Prælati, quia quod omnes tangit, ab omnibus est agnoscendum. l. fin. C. de auctо. præstan. Sed Iac. de Bel. in c. i. in prin. in ti. qui feud. da. pos. in hoc tenet contrarium, æquiparando in hoc priuatum & Ecclesiam, quia vtroque casu vasallus poterit subinfeudare sine licentia domini, nisi esset feudum decimale, quia tunc vasallus Ecclesia non posset subinfeudare illud feudum decimale sine consensu Prælati, per ea, quæ habentur in c. prohibemus. ext. de decim. Et cum ista opin. transit Iac. Aluar. in d. c. præterea allegans no. per Spe. in ti. de pig. in §. i. vers. quid de decimis. & secundum istam sententiam aliquando consului. † Item quod dixi suprà vasallum alienando feudum sine licentia domini esse dignum priuatione, et priuari feudo ipso iure, intelligatis procedere, quando ipse vasallus processit ad traditionem realem, alias autem per venditionem nudo consensu factam non priuaretur feudo. ita no. dicit Bal. in c. i. §. aut si libellario. ti. qui. mo. feu. amit. in vl. co. allegat l. alienatum. cum ibi notatis per Dy. ff. de ver. signs. † Ex hoc infertur ad quæstionē quotidianā: pone, in instrumento venditionis

ditionis sunt apposita ista verba, Talis feudatarius dedit, vendidit, & tradidit talem rem feudalem Titio, & constituit se tenere & possidere nomine ipsius Titij, an ex talibus verbis dicatur processisse ad traditionē, adeò quòd debeat priuari feudo? Spe. in ti. de emp & vend. §. 1. in prima forma instrumenti venditionis, in verbo emptione, videtur velle, quòd in contractu emphyteutico, vel feudali talia verba apposita, in instrumento non operentur, nisi fictè & impropriè, ideo quòd res feudalis nō habetur pro realiter tradita. & quòd illa verba, dedit & tradidit, non important realē traditionem, vòluit Bartol. quem cæteri sequuntur in l. prædia. ff. de ac. poss. Et sic videtur velle Specu. quòd in casu præmisso vasallus non amittat feudum, ex quo non tradidit corporalem possessionem. Sed Ve. Iac. in titu. de condi. ex leg. capit. imperialem. §. callidus. sub rubricella, de actione eadem. ver. item quod habet nobis. dicit, quòd quando vasallus concipit instrumentū venditionis modo, quo suprà quòd addat ista verba, † Saluo tamen iure domini, saluaq; & retenta volū- 6
tate & consensu domini, à quo mouetur dictum feudum, nam per talia verba vasallus excusatur ab amissione feudi: quia illud verbum, Saluo, magnum operatur effectum. l. si debitor. ibi, salua causa pignoris. ff. quib. mo. pig. vel hypo. solui. & l. 1. ibi, salua lege, & l. vniuersi. ibi, saluo canone. C. de fun. patri. lib. xi. habetur in l. item Labeo. §. 1. ff. famil. herciscun. Item quando vasallus facit apponi in instrumento ista verba, dicitur facere contrariū cōditionale, quia illa verba, Sal-

ba, Saluo et retento consensu et voluntate domini sunt ablatum absoluti, qui resoluuntur in vim conditionis. l. ab emptione. ff. de pac. & l. à testatore. ff. de condi. & demon. Et nos habemus, quòd defectus conditionis habet impedire translationem possessionis et dominij. tex. est no. in l. qui absenti. in §. 1. & ibi per Bart. ff. de acqui. pos. Pau. de Ca. in l. i. §. sirem ff. depos. loquendo tamen in alijs terminis, quia loquitur quando vasallus vendidit feudum, & constat illum tenere & possidere nomine emptoris, deinde statim recuperauit feudum, videtur velle ibidem, quòd in casu ibidem posito per eum vasallus nihilominus priuetur feudo Iaco. Aluar. in c. i. in titul. quid iuris sit si vasallus post alienationem feudi id recuperauit. loquendo in terminis, in quibus loquitur Pau. de Ca. videtur velle, quòd vasallus non amittat feudum. Do. Mar. de Lau. in c. imperialem. in prin. in ti de prohi. alie. feud. per Frid. dicit, quòd sicut vasallus alienando & tradendo realiter feudum sine licentia domini amittit feudum, ita idem est secundum eum, quando tradidisset per cõstitutum l. quòd meo in princi. ff. de acqui. pos. Ego in quæstione facti sequutus sum istam opinionem, & mouebar, quia vasallus hoc casu quantum in se fuit, alienauit feudum, & licet per constitutum dicatur interuenire ficta traditio, tamen benè transfertur vera possessio, vt habetur in d. l. quod meo. vnde perinde est ac si processum fuisset ad corporalem traditionem, & tenemenți prædicta, quia videbis in practica. Subsequenter circa istam materiam alienationis, in qua dixi, quòd

quòd si vasallus sine licentia domini alienat feudum, quod perdit illud, † videndum est, an possit transigere sine licentia domini super re feudali, quando est mota illi quæstio? Tex. in c. si vasallus de suo feudo. in tit. si de feud. defunct. fuer. controuer. & expressius in c. 1. in titu. de controuer. inter vas. & alium de benefic. videtur velle, quòd sic, dummodò sincerè & bona fide transigat. Ioan. Rey. in suo compendio feudo. in capit. imperialem. §. habito. circa xvij. col. videtur velle idẽ per iura proximè allegata. subiungens, quòd quando vasallus transigit retinendo feudum, non debetur aliquod Laudemium domino: secus si vasallus pro transactione transfert feud. in alium, quia tunc soluendum esset laudemium. Bald. autem in præalleg. c. 1. in titu. de controuer. inter vas. & alt. de benefi. refert in primis quandam apostillam, quam habebat, in effectu cõtinentem, q vasallus sine licentia domini potest transigere, per iura proximè allegata. Postea subdit tamen, quod in contrarium facit, quia ille, qui est prohibitus alienare, intelligitur etiam prohibitus transigere. l. nõ solum. C. de prædijs mino. deinde dicit ibidem, distinguendum esse, quòd aut vasallus transigit retinendum vel dimittendum feudum apud possessorem, & tunc valet transactio: aut transigit transferendo feudum in alium, & tunc non potest hoc facere sine licentia domini. subiungit circa primum membrum, quòd licet in alijs cõtractibus ille, qui dimittit rem apud aliũ, dicatur alienare. l. quædam mulier ff. de rei ven. & l. si sponsalibus. §. 1. ff. de in. dot. tamen secus est in eo, qui

dimittit ex cau. transactionis, quia non dicitur alienare. tex. est not. in l. si pro fundo. C. de transact. Idem Bal. in c. imperialē. in princ. circa xiij. col. in titu. de prohi. alie. feu. per Fed. dicit, quòd vasallus sine licentia domini potest transigere, dummodò faciat sincerè & bona fide, non autem fraudulenter. & præsumetur bona fide transegisse, quando dubius erat euentus litis, & causa erat valdè dubia contra vasallum: secus si fuisset de facili decidibilis, & faciliter poterat liquidari. l. in summa. ff. de cond. inde subiungit ibidem, q̃ debet cauere vasallus, ne transigendo aliquid promittat aduersario, sed solū dimittat feudum apud ipsum possessorē aliquid recipientem. Addit ibidem, quod licet in contractib. nominatis quis teneatur de euictione. l. 1. ff. de re. permu. tamen secus est in transactione. d. l. si pro fundo. itē ille, qui cedit liti, non dicitur alienare. d. l. si pro fundo. idem Bald. in d. c. si vasallus dicit, quod tunc vasallus dicitur bona fide transegisse, quando denunciauit domino, vel per eū non stetit, Iac. Aluar. in d. c. si vasallus. in hac dubitatione dicit se reperire varias opiniones. nā quidam dicunt, quòd vasallus potest transigere ad sui præiudicium, non autē domini. Alij dicunt, quòd aut denunciauit domino aut non. Alij dicunt, quòd dominus post transactionem vult venire ex persona sua contra illā transactionē, & tunc poterit hoc facere: aut vult venire ex persona vasalli, & tunc nō admittetur. alij dicunt, q̃ aut vasallus transigit retinendo feudū, & dando aliquid aduersario, & tunc licita est transactio, quia licitū est vasallo redimere

redimere vexationem, iuxta illud, Redimite tempora vestra, & vexationes, quia dies mali sunt. ca. dilectus. ext. de Simo. Aut vasallus transigit transferendo feudum in alium, & tunc non potest hoc facere sine licentia domini, quia esset alienatio. d. l. non solum. † Ex 8
omnibus prædictis elicio vobis tres cōclusiones. Prima est, vasallus potest transigere cum aduersario, dummodo vasallus retineat feudum. Secunda conclusio, qua elicitur ex dictis Bal. in locis alleg. est, vasallus sine scientia domini transigendo potest dimittere feudum apud possessorem: quia hoc casu non dicitur alienare. d. l. si pro fundo. Tertia conclusio, vasallus sine licentia domini non potest transigere transferendo feudum in alium. Ad præmissa bene faciunt not. per Bar. in l. nulli. ff. de transact. & per Cano. in c. veniens. ext. de transa. Secundam conclusionem suprà relatam ego limitarem, nisi iura vasalli essent liquida, quia tunc sine licentia domini non posset transigendo dimittere feudum apud possessorem, quia præsumeretur fraus: & omnis machinatio, per quam deuenitur ad alienandum feudum, est interdicta vasallo. d. c. imperialem. in prin. & in §. callidis. in ti. de prohi. alie. feud. per Fed.
† Sed an vasallus possit compromittere super re feu- 9
dali sine licentia domini? tex. in c. 1. §. si inter. in ti. de leg. Corr. in vsi. feud. videtur velle, quòd vasallus sine licentia domini possit compromittere in arbitros. Idē videtur velle text. in c. 1. in titu. de inuesti. in ma. fac. in c. 1 in tit. apud quem vel quos. & ita tenuit gl. in d. c. imperialē. §. pen. & in d. c. si inter. Hanc opi. sequuti

fuerunt Pileus in sua summa feudorum, & Iac. de Bel. & Nic. de Neap. in capitulis superius allegatis. & Ia. de Ardizo. in sua laudabili summa feu. in titu. de conten feu sub rubricella, si contentio est inter vasallum. & istam opinionem tenuit Spec. in tit. de arbi. §. restat. ver. sed nunquid vasallus. & placet Host. in sua summa, in titu. de arb. §. de quare. ver. sed nunquid Andr. de Iser. in d c. 1. si inter. arguit, quod primo imò vasallus possit compromittere sine licētia domini, quia datur illi facultas litigādi actiuè & passiuè super feudo. c. 1. in ti. de contro. inter vas. & alie. de benefi. ergo debet esse licitum compromittere in arbitros, quia arbitria sunt redacta ab instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbi. postea dicit, sed cū hodie omnis alienatio sit prohibita vasallo, seu omnis machinatio & circumuentio per quam posset deuenire ad alienationem. d. c. imperialē. in prin. & in §. callidis. & l scire oportet. in §. 1. in verbo, alia via. ff. de tuto. & cura. dā. ab hīs certè videtur, q; sit prohibitum vasallo cōpromittere sine licētia domini. quia per tale cōpromissum iuncta sentētia arbitrorum posset deuenire ad alienationem feudi. in secreto iuris est tenendum, quòd vasallus etiam sine licentia domini potest compromittere in arbitros, quia tex. est in d. § si inter. & in alijs iuribus superius allegatis. Nam consuetudines feudorū permiserunt, quòd arbiter posset esse cognitor & decisor super re feudali. vt probaui suprà. & istā opi. secutus est Ia. Alua. in d. § si inter. Subdit tamen ibidē no. quòd dominus posset prohibere vasallo ne compromittat. allegat l. 1. ff. si quis

quis ius dicen. non obtemp. † Sed dubitatur adhuc, an 10
vasallus possit compromittere in arbitratorem sine licentia domini. In hoc audacter teneatis quòd non, quia licet ipse vasallus agendo, & se defendendo super re feudali possit stare in iudicio sine licētia domini, præalleg. cap. 1. in tit. de controuer. inter vas. & alien. de bene. tamen coram arbitratore non est iudicium, nec quasi iudicium. Ita not. Inno. in c. Quintauallis. ext. de iureiu. Praterea ex legib. seu constitutionibus feudorum deputatæ sunt certæ personæ ad cognoscendū de cau. feudali. in primis aliquando cognoscit dominus feudi, aliquando pares curiæ, aliquando iudex ordinarius, vt plenè not. in cap. caterum. extra de iudi. & in cap. 1. in titu. de contro. apud pa. curiæ, aliquando cognoscit arbiter. d. §. si inter. sed de arbitratore nullibi cauetur: ergo nos non dicere debemus. ar. l. si seruum. §. non dixit Prator. ff. de acq. her. † Vnū tamen 11
pertuo notetis, quòd vasallus per simplex compromissum factum in arbitratorem sine licentia domini non amitteret feudum, sed demum illud amitteret, quod per sentētiam arbitratorum transferretur possessio feudi in alium. Et hoc est de mente And. de Iser. in d. ca. 1. § si inter. & expressè hoc vult ibi Ia. Al. Pro qua sentētia optimè faciūt ea, quæ dixi, dū dixi, quod per solū contractū venditionis facta de re feudali sine licentia domini vas. non amit feu sed demū, si procedit ad traditionem. allegaui Bal. in c. 1. §. aut si libellario. in ti qui. mo. feu. amit. in lib. feu. Sed suprà aliquando dixi, quòd vasallus potest transigere super re

feudali, sine licentia domini, dūmodo transigat bona fide.† Quaro nunquid talis transactio præiudicabit agnatis ipsius vasalli? Andr. de Iser. & Ia. Alua. in d. c. si vasallus de suo feudo. determinat quòd non, quia vasallus quantum ad sui præiudicium benè potest transigere, sed non in præiudicium agnatorum, per ea, quæ habentur in c. 1. in ti. de alie. feu. pater. Et hoc procedit etiamsi agnati scinissent illam transactionem, quia non necessitantur ad contradicendum, sicut necessitātur quando vasallus litigat in iudicio, & agnati sciūt causam agitari. l. sapè. ff. de re iudi. nam etiam inuitis agnatis posset vasallus ad sui præiudicium transigere, per ea, quæ habentur in l. Catus ff. de pig. ac. & in c. veniens. ext. de transact. non est ergo curandum

13 *de eorum contradictione: & notetis.† Quaro vlterius, nunquid vasallus sine licētia domini possit locare feudum alteri ad longum seu longissimum tempus? Videtur prima facie dicēdum quòd sic: quia locatio etiam ad longissimum tempus non est alienatio, vt vult gloss. reputata singularis in l. codicillis. §. instituto. ff. de legatis. 2. Contrariam sententiam tenuit Bald. in dict. §. aut si libellario. & omnes sequuntur, quia per locationem ad longum tempus transfertur vtile dominium. l. 1. §. quod autem. ff. de superficie. & l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectl. vel emphy. peta. habetur in Clem. 1. ext. de re Eccle. non alien. Et ad glo. dict. §. instituto. respondebitis quòd Dy. & communiter Dd. eam reprehendunt. dicit tamen Bal. in dicto §. instituto. et sequitur ibi Ioa. de Ana. quòd illa gl. possit saluari, quando*

ri, quando in contractu locationis facta ad longum tēpus expresse actum fuisset, quòd conductori non acquireretur ius in re. & idem videtur velle Bald. in dict. §. aut si libellario. nam pacta dant legem contractibus. l. 1. §. si conueniat. ff. depos. ad modicum tempus autē, puta ad nouem annos, benè posset vasallus locare feudum: quia tunc conductor nō acquirit ius in re: vt habetur in dict. Clem. 1. & ibi bona glo. ext. de reb. eccle. non alie. † Quaro etiam, nunquid vasallus propter a- 14 *liquam necessitatem præsertim famis possit alienare feudum sine licentia domini? Videtur quòd sic, quia propter talem necessitatem licitum est patri vendere filium l. 1. C. de patri. qui fil. distraxe. Item necessitas facit actum probabilem. tex. est not. in l. qui potuerint. ff. de manu. testa. Ideo dicit Angel. in l. Diuus. ff. de pet. her. quòd si statuto cauetur, quòd nullus audeat facere harengam seu propositum de imponendo aliquam collectam sub tali pœna, & contingat superuenire necessitatem, vel propter cladem famis, vel guerræ, & aliquis faceret harengam de imponendo collectam propter talem necessitatem, non caderet in pœnam statuti. nam necessitas non est legibus subiecta. c. 2. de obser. ieiunio. Contrariam sententiam tenet expresse Bald. in c. 1. in prin. in ti. quali. olim pote. feud. alie. & cateri sequuntur, maximè Alua. mouetur Bal. quia dominus habet superioritatem in feudo, & habet proprietatem: & vbi est superioritas, ibi est autoritas. vt not. in l. 1. ff. de auctor. tut. & ideo vasallus etiam propter necessitatem non potest alienare feu-*

dum sine licentia domini: sed dicet aliquis, quòd hoc videtur mirum, quia vasallus alienando se non intromittit de directo dominio domini, sed solum de vtili dominio ipsius vasalli. Sed ad hoc respondet Bald. quòd vtile dominium vasalli non est Francum, sed obnoxium seruituti & obsequio domini, ideo fuit statutum, ne vasalli possint alienare feuda sine licentia dominorum, quia per tales alienationes diminuebantur feuda. c.i. in verbo, attenuatas. in ti. de prob. alie. feud per Loth. & c. imperialem. in prin. in ti. de probi. alie. feud per Fed. Ad iura superius in contrarium alle. respondebitis, quòd procedunt, quando ille, qui vult alienare rem, non habet in illa re superiorem, eò quia habet liberum dominium: & tunc de illa re potest disponere pro libito voluntatis. l. in re mandata. C. mand. l. i. C. de sacros. Eccle. De hac q. tractat etiam ipse Bal. in c. i. §. at filibellario in titu. qui. mo. feud. amitt. & ibi determinat ad quod suprà. Et idem Bald. in l. voluntas. C. de fideicom. nihil circa hoc clarè determinat. subdit tamen ibi, quòd vasallus etiam sine licentia domini potest vendere fructus rei feudalis ad modicum tempus, quia ista non diceretur alienatio. allegat l. in aditus. §. ex rebus
15 ff. de don. † Dubitatur etiam, vtrum valeat statutum, quo permissum est vasallis alienare feuda sine licentia dominorū? Cōcludit quòd si essent ecclesiastica feuda, & statutū fit conditū à laicis, nihil valet. c. quæ in ecclesiarū. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. ex. de cōst. imò & plus est, legatus etiā de latere nō posset hoc p̄mittere. l. prohibere. §. plane. cū ibi no. per Bar. ff. q. vi aut clā. Statutum

tū aut conditū à laicis super feudis non ecclesiasticis benè valeret. ita determinat Ia. Alu. in c. i. in ti. quali. olim pote. seu. alie. quod limitat procedere, nisi tale statutum fuisset factum in fraudē alienatiōis. allegat tex. in c. imperialem. in prin. & in §. callidis. in ti. de probi. feud. per Fed. Addite vos, quòd tale statutum siue decretum non præiudicat agnatis. ita tenet D. Mart. de
16 Laud in d. c. i. §. donare. in ti. proximè allegato. † Sed hic cadit pulchra dubitatio, numquid valeat consuetudo, quæ permittit vasallis alienare feudum sine licentia dominorum? Videtur quòd non: quia text. in d. c. imperialem. volens excludere omnem præscriptionem, dicit nullius temporis præscriptione obstante: vnde per ista verba videtur tolli consuetudo, quia ab hoc inducatur consuetudo, vt requiritur præscriptio saltem longi temporis, & ideo dicit longa consuetudo. l. ij. & rubri. C. quæ sit lon. consue. habetur in l. de quibus. ff. de legi. Sed Ioan. Rey. in commento d. c. imperialem. in §. habito. circa xxiij. col. determinat consuetudinē valere: non obstat tex. in d. c. imperialem. ibi nullius temporis præscriptione impediente: quia ipse respondet, quòd ibi tollitur simplex præscriptio, sed non tollitur compositum. i. consuetudo. nam secundum eum licet lex vel decretum tollat simplex pactum, non tamen sub ista generalitate sermonis dicen. non obstantibus quibuscunque conuentionibus & pactis, non comprehenduntur pacta sentētiata per cursum temporis confirmata, nec etiam pacta iuramento firmata. Ista est glo. no. in Cle. dudum aliàs incipit super cathedram. §. fin. ex. de sepul. no.

17 pul.no.in cap.cùm non deceat.ex.de elect.lib.vi. † Et aduertite quòd præmissa procedunt,quando alienatio feudi fieret in extraneum. sed agnatus benè potest alienare feudum alteri agnato proximiori, ad quem feudum esset perventurum.textum habetis in c.primo. §.si quis verò.in titu.de feud. alie. probi.per Loth.& est ratio, quia ista non est propriè alienatio,seà potius quædam refutatio,vt habetur in ca.i. in titu. de alie. feud.pater. Sed si fieret alienatio remotiori,tunc agnatus proximior posset illam alienationem reuocare secundum Bart.in c.t.in tit.de vasal. qui contra constit. Lotharij. sed debet agnatus proximior esse aduisatus, quia à die, qua sciuit illam elationem factam in agnatum remotiorem, non habet nisi vnum annum ad reuocandum.ca.Titius.in titul.si de feud.defunc.

18 fuer.controuers.† Si autem alienatio feudi esset facta in extraneum,tunc agnati ipsius alienatoris possent illam alienationem reuocare infra xxx.annos.ita vult

19 gloss communiter approbata in d.ca. Titius. † Quæro, quando vasallus alienat feudum requiritur consensus domini,numquid sufficiat quòd ille consensus sequatur alienationem,an verò debeat præcedere? And.de Iser. & Iac.Alua.in d. c.imperialem.in titu.de probi.alie. seu.per Fed.determinant sufficere, quòd talis consensus intercueniat post alienationem.mouetur, quia talis consensus tendit ad tollendum impedimētum, propter quod prohibebatur alienatio, vnde debet cessare effectus impedimenti.l.vbi lex. ff. de vsucap. item agebatur solum de præiudicio ipsius domini, vnde sufficit, quòd

consensus postea interueniat. l. in concedendo. in fin.ff. de aqua plun. arcen. An autem quando in actu aliquo requiritur auctoritas,debeat illa auctoritas interuenire in ipso actu,vide per cano.in ca. consuetudinis.ext.de consue.& per Barto.in l.si quis mihi bona. §.iussum.ff.de acqui.vel omit.hared.habetur.in §.tutor.instit.de auct. tuto. † Sed hic cadit pulchra dubi- 20
tatio,an sufficiat tacitus consensus domini, puta, quia dominus benè sciuit alienationem factam per vasallū, & expressè non contradixit, an videatur consensisse? Glo.no in cap.1.in verbo,ipsorum permissu.in titul.de probi.alie.feud.per Lotha.tenet, quòd hoc casu scientia domini habeatur pro consensu. Pro qua opinione faciunt iura infra scripta,scilicet l.i. C. de remis. pign.l. si hypothecæ.illo eo titu.l. quidam.ff. de euic.l.creditor.ff.de verb.sig.l.honor. §.fin. ff. de munc. & hono. Et hanc opinionem sequitur Iac. de Bel.in d.c.i.& dicit Iaco. Aluar in d.c.i.§.præterea. in titu. qui.mod. feud. amit. quòd Doct. communiter sequuntur istam opinionem:sed Bertram.Caprioli.in d.c. imperialem. in princ.& in præalleg.c.i.expressè tenet contrarium: mouetur, quia scientia & patientia domini non debet haberi p cōsensu,sed pro contradictiōe l.qui vas.§.vetare.ff.de fur.& l.filiusfa.§.invitus.ff. de procu. nam dominus debet scire ius suum semper durare. l.sicut.§. non videtur ff.qui.mo.pign.vel hypo.solu. & si vellemus tenere istam opinionem, possemus respondere ad iura allegata per Iacob. de Belui. & primo ad l.i. C. de remis. pign. quòd ibi est speciale fauore libertatis

tatis ad fi. ſi hypothecas. quòd ibi illud procedit propter ſubhaſtationem ſolenniter factam. l ij. & l. ſi tempora. C. de ſi. inſtru. & iure haſt. fiſ. lib. x. Ad l. quidam. de euic. reſpondebitis, quod ibi non interuenit ſolum ſcientia & patientia, ſed etiam participatio pretij. Ad l. creditor. dicatis quòd ibi ille, de cuius praiudicio agebatur, conſenſerat. Ioan. Rey. in ſuo commento d. c. imperialem. §. habito. circa xiij. col. ita diſtinguit: aut dominus non habuit certam ſcientiam, ſed erroneā, & tunc non videtur conſenſiſſe alienationi feu. l. ij. ff. de indi. nam nihil eſt magis contrarium conſenſui, quàm error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. om. iud. et l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact. aut dominus habuit certam ſcientiam, & tunc ſi non fuit præſens contractui, tunc talis ſcientia & patiētia non habetur pro cōſenſu, quia vaſallus debebat denuntiare domino, et petere conſenſum et licentiā ab eo, vnde cum iſta denūtiatio ſit non tantum ad finem certiorandi dominum, ſed etiam ad obtinendum licentiam ab eo, ſola ſciētia & patientia non habetur pro conſenſu per Bart. in l. denuntiaſſe. §. i. ff. ad l. Iul. de adulte. ſecus ſi denuntiatio ſolum requireretur quantum ad certificandum, quia tunc haberet locum illa vulgata regula, qui certus eſt, amplius certificari non debet l. i. in fin. ff. de ac. empt ſi verò domino nedum ſciuit alienationem, licet etiam fuit præſens contractui, & tacuit, dicit præfatus Doct. adhuc non habetur pro conſentiente, quia iſta prohibitio alienationis feudi nedum eſt inducta ad fauorem dominorum, ſed etiam Reſpublicæ d. c. i. in ti. de prob. alie. feu.

per

per Loth. non obſtat l. rem alienam. ff. de contraben. emp. quia loquitur in rem, de qua poteſt haberi liberū commertium. Tandem præfatus Doctor. concludit tenendam eſſe opinionem Bertra. Caprioli tanquam veriorem, in iudicando non eſt tutum recedere ab opin. Gloſſatorum, attento quòd Dd. communiter, vt refert Iac. Aluar. in d. §. præterea. ſequuntur opin. gloſſatorum, in ſtricta diſputatione verior eſt opi. Ioan. Rey. † Quæro de quæſtione quotidiana, pone: ego conceſſi Titio quoddam caſtrum in feudum, Titius illudmet feudum ſubinfeudauit Sempronio. Sempronius vult alienare feud. quæro an habeat neceſſe requirere conſenſum mei prioris domini, an verò ſufficiat habere conſenſum à Titio domino immediate ipſius Sempronij? Glo. format iſtam quæſtionem in c. imperialem, in §. illud in ti. de prob. alie. feu. per Fed. & tandē videtur inclinare, q requiritur cōſenſus maioris, ſeu prioris domini. Et iſtā op. tenuerunt Ia. de Bel. in d. §. illud. et Io. Blanchus Marſilienſis in ſua ſumma feu. in tit. qui mo. feu. amit. in primo fol. in ver. ſtē ſi vaſallus vaſalli, & in x. fol. in ver. domini verbū intelligas. Hāc opi. tenuit Ia. de Ard. in ſumma ſua in tit. quib. mo. feud. amit. ſub rubricella, an ſufficiat conſenſus maioris domini. Idem tenuit Azo in ſua ſumma. in tit. de iure emphy. & Spe. licet loquatur in re emphy. in tit. de loca. §. nunc dicendum. ver. xxvi. Et hanc ſententiam tenet expreſſe Bal. in d. §. illud. quem §. legit cum §. inſuper. in d. c. imperialem. ſi & dicit ibi Bal. hanc eſſe veritatem. Et iſta opinio placuit Iacob. Alua. in d. c. imperialem. in prin. 21

Moti-

Motiua præfatorum Doctorũ sunt hæc, in primis, quia quando dominus concedit rem in feudum alicui, puta, Titio, transfert in ipsum Titium vtile dominium, & si ipse Titius postea illam rem feudalem subinfeudet seu alienet alteri, transfert suum vtile dominium in accipientem: ergo nihil remanet apud ipsum Titium primum vasallum: quia vtile dominium non potest diuidi, nec possunt esse plures vtiles domini in solidum, sicut nec directi. l. iij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. cùm ergo nihil remanserit apud ipsum Titium. certè consensus in alienando non debet requiri ab eo, sed à priore domino apud quem remansit directum dominium. Secundò monetur, quia prima caus. feudi accepit fundamentum à priore seu antiquiore domino, appellatione domini intelligimus de directo. l. i. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. vel emph. peta. Et istam sententiã tenendo respondebitis ad d. §. illud. quod non loquitur in terminis alienatiõis, sed in offensa seu delicto, quod delictum non respicit rem, sed personam: & delictum vnius nõ aggranat alium l. sancimus. C. de pœnis. Et istã opi. tenuit etiam Petrus Iacobi in interdicto, Vnde vi, aliàs, de possessione. Contrariam opi. tenuit Bertram. Caprioli in d. §. illud. & Domi. Ioan. Fab. in §. adeo. insti. de loca. monentur isti Dd. primo per tex. in d. § illud. nam secundum omnes quotquot sunt vasalli habẽt vtile dominium: & primus vasallus dicitur dominus secundi, & secundus tertij. & sic de similibus. quòd probam hoc modo: nam certum est, quòd vasallus potest alteri

ri feudum subinfeudare, vt vult glo. approbata in c. i. §. præterea in tit. de cap. Corra. in lib. feu. sed sic est, quòd quando permittitur aliquis contractus, intelligitur secundum suã naturam permissus. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. l. si vno. in prin. ff. loca. l. si stipulatus. ff. de vsu. & certum est, quòd tradens rem in feudum habet certa iura ratione fidelitatis, & ex natura feudi, & ratione istorum iurium dicitur habere vtile dominium, nec est inconueniens, quòd plures sint vtiles domini diuersis respectibus, per ea. quæ habentur in l. ex asse. ff. ad Treb. Ad idem adducunt tex. in d. §. illud, vbi probatur, quòd etiam dominus immediatus, qui recognoscit feudum ab alio, appellatur dominus, respectu secundi vasalli. Item adducunt d. c. imperialem. in §. præterea si quis maior. aliàs incipit, præterea si quis infeudatus. in verbo, à proprio domino. cùm ergo secundum eos primus vasallus quantumcunq; transferat feudum in secun. tamen retinet vtile dominium, vel saltẽ habetur pro vtili dominio: ergo secundus vasallus si velit alienare illud feudã, debet requirere consensum ab ipso immediato & proprio domino, non aũt à priore seu antiquiore domino. Io. Rey. in d. §. illud dicit se aliquando consuluisse secun. opinionẽ Bert. Caprioli, et Io. Fab. subdit tamẽ, quòd semper fuit dubium in isto articulo per id, q vult Spec. in tit. de feu. §. quoniã. ver. quãdo quæritur. vbi quærit de tali quæst. & ponamus quòd vasallus vasalli cõmittat feloniam contra Principẽ, à quo primus vasallus recognoscit feudũ, cui applicabitur illud feu. respõdet, q applicabitur Principi

cipi illius terræ, sed quia non esset inconueniens, quod Princeps haberet subditum in suum dominium, ne iuitus ei associetur. l. actione. §. societas. ff. pro socio. nec est conueniens, quòd Princeps seruiat subdito suo: ideo dicit, quòd vtile dominium debet vendi, & pretium fisco applicari illius Principis, remanente domino, & propriè apud dominum immediatum. & sic istud dictum Specu. videtur facere pro prima opini. sed certè tenendo opin. Caprioli possetis respondere, quòd Spe. loquitur in domino generali illius terræ, et tex. in d. §. illud loquitur in domino maiore feud'. Ego in isto puncto sæpe consului secundum primam opinionem, quæ est magis communis, & non esset tutum in iudicando ab ea recedere, attento quòd Glossator tenet opin. istam in d. § illud per Ia. But. in l. vnica. C. qui pro sua iurisdict. & dicit Bald. in l. hæreditas. C. depositi, quod auctoritas glossatorum &c. Limitabitis tamen conclusionem prædictam procedere, nisi maior ille seu antiquior dominus esset absens: quia isto casu sufficeret consensus proximi. & immediati domini, & hoc est de mente Ia. Alua. in d. c. imperialem. in princip. Secundò limitabitis, nisi prior dominus in concessione feudi alterasset naturam feudi, puta, quia dedisset licentiam vasallo alienandi cui vellet, iuxta c. i. in titul de feud. non haben. propri. natu. feud. nam tunc licentia non esset ab eo requirenda, sed esset requirenda à proximo & immediato domino, & hoc est de mente Cy. in d. l. fin. C. de iure emph. & de mente Io. Rey. in § illud. Et hæc notetis, quia
23 frequenter contingunt in practica. † Sed ponamus, vasallus

sallus alienans feudum dicat hoc modo, Vendo & trado tibi tale feudum saluo iure domini, & agnatorum meorum, & aliter non, & iste vasallus non habuerit consensum domini, nunquid per illa verba protestatoria excusabitur à pœna priuationis feudi? Bal. in c. 1. §. fin. in ti. quæsit prima cau. benefi. amit. in vsi. feud. determinat quòd non, quia cùm teneretur denunciare domino, & non denunciauit, videtur contempsisse ipsum dominū, & consequenter debet perdere feudū. per dict. §. fin. Item quia in præiudicialibus protestatio nihil prodest. c. olim. ext. de censi. si tamen adderet ista verba, Et non aliter nec alio modo: tunc secundū Bal. excusaretur à commisso. allegat l. si quidem cum ibi not. C. de excep. & l. item Labeo. §. 1. ff. famil. herciſc. & l. si locuples. ff. de manu. test. † Quid si dicat hoc 24
modo, Ego vendo tibi & trado tale feudum saluo consensu domini, an ista verba proficiant ad excusandū vasallum à perditione feudi? Bal. no. in l. vnica. C. de hū quæ pa. no. & c. in pen. seu antepen. col. determinat quòd non. mouetur, quia licentia debet requiri à domino ante factum, vel in ipso actu, & talis protestatio non prodest, quia traditio est facti, & factum est contrarium protestationi. factum no. in ca. cum M. Ferrari. ext. de consti. & in capit. sollicitudinem. extr. de appel. † Sed quid, si dicat, Ego vendo & trado tale 25
feudum saluo honore domini, an tunc excusabitur ab amissione feudi? Concludite quòd non, per not. per Hostl. & Io. Andr. in c. ea te. ext. de iureiuran. dicit enim ibi Io. And. quòd malè seruat ius, qui illud in totū

enernat, & dicit, quòd hoc fuit de facto in quodam Seneſcallo Regio, qui iuſſit hominem ſuſpendi ſeruo
26 iure ſuo. † Sed quid ſi vaſallus alienans feudum ſine licentia domini dicat hoc modo, Ego vendo tibi tale feudum inquantum de iure poſſum, & aliter non, an tunc excuſetur ab amiſſione feudi? Bart. in c. 1. in §. hoc quoque. in tit. de ſucceſſ. feud. refert Iacob. de Ardi. tenere quòd ſic: ſed hoc limitat Bal. niſi captio domini poſſet interuenire, puta in traditione caſtri, quod cum difficultate poſſet recuperari per dominum: nam tunc dolus eſt in traditione, qui debet purgari per amiſſionem feud. & hoc eſt, vt diximus, quia procedit venditio vt infirma. & ſequitur traditio vt infirmanda. vt no. in l. & eleganter in princ. ff. de dol. Item proteſtatio nihil reuelat in his, quæ ſunt facti, vt dixi: & iſtam limitationem Baldi ſequitur Iac. Alua. in d. c.
27 imperialem. in princ. † Si tamen vaſallus diceret, Ego vendo feudum, ſi domino meo placuerit, iſto caſu bene nè excuſaretur à perditione feudi. Ita ſentit Bal. in d. §. hoc quoque. & expreſsè hoc determinat Iac. Alua. in d. c. imperialem. allegat l. ſi locuples. ff. de manu. teſta. Ego idem conſului, dum quidam vaſallus feudum ſine licẽtia domini alienaſſet, & in alienatione dixiſſet hæc verba, Ego alieno tale feu. ſaluo tamen beneplacito principis, & non aliter, nec alio modo, dñ fiſcus ageret ad commiſſionem dicti feudi, obtinui iudicari in ſacris audientijs, quòd ipſe vaſal. non amiſerat feudum. quia illi ablatiui abſoluti, ſaluo ſemper beneplacito, reſoluuntur in vim conditionis, id eſt, ſi placuerit domino

domino meo, & non aliter. l. à teſtatore. ff. de condi. & demon. & l. ab emptione. ff. de pact. & defectus conditionis habet annullare actum. Et quòd traditio dominij & poſſeſſionis poſſit fieri ſub conditione, eſt text. no. & ibi Bart. in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acquiren poſſeſſ.
† Sed pone, quòd per ſtatutum ſit inducta ſolennitas 28
in venditione feudi, vel rei emphyteuticæ, & vaſallus ſeu emphyteuta vendat illud feudum, non ſeruata ſolennitate ſtatuti, an debeat perdere feudum? Bald. in l. 2. C. de epiſc. audien. determinat quòd non: quia talis venditio facta non ſeruata ſolennitate ſtatuti eſt nulla. l. cùm hi. §. ſi Prator. ff. de tranſact. & verbum venditionis abſolutè prolatum in ſtatuto non comprehendit venditionem, quæ eſt nulla. argum. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Eandem opinionem tenuit Iacob. Alua. in dicto capitulo primo in titul. quid iuris ſit, ſi vaſallus per alienationem feudi recupera. ad finem in vſibus feudorum. † Sed dubitatur adhuc, 29
ponamus, quòd dominus det licentiam vaſallo alienandi feudum, vtrum remanebit ipſi domino ſaluum ius directi dominij, & ius vaſallagij, quod habebat in illo feudo? Ioan. Ray. in cap. imperialem in xiij. col. in §. habito. in verſicu. quæro hic habes. Videtur velle, quòd non moueatur, quia qui alteri conſentit, ſua iura perdit. & alienat fortificat. capi. primo §. præterea. & ibi not. Bald. in titu. quibus mod. feud. amit. & l. ſi ff. de inoffi. teſta. & ideo dicit præfatus Doct. quòd vtile erit domino. quòd tẽpore licentiæ dicat hoc modo, Damus tibi licentiam alienandi ſeu. ſaluo noſtro directo

dominio, & iure nostro semper saluo. arg. l. si debitor. §. 1. ff. quib mo. pig. vel hypo. solui. Sed contrariam opin. tenuit Andr. de Iser in dict. c. imperialem. in prin. in tit. de prohi. alie. feu. per Fed. & Bal. in c. 2. in primis verbis suis in tit quo tempore miles. & Iac. Alua. in d. c. imperialem. & Do. Mar. de Lau. in d. c. 2. mouentur, quia tempore licentia fuit solum cogitatum de venditione vtilis dominij ipsius vasalli: ergo non debemus facere extensionem ad directum. allegant c. afferte mihi. extr. de præsump. & allegant etiam c. hoc quippe. 3. q. 6. vos comprobabitis istam opin. quam sequutus fui sæpè consulendo, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris ff. de acquiren. re. do. & l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ver. quid si aduersus. ff. qui. ex cau. in poss. ea. Cùm ergo talis licentia intelligatur limitata respectu vtilis dominij, quod habet vasallus, certum & limitatum debet producere effectum. Et ideo dominus per talem licentiam non præiudicat sibi in sua proprietate seu directo dominio. Et vltra prafatos Dd. reperi istam opin. teneri per Ia. de Ardiz. in sum. sua in titu. quib. mo. feu. amit. sub rubricella, an emptor, qui emit sub voluntate domini.

30 † Sed quæro de quæstione pulchra & quotidiana. vasallus alienat feudū sine licentia domini, an illud feudum aperietur domino, an verò agnatis? glo. in c. 1. §. hoc quoque. in tit. de feu. suc. tenet, quòd si est feudum nouum, vadit ad dominum si antiquum, ad agnatos. Et hanc opin. tenuerunt Io. Blanchus Marsilienſis in summa sua in ti. qui. mo. feu. amit. in verbo, quandoq; feudum

feudum, reuertitur ad agnatos. Eandem opinionem tenuerunt Iac. de Bel. Andr. de Iser. & Nic. de Neap. in d. §. hoc quoque. & Bal. ibidem. licet in c. 1. §. si. in titu. quæsit prima cau. benefi. amit. videatur velle cõtrarium, per illum tex. quia vasallus alienando feudū sine licentia domini videtur dominum contemnere, & ideo vt habeat iniuriæ suæ vltionem, tale feudum debet sibi aperiri quantumcunque sit antiquum. & Io. de Imo. dicit in c. 2. ext. de feu. quòd in iudicando nõ esset tutum recedere ab opin. glo. d. §. hoc quoq; & Io. Ray. in d. c. imperialem. in §. pœna dicit, quòd ista est magis communis opinio. refert tamen Bertram. Capriolus tenere contrarium, per iura hodierna, scilicet per d. c. imperialem. Iacob. Alua. in d. c. 1. § fin. dicit hanc quæstionem esse dubiam per. d. c. imperialem. & per dict. cap. ex parte. & post Bal. in d. c fin. in ca. 1. in titu. quæsit prima causa benefi. amit. dat pro cautela, quòd agnati se opponant pro eorum interesse, ne fiat traditio possessionis feudi, & quòd requirant dominum directum, vt prohibeat fieri traditionem dicti feudi, & si dominus hoc non faciat, dicitur esse in dolo, nec debebit lucrari de dolo suo, & si prohibeat traditionem fieri, non dicetur feudum alienatum. l. alienatum. ff. de verbo sign. † In ista materia alienationis 31
feudi debetis etiam scire, quòd feudum antiquum etiam sine licentia domini potest alienari in agnatū proximiorem, qui fuisset successurus in illo feudo, si alienatio facta non fuisset. c. 1. in tit. de alie. feu. pater. & c. 1. §. si clientulus. ibi, Fratri vel nepoti. in tit. de alie.

feu.habetur in c. Titius. in titu. si de feud. defunc. fue. contro. Et si fiat alienatio in vnum agnatum ex proximioribus, & sint alij agnati in pari gradu cum illo emptore, qui non consenserunt venditioni, revocabunt illam alienationē pro partibus, in quibus fuissent successuri, si alienatio non fuisset facta. Ita vult Bald. in
32 cap. 1. in tit. de vasal qui contra constitu. Lotb. † Sed moueo vobis elegantem dubitationem, ponamus, quòd vasallus alienauerit feudum in agnatum remotioris gradus cum consensu proximiorum agnatorum, sed tamen agnati secundi vel tertij gradus non consenserunt, virum consensus proximiorum agnatorum sufficiat ita, quòd alienatio feudi antiqui & paterni facta in illum agnatum remotioris gradus sit valida & stabilis? Collegium Mediolani in quæstione facti consuluit talem alienationem esse validam. Et idem cōsuluerunt Bar. de Sali. & Dominus Christo. de Castel. adducentes pro ista opin. text. in cap. 1. ver. & licet. in titu. de alien. feud. pater. Nam illa dicitur, & licet, debet in iure aduersari & in facto, quod non faceret si intelligeremus, quòd debeat intervenire consensus omnium agnatorum, quando fit alienatio in agnatum gradus remotioris. Secundo pro ista sententia adducebatur text. in cap. 1. §. Sed etiam res. ibi, nisi tibi vel proximiori in ti. per quos fiat inuesti. in libro feud. Tertio pro hac parte adducebatur in d. c. 1. §. & si clientulus. ver. fratri vel nepoti. in tit. de alien. feud. Quarto adducebatur tale motiuum, quia cessat ratio prohibitionis alienationis, quæ militat, quando alienatio

alienatio feudi fit in extraneum, fortè exosum, & non consortem in illo feudo. videtur enim cessare ista ratio, quando fit in agnatum quantumcunque remotioris grad. Contrariam sententiam tenuerunt Betram. Caprioli, vt refert Ioan. Ray. in c. imperialem. §. habito. circa xxiij. seu xv. col. in titu. de probi. feud. alien. per Fede. vbi Caprioli tenet omnes agnatos esse vocandos, & omnibus esse fiendam oblationem, quia agit de interesse omnium: ergo omnium cōsensus debet requiri. l. requiri. l. fi. C. de auct. præstan. & Io. Faxolus de Pisis in sua summa feu. in tit. de alie. feu. sic inquit, Item vasallus alienabit & vendet feudum agnatis, & consanguineis, qui se mortuo fuissent successuri in illo feudo. Ecce quod nō permittit alienationē fieri, nisi in illos agnatos, qui essent successuri: ergo in agnatū remotioris gradus non debet posse fieri, nisi omnes alij agnati consentiant. idem tenet Odof. in sua summa. in ti. qui perso. vasal. ven. feud. Et placet Iacob. de Bel. in d. c. imperialem. in prin. vbi dicit ipse Iac quòd vasallus potest alienare feudum etiam sine licentia domini in agnatum, qui erat successurus in illo feudo: sed agnatus remotioris gradus non erat successurus: ergo, &c. Et in hanc partem videtur inclinare Bald. post multam disputationem in prælleg. c. 1. in titul. de alie. feud. Eandem opinionem tenuit Ioan. de Lign. in Cle. 1. extr. de iure pat. & secundum istam opinionem consuluit sacrum collegium Bononiense. & ita etiam consuluit Dom. Mart. de Laud. in quadam causa nobilium de Scarampis ciuium ciuitatis Astensis, vt

ipſe refert. in d.ca. Titius. Ego iſtam ſententiam ſæpè tenui conſulendo, adducendo bonum tex. in d.cap. Titius. vbi proximior agnatus reuocat alienationem factam in agnatum remotiorem. Et quia in ſecreto iuris iſta opi. eſt verior quam etiam tenet Ia. Al. in d.c. 1 de alie feu. in fin primæ col. ego reſpondeo ad motiua tenentium opinionem contrariam, & primo ad primū d.c. 1. ver. & licet. in ti. de alie. feu. pater. quòd illa dictio, & licet, benè aduerſatur in iure, & in facto, quia ſi alienatio feudi eſſet facta in extraneum, nihil valeret vſque à principio, niſi interueniſſet cōſenſus agnatorum ipſius alienatoris: ſed quādo ſit in agnatum remotioris gradus, fateor, quòd illa alienatio valet, ſed reuocabiliter, quia agnati, qui non conſenſerunt illi alienationi, reuocare poſſint illam de gradu ad gradū, quia iſta ſucceſſio reuocatoria competitur de gradu in gradum ipſorum agnatorum. ita vult Do. Andre. de Iſer. in c. 1 in §. hoc quoque. in titu. de ſuc. feu. optimè facit l. cū pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & l. cùm ita legatur. §. ſi. eo. ti. Ad ſecundum motiuum de d. §. ſed etiam res. reſpondeo, vt ſuprà proximè, vel aliter, ibi, proximior agnatus nolebat fortè reuocare. Ad tex. in d. §. & ſi clientulus. ibi, fratri vel nepoti, reſpondebitis, quòd illa verba ibi ponuntur pro tota agnatione, vt vult Bald. ibidem, vel fateamur, quòd alienatio facta in agnatum remotioris gradus valet cum conſenſu proximiorum agnatorum, ſed tamen agnati ſequentis gradus poterunt reuocare alienationem, ſi non conſenſerunt ipſi alienationi. Ad vltimum ar. pro reſponſione

ſione debetis conſiderare in hac materia feudali tria iura. Primum eſt prohibens alienationem in extraneum, & permittens inter agnatos, & iſtud ius ponitur in c. 1. in tit. de alie. feu. pat. Secundum eſt ius inducens reuocationem ipſius alienationis, quando fit in agnatum gradus remotioris, & iſtud ius ponitur in ca. 1. §. ſed etiā res. in tit. per quos fi. inueſti. Tertium eſt ius inducens reſolutionem alienationis, de quo in c. & ſi clientulus. In propoſito noſtro ex primo iure non ſit reuocatio ita, benè ex ſecundo, & tertio. Et hanc opin. comprobabitis alio fundamento, quia vaſallus non poteſt teſtari de feudo in præiudicium agnatorum. c. 1. ibi, nulla orāmatione defuncti. in titul. de ſucceſ. feu. ergo debet multò minus poſſe contrahere in præiudiciū ipſorum agnatorum. l. ſeruum filij. §. Eum qui chirographum. ff. de leg. 1. † Ex præmiſſis elicio vobis tres 33
concluſiones. Prima eſt, quòd alienatio feudi antiqui poteſt fieri in proximiorem agnatum, qui erat ſucceſſurus in illo feudo, ſi alienatio non fuiſſet facta. Et iſtā concluſionem firmat Iac. de Bel. in d.c. imperialem. et Dd. in c. 1. in titu. de alie. feud. pat. Secunda concluſio ſi ſint plures agnati in pari gradu, & alienatio feudi antiqui fiat in vnum ex eis, reliqui exiſtentes in pari gradu poterunt pro ſuis portionibus reuocare alienationem. hanc concluſionem firmat Bal. in c. 1. in tit. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. Tertia concluſio ſi alienatio feudi antiqui fiat in agnatum remotioris gradus cum conſenſu proximiorum agnatorum: tum agnati ſecundi & tertij gradus, qui non conſenſerunt, poterunt

rum illam alienationem reuocare, vt suprà pulcherrimis auctoritatibus probaui. † Ex præmissis deciditur a-
64 ima quæstio, quã habui superioribus diebus de facto: sunt tres fratres habentes feudum antiquum, vnus donat partem suam illius feudi alteri, deinde ingreditur religionem, & monachatur, an donatarius solus habebit illam partem, an verò æqualiter spectabit ad ipsos duos fratres, qui remanserunt in seculo? Ego consului ambos fratres debere admitti, allegando Baldum in prælegato. ca. primo. in titulo de alien. feud. pat. in vltim. colum. mouetur, quia si solus donatarius habuerit illud feudum, esset contra intentionem primi parentis, qui pari intentione sibi & suis hæredibus prospicere voluit, nec fuit de eius intentione, quòd vnus supplantaret alium. c. i. in ti. de duo. frat. à capi. innesti. Item adducit text. in ca. i. titu. de milit. vasal. qui ar. bel. depo. vbi text. dicit, quòd dominus vel agnatus contendis se habere debere feudum ipsius ingressi religionem, & inquantum illa litera dicit quòd dominus contendit, debet intelligi in feudo nouo, inquantum autem dicit, q agnatus contendit, loquitur in feudo antiquo. & illud verbum, agnatus, est indefinita locutio, quæ æquipollet vniuersali, cùm eadem sit ratio & conditio ipsorum
35 contentorum sub illa vniuersitate. † Sed quæro, verum filij illius, qui alienauit feudum antiquum, debeant in reuocando alienationem præferri agnatis ipsius alienatoris? Concludite, quòd si alienatio est facta iure & consuetudine permittente, tunc filij alienatoris præferentur: si verò alienatio sit facta iure & consuetudine

dine refragante, tunc agnati ipsius alienatoris erunt præferendi. ista conclusio approbatur à Dd. in c. Titius. in ti. si de feud defun. fue. controuer. & in c. i. §. & si clerentur. in tit. de alie. feu. & in c. i. §. hoc quoque in ti. de suc. feu. Aduertite ad id, quod suprà dixi agnatos admitti ad reuocandam alienationem feudi antiqui factam per vasallum, nam hoc debet limitari, nisi ipsi agnati sint hæredes ipsius alienatoris, quia tunc non possent venire contra factum ipsius defuncti, quia adeundo hæreditatem intelliguntur approbare gesta per defunctum. l. cum à matre. C. de rei ven. & l. si ab eo. in fi. C. de lib. causa. facit. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. Sed si ipsi agnati antequam adirent hæreditatem vasalli, qui feudum alienauit, cùm fecissent inuentarium de bonis defuncti, tunc bene possent reuocare alienationem feudi, quia confectio inuentarij conseruat hæredi omnia iura, & actiones, vt vult pulchra glo. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Et ita volunt Dd. in c. i. in fin. an fil. vel agna. & Bal. in l. qui se patris circa ix col. C. vnde lib. & Ioan. de Imo. in ca. ij. circa xvij. colum. ext. de feud. Item licet vasallus alienando feudum non possit præiudicare filio suo, vt vult Bald. in d. §. hoc quoque. tamen hoc fallit. si ipse filius aliquid postea habet de hæreditate patru: nã tũc alienatio illi præiudicaret, nisi inuentarium conficiat, per ea, quæ dixi suprà. † Sed dubitatur, numquid si agnatus 36
consentiat in alienationem feudi antiqui, talis consensus habeat præiudicare filio ipsius consentientis? concludite ex mente Iacob. de Belui. Bald. & alio-

rum

rum Dd in d.c.1.§. hoc quoque in titu. de suc. feud. in distinctione, quam facit ibi Bal. circa 7. col. quòd aut fuit simplex & rudis consensus, puta, quia agnatus solum dixit, quòd consentiebat alienationi, & tunc talis simplex consensus non præiudicat filio ipsius consentientis: aut fuit consensus obligatorius, puta, quia non solũ consensit alienationi agnatus feudi antiqui, sed etiam se obligauit promittendo non contrafacere, nec vnquã contrauenire, & tunc talis consensus obligatorius benè nocebit filio, si sit heres patris, qui ita promisit, quia non est illi licitum contrauenire facto patris, l. ea quæ
37 à patre. C. de rest. militum. † Sed dubium est, quid si vasallus feudum antiquum refutet in manibus domini, numquid ipsa refutatio præiudicabit agnatis ipsius refutantis? Concludite quòd non, nisi donec vixit ipse refutans, & eius descendentes. Istam opi. firmat Bald. in d. §. hoc quoque in 6. col. in sua prima conclusione. idem voluit ipse Bal. in c. 1. in 2. col. in titu. de alie. feu. pat. Eandem opi. tenuit Ia. de Ardizo Veronen. in sua summa feudo. in tit. quib. mo. feud. amit. sub rubricella, si vasallus refutat feudum domino. Et in hanc partem inclinat Iac. Alua. in c. 1. §. fin. in 37. conclusione. in ti. quæ sit prima causa benefic. amit. in vsibus feudo. †Verum quia dixi supra obligationem seu semostam debere fieri omnibus agnatis per vasallum, quãdo vult alienare feudum, quaro si agnatus offerat iustum pretium extraneus autem, qui vult emere feudum, offert vltra iustum pretium, quis istorum erit præferendus? Bal. in l. 2. in fin. col. C. de resc. vendi. disputat istam quæstio-

quæstionem, & tandem determinat contra agnatum, quia res tantum valet, quantum vendi potest. l. si seruum. ff. de condictio. furti. & auth. hoc ius porrectum. C. de sacro. eccle. & l. prætor. §. in eum ff. de bo. auctio. iudi. pos. & l. 2. & 3. C si propter publ. pensi. Limitat tamen hanc suam decisionem, dummodo non intercedat fraus, neq; collusio cum eo, qui offert vltra iustum. allegat de ista materia no per Io. An. in addi. ad Spec. in ti. de emp. & vendi. §. nunc dicendum restat. versãte no. in si illius additionis. Vult ergo Bal. in effectu, quòd agnatus debeat offerre et dare illud pretium, quod reperitur ab alio, nec sufficit, quod ipse agnatus offerat iustum & commune pretium. Et istam opi. sequutus est Iac. Alu. in c. 1. §. sed & res in ti. per quos fi. inue. in li. seu monetur per illum text. ibi, æquali pretio. Addite vos quòd Ange in l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verb. obli. videtur velle contrarium in terminis huius quæstionis, †pone dicit ipse, quòd consors promiserit con- 39
sorti non vẽdere talem rẽ, nisi sub pœna. cõtingit quòd consors offert iustum pretium, sed quidam alius offert multò plus, numquid consors sine metu pœnæ poterit vẽdere illi multò plus offerenti? determinat Ange. quòd non, quia sufficit. quòd consors offerat iustum pretium. & ita dicit fuisse disputando determinatum. allegat pro hac sua decisione no per Ioan. An. in addi. ad Spe. in addi. prædicta. Sed certè ibi Io. And. determinat totum contrarium per rationem, quam dixi. nam illud dicitur iustum pretium, quod potest ab alio reperiri, vt in iuribus suprà allegatis optimè facit l. ij. ff. de in

diem

diem adduct. Pro agnato videtur facere gloss. in l. ij. C. de rescin. ven. vbi dicit, quòd non debemus inspicere pretium, quòd reperitur ab vno vel duobus, sed id quod communiter reperiretur de pretio talis rei. Io. de Imo. in d. §. coheredes, pro concordia istarum opin. dicit distinguendum esse, quòd aut disponens verisimiliter considerauit pretium, iuxta id quod reperiretur ab alio, et isto casu debemus tale pretium inspicere, non autem id quod posset communiter reperiri. Exemplum, ego vendo tibi librum pro decem cum pacto, quòd si infra mensem melior mihi conditio offeratur, res sit inempta, isto casu debemus attendere pretium non secundum id, quod communiter reperiretur, sed iuxta id quod reperitur ab alio, qui plus offert, quantum primus emptor soluerit. & ita intelligitur l. ij. §. fi. ff. de in diem addic. aut disponens considerauit iuxta id quod communiter reperitur, & tunc debemus attendere tale pretium, non autem id quod reperiretur ab vno vel duobus. Exemplum, quando agitur, vt rescindatur contractus venditionis, vel suppleatur iustum pretium, eò quia venditor allegat rem fuisse venditam minus dimidia iusti pretij, & hoc casu attendimus pretium commune, non autem singulare. & ita intelligatur gloss. d. l. ij. C. de rescin. vend. aut summo in dubio, & tunc si agitur de condemnando aliquem ad pretium, satis est attendere pretium secundum quod communiter posset reperiri, quia in dubijs fauere debemus reo, quoad decisoria. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. nota-

notatur in l. inter stipulantem. §. 1 ff. de verborum obligati. & idem si agatur de conseruatione iuris iam quæsiti. quandoque verò quis vult ius de nouo sibi acquirere propter pretium, quod offert, & tunc ipse debet offerre pretium, quod reuera reperitur ab alio, nec sufficit quod offerat iustum pretium, quia satis est quòd sibi gratificetur, vt præferatur alijs absque eo, quod velit aduersarius pati damnum in recipiendo minus pretium, quam ab alio reperiatur. & ita dicit debere intelligi notata Ioan. And. in addit. predicta.

†Quæro vlterius, sunt duo fratres vel agnati habentes feudum antiquum & paternum, vnus ex eis vendit partem suam alteri, verum ille, qui acquisiuit illam partem, teneat se facere inuestiri per dominum infra annum & diem? glo. in c. i. § sed etiam res. super ver. proximiori. ad fin. in ritu. per quos fiat inuesti. mouet istam quæstionem, & nihil determinat, & illa glo. in fin. dicit, quod de hoc pollicetur se alibi dicturam. Sed Petrus de Ceruia ibi dicit se nescire vbi Iaco. Coliobi Glossator feudorum de hoc notauerit. Ego reperi istam quæstionem plenè tractatam per Iacob. de Ardizo Veronen. in sua laudabili summa feud. in ti. qui. mo. feud. acqui. sub rubricella, si de parte sua inuestitus. vbi distinguit, & eius distinctionem sequutus est And. de Iser. in d. c. sed etiam res. & distinguunt hoc modo: Aut isti duo fratres seu agnati iã fuerunt inuestiti per dominũ de suis partibus, et iã præstiterãt fidelitatẽ. Et hoc casu frater seu agnatus, qui acquirit partẽ alterius, tenetur facere se inuestiri de illa parte acquisita

infra

infra diem & annum iuxta c. primum in tit. quo tempo. miles. Et idem est secundum eos, si vnus ex eis ex delicto perdidit partem suam, quæ obuenit alteri, iuxta ea quæ habentur in c. 1. in titul si vasal. feudo priuetur cui deferri debe. in vsibus feudorũ. Aut vnus ex ipsius fratribus seu agnatis nõdum agnouerat portionem suã vel amisit eam, eò quia infra annum & diem non fecit se inuestiri per dominum, iuxta c. imperialem. §. præterea si quis maior. in titu. de prohibitio. aliena. feudi. per Federi. & hoc casu, quia alter frater seu agnatus habet portionem alterius ex iure accrescendi, non tenetur tunc pro illa parte, quæ accreuit, facere se inuestiri, quia sufficit quòd semel fuerit inuestitus de parte sua. idem enim iudicamus de augmento, quod de eo, cui fit augmentum. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. do. Facit optimè pro decisione pradicta proximè. l. liber homo. §. Titius. ff. de hære inst. Et hanc doctrinã sequitur Iac. Alua. in d. § sed etiam res. & Do. Mar-
41 de Laud. in c. 1. §. 1. in titu. quid sit inuesti. † Ex præditis infert no. Andr. de Iser. in d. § sed etiam res. quòd si pater donaret feudum filio suo emãcipato, vel frater maior natu, qui secundum consuetudinem Regni Frãcorum succedit in toto feudo, donaret illud feudũ fratri suo minori, certè ipse filius emancipatus, & ille minor frater haberet necesse petere inuestituram à domino infra annum & diem pro illo feudo tibi donato, quia cùm veniant iure diuerso, inter eos non est locus iuri accrescendi. l. sed cum patrono. ff. de bo. pos. no. in l. vnica. C. quan. non peten. partes pet. accres. Et hanc determi-

terminationem sequitur Dominus Marti. de Lau. in dict. c. 1. §. 1. in tit. quid sit inuesti. † Quæro vlterius, 42
quando feudum antiquum est alienatum, quis præferatur in reuocando illam alienationem, an filius alienatoris, an verò agnati ipsius alienantis? Concludite, quòd si talis alienatio est facta cum iure & consuetudine permittente, tunc filius alienatoris præferetur domino, & etiã agnatis in reuocando: secus si iure & cõsuetudine refragante sit facta alienatio, quia tunc agnati præferuntur. Ita dicunt Ioan. de Bel. & Bal. in c. 1. §. hoc quoque. in ti. de succes. feud. & est de mente Bar. in l. Eum qui. ff. de inter. & releg. no. in c. Titius. in ti. si de feu. defunc. fuc. contro. vbi Iac. de Bel. dicit esse tex. ad hoc sing. Addite, quòd conclusionẽ præditam sequitur Iac. Alua. in c. 1. § fi. in xxv. cõclusione. in ti. quæ sit prima causa benefi. amit. † Dubitatur et- 43
iam, quando alienatio feudi facta per patrem habeat præiudicare filio, quando est facta sine licentia domini. concludite, quòd ita demum præiudicat filio, si sit aliquid habiturus de hæreditate paterna, secus si nihil esset habiturus, quia tunc alienatio facta per patrem illi non præiudicaret. Ita dicit Iac. de Bel. in d. c. Titius. & Bal. in d. §. hoc quoque. not. in c. 1. in ti. an. fil. vel agna. Idem est si filius esset habiturus solam legitimam in bonis patris. vt nota. in d. c. 1. an fil. vel agna. Et ideo in quæstione facit, cùm quidam pater alienasset multa feuda antiqua, & veniens ad mortem in suo testamento instituisset filium primi gradus in sola legitima, & nepotem ex eo instituisset hæredem vniuer-

salem, dixi, quòd ille primi gradus filius poterit revocare feuda alienata per patrem. & ita reperi Dd. tenere in d.c.1. proxi. alleg. Idem est, si filius confeciſſet inuentarium de bonis allodialibus. nam tunc alienatio facta per patrem sibi non præiudicaret secundũ Andr. de Isern. & cæteros Dd. in dict. capi. 1. an fil. vel agn. Optimè facit glo. or. in l fin. §. in computatione. C. de

44 *iure deliber.* † *Addite, quòd quando alienatio feudi antiqui est facta legitimè cum licentia domini absque tamen consensu agnatorum, agnati demum admittentur ad revocandam illam alienationem mortuo alienatore, filius autẽ alienatoris admitteretur ad revocandum etiam viuente alienatore, dummodo refundat pretium. tex. est in d.c. Titius. in tit. si de feu. defun. fuer. contro. Si verò non legitimè facta sit alienatio, tunc revocabitur etiam viuente alienatore, vt no. in d. c. Titius. & ita determinat Iac. Alua. in d.c.1. §. fin. in xxvij. conclusione. in tit. qua sit prima cau. bene. amit.*

45 † *Finaliter in hac materia alienationis, volo notetis vnum, quòd illud, quod dicitur, quòd vasallus alienãs feudum sine licentia domini perdit illud, debet intelligi quando scienter alienat, secus si erranter. Iste est text. not. in c.1. in tit. de contro. inter do. & emp. Sitis ergo cauti in libellando, vt in libello dicatis, quòd talis vasallus sciens talem rem esse feudalem eam alienauit.*

SVMMARIVM.

1 Verba ista, Et cũ pacto &c. in inuestitura feudali apposita quid operentur.

Pater

Pater an possit vni filiorum assignare totum feudum. 2

Dispositio testamentaria, qua vasallus testatur de rebus feudalibus in alios, quàm in eos, ad quos feudum erat peruenturum, an si dominus illam ratificet, sit tenenda. 3

Si vasallus testetur de re feudali præsente domino, & præsentibus agnatis, an sibi præiudicabitur ex eorum præsentia. 4

Legatum de re feudali Ecclesiæ vel monasterio factum an valeat. & nu. 6. 5

Feudum an veniat in petitione hæreditatis. 7

Feudum an veniat in restitutione fideicommiss. vsque ad nu. 12. 8

Legatum factum in causam profanam an & qualiter solui debeat. 12

Pater an possit in testamento disponere, quòd in feudalibus primogenitus filiorum suorum succedat solus, & in solidum, & sic successiuè. 13

Pater an possit vni ex liberis assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam. 14

Pater an delinquendo possit præiudicare filio in feudo. 15

Feudum Francum quid dicatur. 16

Feudum an computetur in legitimam debitam filio de iure naturæ. 17

ET cum pacto, quod de ipso feudo possint ipsi vasalli inuestiti testari, & per vltimam voluntatē
1 disponere. † Aduerte, quòd est valdè vtile apponere ista verba in inuestitura. nam si apponantur, vasallus non potest testari de feudo, & si testaretur, non valeret sua dispositio. tex. est ad literā in c. 1. in prin. ibi, nulla dispositione defuncti in feudo valēte vel manente. in tit. de suc. feu. Quod limitabitur, nisi vasallus in testamento instituisset filium vel agnatū, ad quē in omnē euentum feudum erat perneturum: quia tunc talis dispositio testamentaria esset valida, exēplo eius, quod dicimus, quòd licet alienatio feu. sit regulariter prohibita fieri sine licentia domini, tamen hoc fallit, quādo alienatio fieret in agnatū proximiorē, qui erat omninò successurus in feuda. nā tunc talis alienatio esset valida. c. 1. in tit. de alie. feu. pa & ita determinat Io. Rey in suo cōpen. feu. in §. habito. in xxi. seu xxij.
2 co. in ti. de prohibi. aliena. feu. per Fride. † Sed circa prædicta quaro de notabili quæstione, numquid pater possit vni filiorum assignare totum feudum? Sunt qui dicunt, quòd sic, dummodo illud acquisierit pater ex sua probitate. ar. l Diui fratres. ff. de iure patro. Alij dicunt, quòd potest hoc facere, dummodo assignet benemerito per l. vnus libertus. ff. si quid in fraud. pat. & per l. si Rufinus. C. de testa. mil. Bal. in c. imperialem. in prin. circa 6. col. in ti de prohi. alien. feu. per Fride. determinat, quòd pater non potest hoc facere, nisi de voluntate omnium aliorum filiorum, vel nisi ratificent illam assignationem. mouetur, quia lex feudalis expressè

expressè disponit, quòd feudum vadat ad omnes filios aqualiter. c. 1. §. & quia vidimus. ibi, ad omnes æqualiter pertineat, in 1. ti. feu. Et ideò pater etiam in testamento non posset vni filiorum assignare totū feudum, nisi fratres illius, cui fit assignatio, approbent dispositionem testamentariam paternam, per tex. ad hoc no. in l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. nam quòd ad omnes filios æqualiter pertineat feudum, est inductum fauore ipsorum filiorum, non autem fauore domini. & ideo hoc casu feudum non iret ad dominum. l fin. ff. de litigio. Addite ad corroborationem huius decisionis id, quod vult Andr. de Iser. in prælleg. c. 1. in titu. de succ. feud. vbi dicit, quòd pater non posset vni filiorum assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam, quia prouidentia legalis seu consuetudinis feudorum præstat hoc priuilegium filijs, vt æqualiter omnes succedant in feudo. d. §. & quia vidimus. vnde cùm priuilegium sit à lege cōcessum, non potest auferri ab alio, quàm ab ipsa lege. §. fin autem. in auth. de nup. & l. si arrogator. ff. de adop. Et ita sequitur Ia. Alua. in d. c. 1. in titu. de suc. feud. in prin. Addite, quod idem voluit ipse Iac. Al. in prælle. §. & quia vidimus. vbi dicit, quòd filij æqualiter succedunt in feudo, quamuis sint inæqualiter instituti. Addite Ang. in l. item videndum. §. fi. ff. de peti. hære. vbi dicit, quòd pater non potest prælleg are seu assignare feudum totum vni ex liberis. Et hanc opin. tenet expressè Ioan. Ray. in suo commento. ca. imperialem. §. habito. circa 7. col. in titu. de probi. alie. feu. per

Fede. & ibidem attestatur Dd. communiter ita tenere. allegat etiam Iac. de Ar. Veronen. in ti. qui. mo. feu. amit. in sua summa. §. ad prædictum ver. verum sed
3 vno posit. † Sed ponamus, quòd vasallus testetur de rebus feudalibus in alios, quàm in eos, ad quos feudum erat peruenturum, & dominus viuēte ipso vasallo vel eo mortuo ratificet illud testamentum, vtrum valebit illa dispo. testamentaria? Bald. in d. ca. 1. §. donare. in titu. quali. olim pot. feud. alie. determinat quòd sic. Sed ego in quæsti. facti dicebam, quòd illa ratificatio benè valebat in præiudicium domini ratificātis, quia potuit sibi præiudicare: sed si erat feudum antiquum & paternum, illa ratificatio non potuit valere in præiudicium agnatorum ipsius vasalli, quibus dominus nō potut per suam ratificationem præiudicare. ar. in cōcedendo. ff. de aqua plu. arcen. Optimè facit regula non debet. extr. de regul. iur. lib. vi. Et ita reperit tenere Dominum Marti. de Lau. in dict. §. donare. † Sed
4 quid si vasallus testetur de re feudali præsente domino, & præsentibus agnatis, nunquid illi præiudicabitur ex eorum præsentia? Bald. in dict. §. donare. videtur velle, quòd sic, dum allegat tex. no. in l. sicut. §. rem ditionis. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. Caueant ergo agnati, ne sint præsentes, quando agnatus testatur de
5 bonis feudalibus. † Nunc quæro de eleganti quæstione. vasallus in suo testamento legauit rem feudalem Ecclesiæ vel monasterio, vtrum tale legatum vale at? Host. in sua summa in tit. de immu. Ec. §. inquantum. ver. sed non est illa immunitas. determinat legatū valere. mo-

uere. mouetur, quia Imperator multa priuilegia concessit Ecclesijs, maximè, quia possint eis fieri relicta pro anima. l. generali. & l. 1. & l. illud. C. de sacrosan. Eccl. Vnde cùm illa priuilegia postea fuerint approbata per Ecclesiam, non potuit postea Imperator faciendo tex. in dict. §. donare. auferre ista priuilegia Ecclesijs concessa. xxv. q. 2. c. priuilegia. nec est verisimile, quòd tot iura emanata in fauorem Ecclesiarum voluerit vno verbo tollere. l. si quando. in princip. C. de inoffi. testa. Limitat tamen hoc procedere, quando esset feudum paternum reale, & perpetuum, & consuetudo haberet, quòd vasalli possint seruire domino per substitutos: secus si esset feudum personale, & vasalli essent obligati personaliter exhibere seruitia domino, tunc enim legatum rei feudalis factum Ecclesiæ nihil valeret. Tandē ipse dicit, quòd si dominus directus sentiat se granatū, & læsum ex illo legato, adeundus esset Papa, qui adhiberet remediū super hoc. Hanc eandē opinionem tenuerunt Henricus Archiepis. Eubodimēsis in sua summa. ti. primo. vt refert Bal. in d. §. donare. & ad tex. d. §. donare. dū dicit, nec pro anima iudicare. respondet prafatus Summista, quòd ille text. est falsus, & quòd illa verba, nec pro anima iudicare, non debent stare in illo textu, & si sint, debent tolli, vel aliter illa verba debent intelligi, quòd feudum erat personale, vel quòd vasallus fecisset dictū legatum Ecclesiæ in fraudē domini. puta, quia finxit in suo testamento, quòd multa seruitia receperat ab illa Ecclesia, & ita scribi fecit machinando fraudē

contra dominum suum. Idem voluerunt Host. & Io. And. in c. quæ in ecclesiarum. ext. de constit. & istæ opinio placet Oldra. de Ponte, suo consi. clxxxvij. Contrariam opin. tenuerunt Io. Blanchus de Marsilia in sua summa. in tit. qui. mod. feud. amit. §. item nec pro anima. allegat text. in d. §. donare. & Ioan. Rey in d. c. imperialem. §. habito circa. xx. seu xxi. colum. movetur, quia nulla dispositio testamentaria valet in bonis feudalibus. c. 1. circa princ. in ti. de suc. feu. Secundo, quia magnum præiudicium fieret domino superiori, quia postquam feudum esset in manibus Ecclesiæ, quæ nunquam moritur, nunquam esset reversurum ad ipsum dominū, & Ecclesia, quæ debet auctrix & cultrix esse iustitiæ, non debet pati neque in se, neque in alium aliquid sinistrum fieri: vt tex. dicit formalis in c. 1. idem potest præsumi. in titu. de alie. feud. Et hoc est, quod dicunt secundum eum Gallici, feuda, emphyteoses non debere in manu mortua alienari. Subdit, quòd Gallici in eorum investituris solent apponere ista verba, Investio te de tali feudo, vel de tali re emphyteutica cum pacto, quod tu alienes in Ecclesias, neque in milites, neque in potentiores. Hanc opinionem sequitur Bal. in l. 1. in lectura, non dico in repetitione. C. de sacrosanct. Eccles. vbi dicit, quòd tale legatum est adeò nullum, quòd nec ipsa res feudalis, neq; æstimatio deberet solui Ecclesiæ. allegat c. filius ext. de testa. & l. apud Iulianum. §. si. ff. de leg. 1. Et ipsemet Bald. in d. §. donare. sequitur istam opi. dum dicit in dicto nihil deberi. allegat l. vxor patrui. C. de lega. In hac opinione

nione residet Iaco. Alua. in d. §. donare. vbi tenet, quòd etiam æstimatio feudi non debetur Ecclesiæ legatariæ, sed ipse Bald. in c. quæ in ecclesiarum. ext. de constit. in v. seu vi. col. dicit, quòd de æquitate canonica legatum rei feudalis factum Ecclesiæ valet, nisi secundum eum feudum effectum esset caducum morte vasalli, qui fecit legatum. Vos declarate ista verba hoc modo. Pone quòd vasallus, qui fecit legatum de re feudali, decessit nullis relictis liberis nec agnatis: isto casu feudum reuertitur ad dominum, & ideo dicitur effici caducum morte vasalli, quid dicemus in hoc articulo? In secreto iuris ego tenerem legatum nihil valere propter magnū præiudicium, quod fieret domino superiori. Item quia tex. est rotundus in d. §. donare. dum dicit, nec pro anima iudicare, & cùm verba illius textus sint clara, non debemus ab eis recedere. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg. iij. & l. non aliter. eo. ti. & absurdum est dicere, quòd illa verba non debuerint ibi poni, quia sufficit ita scriptum esse. leg. prospexit. ff. qui & à qui ma. lib. si. & adhuc magis absurdum est dicere, quòd illa verba debeant remoueri & tolli. † Iuxta prædicta quæro, præsuppositā opinione illa pro vera, quòd legatum factum Ecclesiæ de re feudali non valeat, an saltem solui debebit æstimatio ipsi Ecclesiæ legatariæ. Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. cxvij. videtur primo velle, quòd æstimatio debebitur Ecclesiæ. allegat tex. ad hoc no. in l. filius fa. §. si quid alicui. ff. de leg. i. postea idem Spec. subdit, quòd de consuetudine est in aliquibus locis, quòd Ecclesia capiat illud feu-

6 An Æstimatio solui?

dum sibi relictum, & quòd postea teneatur illud vendere alicui, vt debita seruitia domino præstentur. Sed contra hoc videtur text. ad literam in ca. i. ext. de immu. Eccle. lib. vi. Postea subdit ipse Specul. quòd consuetudo in aliquibus partibus habet, quòd hoc casu Ecclesia legataria debeat præcezenare, id est, solvere præcezenum, seu laudemium, & talis consuetudo est seruanda, quia est optima legum interpres. l. fide interpretatione. ff. de leg. Et cum hac opin. simpliciter transit Ioan. Rey. in d. c. imperialem. §. habito. in xxi. colum. Bal. autem in d. §. donare. & idem in l. i. in antepe. C. de sacrosan. Eccle. in lectura dicit, quòd Ecclesia non debet solui etiam æstimatio feudi. allegat cap. filius. extra de test. & l. vxor patrui. C. de legat. & d. §. donare. Eandem opin. amplexus fuit Iacob. Alvar. in d. §. donare. & ista sententia plus placet. Ad l. filius-famil. §. si quid alicui. ego responderem, quod ille text. intelligitur, quia res legata erat in commertio communi, licet non esset in commertio legatarij, sed rei feudalis commertium non est in communi, vt patet in d. §. imperialem. in princip. in titul. de prohi. alien. feud. per Fride. † Subsequenter quæro, verum
7 feudum veniat in petitione hæreditatis? de hoc habetur per gloss. no. in l. item videndum. §. fin. ff. de peti. hæ. & reperio Bar. in hoc variasse. Nam in d. l. item videndum. § fin. sequendo opin. Cyn. indistinctè reprobat illam gloss. sed ipse Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. aliter loquutus est, dicens quòd feudum venit in petitione hæreditatis, dummodo agens petitione hæreditatis sit filius vel de de alijs comprehensis in inuestitura. Et ipsemet Bartol. in l. si patroni. ff. ad Trebel. ampliauit illud, quod dixerat in d. §. si liberi. dicens, quod etiam extraneus potest agere petitione hæreditatis ad res feudales, dummodo agat contra eum, qui non habet ius detinendi illud feudum. Nō obstat si dicatur, quod feudum non transit ad extraneos hæredes. c. i. in princip. in titulo, de succes. feud: & ca. i. §. cum verò Corradus. in fin. in titu. qui. feud. da. pos. Cùm ergo extraneus non habeat aliquod ius in feudo, quomodo agente petitione hæreditatis veniet feudum in illo iudicio? quia ad hoc motiuum respondeo, quod verum est, quòd extraneus non habet ius in proprietate feudi, id est, in vtili dominio. Sit ergo cautus ipse extraneus, vt in libello non faciat fundamentum super vtili dominio ipsius feudi, quod erat apud defunctum, sed super possessione, scilicet quòd defunctus tempore mortis suæ tenebat & possidebat talia bona. nam in iudicio hæreditatis non solum ea veniunt, quæ erāt in dominio defuncti, sed etiā ea, quæ detinebantur per ipsum defunctum. l. & non tantum. ff. de pe. hæ. & in d. l. si patroni. rectè & sanctè loquutus est Bart. & longè melius, quàm alibi suprà. Est ergo conclusio, quòd venit feudum in petitione hæreditatis nedum quando filius vel alius de comprehensis in inuesti. feudi agit petitione hæreditatis, sed etiam quando extraneus, dummodo ille, contra quem agitur, non habet ius detinendi feudum, nec poterit ille cōuentus excipere, quod ipse extraneus agens illud ius habet

habet in proprietate, seu vtili dominio feudi, & quod pertinet ad alium, quia non est licitum ipsi reo opponere de iure tertij, vt no. per omnes Dd. in l. cum seruũ. C. de ser. fug. & per Bar. in l. ij. ff. de except. rei. ind. habetur etiã in l sicuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. ven. & in l. loci corpus. §. competit. eo. tit. Et ex prædictis habetis optimè declaratam doctrinam Bar. in l. si patro-
8 ni. vbi satis obscurè videtur loqui.† Dubitatur etiam, vtrum feudum veniat in restitutione fideicommissi? declaro: pater habens duos filios, vnum ex eis, quẽ prædiligebat, instituit suum hæredem vniuersalem, alium verò in re certa: deinde in eodem testamento filium hæredem vniuersalem rogat, vt ad tempus incertum restitueret hæreditatem ei, qui erat institutus in re certa, vtrum in ista restitutione veniant feuda, quæ erant apud filium hæredem vniuersalem instituta? † Vel ponite alium casum, qui fuit de facto: quidam nobilis habens quatuor filios, tres ex eis hæredes vniuersales instituit in omnibus bonis tam allodialibus quàm feudalibus, alteri verò filio titulo legati, non autem institutionis reliquit certam quantitatem pecuniarum, & in testamento apposuit clausulam codicillarem: mortuo illo nobili testatore dicebatur, quòd testamentum erat nullum, quia hodie filio debet relinqui titulo honorabiliori institutionis. §. cæterum. & §. Si autem hæc non observata fuerint. in auth. vt cum de appel. cogna. Si ergo testamentum erat nullum, sequitur quòd omnes illi quatuor filij in feudalibus debent omnes æqualiter succedere: sed dicebatur quòd virtute dictæ clausulæ co-

codicillaris ille filius, cui erat relictum factum in titulo legati, teneamur restituere fratribus suis vniuersaliter institutis quartam partem rerum feudalium ad eum spectantium. Nunc intelligitis quid sit dicere, an feudum veniat restitutione fideicommissi? Dyn. & Bar. in præalle. l. si patrom. ff. ad Treb. dicunt, quòd in restitutione fideicommissi non veniunt feuda, cum vna tantum limitatione, nisi ille fideicommissarius, cui est feuda restitutio, esset de comprehensis in investitura, puta, quia esset de descendentibus ipsius testatoris. Ad præmissa faciunt no. per Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de loca. §. nunc verò aliqua. in additione incipiente, quæstio non esset dubia, iunctis quibusdam addi. per eum posita in versi. 158. Sed contra istam eorum limitationem ego arguo fortiter d. c. 1. in prin. in tit. de suc. feu. vbi dicit tex. quòd nulla dispositio testamentaria valet in feudalibus. Item ego in aliquibus conclusionibus, seu quæstionibus præcedentibus concluси vobis, vt vult Bald. in c. imperialem circa 6. col. in tit. de prohi. alie. feu. per Feder. & idem Bal. & Angel. in l. item videndum. §. fin. ff de peti. hære. ergo videtur, quòd pater nõ posit vnum ex filijs grauare restituere feudum alteri filio, quia per istam viam de facili eluderetur dispositio. d. c. 1. de suc feu. † Vnde in hac materia est concludendum, quòd aut feudum fuit concessum alicui pro se & liberis hæredibus et hoc casu, si filius grauatus restituere fratri suo bona feudalia sponte adeat hæreditatem paternam, videtur ex hoc approbare dispositionem testamentariam patris, vt habetur in l. cùm à matre.

re.C.de rei vend.& in l.si ab eo.in fin.C. de liber.cau. vnde sibi præiudicauit,& ideò in restitutione fideicommissi benè venient feuda. Et hoc est,quod voluit Ioan. An.in addi.prædicta dum dicit,quòd filius adeũdo hereditatem paternam sine protestatione sibi præiudicabit, & tenebitur restituere feuda: si verò in inuestitura dictum est, quòd feudũ est concessum tali recipienti pro se et liberis suis,non appositio illo verbo,hæredibus, eo casu filius posset repudiare hæreditatem paternam, & acceptare feudalia,vt dicit Ioan. And. in addi. ad Specu.in tit.de feud. §. quoniam.ver. directo. & Bal. post antiquos Dd. in c.i.in tit. an fil.vel agna. & idem Bald.in leg.tert.in fi.C.de legi. & Cyn. in leg. si manumissus. C. de lib. & eorum lib. & Bartol. in leg. 2. ff.de interd.& releg.& ita limitatur d.c.primum, an filius vel agna.hoc casu, quia feudum non est quid hereditarium,quantumcunque filius hæres institutus sit grauatus restituere hæreditatem fratri suo,et acceptet hæreditatem paternam etiam sine protestatione,tamẽ in restitutione fideicommissi non venient feudalia,nec tenebitur ipse filius grauatus restituere feuda alteri filio.Notetis bene p̃dicta,quia debetis esse cauti, vt aduertatis ad tenorem inuestituræ.nã dicit Bal. in proœ. feudorum,in 4.car. quòd à tenore inuestituræ non est recedendum: quia vim contractus ostendit. allegat pul chrum tex.in c.i.in fin.in ti.de duo.fra.à cap.inuesti.in lib.feu.† quod dixi suprà, quòd in restitutione fideicommissi non venium feuda, quando hæreditas est restituenda ei,qui nõ est comprehensus in inuestitura,sed est ex-

est extraneus,nisi in inuestitura essent apposita ista verba:fuit concessum feudum tali accipienti pro se et quibuscunque hæredibus suis. Nam hoc casu feudum est omninò hereditarium propter illam dictionẽ,Quibuscunque, & ideo benè veniret in restitutione fideicommissi,etiãsi restitutio esset fienda ei,qui non est de comprehensis in inuestitura. ita determinat Bald.in l.1.in xxiiij.q.& in xlvi.ff.de rerum diuisio.bene facit,quod vult ipse Bal.in d. c. imperialem in vij. col. in titu. de probi.feu.per Feder. vbi dicit,quòd licet aliàs feudũ non possit legari,tamen si in inuestitura sint verba prædicta, Quibuscunque hæredibus,admittetur ipse legatarius,quia ipse legatarius in re legata est quodammodo hæres. allegat l. id tempus. §. 1 ff. de vsucap. & licet ipse Bald.in i.§.donare.in tit.quali.pot.feud.alie. dicat,quòd illa verba generalia, Quibuscunque &c. sint referenda ad idoneos & habiles, & idem Bal. videatur hoc sentire in l.cùm virum.in fi.C.de fideicom. tamen mihi plus placet opinio,quam posuit in illa l.prima.ff.de re.diui.quia illa verba,Quibuscunque, debẽt aliquid operari, per ea, quæ habentur in l. Balliſta.ff. Trebel.& per no. per gloss.magnam. in fin.in l. sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quid cautio.pro hac parte est bona gloss.in l.cum pœna.ff.de arb. quæ singulariter dicit, quòd licet quando monetur emptori de re per ipsum empta quæstio, si compromittat sine consensu venditoris & arbitrium assignent alteri, nõ poterit postea emptor agere de euictione contra suum venditorem. l. si dictum. §. si compromiscro. ff. de euiction. tamen si in in-

si in instrumento venditionis sint apposita ista verba, quòd venditor promisit de euictione quomodocunque res euincatur, & contingat eam euinci per viam compromissi, tamen emptor poterit agere de euictione, &
12 *hoc operatur dictio, quocunq; modo.* † *Sed pone, quòd vasallus in testamento legauerit certam pecuniarum quantitatem in causam profanam vel piam, qualiter debebit fieri solutio talis legatis? Io. Ray. in d.c. imperialem. §. habito. in xxi. col determinat quòd fiet solutio de bonis allodialibus, eis deficientibus fiet solutio de fructibus rerum feudalium: quia de illis benè potuit vasallus disponere. Ad p̄missa opinè facit quod no Bal. in c.1. in prin. circa 4. seu 5. co. in tit de suc. feu. vbi dicit, quòd si testator grauat filiũ suum, vt de vino quod colligetur in tali vinea feudali, det omni anno duo sextaria Sempronio, tale relictum valebit: quia non dicitur testari de feudo, sed de fructibus separatis à feudo, & ille, qui disponit de fructibus separatis, non dicitur alienare rem. allegat l. in ædibus. §. Rebus ff. de donatio.*

13 † *Vlterius quæro de quæstione quotidiana, numquid pater in testamento posit disponere, quòd in feudalibus primogenitus filiorum suorum succedat solus, & insolidum, & sic successiuè, quòd primogenitus descendens à filijs semper debeat in feu. succ. ita tamē, quòd alijs prouideatur secundũ qualitatẽ corũ? Paul. de Ca. suæ consi. 173. habeo ego in cons. 163. et incipit, In nomine domini amen, in cau. quã habet magnificus D. Titius. determinat, quòd pater potest ista disponere. monetur primò pro l. 3. post prin. C. de secun. nup. vbi dicitur, q̃ in his,*

his, quæ mulier lucratur à primo viro, quæ lucrata tenetur reseruare liberis primi matrimonij, potest ipsius mulier eligere vnum ex illis liberis, & alios excludere. Et licet ille tex. sit hodie correctus per authen. hoc lucrum illo eod. titu. tamen non est illa lex correcta in sui ratione. Secundo monetur, quia ius patronatus, q̃ 2
habet patronus in libertum, transit ad filios ipsius patroni æqualiter. l. vt insturandum. §. si liberti. ff. de ope. liber. & tamen possit pater patronus eligere in illo iure patronatus vnum ex filijs suis, & illi soli assignare illud ius patronatus, & alios excludere. l. 1. ff. de assig. liber. Tertio pro hac parte adducit, quia si quis sit gra- 3
uatus, vt post mortem suam aliquid relinquat in familia sua, potest ipse grauatus eligere vnum ex illa familia, & alios excludere, & ita faciendo dicetur reliquisse in familia. l. filius famil. §. pen. ff. de leg. 1. & l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. Quarto hanc sententiã †
suam comprobat auctoritate Specul. in titul. de loca. §. nunc verò aliqua. versicu. lxxviij. vbi dicit, quòd si pater recepit rem in emphyteosim pro se & liberis suis, potest in vltima voluntate eligere vnum ex filijs, & illi assignare soli illam rem emphyteoticam, & alios excludere. & hoc est etiam de mente Bald. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. deinde ipse Specul. secundum Paul. de Castr. referendo subijcit hec verba, & idem fortè est dicendum de feudo ad cap. 1. in prin. in ti. de suc. feu. vbi dicitur, quòd in feudalibus non valet dispositio testamentaria, ipse respõdet, quòd verum est, quòd feudatarius nõ posset in vltima volun-

tate disponere de feudo in extraneum, sed in vnumen filijs suis benè potest disponere, maximè secundũ eum, quando hoc fieret propter bonum subditorum, vt contingit in feudis iurisdictionis ciuitatum, castrorum, & oppidorum. Nam vtilius est subditis, quòd regantur per vnum, quàm per plures dominos. c. in apibus. vij. quæst. 1. & l. ij. §. nouissimè. ff. de ori. iur. vbi probatur, quòd expedit multitudinem potius regi per vnum, quàm per plures. & hoc probatur secundũ eum, quia quando erit solus vnus dominus, cessabit discordia, quæ faciliter generatur inter plures dominos. l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Nã nos videmus, quòd frequenter quis priuatur iure suo absque sui culpa, non tamen sine causa, vt habetur in c. antiqua. ext. de priuileg. & hoc suadet cõsuetudo, quæ in multis locis habetur, maximè in partibus Gallicanis, in quibus primogenitus succedit, & talis consuetudo est attendenda. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. Sed salua reuerentia tanti D. ego tenerem contrarium. moueor in primis, quia vasallus in feudo antiquo non potest immutare æditum successorium neque alienando. c. 1. in tit. de alie. feud. pa. neque disponendo per vltimam voluntatem. casus est in præalle. c. 1. in ti. de succ. feud. nec est sufficienter responsum ad illum tex per Pau. de Cast. quia vt aliquando concluſi vobis in superioribus, liberi debent in feudalibus succedere æqualiter. tex. est in c. 1. §. & quia videmus in tt. qui. feu. da. poss. vbi text. ita formaliter dicit, vt ad omnes
14 liberos æqualiter pertineat.† Dixi etiam vobis in præcedenti-

bus, quòd pater non posset vni ex liberis assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam, hoc voluit expressè Andr. de Iser. & Iac. Alua. in præal. c. 1. in prin. in titu. de suc. feud. ergo multò minus debet posse pater assignare totum feudum vni ex liberis, vt vult expressè Bald. in c. imperialem. circa 5. col. in tit. de prob. alie. feu. per Feder. no. per Bal. & Ang. in l. item videndum. §. fin. ff. de petit. hæred. Et hanc sententiam comprobo, quia si pater posset hoc facere, scilicet, quòd primogenitus semper habeat totum feudum, præiudicaretur domino superiori, cuius interest habere plures subditos & vasallos, qui teneantur sibi præstare fidelitatem. c. omnes. in titu. si de feu. defunc. fuer. contro. in lib. feud. † Item pater delinquendo non potest præ- 15
iudicare liberis in feudo saltem antiquo, vt voluit Cy. in l. 2. C. de liber. & eorum libe. & in l. 2. C. de oper. lib. Habetur per Bar. in l. 3. ff. de interdic. & relega. & per Bal. in c. 1. in prin. in titu. de suc. feud. no. in c. 1. in ti. si vasal. feud. priue. cui defer. lib. Rursus in feudo antiquo liberi non habent feudum à patre, licet dicãtur illud habere ex prouidentia antiquorum progenitorum. vnde illud, quod lex dedit eis, non debet pater posse auferre eis. text. est not. in l. si arrogator. §. sed an impuberi. ver. caterum. ff. de adop. Ad alia motiua Pau. de Ca. potestis vnico verbo respondere, quod non loquitur in feudalibus. Ad no. Spe. in d. ver. 73. in fin. respondebitis, quod cum reuerentia nõ dicit hoc, quod refert D. Pau. de Ca. sed dicit per verba formalia, & hoc idem consueuit quari de feudo. posset tamẽ opinio

Do. Pau. fortè procedere in feudo Franc. & ad hoc allego vobis Bal. in auth. nisi rogati in fin. co. C. ad Treb. vbi dicit, quod licet regulariter dispositio testamentaria non valeat in feudalibus, tamen fallit in feudo
16 Franco. † Et quid sit feudum Francum, declarat Io. And. in add. ad Spe. in rubrica de præscrip. & ego declarani vobis suprà super verbo, In feudum. Itē puto, quod quando feudum esset de nouo concessum alicui, quòd posset vasallus cum domino pacisci, quod primogenitus tantum succedat in illo feudo, quia pacta apposita in feu. sunt seruanda, dant enim legē cōtractui. l. 1. § si cōueniat. ff. depositi. & quantumcunq; sint pacta insolita, & contra naturā feudi, benè sunt seruanda. ext. est in c. 1. § pe. in fi. in ti. quid sit inuest. in li.
17 feu. † Formo vobis pulchram quæst. nunquid feudum computetur in legitimā debitam filio de iure naturæ? Curtis parte 4 n° 134
Ang. in l. si patroni. ff. ad Treb. in principio per quandā gl. quæ est ibi. insert, quod omnia ea, quæ instituens esset habiturus, etiamsi nunquam fuisset ipsi promissum in testamento, non computantur in Trebellianicā, neq; in Falcidiam: & ideò infert, quòd feuda, quæ transeunt ad filios vt filios, non autem ad filios vt hæredes, non debent computari in legitimam seu quartam iure naturæ debitam filio. & hoc dicit esse quotidianum & menti tenendum. idem Ang. in §. optimè. in auth. de nup. col. iij. dicit, quod sicut illud, quod lucrantur filij per transitum parentum ad secunda vota, nō imputatur in legitimam, ita secundum eum feudū, quod est remanserum apud filios vt filios, non autem apud filios

filios vt hæredes, non debet computari in legitimam iure naturæ debitam filio. ibidem dicit, quòd pater nō posset filio assignare feudum pro sua legitima. Nic. de Nea. in l. pater filiam. ff. ad l. Falci. dicit, quòd per illum tex. solet dici & mutari, quòd feuda, quæ pater ex necessitate tenetur relinquere filio, non imputāntur illi in legitimam, neq; in Falcidiam debitam iure institutionis. quod ipse non credit verum: quia nos habemus, quòd pater de necessitate tenetur dotare filiam. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. & l. si. C. de do. promis. & tamen dos ipsa imputatur in legitimam filiæ. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. & pro ista parte adducit ea, quæ habentur in §. cùm verò. in auth. de trien. & semis. Rapha. Cuma. in d. l. si patroni. solum dicit, quòd feudum vel emphyteusis obueniens filio vt filio, non autem filio vt hæredi, non imputatur in quartam Trebellianicam, neque in Falcidiam. Guil. de Cu. & Bald. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testa. dicit, quòd feudum acquisitū pro se & liberis benè imputatur in legitimam filiorum, quia licet alienari nō possit, tamen sufficit, quòd possit trāsmitti ad hæredes, ad hoc vt imputetur in legitimam. addit Bald. ipse in d. §. imputari. quòd ea, quæ not. Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bono. procedunt, quoad hoc, vt sciamus an ipsa feu. conferantur & veniant in collationē, non autem vt sciamus, an imputentur in legitimā, sed iudicio meo Bar. in d. §. nec castrense. videtur sentire, quòd feu. quod transit ad filios, vt hæredes, debet imputari in legitimā Bar. de Sal. in d. §. imputari.

sequitur opi. Guil. & Bal. Vnde in iudicãdo non esset tutum recedere ab ista opi. quæ est à tot & tantis viris approbata. & iudicio meo glo. d. l. si patroni. non benè probat dictum Ang. superius relatum, quia licet ex illa gloss. possit inferri, quòd ea, quæ de necessitate relinquuntur filijs, non imputentur in Falcidiam seu Trebellianicam, non tamen sequitur, quòd non debeãt imputari in legitimam: vt ecce dos à patre profecta, & in vita patris soluta non computatur in quartam Falcidiam seu Trebellianicam in præiudicium filiæ, quia non habet eam titulo hæreditario. l. pater filiam ff. ad l. Falc. & tamen talis dos imputatur in legitimã filiæ. d. l. quoniam nouella. & sic ex illa gloss. d. l. si patroni. non ponitur super aliquod bonum fundamentum. Retenta tamen opi. Guil. de Cu. Nico. de Neap. Bald. & Sali. pro vera limitabis eam, vt non procedat in feudo, quod non est profectum à patre, de cuius hæreditate agitur, sed est profectum ab auo, & à superioribus. nã tunc tale feudum quoad nepotem non censetur profectitium, sed aduentitium, vt vult gloss. nota. & ibi per Bart. & Ang. in l. quæsitum in principio. ff. de legat. primo. & in l. qui in aliena. §. interdu. & ibi per Bald. & Ang. ff. de acquir. hæred. & per Bar. & cæteros in l. Gallus. §. quid si in. ff. de li. & posthu. Et nos habemus, quòd aduentitia non computantur in legitimam debitam iure naturæ. l. scimus. §. sancimus. ver. repletionem. C. de inoffi. test. & ita aliàs consului in quæstione facti, & multi Doct. se subscripserunt. Sed adhuc dubitatur, sunt duo fratres habentes feudum antiquum,

vnus

vnus ex eis carens liberis masculis, & habens vnicam filiam, eam instituit in certa quantitate, iubens eã debere esse tacitam & contentam. deinde fratrem suum hæredem vniuersalem instituit, nunquid bona feudalia ipsius fratris defuncti sint facilè obligata illi puellæ pro dicta quantitate sibi relicta? Videtur prima facie dicendum, quòd sic, quia ipsa filia hæres instituta in certa quantitate habetur loco legatarie. l. quoties. & ibi notatur. C. de hæred. instit. & l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit. & nos habemus, quòd omnia bona defuncti sint obligata pro legatis l. 1. & 2. C. cõmunia de legat. Item testator potest legare rem hæredis sui l. vnum ex familia. de leg. 2. l. si res. ff. de leg. 3. ergo multò magis obligare. Itẽ inter agnatos debet valere dispositio testament. postquam in omnem euentum feuda ad eos sunt peruentura. c. 1. in tit. de alie. feu. pa. & qui potest condere testamentum, non tenetur decedere intestatus. l. posthumus. ff. de inoffi. test. in prin. Bal. in l. 2. in princi. q. 2. col. C. communia de legat. determinat totum contrarium. mouetur, quia feudatarius non habens liberos non dicitur transmittere feudum. c. 1. in titu. de fra. fac. in feu. Secundò mouetur, quia nulla ordinatio testamentaria defuncti valet in feudalibus. c. 1. in princ. in titu. de suc. feu. Tertiò feudatarius non potest feudum pro aliqua cau. obligare. c. 1. §. donare. in titu. qualiter olim pote. feu. alie. nisi obligaretur pro necessitatibus feudo incumbẽtibus, puta pro seruitijs domino exhibendis, vel nisi obligaretur cum spe luitionis, absq; tamen traditione ipsius feudi. l. alienationis.

ff. de verbor. signifi. Et pro ista parte facit, quia feudum per mortem feudatarij efficitur caducum. l. lex vectigali prædio dicta ff. de pig. vnde non debet obligari per feudatarium, per cuius mortem caducatur. l. vxor patrui. C. de legat. & ca. 1. §. rursus. in fin. de contro. inuesti. in li. feud. qui tex. solet allegari, quod resoluto iure datoris resoluetur ius acceptoris. concordat text. in dict. l. lex vectigali.

SVMMARIVM.

1 Iuramenti species est triplex.
2 Dominus non debet à vasallo exigere iuramentum fidelitatis insolitum.
3 Iuramentum fidelitatis quandoque datur ratione familiaritatis seu domesticitatis.
4 Vasallus non debet reuelare secreta domini sui.
5 Iuramentum assecurationis quod dicatur.
6 Iuramentũ assecurationis an sit præstandum post iuramentum fidelitatis etiam ratione feudi factum.
7 Clerici domestici & familiares alicuius Principis an possint cogi ad iuramentum assecurationis.
8 Iuramentum fidelitatis quandoque datur ratione habitationis.
9 Tenentes & possidentes prædia in territorio alicuius domini, an teneantur præstare iuramentum

ramentum fidelitatis.
Iuramentum fidelitatis an possit per procuratorem præstari. 10
Syndic⁹ vniuersitatis an & qualiter possit præstare iuramentum fidelitatis pro ipsa vniuersitate. 11
Tutor an possit præstare iuramentum fidelitatis pro pupillo. 12
Vasallus an teneatur præstare iuramentum fidelitatis filio domini ipso viuente. 13
Homines subditi vasallo an teneantur præstare iuramentum fidelitatis domino principali. 14
Vasallus, qui iurauit fidelitatem domino, an teneatur adiurare dominum cõtra patrem vel fratres. 15
Dominus an teneatur præstare fidelitatem vasallo suo. 16
Iuramentum fidelitatis quæ debeat continere. & nu. sequentibus. 17
Vasallus an possit dominum suum accusare criminaliter, aut contra ipsum testificari. 18
Vasallus commiscens cum concubina domini sui an debeat feudo priuari. 19
Vasallus carnaliter cognoscens pediseguam domini an sit feudo priuandus. 20
Bonis viris detrahentes pessimi dicuntur. 21
Vasallo relictis pluribus hæredibus decedente, an quilibet hæres teneatur ad iuramentum 22

tum fidelitatis domino ratione feudi.

23 Pluribus hęredibus feudum tenentibus, quod est obligatum domino ad aliquod seruitiũ, qualiter ipsi hæredes præstabunt illud seruitium. & nu. 30.

24 Vasallo decedente relicto vnico filio infante, an ille infans tenebitur præstare iuramentũ fidelitatis, an tutor eius.

25 Pupillus an teneatur iurare fidelitatem domino feudi, aut petere renouationem.

26 Impubes proximus pubertati an teneatur præstare sacramentum fidelitatis.

27 Vniuersitate feudum tenente an omnes de vniuersitate teneãtur ad iuramentum fidelitatis.

28 Domino feudi pluribus relictis hæredibus decedente an vasallus tenebitur omnibus iurare.

29 Vasallus an possit inuito domino refutare feudum.

30 Vasallus si teneatur ad aliquod seruitium ratione feudi, quando sunt plures hæredes eiusdem domini, qualiter illud præstabit.

31 Emphyteota vel censuarius an possit refutare rem emphyteoticam vel censuariam inuito domino.

32 Vasallus non possidens si remotionem inuestituræ infra annum & diem non petierit an debeat perdere feudum.

Tempus

Tempus petendi renouationem feudi an possit per dominum augeri vel minui. 33

Vasallus, qui debebat petere renouationem inuestituræ, si decedat prope terminum petendi, an successores habere debeant integrum tempus ad petendum. 34

Dicens filium priuari debere feudo ob non petitam inuestituram quid habeat probare. 35

Vasallus an possit iurare pro se & successorib. suis. 36

Mora circa petitionem inuestituræ feudalis an possit purgari. 37

Tempore ad petendum inuestituram feudi lapso, si dominus recipiat inuestituram à vasallo, an videatur remisisse culpam moræ. 38

Vasallus sub qua forma debeat petere à domino inuestituram seu renouationem inuestituræ feudalis. 39

Vasallus forma debita petens inuestituram, si fit recusatus, an sit liberatus. 40

Ignorans rem esse feudalem an si tempore lapso non petat inuestituram, debeat priuari feudo. 41

In priuatione feudi an requiratur sententia. 42

Tempus petendi inuestituram feudalem an locum habeat in fœmina succedente in feudo. 43

Vasallus an teneatur præstare domino seruitium 44

tium infra annum & diem determinatum ad petendum inuestituram feudalem.

45 Inuestitura feudi an infra annum & diem peti debeat casu, quo pater instituat filium iam natum, & post humum prætereat.

46 Vasallo infra tempus statutum inuestituram non petente an feudum transire debeat ad agnatum.

47 Vasallus nullo casu repellendus venit aut liberandus à iuramento fidelitatis.

48 Vasallus quibus causis excusetur à non petitione inuestituræ. & nu. 51. & 52.

49 Infans non potest inuestire alium de feudo sine tutoris authoritate.

50 Tutor non petens inuestituram feudi pro pupillo, an pupillus debeat amittere feudum.

53 Pupillus doli capax an excusetur à petitione inuestituræ feudalis vltrà tempus debitum.

54 Inuestitura feudalis an possit recipi per procuratorem.

55 Inuestitura retrofeudi à quo sit exigenda.

56 Vasallus debet honorificè petere inuestiturá seu renouationem feudalem.

57 Inuestitura feudalis in quorum præsentia peti debeat.

58 Laudemium an debeat pro feudi inuestitura solui domino.

59 Feudum non debet pecunia, sed honore acquiri.

Ius

Ius retentionis & prælatiõis an locum habeat 60. in materia feudi.

Dispositio statuti, quòd creditor possit capere 61 tenutam in bonis debitoris etiam feudalib., an habeat locum licentia domini non obtenta.

Vasallus an possit hypothecare feudum aut in 62 seruitutem ponere, & an si contingat dominum illud emere, teneatur ad illam seruitutem.

Vasallus imponens seruitutem rei feudali an 63 mereatur illud perdere.

Feudo aliquo casu ad dominum reuertẽte an 64 tenebitur dominus ad debita vasalli.

Dominus inuestiendo aut renouando feudũ 65 an possit pacta insolita apponere. & numero 67.

Dubium in materia feudali qualiter sit inter- 66 pretandum.

Pactum impossibile vel probrosum in inuesti- 68 tura feudali appositum ipsam vitiat.

Inuestitura feudi facta cum pacto turpi & pro 69 broso an possit retineri, aut reuocari.

Post instrumentum inuestituræ feudalis factũ 70 an possit dominus inuito vasallo, vel vasallus inuito domino apponere aliquod pactum insolitum.

Pactum in inuestitura feudali factum, quod 71 propter quamcunq; feloniam domino factam

&tam non posit vasallus feudo priuari, an sit validum.

72 Pactum, quod pater perdat feudum propter delictum filij, an sit validum.

73 Pactum, quod vasallus ad nullum seruitium teneatur, in inuestitura feudali appositum, an sit validum.

74 Feudo cõcesso per hęc verba, Cõcedo tibi talem rem in feudum nobile, gentile & Francum, an vasallus & eius successores erũt adstricti ad iuramentum fidelitatis.

75 Iuramentum fidelitatis per vasallum præstito an possit dominus illi vasallo imponere collectam.

76 Vasallus an teneatur præstare domino auxiliũ in dotatione filiarum suarum.

77 Vasalli an teneantur redimere vel auxiliũ dare, vt redimatur dominus à captiuitate.

78 Vasallus an teneatur dominum inopem alimẽtare.

79 Vasalli an teneantur domino præstare auxiliũ pro filia sua spuria maritanda.

80 Vasalli an teneantur auxiliari domino pro filia monachanda.

1 *QVI QVIDEM inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis prælibato eorum domino.† Pro intelligentia istorum verborum debetis scire, quòd triplex est species iuramenti. Prima species*

eius est, quando vasallus ratione feudi, quod tenet à domino, præstat iuramentum fidelitatis. nam ei, qui non vult iurare fidelitatem, potest denegari inuestitura. c. nulla. in ti. per quos fiat. inuesti. Et iste vasallus iurare debet fidelitatem domino secundum formam traditã in c. 1. in titu. de forma fideli. & in c. 1. in tit. de no. for. fide. Vltra ea, quæ in dictis duobus capitulis continentur, est vnum aliud capitul. fidelitatis scilicet, quòd ipse vas. exaltabit dominum suum, & suum dominium inquantum poterit. ita dicit gloss. quæ reputatur singularis in c. 1. in tit. quali. vasal. tenra debe. fideli.† Et 2
aduerte, quòd dominus non debet à vasallo suo exigere iuramentum fidelitatis insolitum: nam ista iuramenta insolita præsumuntur impressa, & per vim seu metum extorta. ita dicit Bal. in d. c. 1. proximè allega. in verbo, sicut vasallus debet esse domino. & ibi refert se ita respondisse cuidam magnifico viro eum consulenti super ardua causa. optimè facit quod voluit Ioã. And. in c. 1. ext. de præscri. li. 6. in nouel. & quod notat Bal. in commento pacis Constan. in verbo, patronus. Multa alia circa istud iuramentum fidelitatis, quod vasallus domino ratione feudi præstat, dicam infrà.† Secunda 3
species iuramenti fidelitatis est, quam quis præstat ratione familiaritatis seu domesticitatis, quamuis non teneat aliquod feudum ab illo domino. Exemplum accipite, quãdo quis est Camerarius, vel Consiliarius, vel magister hospitij, vel pincerna, vel dapifer alicuius domini, nã ille talis quãuis nullum feudũ recognoscat ab illo domino, tamen tenetur præstare ipsi domino iuramentum

mentum fidelitatis ratione domesticitatis seu familiaritatis, puta, quia habet aliquid ex dictis officijs in curia domini, vel aliquod aliud officium, & habitat in domo domini, & iste talis debet solum iurare tria, scilicet, quòd iuxta posse saluabit vitam, membrum, & rectum honorem domini, & eius mentem. Ista omnia probantur in d. c. 1. §. si verò domesticus, in titul. quali. vasal. iura. debe. fide. Et aduerte, quòd text. in d. § si verò domesticus in fin. habetur dupliciter. nam aliqui libri habent, & eius mentem: & tunc debetis intelligere mentem, id est, secretum seu credentiam domini,
4 quia iste domesticus & familiaris † non debet revelare secreta domini, quòd intelligatis de revelatione ad detrimentum ipsius domini, sed ad vtilitatem domini bene posset. ita dicit pulchra gloss. in c. 1. in verbo, pandam in tit. de no. for. fide. supra allegato. & probatur in d. c. 1. in tit. quali. vas. iura. debe. fide. Alij libri habēt istud verbum, mortem: et tunc debetis intelligere, quòd iste domesticus & familiaris iurat pro posse, quòd euitabit mortem domini. Et si vultis scire rationem, quare fuerit adinuentum huiusmodi iuramentum fidelitatis, dicite, quia nulla pestis est efficacior ad nocendum, quā familiaris inimicus. l. data. C. de dona. & sæpe isti domestici & familiares machinantur multa contra dominum suum: vnde ratione suspicionis euitandæ tenentur præstare huiusmodi iuramentum fidelitatis.
5 † & istud appellatur iuramentum assecutionis. Sunt tamen aliquæ personæ, in quibus non cadit suspicio: vnde filius non tenetur præstare iuramentum assecurationis patri,

nis patri, licet sit de familia, quia censetur eadem persona cum patre l. fin. C. de impub. & alijs substi. nec econtra pater tenetur præstare huiusmodi iuramentum filio, quia non est verisimile, quòd aliquid machinetur contra eum, cùm magis diligat filium, quàm semetipsum. l. isti quidem. in fin. quod me. cau. Itē vxor, licet sit domestica, non tenetur viro ad huiusmodi iuramentum, quia non est verisimile, &c. cùm dicatur socia diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de crimi. expi. haredi. & vxor & maritus censentur eadem caro. c. Martinus. extr. de cog. spiri. Sunt autem aliquæ meretrices, quæ gaudent de morte maritorum. Et ita debet intelligi gloss. in l. pater Seuerinam. in §. socrus. ff. de condi. & demon. alia gloss. in l. fin. C. de do. promiss. Item dicuntur domestici illi, qui sperant succedere domino, & ideò si starent in domo domini, tenerentur præstare iuramentum assecurationis propter suspicionem. ita dicit eleganter gloss. in præallega. c. 1. in titul. qualiter vasallus iura. debe. fide. Et illam glo. sequuti fuerunt Petrus de Cerula. Iacob. de Belui. Andr. de Isern. Bald. & Iacob. Alua. ibidem. † Sed 6
ponamus, quòd vasallus præstiterit iuramentum fidelitatis domino ratione feudi, quod tenet ab eo, & deinde ipse vasallus recipiatur in domesticum & familiarem ipsius domini, tenebitur ne vltra primum iuramentum præstare huiusmodi iuramentum assecurationis? Bald. in commento pacis Constantiæ. in verbo, vasalli nostri. & Iac. Alua. in dict. cap. 1. in fin. colum. in titu. quali. vas. iura. debe. fide. determinant & sic.

 monen-

mouentur, quia ista sunt diuersa facta: ideo de vno nõ fit recta illatio ad aliud. l. si maritus. C. de dona. inter virum & vxorem. & l. fin. ff. de calum. Vno tamen iuramento poterit virumq; explere secundũ eos. † Sed quid si clerici sint domestici & familiares Principis, puta, quia sint consiliarij ipsius Principis, vel camerarij, virum inuiti poterunt cogi præstare huiusmodi iuramentum assecurationis? si tenerent feudum à domino, non est dubium, quòd possent cogi ad præstandum iuramentum fidelitatis, aliàs dominus posset eis auferre feudum, vt no. in c. verum. extr. de fo. compe. & in cap. nimis. & in c. petitio. ext. de iureiur. Sed ego quæro quando non tenent feudum à domino, sed sunt domestici & familiares ipsius domini. cõcludite, quòd inuiti non possunt cogi, sed tamen vltrò & sponte bene possent præstare huiusmodi iuramentum assecurationis. & hoc est de mente Ia. de Ardi. in ti. de his qui iura. de fide. sub rubricella, qui sunt, qui iura. non deb. no. in dict. c. nimis. & in dict. ca. petitio. facium not. per Specu. in tit. de feud. §. quoniam. ver. nos verò. † Tertia species iuramenti fidelitatis est, quando quis iurat fidelitatem domino ratione habitationis, quam habet in terra ipsius domini: nam iste talis licet nihil teneat in feudum ab ipso domino terræ, tamen quia habitat in territorio illius tenetur illi præstare fidelitatem. † Est & alia species iuramenti fidelitatu, quam tenentur præstare illi, qui tenẽt & possident aliqua prædia in iurisdictione seu territorio alicuius domini. nã tales etiamsi ibi non habitent, tenẽtur præstare illi domino

mino iuramentum assecurationis, iurando fidelitatem secundum formam dicti c. primi. in fin. in titul. quali. vasal. iura. debe. fide. Et hanc opinionem tenuerunt And. de Iser. & Iacob. Alua. ibidem. Sed ego in quæstione facti consului contrarium. mouebar autoritate Hostiensis, quem sequuntur Ioan. Andr. Panormita. & Imol. in c. nimis. ext. de iureiuran. vbi dicunt, quòd non ex hoc ipso, quòd aliquis possidet bona intra Regnum seu Prouinciam alicuius domini, tenetur illi præstare fidelitatem: quia non præsumitur feudatarius, nisi probetur. quia iure naturali primæuo omnis persona, & omnis terra erat libera. 1. distin. c. ius gentium. benè facit c. 47. Geneſis. quod allegat gloss. in c. quanquam. extr. de censi. libr. 6. per quam probatur, quòd omnis res præsumitur libera, nec præsumitur esse feudalis, nisi probetur, vt dicit Bald. in c. inter filiã. in tit. si de feud. defunc. fue. contro in vsi. feu. Non obstat, si dixeris, quòd est fundata intentio illius principis seu domini in toto suo territorio, quia respondeo, quòd est hoc verum quantum ad iurisdictionem, secus quãtum ad proprietatem rerum, vt in simili habetur in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscri. & in cap. omnes Basilicæ. 16. q. 7. & ita vult D. Panorm. in c. diligenti. in princ. col. extr. de præscriptio. Secundo mouebar, quia aut dominus terræ vult sibi præstari iuramentum fidelitatis ratione personæ illius, qui possidet prædia in territorio ipsius, & tunc petitio domini non est iusta, quia ille non habitat in illius territorio: aut vult eã sibi præstari ratione bonorum, quæ possidet in territorio

vitorio ipsius domini : & tunc adhuc ipsi domino nō est mos gerendus : quia ex quo ipsa bona non sunt feudalia, sed allodialia, non teneatur possessor præstare iuramentum fidelitatis. & ita me consulente fuit iudicatum in fauorem N. Bernardini ex Marchionibus Romagniani, qui possidet quædam prædia in domino Astensi, in quodam territorio nobilium de Scarampis. Addunt prædicti Dd. scil. And. & Ia. quòd illud iuramentum fidelit. quod præstatur secundū formam d.c. 1 in fi. in tit. quali. vas. tura. deb. fidelitatem. suppletur per id, quod habetur in c. tibi domino. lxiij. dist. in. amplius dicit ipse And. quòd illa forma iuramenti recipit supplementum per tex. in c. 1 in tit. de no for. fide. quia ibi nulla fit mētio de feu. Sed Ia. Alua. in hoc tenet contrarium. quia de mente tex. d. c. 1. in fi. fuit facere apertam differentiam inter iuramentum fidelitatis, quòd præstatur ratione solius iurisdictionis, veluti quia habito in iurisdictione seu territorio alicuius domini, & iuramentum fidelitatis, quod tenetur præstare vasallus ratione feudi, iuxta c. 1. in ti. de for. fide. & c. 1. in ti. de no. for fide. tandem dicit Iac. Alua. quòd in hoc esset standum cōsuetudini, quòd notetis. † Nunc quæro virum iuramentum fidelitatis possit fieri per procuratorem constitutum à vasallo? Bald. in l. 1 in 1. col. ff. de re. dini. determinat quòd non mouetur, quia tale iuramentum habet annexam exhibitionem reuerentiæ, quæ præsentialiter debet fieri, non autem per alium. quemadmodum si vasallus teneretur associare dominum, non posset hoc exequi per alium. l. si nō sortem. §.

tem. §. libertus. ff. de condi. indeb. Eandem opinionem tenuit ipse Bald. in cap. 2. in fin. com. ext. de or. cog. vbi dicit, quòd homagium requirit corporalem præsentiam, & ideo iuramentū fidelitatis non potest præstari per procuratorem. sed ipsemet Bald. in l. vnica. §. ne autem. in 2. col. C. de cadu. tol. tenet expressè, q̄ iuramentum fidelitatis possit præstari per procuratorem. & de hoc est optimus text. in c. 1. §. sed virum in titu. per quos fiat inuestit. Et hanc sententiam tenet ipse Bald. in c. 1 quo tempo. miles. in tiij. col. vbi dicit, quòd quando vasallus est absens, & non potest cōmodè adire dominum, potest præstare iuramentum fidelitatis per procuratorem. & hoc sequitur Iac. Alua. ibidem. & ipse Iac. Alua idem firmat in c. omnes filij. in titu. si de feud. defunc. fuer. contro. Et secundum istam opinionem, quæ est magis communis, sæpè consulas cum limitatione tamen, quòd procurator habeat speciale mādatum, ad hoc scilicet, ad se præsentandum coram domino: & ad præstandum iuramentum fidelitatis, & ab eo obtinen. inuestituram seu renouationem inuestituræ. Ad hoc allego vobis Arch. in c. tibi domino. lxiij. dist. & Bal. ita expressè dicentem. in c. 1. §. fi. qui incipit, nulla in ti. prælegato, per quos fiat inuestit. & videbitis omnino no. per Bald. & Alua. in c. 1 in ti. quo tempo. miles. Et quòd hoc casu oporteat procuratorem habere speciale mandatum tenet. D. Mart. Laud. in d. c. 1 proximè alleg. vnde sint aduisati vasalli, vt habeat speciale mandatum procurator. † Idem est dicen dū in syndico vniuersitatis, quia si nomine vniuersitatis

vult præstare iuramentum fidelitatis, est necesse, quòd habet speciale mandatum ad hoc. secund. Bald. in d. §.

12 nulla. † Tutor autem, qui habet liberam administrationem bonorũ, benè posset præstare iuramentum fidelitatis pro pupillo, quamuis non haberet speciale mandatũ ad hoc secund. Bal. in d. §. nulla. Addite, q̃ cõclusio pradicta, quod iuramentũ fidelitatis potest præstari per procuratorẽ, debet limitari hoc modo, quia dominus non cogitur acceptare procuratorẽ, si dicat, q̃ vult videre vasallum per vultum, quia fortè habet eũ suspectum, & vult eum admonere & terrere. nam hoc casu potest requirere, quòd vasallus veniat personaliter. Istud est stupendũ dictum Bal. in suis conclusionibus feu. quas posuit in fin. operis, & hoc dicit in pe. conclusione tituli, quo temp. miles. quòd nunquam exeat memoriam vestrã. Addite ad ea, quæ dixi suprà circa iuramẽtum assecurationis, quòd aliqua sunt personæ, quæ non tenentur præstare iuramentum huiusmodi. Nam filius non tenetur præstare, neque vxor vt suprà

13 dictum est. † Sed an vasallus teneatur præstare iuramentum fidelitatis filio domini ipso domino vivente? Concludite, quòd non, per ea, quæ habentur in cap. 1. in princip. in tit. de capi. Corradi. & in c. imperialem. §. præterea si quis maior. aliàs incipit, præterea si quis infeudatus. in titu. de prohi. alie. feud. per Fride. in c. 2. in titu. quo tempo. miles. Limitetis, nisi feudum esset concessum sub ea lege, quòd vasallus teneatur præstare fidelitatẽ etiam filio ipsius domini. nã tale pactum esset seruandum, quia pacta dant legẽ contractibus l. 1. §. si

1. §. si conueniat ff. depositi. Præterea sunt de mente Iaco. de Ar. in sua summa, in titu. qualiter vasal. deb. iura. fidelitatem. Sunt etiam de mente Ia. Alua. in c. 1. in tit. de for. fide. † Moneo vobis pulchram quæstio- 14
nem, vtrum quid homines, qui sunt subditi vasallo domini teneantur præstare iuramentum fidelitatis ipsi domino superiori? Concludite quod non, quia homo vasalli mei non est propriè homo meus, & ideo nõ possum ipsos cogere ad præstandum mihi iuramentum fidelitatis, nisi in inuestitura fuisset appositum pactũ, quod nedum vasallus, sed etiam homines sui tenerẽtur præstare fidelitatem superiori domino, vel nisi ipse superior dominus haberet generalem iurisdictionem. Ista sunt verba pulchra Bald. in commento pacis Costan. in vltim. char. ibi, exeunte Ianuario. allegat Specu. in titul. de feud. §. quoniam. ver. nũ. † An autem vasal- 15
lus qui iurauit fidelitatem domino, teneatur adiuuare dominum contra patrem & fratrem? Concludite quòd sic. text. est ad literam. in cap. 1. §. fin. in titu. hic finitur lex, & incipiunt consuetu. reg. Non tamen tenetur adiuuare dominum contra propriam patriam ipsius vasalli ita dicit glo. peregrina in cap. de forma. xxij. quæst. v. Item non teneretur adiuuare dominum contra semetipsum quia in generali sermone non continetur persona loquentis. Inquisitio. C. de solu. Et de hoc habetis opi. text. cum sua gloss. in c. petitio. extr. de iureiuran. ex qua gloss. habetis colligere, quòd si vasallus iurauerit tradere castrum fulcitũ domino cõtra omnẽ hominẽ, non tenetur tradere cõtra semetipsum.

& ita consului pro domino Tranferelli contra cõmu-
16 *nitatem Cherÿ. † Sed nunquid econtra dominus te-*
neatur iurare fidelitatem vasallo suo? videtur prima
facie dicendum quòd sic, quia in his omnibus, ad que
vasallus tenetur domino, in illis dominus debet vasallo
suo reddere pares vices, alioquin ipse dominus inaesi-
dus est. ca. 1. §. dominus quoque. in titu. de for. fide. &
d. c. de forma. xxij. quæst. v. Sicut ergo vasallus tene-
tur iurare fidelitatem domino, ita videtur econtra. Et
istam partem visa fuit tenere glo. in c. imperialè. § si.
in titu. de prohi. alie feu. per Fede. Sed vos concludite
audaciter contrarium secundum And. de Iser. & Dd.
communiter, quorum opi. sequutus est Iac. Al. in d. s.
1 in ti. de for. fide. quia non reperi hoc iure cautũ, er-
go nos dicere non debemus. l. illam. C. de colla. Ad glo.
d. c. imperialem. §. si. respondebitis, quòd non dicit cõ-
trarium si benè inspiciatur, & si diceretur, contrariũ
malè diceret. nam dominus aquiparatur patrono, &
vasallus liberto. vt no. in c. 1 in ti. de mil. vasal. qui cõ-
tu. est. & non habemus, quòd patronus nõ teneatur præ-
stare iuramentum liberto ob reuerẽtiam ipsius patro-
ni. l. qui bona. §. pe. ff. de dam. infec. & l. iusiurandum.
& ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iureiur. ergo
nec dominus debet teneri præstare iuramentum fide-
litatis vasallo suo. Ad motiuum suprà in contrarium
factum de d. §. dominus quoque. respondebitis verum
esse, dominus tenetur reddere pares vices vasallo,
absque tamen præstatione alterius iuramenti. Ecce
ergo vnam disparitatem inter dominum & vasallum.

Alia

Alia disparitas est, quia licet vasallus non possit pignora-
re feudum sine licentia domini. d. c. imperialem. su-
pra allegato, tamen econtra dominus posset pignorare
suam proprietatem sine licentia domini. Ita conclu-
dunt Iacob. de Bel. Bald. & cæteri Scribentes in d. c.
imperialem. super glo. 1. quæ gloss. mouet istam quæst.
& clarè non determinat. Tertia est disparitas, quia li-
cet vasallus non possit suum vtile dominium transfer-
re in Ecclesiã sine licentia domini, c. 1. § inde potest. in
ti. de feu. alie. & tractani vobis in superioribus, tamẽ do-
minus posset trãsferre suã proprietatẽ in Ecclesiã sine
cõsensu vasalli. § si verò cõtigerit in ti. de allo. Quarta
disparitas est, quia si vasallus feudũ suũ pignoret domi-
no suo, non tenebitur dominus fructus computare in sor-
tem. text. est not. in c. 1. ext. de feu. & tamen si domi-
nus pignoraret vasallo aliquod castrum, vasallus tene-
retur computare fructus in sortem. l. 1. & ij. C. de pig.
actio. Non obstat si dicatur, quod text. in d. c. 1. ext. de
feud. loquitur in feudo Ecclesiæ & in vasallo pignorã-
te feudum Ecclesiæ, à qua illud tenebat, quia respon-
deo, quòd ista non est ratio specialitatis, sed ratio illius
text. secundum Host. ibi & magis communiter Cano.
est, quia quando vasallus pignorat feudum domino, ex
quo dominus reperitur habere nedum directum, sed vti-
le dominium apud se de voluntate vasalli, dominus
dicitur percipere fructus de sua propria, non autem de
re aliena: non est ergo mirum, si dominus non tenetur
computare fructus in sortem. & sic concludatis in dispo-
sitione d. c. 1. habet nedum in feudo quod tenetur ab ec-

eleſia locum, ſed etiam in feudo, quod tenetur ab alio domino. Et ita loquitur Pano. in d. c. i. habetur etiam
17 *in c. i. ext. de vſu.* † *Quæro, quæ ſunt illa, quæ continentur in iuramento fidelitatis? Tex. in c. i. in ti. de for. fid. dicit quod in prædicto iuramento continentur infra ſcripta. ſ. incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſſibile. Sed videndum eſt de effectu iſtorum verborum. Dicite quòd verbum, Incolume, importat, quod vaſallus non erat in aliquo facto auxilio vel conſilio, per quod dominus patiatur damnum in ſuo corpore, imo tenetur vaſallus procurare pro poſſe, ne alius hoc faciat. & hoc vult glo. valdè not. in c. de forma. xxij. q. 5. quæ eleganter dicit, quod in factis negatiuis non ſufficit ne faceret, ſed eſt neceſſe etiam procurare, ne alius faciat l. in lege. ff. de contraben. empt. & vend. &*
18 *l. facere. ff. de verbo. ſignific.* † *Ex præmiſſis infertur, quod vaſallus non debet accuſare dominum ſuum criminaliter, neque ſubmittere aliquem qui accuſet ipſũ dominum: neq; debet ſidembere pro eo, qui accuſauit dominũ, neq; debet ſponte ſe offerre ad ferendum teſtimonium in cauſa criminali cõtra ipſum dominũ ſuum aliàs ſi ſecus faciat, eſt dignus priuari feudo. Hæc omnia vult glo. no. in c. i. §. Item ſi delator. in gl. quæ aliàs incipit, perdit. & eſt gl. magna. in ti. quæ ſit prima cau. ſa benefic. amitt. quod intelligatis, niſi vaſallus ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur: nam tunc excuſaretur à pœna, vt vult illa eadem glo. Item ſi vaſallus hoc faceret pro defenſione patriæ, contra quam dominus cõmiſiſſet proditionem, tunc etiã vaſallus excuſaretur, vt*

vt vult gl in d. c. de for. Nam vidimus quod licitum eſt filio occidere patrẽ pro defenſione patriæ. l. minimè. ff. de de relig. & ſump. fu. Secundo loco quæro, quid importet verbum, Tutum? reſpondetur, quod importet, quod vaſallus non erit in damno domino ſuo de ſecreto ipſius. nam in iuramento fidelitatis continetur, quod vaſallus non pandet neque manifeſtabit ſecretum domini ſui, quod ſecretum dominus commiſit vaſallo ſuo. c. i. in ti. de no. form. fide. Sed pone, dominus dixit vaſallo ſuo, quod volebat occidere Gaium, nunquid vaſallus potuit pandere tale ſecretum? Concludite quod debet in primis rogare dominum, inquantum poteſt, vt velit abſtinere à tali delicto, dicendo illi, quòd niſi abſtineat hoc reuelabit illis qui poſſunt prodeſſe & nõ abeſſe, vt ſunt Sacerdotes: imo quod fortius eſt, poterit impunè dicere illi, quem dominus occidere volebat, Amice caueas tibi, quia quidam vult te occidere, neminem nominando ita dicit gl. no in c. nerui teſticulorum. 13. diſtinctione. Tertio quæro, quid importet verbum, Honeſtum? Reſpondetur, quod importat quòd vaſallus debet ex iuramẽto fidelitatis ſeruare erga dominum ea, quæ pertinent ad iuſtitiam, & generaliter omnia, quæ tendunt ad honeſtatem. vnde debet cauere ne cucurbitet te dominum, neque carnaliter commiſceat cum filio domini, neq; cum nepte, nec cum nuru, nec cum ſorore domini. ita probat tex. in c. i. §. i in tit. quib. mo. feu. amit. et in c. i. §. rurſus. in ti. quæ ſit prima cau. benefic. amittend. † *Quid autem ſi commiſcuerit ſe cum* 19
concubina domini? dicite quòd ſi concubinatus eſt licitus de

tus de iure ciuili, puta quia ambo sunt soluti. l. in concubinatu. ff. de concubi. tunc vasallus priuaretur feudo secundum Iac. de Ardi. & Iac. Alua. in c.a.i. §. i. in fin. qui. mo. feud. amit. optimè facit tex. in l. item legato §. parui. de leg. iij. Sed in veritate ista determinatio est valde dura. nam concubina est ext. personae specificatas in lib. feud. sed in d. §. & in d. §. vursus & cū simus in pœnalibus, non debemus facere extensionem.
20 reg. odia. ext. de regu. iur. lib. vi. † Quid autem si vasallus carnaliter cognosceret pedissequam dominæ? Dicite quòd non est dignus priuari feudo, licet malè faciat. ita dicunt Anto. de Iser. & Iaco. Alua. in d. c. i. in tit. qui. mo feud. amit. Et aduertite, quòd dominus econtra debet vasallo reddere pares vites. c. i. §. dominus quoque. in titul. de for. fide. & ex hoc infero vobis, quòd domini terrarum non possunt compellere subditas suas, vt vadant ad tripudiandum in castro suo, quia ab omni iure superioritatis intelligitur exceptum ius honestatis ista sunt verba Bal. in l. quod ex liberta. C. de ope. liber. Quarto quæro, quid importet verbum, Vtile? Respondetur quod importat, quod vasallus pro posse procurabit vtilia domini, neque erit illi in damno de reb. & possessionibus suis. d. c. i. in titu. de for. fide. item in sacramento fidelitatis continetur, quod vasallus non erit domino suo in damno de suis munitionibus, id est, quod hostibus & inimicis domini non reuelabit munitiones, ex quibus ipse dominus intendit se defendere contra hostes. ita probat text. in d. c. i. in verbo, munitionibus. in titu de for. fide. facit optimè l. i. & ij. C. de commer.

commer. & merca. & l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re mili. Quinto est videndum, quid ista verba. Facile & possibile important, respondetur quod important hoc scilicet, quod id, quod est, vel potest esse facile vel possibile domino, vasallus non faciet difficile neque impossibile domino. accipe exemplum: dominus erat in tractatu maritandi filiam suam, et erat illi facile & possibile eam matrimonialiter copulare cum aliquo, vasallus seminauit zizaniam in tantum, quod impediuit illud matrimonium. vel dominus intendebat contrahere matrimonium cum vna, & erat hoc illi facile & possibile, sed vasallus seminauit discordiam, ita quòd non est amplius possibile, quòd illud matrimonium locum habeat: ipse certè vasallus est periurus, & debet perdere feudū, quia venit contra iura fidelitatis. quod est bene notandum. † Addo vobis, quod summè detestā- 21
di sunt, qui bonis viris detrahunt, & possunt accusari de crimine stellionatus, & est pœna arbitraria. iste est tex. cum sua gloss. aurea in l. iij. §. item si quis. ff. de crimine stellio. Addite etiam, quod in iure fidelitatis continetur quod vasallus exaltabit dominum in quantum poterit. glo. est sing. approbata in c. i. in tit. qual. vasa. debe. fide. † Nunc quæro ponamus, quòd vasallus 22
decedat pluribus relictis hæredibus an quilibet ipsorum hæredem tenebitur præstare iura fidelitatis domino ratione feudi, quod eorū pater tenebat? Concludite quòd si vni ex eis fuerit adiudicatum totum illud feudum, tunc ille solus tenebitur præstare. tex. est in c. omnes in fin. in titul. si de feu. defun. controu. fuer. in lib. feud. Si

verò

verò omnes hæredes possident illud feudum, tunc si possidet pro diuiso, quia illud diuiserunt inter se, tunc quilibet ipsorum tenebitur præstare iura fidelitatis domino. quia iura fidelitatis est indiuiduum, & in hu quæ sunt indiuidua quilibet hæredum tenetur insolidum l. hæredes. §. ar. za. ff. fami. hercis. & l. 3. § ex his ff. de verb. obli. Et hanc opin. tenuit Ang. in d. § ex his & idem Ang. tenuit in l. loci corpus. §. si fundum. ff. si seruit. vendit. optimè facit quod not. gloss. in l. si cuius. §. i. ff. de vsufru. Si verò ipsi hæredes vasalli possident illud feudum pro indiuiso, est magna dubitatio vtrum omnes simul teneantur præstare iura, an verò quilibet ipsorum. Et ista inuestigatio est maximi fingt. quia si tenemus, quod omnes simul teneãtur, erit solum vnum ius vasallicum: si verò tenemus, quod quilibet ipsorum in solidum teneatur præstare iuramentum fidelitatis, tunc erunt plura iura vasallitica. In dubitatione prædicta reperio Ioan. Blanchum de Marsilia in sua summa, in titul. de sacra fide. in §. item dubitari consueuit: arguere ad partes, & tandem nihil clarè determinat. Vos potestis concludere, quod imo quilibet ipsorum in solidum tenetur iurare fidelitatem, per rationem, quam suprà allegaui. s. quia iura fidelitatis est indiuiduum. Et istam sententiã voluit Angel. in d. §. ex his. & in d. § si fundus. & idem tenuit Iacob. Alua. in d. c. omnes filij. eandem opi. amplexus fuit Ioa. Rey. post multa argumenta hinc inde, in c. imperialem. §. præterea ducatus. in tit. de prohi. alie. feu per Fed. possunt tamen ipsi hæredes eiusdem eligere vnum ex eis, qui

qui iuret fidelitatem nomine suo, & etiam nominibus aliorum, quia quando iurat etiam nominibus aliorum omnes dicuntur iurare. ar. l. ita autem. §. gessisse. ff. de admi. tu. & ita vult Ia. Alua in d. c. omnes. & pro ista parte facit id, quod suprà aliquando concluſi vobis, scilicet quòd iuramentum fidelitatis potest præstari per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum, secund. magis communem opin. Fallit tamen in iuramento fidelitatis, quod venit præstandum a ciuibus, nõ ratione feudi, sed iurisdictionis, quia tale iuramentũ debent præstare singuli personaliter, non autem per procuratorem. ita not. dicit Bald. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tol. & ipse Bal. in pace Constan. † Sed ponamus, quòd feudum, quod tenent plures hæredes eiusdem vasalli, sit obligatum domino ad aliquod seruitium, qualiter ipsi hæredes præstabunt illud? Concludite ex mente Andre. de Iser. & Iacob. Alua. in d. c. omnes. quòd aut illud seruitium est diuiduum, quia consistit in aliqua re diuidua, & tunc quilibet illorum vasallorum tenebitur pro parte, quia ipso iure fit diuisio à lege. l. 1. C. si cer. pet. & l. ea, quæ nominibus. C. fami. her. si verò seruitium est indiuiduum, puta ire ad prælium vel exercitum cum domino, & isto casu ipsi hæredes vasalli defuncti dabunt æquè idoneum ex se ipsis, qui seruiat domino in prælio seu exercitu. nam debet sufficere domino, quòd habeat vnum æquè idoneum, sicut erat vasallus defunctus. l. tam tamen. §. si plures. ff. iudi. solui. nam plures hæredes, qui succesſerunt vni vasallo, habentur pro vno. l. cui fundus. ff. de 23

de condi. & demon. & ideo debet sufficere domino, q̃ habeat aquè idoneum sicut erat prior vasallus. l. qui an
24 tem. §. ij. ff. de consti. pecu. † Sed ponamus, quòd vasallus, qui tenebat feudum à domino, decesserit vno filio relicto infante hærede, virum ille infans tenebitur præstare iuramentum fidelitatis, an verò erit excusatus si non præstet? Bald. quem cæteri sequuntur in c. i. & per illum text. in verbo, infantia. in tit. quo tempo. miles. in vsi. feu. determinat, quòd erit excusatus, quia ex seipso omnia ignorat. allegat l. fin. in fi. ff. rem pupil. sal. fo facit optimè l. i. C. de sal. mone. Sed numquid tutor istius infantis tenebitur ad præstandum iuramentum fidelitatis pro ipso infante? Concludite quòd poterit illud præstare, sed non necessitabitur secund. Iacob. Alua. in c. si minori. in tin fi de feu. defunc. fue. contro. faciunt no. per Bal. in c. i. §. nulla. in titul. per quos fiat inuesti. Et ad propositum dicit Bald. in l. i in xx. quæst. ff. de rerum diuisi. quòd infans non potest inuestiri de feudo, quia in inuestitura requiruntur verba. allegat
25 pulchrum text. in l. mulier. ff. de verb. obli. † Sed quid dicemus in pupillo? concludite quod non tenetur iurare fidelitatem, neque petere renouationem inuestituræ, tamen feudum retinebit. text. habetis in præalleg. c. si minori. & in c. si quis decesserit, in titul. præalleg. si de feu. defun. Sed ponamus, quod ipse pupillus sit doli capax. And. de Iser. in præalleg. c. si minori. dicit, quod iurabit fidelitatem. per l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de opi. liber. & per l. fin. ff. de liber. cau. Vos autem tenebitis istum impuberem quantumcunque dolicapacem

pacem esse excusatum, vt non præstet dictum iuramẽtum fidelitatis, per d. c. si minori. & hoc tenet Iac. Alua. cum quo concordat Bal. in d. c. i. in titu. quo temp. miles. vbi dicit, quòd durante pupillari ætate, dicitur habere solum semiplenum intellectum. allegat gloss. in l. in negotijs. ff. de reg. iur. † Quid si impubes esset pro- 26
xim⁹ pubertati, an tenebitur præstare sacramentum fidelitatis? Andr. de Iser. in d. c. si minori. determinat, quòd sic, per dict. §. dabitur. Sed vos tenebitis contrarium, & dicetis eum debere excusari durante pupillari ætate, per text. in c. si minori. & c. si decesserit. vbi sunt textus aperti. Et quotiescunque in materia feudali habemus textum decidentem dubitationem emergentem, non debemus recurrere ad decisionẽ legũ. c. i. §. strenuus autem legisperitus. in ti. de cog. feud. si verò hæres vasalli esset maior 14. annis, minor tamen xxv. & intra annum & diem non peteret renouationem inuestituræ, offerendo iuramentum fidelitatis, caderet à feudo: posset tamen petere restitutionem in integrum. c. imperialem. §. præterea si quis maior. aliàs incipit. præterea si quis infeudatus. in tit. de probi. alie. feu. per Fede. & ita not. per omnes. Ad quem autem vadat istud feudum, quod perditur propter non petitam inuestituram intra annum & diem, an ad dominum, an verò ad agnatos, ego dicam vobis infra. † Sed 27
restat quærere, ponamus, est vna vniuersitas seu cõmunitas, quæ tenet ab aliquo domino feudum, an singuli de illa vniuersitate teneantur præstare iuramentum fidelitatis ratione illius feudi? Concludite, quòd non,

sed ipsa vniuersitas præstabit iuramentum fidelitatis per syndicum suum. & est ratio, quia illud feudū est vniuersitatis, non autem singularitatis de illa vniuersitate. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & l. Intantum. §. vniuersitatis. ff. de re diui. & l. 2. ff. quòd cuiusque vniuer. & c. qui manumittitur. xij. q. 2. optimè facit l. municipibus. ff. de condi. & demon. ita tamen expressè Io. Rey. in d. ca. præterea ducatus. optimè faciunt no. per Bal. in d. c. 1. §. nulla. in ti. per quos fiat inuesti. vbi loquitur de tutoribus & syn

28 *dicis. † Quid autem econtra si dominus decedat relictis pluribus hæredibus, an vasallus tenebitur præstare iuramentum fidelitatis omnibus illis hæredibus in solidum? gl. in l. cuiuscunque. §. 1. ff. de vsufr. determinat quòd sic. & illam gl. sequitur Bald. in l. 1. in xxij. q. de re. diui. & Ang expressè in l. loci corpus. §. si fundus. ff. si seruit. vindic. idem tenuit Io. de Imo. in l. ij. §. item si in facto. in fin. col. ff. de verb. obli. Contra iam opi. tenuit gloss. in c. omnes filij. suprà allega. nam ibi gl. arguit ad partes multum solenniter, & tandē concludit vasallum non teneri præstare iuramentum fidelitatis, nisi vni ex hæredibus domini. & illam gl. sequuti fuerunt Pet. de Ceruia. Ia. de Bel. Caprio. in d. c. omnes. & Bald. in c. imperialem. §. præterea Ducatus. in vlti. colum in titul. de prohi. alie. feu. per Fede. Refert tamen Bal. in d. §. præterea Ducatus. vnam opin. quā habet, quòd iuramētum fidelitatis hoc casu debeat præstari antiquiori ex hæredibus domini. argu. l. fin. ff. de fide instr. Et opi. prædictam, quòd vni tantùm ex pluribus*

ribus hæredibus sit præstandum sacramentum fidelitatis tenuit Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de feu. §. quoniam. ver. 29. Placet etiā ista sententia Ioa. Rey. in d. §. præterea Ducatus. & ista sententia tanquā magis communis seruatur in practica. Pro ista opi. facit, quia pro eodem feudo non cogitur vasallus habere plures dominos. ista ratio probatur in dict. §. præterea Ducatus. in fi. Potestis tamen in hac materia ex mente Io. Rey. in loco præal. sic concludere, aut vni ex pluribus hæredibus domini fuit adiudicatum totum feudum, & tunc illi soli debet præstari iuramentum per d. c. omnes. in fi. aut ipsi tales hæredes domini eiusdem tenent illud feudum, seu illam superioritatem feudi pro indiuiso inter se, vel pro diuiso, & tunc si vasallus semel agnouit illos plures dominos, habet sibi imputare, quia tenetur omnes agnoscere, & omnib. præstare iuramentū fidelitatis: idē est si ab initio fuissent plures domini illius feudi, puta, quia plures domini concesserunt illud feudū vasallo, & sic feudum est originatū à pluribus dominis, & tunc vasallus tenetur præstare fidelitatem omnibus. aut feudum habuit principium ab vno domino, deinde ille dominus decessit relictis pluribus hæredibus, & tunc teneatis conclusionem, quam suprà concluſi. scilicet, quod vasallus poterit eligere vnum ex illis pluribus, & ei iurare fidelitatem nomine omnium, & ista electio non pertinet ad plures ipsos hæredes eiusdem domini, sed ad vasallum. l. plerunq;. §. fi. ff. de in. do. Et disputatio prædicta est maximæ vtilitatis, quando vasallus vult obtinere licentiam pro

alienando feudum, vel vult obtinere inueſtituræ, vel renouationem inueſtituræ. nam non cogetur adire ipſos plures hæredes eiuſdem domini. Reperio quoſdam in hoc articulo dicere, quòd ſi vaſallus non vult iurare fidelitatem pluribus hæredibus domini, poteſt dimittere feudum: ſed iſta opinio nunquam mihi pla-
29 cuit. † Nam ſi quæritur, vtrum vaſallus inuito domino poſſit refutare feudum? concludite ſic. aut feudum eſt ſimpliciter conceſſum, & non conditionatū, & tunc vaſallus poteſt dimittere illud inuito domino: ſed eo dimiſſo debet cauere, ne offendat dominum propter reliquias præcedentis vaſallagij. de hoc habetis text. in c. 1. in titu. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. Non obſtat ſi mihi dicatis, quòd quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto ſunt neceſſitatis l. ſicut. C. de actio. & oblig. & l. in commodato. §. ſicut. ff. commo. quia reſpondetur, quòd feudum ſimplex, & non conditionatum intelligitur conceſſum gratia ipſius vaſalli recipientis tantùm, per ea, quæ habentur in cap. 1. in titu. in quib. cau. feu. amit. Aut eſt feudum conditionatum, id eſt, conceſſum ad certum & determinatum ſeruitium: & tunc vaſallus inuito domino non poteſt refutare illud, quia contractus fuit celebratus gratia vtriuſque. iſta eſt glo. ordina. communiter approbata in c. fina. in ti. de capi. qui curiam vendi. in vſi. feudo. not. in d. c. imperialem. §. callidus. Item ſi in conceſſione feudi interuenisſet ſtipulatio, tunc ſi vaſallus refutaret illud feudum, in quo interuenit ſtipulatio, teneretur domino ad intereſſe. itē ſi ex parte vaſalli interuenisſet iuramentum, tunc

tum, tunc ipſe vaſallus propter iuramentum non poteſt refutare inuito domino, quia iuramentū imponit præciſam neceſſitatem glo. eſt ſing. in l. ſi pecuniam. in princip. in verbo, neceſſe habeas. ff. de condi. ob cauſam. ſed hæredes ipſius vaſalli, qui iurauit, benè poſſent refutare feudum, quod non eſt conditionatum: quia iuramentum defuncti non tranſit ad hæredes, quia eſt perſonaliſſimum. c. veritatis. ext. de iureiu. & ibi not. Ita not. determinat Bald. in proœ. feudo. in 2. carta. in ver. ſed pone quod contractus. Ex præmiſſis apparet, quòd opinio illorum, qui dicunt, quòd quando vaſallus non vult iurare fidelitatem pluribus hæredibus domini, quòd poteſt dimittere feudum, non eſt vſquequaque vera. † Sed adhuc dubitatur, quando 30
ſunt plures hæredes eiuſdem domini, & vaſallus tenetur ad aliquod ſeruitium ratione feudi, qualiter præſtabit ſeruitium? Vera concluſio eſt, quia aut ſeruitium conſtat in dando, & tunc præſtabit illud omnibus hæredibus pro portionibus eorum: ſi verò eſt ſeruitium, quod non eſt diuiduum, ſed indiuiduū, puta, quia vaſallus tenetur ire ad prælium vel exercitum cum domino ſuo, tunc quia eodē tēpore non poſſet benè iuuare plures hæredes eiuſdem domini ſaltem in diuerſis locis, hoc caſu poterit eligere vnū ex plurib. hæredibus domini, per l. ſi quis ingraueſcēte. §. ſi cùm omnes. ff. ad S. C. Syl. iſta ſunt de mente Io. Rey. in d. §. præterea Ducatus. & de mente Ia. Alua. in d. c. omnes filij. in vl. col. Dicit tamen eleganter Bal. in l. 1. in 23. q. ff. de re. diui. q benè faciat vaſallus gratificari anti-

quiori vel digniori, per ea, quæ habentur in l. fin. ff. de fide instr. & in c. i. ext. de ma. & obe. Subdit idē Bal. in illa 23. q. quod hoc procederet, quādo ipsi plures hæredes domini haberent bellum contra tertium, sed si haberet bellum inter se, vasallus non teneretur iuuare aliquem ex eis, quia sibiipsis inuicem obstat. alleg. l. inuicem. ff. de hære. instit. Et quia tractauisuprà nunquid vasallus possit resutare feudum inuito domino?

31 † si vis scire, vtrum emphyteota, vel censuarius possit refutare rem emphyteoticam vel censalem inuito domino, vide per Bart. in l. iucum quo ff. de aqua plu.

32 ar. † Sed pone, quòd vasallus non possidens non petierit remotionem inuestituræ intra annū & diē, an debeat perdere feudū? And. de Iser. in c. 1. in prin. in tit. quæ sit prima cau. benefi. amit. determinat quòd non, & hanc eandem opinionem tenuerunt Bal. & Sali. & Pau. de Ca. in l. solemnibus. C. de rei vendi. per l. forma. §. si eum ego. ff. de censi. hanc eandem opinionem tenuit Fran. Zaba. in c. 2. extr. de feud. pro qua opi. adducitur text. in c. 1. in princip. vbi fit mentio de possessione, in titu. per quos fiat inuesti. facit etiam quia vasallus priuatur propter contumaciam. vt habetur in c. 1. in titu. quo tempo. miles. & non potest dici contumax, quando non possidet. item ad hoc, vt vasallus priuetur feudo, requiritur dolus. c. fi. in titu. de capi. Corra. sed non potest dici in vasallo, qui non possidet, dolus. Conclusioni prædictæ adhæret Iac. Alua. in præalleg. cap. 1. in titu. quæ sit prima causa benefi. amit. Et hanc sententiam audacter sequimini, secundum quam

quam consului. † Item quæritur, vos scitis, quòd vasallus, si sit miles, non habet annum & mensem ad petendum renouationem inuestituræ: si verò sit alius, qui non sit miles, habet annum & diē. c. 1. præal. in ti. quo tempo. miles. & in ca. imperialem. §. præterea si quis maior. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. nunquid dominus, cui venit præstanda fides, & à quo debet vasallus petere renouationem. possit illud tempus minuere? Ego istam quæstionem habui in practica tempore vitæ Reueren. patris Domini dominici de Rispolio, & Comitis b. sancti Martini Episcopi Iporrigien. nam immediatè, quòd fuit adeptus possessionem Episcopatus volebat exigere à suis vasallis renouationes inuestituarum, & iuramentum fidelitatis. ego illi consului, q tempus anni & diei indultum vasallis ex dispositione iurium feudalium non poterat minuere. & ita tenet And. de Iser. & sequuntur Ia. Alua. & Mar. Lau. in præal. c. 1. in ti. quo temp. mil. mouentur, quia ista dilatio est concessa vasallis in eorū fauorem, & ideo dominus non potest minuere l. qui hoc anno. & l. eum qui Calendis §. quoties ff. de verb. obl. & §. in diē. insti. de ver. ob. nisi vasallus consensisset abbreuiationi illius tēporis: & tunc si intra tempus conuentum non venisset ad petendum renouationē inuestituræ, & se obligasset ad ita faciendum sub pœna priuationis feudi, tunc nō satisfaciendo termino statuto & conuento, perderet feudum, & si talis cōuentio seu promissio fuisset facta apud acta iudicis competentis, nihil aliud esset fiendum, nisi quòd fieret executio illius obligationis, per

ea, quæ habentur in c. quod autem. 2. q. 1. & in l. acta. ff. de re iu. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit ff. de pact. Si verò talis conuentio super decurtatione temporis fuisset facta inter dominum & vasallum ext. iudicium, tunc via ordinaria esset agendum contra vasallum. l. si pacto, quo pœnam. C. de pact. nisi vasallus in casu contrafactionis dedisset licentiam domino propria auctoritate apprehendendi rem feudalē. l. iij. C.
34 de pig. & hæc notetis, quia sunt quotidiana. † Sed iterum dubitatur, pone, quòd vasallus, qui debebat petere renouationē investituræ, decessit intra tempus anni & diei, forsitan in nono mense, vtrum successor illius vasalli habebit integrum annum & vnum diem ad petendum renouationem investituræ, an verò solum quod superat defuncto? gl. circa hanc. q. pro & contra in prælleg. c. 1. in ti. quo temp. miles. & clarè non determinat. vos concludite, quòd si feudum est antiquū, successor habebit integrum annum & vnum diem ad petendum renouationem investituræ, quia non venit ad feudum ex prouidentia defuncti, sed venit ex quodam edicto successorio, vnde tempus decursum in vita vasalli defuncti non debet computari ipsi successori per l. 1. §. quibus. ff. de suc. edic. Et istam opinionē tenuerunt Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de feud. §. quantū. ver. xxvij. & Iac. de Ardizo in sua summa. in ti. qui. mo. feu. amit. sub rubricella, ex quo tempore incipit currere annus. Eandem opi. tenuerunt Nic. de Nea. & Iac. de Bel. in prælleg. c. 1. in ti quo temp. miles. sed si feudum non esset antiquum, veluti acquisitū

à patre

à patre meo de nouo, & dominus superior illius feudi decessisset, & pater meus, qui tenebatur petere renouationem investituræ à successore illius domini sui, decedat in nono mense, & non petijt renouationem investituræ, certè ego filius non habebo integrum annum & diem, sed solum illud tempus, quod supererat ipsi patri meo. & est ratio, quia hoc casu venio ad feudū ex prouidentia patris mei, qui illud acquisiuit. & hoc volunt eleganter Iacob. de Belui. & Nico. de Nea. in prælleg. c. i. in ti. quo tempo. miles. Aduertite tamen, quòd istud tempus petendi renouationem investituræ non curit filio, nisi à die, qua se immiscuit hæreditati paternæ: quia text. de hoc loquentes vtuntur isto verbo, hæres: & licet filius mortuo patre statim efficiatur suus hæres à lege. l. i. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. cautela. tamen quantum ad onera non dicitur hæres, nisi post immixtionem realem, vt habetur in l. necessarijs. ff. de acqui. hæredi. & in l. nam nec emancipatus. ff. de l. i. & in l. i. C. si vt se ab hær. absti. † Et id- 35
eoille, qui vult dicere filium esse priuatum feudo, vel priuari debere feudo ob non petitam investituram intra annum & diem, debet probare, quòd filius realiter se immiscuit hæreditati paternæ, & habuit scientiam mortis paternæ. Ita eleganter deter. Bal. in c. i. in tit. de capi. Corra. & Ia. de Alua. in d. c. i. in prin. in ti. quæ sit prima causa benefi. amit. & ita obtinuit in quæstio. facti. Quæro subsequenter de quæstione quotidiana, vasallus iurauit fidelitatem Prælato & successoribus suis canonicè intrantibus, vel iurauit fidelitatem domino

Seculari recipienti pro se & successoribus, vtrum moriente illo prælato, vel domino seculari, tenebitur ipse vasallus iterato præstare iuramentum fidelitatis successori illius Prælati, vel domini secularis? Cõcludite quòd non, licet ab ipso successore tenetur ipse vasallus petere renouationem investituræ, iuxta c. imperialem. §. præterea si quis in feudatus. in titu. de probi. alie. feud. per Fede. tamen iuramentum fidelitatis non tenebitur reiterare. & ita tenuit Iaco. de Ardizo in summa sua in tit. qui. mo. feu. amit. sub rubricella, quando vasallus debeat iurare ita etiam tenuit Spec. in tit. de feud. §. quoniam. ad fin. & ita etiam voluit Iac. de Bel. & Ia. Alua. in c. 1. in princ. in ti. quæsit prima cauſ. bene. ſa. mit. Hoc etiam probatur in c. veritatis. & ibi per Bar. & Imo. ext de iureiuran. & est ratio quia quando vasallus præstitit iuramentũ fidelitatis domino seu Principi, recipiendo pro se & successioribus suis, tale iuramentum est reale, & perpetuum respectu ipsius domini recipientis. & vasallus benè potuit obligare se & animam suam nedum erga illum Principem sed etiam erga successores illius Principis. et ideo nõ tenetur in personas successorum iterare iuramẽtum fidelitatis, quia sine causa iuramentũ non debet præstari. c. & si Christus. ext. de iureiu. respectu autem ipsius vasalli iurantis tale iuramẽtum est personale. et ideo mortuo vasallo, & iurante fidelitatẽ, hares seu successor ipsius vasalli benè tenetur iterato præstare iuramentũ fidelitatis, quia, vt dixi, iuramentũ respectu recipientis est reale, sed respectu ipsius iurãtis est psonale, vt voluit no. Inn. in c. ve-

ritatis. ext. de iureiur. & quotidie allegatur istud dictum in iudicijs et in scholis. † Amplius dico vobis, quòd 16
quamvis vasallus iurasset fidelitatem pro se et successoribus suis, tamẽ mortuo ipso vasallo successor tenebitur iterato præstare iuramentum fidelitatis, quia ipse vasallus iurando non potuit ligare animam successorum: & iuramentum ipsius iurantis est personale, & non egreditur personam: ita dicunt Cano. in d. c. veritatis. Ego addo Bal. ita expresse dicentem in l. litigator. C. de fru. & li. expẽ. Et ista teneatis mẽti. † Nunc est videndum, vtrum vasallus, qui intra annum & diem nõ 37
petijt investituram seu renouationem investituræ, possit purgare moram. Iaco. de Ardizo in sua summa, in titu. qui. mod. feud. amit. sub rubricella, ex iusta causa excu. vasal. determinat quòd sic, dummodo vasallus celeri satisfactione studeat sibi consulere. c. potuit. ext. de loca. l. ex hoc edicto. §. si quis. ff. de alie. iudi. mutã. causa facta. Sed Bal. in c. i. in prin. in ti. quo temp. mi. eorum opinionẽ ceteri sequuntur, maximè Ia. Al. in c. i. in prin. in ti. quæsit pri. cau. benefi. amit. et D. Mart. de Laud. in d. c. i. in ti. quo tem. miles. tenem cõtrarium, mouentur, quia in statutis legis non purgatur mora. itẽ iste cõtractus feudalis habet in se quandã tẽperalitatẽ, videlicet quousq; vasallus obtẽperat statutis feudalib. l. epistola. §. fin. ff. de pac. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Secundo monẽtur p elegantem theoricam, quam ponit Dyn. in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod quando propter moram fit translatio dominij, ibi non admittitur purgatio moræ. l. qui

ob

ob rem.ff.de condi.indebi.sed in proposito nostro si vasallus intra annum & diem non petat investituram seu renouationem, ipso iure vtile dominium ipsius vasalli reuertitur ad dominum. c. imperialem. §. callidis. in verbo, libere reuertatur. cum sua glo. et in eo. c. § preterea, si quis maior. in titu. de prob. alie. feu. per Frid. ergo non est locus purgationi morae. Item quotiescunq; propter moram fit resolutio contractus, ibi non admittitur purgatio contractus, nisi vtraque parte consentiente. l. cõmissoria. C. de pac. inter emp. et ven. et l. post diē. ff. de lege commissa. Preterea hic est dies & pœna, & ideo non debet esse locus purgationi morae l. traiectitia. §. de illo. ff. de actio. & oblig. Ad motiua Ia. de Ardiza respondebitis, quod text. in d.c. potuit. non loquitur in materia feudali, sed emphyteutica. & cum non reperiatur cautum in lege feudorum, quòd vasallus possit purgare moram, certè non debemus esse clementiores lege. §. oportet. in authen. de iudi. Sed habemus scriptum in iure feudorum, quòd vasallus non petens investituram seu renouationem investiturae priuatur feudo. d.c. i. in titu. quo temp. miles. & in d. §. preterea si
38 quis maior ergo &c. † Sed iuxta prædicta dubitatur. Ponamus, quòd dominus post annum & diem recipiat investituram seu obedientiam à vasallo, vtrum videatur illi remisisse ingratitudinem, seu culpam morae, ita quòd non possit postea petere illud feudum pro commissoratione investiturae seu renouationis infra annum & diem non petitae? glo. ordinaria in præalle. c. i. in ti. quo tempo. mi. determinat in fauorem vasalli, & contra domi-

dominum. opti. facit quod no. glo l. ij. C. de iure emph. Sed illa glo. debet intelligi, quando dominus ex certa scientia ita fecisset, secus si per ignorantiam, quia ignorabat lapsum esse tempus. nam ignorans non videtur ius suum remittere. l. mater. ff. de inoffi. testa. & l. nec ignorans. C. de dona. & l. qui cum tutoribus. § qui per fallaciam. ff. de transactio. & l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. Idem est si dominus dubitasset, quia idem iudicamus de dubitante, quod de errante. l. fin. C. de cond. inde. Primum membrum quatenus dixi, quòd dominus sciens tempus esse lapsum admittendo postea vasallum ad investituram & obedientiam, videtur illi remittere commissionem feudi, limitabitis nisi dominus recipiendo vasallum ad investituram & obedientiam fuisset protestatus, quòd saluum esset ius suum: nam tunc non videtur remisisse pœnam commissionis. l. ij. in princ. ff. si quis cautio. no. in l. fin. & in l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo lo. & sufficeret quòd dominus tempore, quo recipit vasallum ad investituram seu obedientiam, apponeret ista verba, Saluo iure nostro. Nam per ista verba videtur protestari, quòd non intendit remittere pœnam priuationis & commissionis. l. si debitor. §. i. ff. qui. mo. pig. vel hypoth. solu. Et ita expresse vult Ioan. Rey in d.c. imperialem. §. insuper. in vlti. colum. in titu. de prohi. alie. feu. per Fede. † item 39
dubitatur sub qua forma debeat petere vasallus à domino investituram seu renouationem investiturae glo. or in c. i. §. si nulla in tit. per quos fi. investitu. dicit, q vasallus debet petere sub hac forma, Illustrissime Prin-

ceps

ceps domine mi metuende, ego peto à te inuestituram feudi, quod à te teneo & possideo, & hoc si est feudum antiquum: si verò sit nouum, debet dicere peto inuestituram talis feudi, quod à te debeo possidere. Subdit illa glo. quòd vasallus debet offerre fidelitatem domino suo. Sed Dd. super illa gloss. dicunt, quòd quamuis vasallus non offerret fidelitatem, sed simpliciter peteret inuestituram, tamen tacitè intelligeretur offerre fidelitatem. & ideo esset perinde ac si expressè obtulisset eam. ar. l. cùm quid. ff. si cer. pe. & l. non recè. C. de fideiuss. † Sed ponamus, quòd dominus aditus per vasallum modo quo suprà, recusset inuestire ipsum vasallum. Concludite quòd ipse vasallus liberatur à commisso, & nihilominus dominus tenetur ipsi vasallo ad interesse. c. i. §. fin. in titul. de no. for fide. Item si dominus per annum & diem differat vasallum inuestire, priuabitur proprietate illius feudi, quia dominus ergà vasallum tenetur ad pares vices. ca. i. §. dominus quoque in titul. de for. fide. & c. de forma. xxij. q v. Sed sic est, quòd si vasallus differat per annum & diem petere inuestituram seu renouationem inuestiturae à domino suo, priuabitur iure suo c. imperialē. §. praterea si quis maior. aliàs incipit, praterea si quis infeudatus. in tit. de prohibi. alien. feud. per Fede. ergo eodem modo, si dominus negligat per annum & diem inuestire vasallum, debet priuari proprietate. Et pro hac sententia adducitur optimus text in cap. domino committente. in titul. si de feud. defunc. fuer. controuer. quem text. pro hac decisione allegat gloss. in d. cap. 1. §. fin. in titu.

per

pquos fiat inuest. Et hāc opi. q̄ dominus hoc casu priuetur pprietate, tenuerūt Ia. de Bel. Nic de Neap. Sali. & Ia. Al. in d. §. fi. Dicūt tamē p̄fati Dd. q̄ ista cōmunis cōclusio debet limitari, nisi dominus esset ignorās, veluti, q̄ ignoraret illū, q̄ a petit inuestit. seu renouationē inuestiturae esse filiū & haredē defuncti, vel esse agnatū vasalli defuncti, et sic de singulis. nam hoc casu dominus excusaretur, & non amitteret proprietatē illius feudi. & hoc etiā voluit Bertr. Capriol. in d. §. fin. Sed Io. Rey. in d. §. praterea si quis maior. dicit se aliquando fuisse sequutū opi. contrariā. mouetur, quia secundū eū nō reperitur iure cautū, q̄ dominus hoc casu debeat priuari pprietate licet hoc reperiatur cautū, in vasallo d. §. p̄terea. et in pœnalib. nō debemus facere extensionē. l. interpretatiōe ff. de pœ. & l. cū quidā. ff. de liber. & posth. Sed vos nō recedatis ab opi. gl. & Dd. q̄ a ad no. Io. Rey. patet respōsio p ea, q̄ dixi suprà. † Vnū tamē notetis, q̄ si quis ignoraret rē esse feudalē, et nō peteret inuestituram intra annū & diē, nō debet priuari feu. quia aquitas cōsuetudinus feudorū hoc casu cōseruat eū illasum à pœna priuatiōis. ita no determinat Bal. in l. fi. C. si pēden. app. mors interue. Optimè facit tex. in ratiōe sui, in l. generali. C. de tabula. li. x. et in l fi. ff. de decr. ab ord. faci. etiā l. nec ignorās. C. de don. Accipite simile in harede in emph. q̄ ignorabat rē esse emph. et ideò nō solvit canonē p trienniū. nā non cadit à iure suo, vel saltē est illi cōcedēda restitutio in integrū ex clausula generali. si qua mihi iusta cau. videbitur. de qua in l. i. ff. ex qui. cau. maio. Et ita vult gloss. in l. q. C. de iure emphy. de quo per Bart. & cateros in l. cùm filius. §. a. §.

in hac. & in l. ad diem. ff. de verbo. oblig. & per Cano.
42 in c. potuit. ext. de loca. † Item dubitatur de alia quæstione, nunquid vasallus non petens innestituram seu renouationem innestituræ intra annum & diem amittat feudum ipso iure, an verò requiratur sententia priuatiua? videtur dicendum quòd ipso iure priuetur feudo, per text. in cap. 1. in verbo, amittit. in titul. quæ sit prima causa benefic. amitten. Nam ibi loquitur tex. per verba præsentis temporis dum dicit, amittit. et nos habemus, quòd quando lex loquitur per verba præsentis temporis, vel etiam prateriti, tunc inducit priuationem ipso iure. ita dicit gloss. ordi. in l. iubemus. §. œconomus. C. de sacros. eccle. & glo. in l. in criminali. C. de iurisdi. omn. iudi. & in c. si diligenti. ext. de fo. compet. Pro hac parte etiam facit quòd in proposito nostro est dies & pœna, & dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahen. & commi. stipu. & vbi est dies & pœna, non est locus purgationi moræ. l. traiectitia. §. de illo. ff. de actio. & obligat. Item videmus, quòd si vasallus alienat feudum irrequisito domino, priuatur feudo ipso iure. probat text. cum sua gloss. in cap. imperialem. §. callidis. in verbo, liberè reuertatur. in titu. de probi. alien. feud. per Feder. In contrarium, quòd hoc casu vasallus non priuetur feudo ipso iure, sed requiratur sententia priuatiua, videtur esse tex. ad literam in d. cap. imperialem. §. præterea si quis maior. aliàs incipit, præterea si quis infeudatus. vbi text. vtitur isto verbo, amittat, quod est futuri tẽporis: & quando lex vtitur verbo futuri tẽporis, non importat priuationem ipso iure,

ipso iure, sed requiritur sententia priuatiua. ita vult glo. in d. §. œconomus. & in d. l. in criminali. Ad idem adducitur tex. in c. 1. post principium. ibi, se carituũ cognoscat. in tit. quæ sunt pri. cau. be. amit. in vsib. feu. ponderandum est illud verbum, Carituram, quod videtur importare, vt requiratur sententia priuatiua. Ad idem optimè facit tex. quia vasallus non debet priuari feudo, nisi conuincatur iustis culpis & causis. c. 1. in titu. de feud. sine culpa non amitten. & vasallus non petẽdo innestituram intra annum & diem potuit habere aliquam iustam excusationem. c. 1. in tit. quo temp. miles. vbi enumerantur multæ causæ, quib. excusatur vasallus. & de istis causis est necesse, quòd cognoscatur & discutiatur. & ideo est opus sententia. & ideo Pet. Iacobi in libello super condictione. dicit libellum sub hac forma concipiendum, dico quòd talis, qui tenebat & possidebat talem rem in feudum, non petyt intra annum & diem innestituram à me domino, prout petere debebat, quare peto per vestram sententiã definitiuam pronunciari eũ priuari debere feudo. & sic vult Pe. Iacobi, quòd ista priuatio non inducatur ipso iure. In hoc articulo ego concluderẽ vasallum priuari ipso iure, si tamen dominus velit. ad hoc adduco vobis tex. cum gl. in l. fi. in fi. C. de iur. emphy. in verbo, cadat. vbi gloss. super verbo, cadat. scilicet ipso iure. & glo. valdè nota. in l. 2. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. sub. si dominus velit, & non aliter Bal. in l. fin. in fi. co. C. de reuo. dona. dicit, quòd iura, quæ dicunt vasallum priuari ipso iure feudo, debẽt intelligi,

si dominus velit, & non aliter. Et ista verba si dominus velit, sunt magni effectus: quia si dominus faciat actum contrarium, veluti quòd post annum & diem recipiat seruitium à vasallo, vel requiret eũ, vt faciat renouationem illius feudi, ex hoc deprehenditur quòd non vult eum esse priuatum, per ea, quæ tangit glo. & Dd. in c. 1. in prin. in titu. quo tempo. miles. Nam non solum verbis, sed etiam factis declaratur voluntas. text. est in l. reprehendenda. C. de de insti. & substi. & l. non tantùm alias incipit, Pau. respondet non tantùm verbis ff. rem ra habe. & l de quibus. ff de legi. Sed ponamus, quòd minor xxv. annis non petierit inuestituram intra annum & diem, an amittit feudum? Vt benè intelligatis istam difficultatem, præmitto vobis, quòd si esset minor xiiij. annis, non perderet feudum, quamuis intra annum & diem non peteret inuestituram. c. si minori. & c. si quis decesserit in tit. si de feu. defunc.

43 fue. contro. † Et aduertite, quia Bal. in d. c. imperialem. §. præterea si quis. dicit, quòd etiam in fœmina, quando succedit in feudo, non currit istud tempus anni & diei, nisi demũ post atatem xiiij. annorum, licet in duodecimo anno effecta sit pubes. et opi. Bal sequũtur cæteri Scribentes in d. §. præterea. Si verò ille. qui debet petere inuestituram seu renouationẽ inuestituræ, sit maior xiiij. annis, & minor xxv. ipso iure currit illi tẽpus anni & diei, ita quòd priuatus erit ipso feudo: tamen poterit petere restitutionem in integrum. ita dicit gloss sub dubio tamen fortè in d. §. præterea si quis. sed Bald. Nico. de Neap. And. de Iser. Ia. Alua. ibi firmiter tenent restitutionem in integrum esse cõcedendam ipsi minori. quia eo ipso, quòd intra annum & diem non petijt inuestituram, dicitur læsus. l. interdum. & l. ait Prator. ff. de mino. Non obstat si mihi arguas d. l. si. C qui. cau. in integ. resti. non est necess. & d l si. C de tempo. in integ. rest. peten. vbi videtur probari, quòd ipso iure non currunt tẽpora aduersus minorem: quia respondetur, quòd illa lex tollit veteres præscriptiones inductas à iure veteri ante illam legẽ, sed non tollit præscriptiones postea inductas per nouas leges seu constitutiones, vel per statuta municipalia, vt not. in c. constitutus. ext. de in integ. restitutio. Non obstat etiam si dicatur, quòd si vera sit conclusio, quòd minor xxv. annis debeat restitui, si non petierit inuestituram vel renouationem inuestituræ intra annum & diem, quòd dominus habebit necesse interim stare in suspenso vsque ad 29. annum ipsius vasalli: quia vsque tunc potest petere restitutionem, & sic videtur sequi magnum inconueniens. quia respondet Bald. & Iac. Alua. in dict. §. præterea si quis quod cautela est, vt dominus constituat minorem in vera contumacia per admonitionem parium: vel alio modo si pares non habet, nam tunc vũ poterit postea petere in integ restitutionem, per l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minor. † Sed vtrum vasallus interim, id est, an- 44 tequam labatur tempus anni & diei, quod quidem tempus est statutum ad petendam inuestituram, seu renouationem inuestituræ, tenebitur præstare seruitiũ domino, & si interim non præstet vel offendat domino,

an priuabitur feudo? Iac. de Bel. Nic de Neap. Pet. de Cerui. & Ia. Alua. in d. c. 1. in prin in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. determinant quòd sic, per §. sed nec est alia. & per §. prædictis autem modis. in eo. c. 1. Item mouetur, quia nos videmus, quòd donatarius & filius priuantur propter eorum ingratitudines, quamuis non sint astricti iuram. Primū de donatario probatur in l. fi. C. de reuo. do. De filio probatur in §. causa. in auth. vt cum de ap. cog. & in d. §. prædictis autè modis. † Quid autem si pater instituat filium iam natum, & posthumum existentem in ventre prætereat, an hoc casu filius institutus mortuo patre teneatur intra annum & diem petere inuestituram seu renouationem inuestiturę? Concludite, quia licet præteritio posthumi suspendat additionem hæreditatis l. ventre præterito. ff. de acquir. hære. & l illud. §. fin. ff. de bo. poss. cont. tabu, tamen ipse filius institutus tenebitur petere inuestituram intra annum & diem: quia in omnem euentum est fienda l. quòd si dubitet ff. de acquir. hære. Ita determinat Bald. in c. 1. in 5. col. in titul. an fil. vel ag. & placet Iac. Alua. in d. c. 1. in titu. quæ sit prima 46 cau. benefi. amit. † Rursus quæro, vasallus intra annū & diem non petijt inuestituram seu renouationē inuestiturę, vtrum illud feudum applicabitur agnatis ipsius vasallī, an verò domino superiori ipsius feudi? textus in dicto capitulo imperialem. §. prætera si quis. in titul. de probi. alienand. feud. per Fede. videtur expressè velle, quòd applicetur domino. quia text. ibi dicit, ad dominum redeatur. Et hanc opinio. tenet

tenet expressè Ioan. Rey. in dict. §. prætera. mouetur signāter per illum tex. qui simpliciter dicit, quòd pertinet ad dominum, nō facta distinctione an sint agnati vel nō, quia cùm indistinctè loquatur, indistinctè debet intelligi vulgata l. de pretio. ff. de Pub. & l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Nō obstat secundum eum, quòd pari modo tex. in d. c. imperialem. §. callidis, dicit, quòd si vasallus alienat feudum inconsulto domino, quod applicatur domino, & tamen cōmuniter Dd. distinguunt in casu alienationis, an feudum sit nouū, & tunc applicatur domino: si verò antiquum, applicatur agnatis. Ita videretur dicendum in proposito: quia respondet ipse, quòd decisio d. §. callidis. distinguitur per alia iura feudorū, distinguentia inter feudum nouum & antiquum. c. 1. in ti de alie. feud. pa. In proposito nostro reperiuntur iura distinguentia: ergo, &c. Contrariam sententiam tenuerunt And. de Iser. in c. 1. in ti. quo tempo. mil. & Iaco. Alua. ibid & idem Iaco in c. 1. §. fi. in xx. conclusione. in titulo quæ sit prima causa benefi. amitten. Et Mart. de Laud. sequitur istā opinionem in d. §. prætera si quis. Isti tamen distinguunt, an feudum sit nouū, & tunc reuertitur ad dominum, an verò sit antiquum, & tunc agnati præferuntur domino, exemplo eius, quod diximus de feudo alienato inconsulto domino: quia si est antiquū, deuoluitur ad agnatos, non autem ad dominum, vt dixi suprà. Addite ad primam opin. quòd feudum etiam si sit antiquum, hoc casu reuertatur ad dominū. Tenuit Odof. in sum. sub rubricella, ad quos feudū reuertatur,

quando amittitur. & Bald. videtur tenere istam opin. Odof. in c. vnico. in iij. col. in tit. si vasal. seu. prime cui defer. debe. Et opi. placet Pau. de Cast. in l. adoptiuū. §. patronum. ff. de in ius vocan. Addite, quòd ista opin. est de mēte gl. in c. 1. §. item si fuerit. in ti. qui. mo. feu. amit. & de mente gl. in c. 1. fi. in verbo, libram. in tit. de pa. iur. fir. Pro hac opi. facit, quia vasallus, qui negligit intra annum & diem petere inuestituā seu renouationem inuestiturę, videtur dominum contemnere, vnde feudum debet applicari domino, vt sua iniurię habeat vltionem. Ista ratio probatur in c. 1. §. fin. qui incipit, denique. in ti. quę sit prima cau. benefi. amit. Optimè faciūt no. per Bal. in l. qui si paternū circa 9. col. C. vnde libe. & per eum Bald. in c. 1. §. aut si libellario. in tit. qui. mo. feu. amit. & quod notat Bar. in l. eum qui. ff. de interdic. & relega. Et hanc sententiam tenuit Alex. de Imol. suo consi. x. alias primo. in 3. vol. suorum consiliorum. Et secundum istam opin. fuit iudicatum in sacris audientijs, qua tenta fuerunt in hac ciuitate Thaurini iam longo tempore fluxome
47 consulente in causa multùm ardua. † Notetur etiā vnum, quòd vasallus quantumcunque sit periurus aliqua ratione, tamen non repellitur, neque liberatur à iuramento fidelitatis: quia tale iuramentum tenditur in sui odium. Ita tenet Bald. in l. Lucius. ff. de his, qui no. infa. & idē Bald. in l. vnica. C. de confessis. & in l. 1. in prin. col. C si plu. vna sen. Ego allego opti. tex. cū gl. in c. cùm in ecclesijs. ext. de maio. & obe. vbi D. Panor. colligit, quòd ei ā à periuro exigitur iuramentū, quae

niam illud iuramentum tendit in odium ipsius periuri. † Nunc videndum est, quę sint causę, propter quas 48
vasallus excusatur, si intra annum & diem non petijt inuestituram. In quo cōcludite, quòd multę sunt causę. In primis infantia domini vasalli non habentis tutorem. Ita dicunt Ia. de Bel. & Iac. Alua. in d. ca. 1. in titu. quo tempo. mil. † Aduertite tamen, quia licet in- 49
fans non possit inuestire alium etiam de feudo antiquo sine tutoris autoritate, tamē si esset pupillus maior infante, licet non haberet tutorem, tamen posset reuocare inuestituram feudi antiqui, & recipere vasallū ad fidelitatem in feudo antiquo: quia tunc nihil dicitur alienare, sed iam alienatum confirmare. c. 1. & ibi no. per omnes Dd. in ti. per quos fi. inuesti. An antē pupillus possit liberare vasallos & fidelitatem, vide per Bal. in l. 1. in 18. q. ff. de re. dim. † Quid aūt si vasallus 50
sit pupillus, & habeat tutorem, & non petierit inuestituram intra tempus debitum, an perdat feudū? Tangitur in c. si minori. & in c. si decesserit. in ti. si de feud. defunc. fue. contro. Secunda causa est infamia, & intelligatis de infamia ipsius domini: puta, quia est bannitus à Cæsare, vel à Rege domino suo, vel est excommunicatus. Nā durante excōmunicatione vasallus sunt liberati à sacramento fidelitatis. c. 1. in titu. hic finitur lex, & incipiunt consuetudines reg. in vsi. feud. & gl. in prælleg. c. 1. in titu. quo tempo. miles. videtur probare, quòd omnis excommunicatus est infamis. non autem intelligas de infamia vasalli, quia tunc vasallus nō est alleuiandus, imò magis puniendus & aggrauandus, no

dus, ne de dolo suo commodum reportet. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. & l. relegatorum. ff. de interdict.
51 & releg. & c. intelleximus. ext. de iudic. † Tertia est cau. scilicet, quando inimicitia capitalis est orta inter dominum & vasallum: nam tunc vasallus excusaretur. ita probat tex. in d. c. 1. in verbo, inimicitia. in ti. quo temp. miles. quòd limitetis, quando inimicitia est orta absq; culpa vasalli, alioquin si præcessisset eius culpa, non esset excusatus. l. si merces. §. culpa. ff. loca. Leuis autem inimicitia causata inter dominū & vasallum non habet eum excusare secundum Bald. & omnes in d. c. 1. Quæ autem dicatur inimicitia capitalis, habetur per glo. in l. licet. ff. de arbi. & idem si esset orta inimicitia inter vasallum & tertium, absq; tamen culpa ipsius vasalli, in tantum quòd non esset tutus accessus ad dominum propter inimicos capitales vasalli: nam tunc vasallus excusaretur. c. accedens. ext. vt lit. non conteſt. Addite Ioan. Rey. in d. c. imperialē. §. præterea si quis. quòd idem esset, si esset guerra in patria, ita quòd vasallus sine periculo vitæ nō posset habere accessum ad dominum. Nam tunc excusaretur ipse vasallus. Vel si dominus esset in loco pestificato. per nota. in l. de ætate. ff. ad Treb. & per gl. in c. ad supplicationem. ext. de renun. An autem generales guerræ existentes in patria habeant excusare à personali comparitione, vide pulchram decisionem Domini de Ro. sua
52 concl. 212. incipiente, Item guerra generales. † Quarta cau. est absentia. ita probat lex. in d. c. in verbo, absentia. & si intelligitis de absentia vasalli, intelligatis hoc ve-

hoc verum, quando vasallus est absens cauſ. Reipubl. vel alia iusta & probabili causa. alioquin si esset absentia voluntaria, non excusaretur per ea, quæ habentur in l. fin. ff. de in integrum restit. Si verò intelligatis de absentia domini, tunc talis absentia siue sit iusta, siue iniusta, habet excusare vasallum, quia non tenetur sequi dominum. l. Mæuia. l. fin. ff. de annu. leg. Ita dicunt Bald. & cæteri Dd. in d. c. 1. & ipsemet Bald. referendo quendam text. Iac. Aurelianum. dicit in c. 1. in princip. in titul. quæ sit prima causa benefic. amittē. quòd Lombardi non tenentur transire alpes propeten
da inuestitura, vel propter hostem, quòd notetis. † Sed 53
quia dixi vobis suprà quòd pupillaris ætas excusat, in ista materia, quæro, quid si pupillus esset doli capax & proximus pubertati? quidam dicunt eum non excusari per l. impuberem. ff. de fur. Sed vos determinabitis contrarium: quia lex eum excusat, quando est minor xiiij. annis. c. imperialem. §. præterea si quis maior in titu. de prohi. alie. feu. per Fede. sicut in simili dicimus in testamento. l. qua ætate. ff. de testament. Et pro hac parte facit, quia quamuis sit doli capax, tamen non astringitur ad iuramentum fidelitatis secundum Guil.
& Bar. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. † Sed ponamus, 54
quòd Princeps sit ext patriam suam, & dimisit procuratorem seu commissarium specialem ad recipiendum inuestituras et renouationes inuestiturarum, nunquid ipse Princeps per suum procuratorem seu commissarium poterit recipere ipsas inuestituras seu renouationes inuestiturarum? Concludite quòd sic, per tex. in c.

i. §. sed vtrum, in titul. per quos fiat inuesti. & ita de-
55 terminat Ioa. Rey. in d. §. præterea si quis maior. † Sed
ponamus, ego teneo feudum ab vno domino, & ille te-
net feudum ab alio domino superiore, & istud appella-
tur retrofeuduin, an erit fienda inuestitura à domi-
no immediato, quia ille est proximus dominus ipsius te-
nentis feudum? Habetis text. in d. §. præterea si quis.
expressè dicentem, quòd à proprio domino est petenda
inuestitura. Et ita vult Io. Rey. in d §. præterea si quis.
Quod plenius examinabo vobis infra, quando tractabo
de felonijs quas committunt vasalli contra dominos.
56 † Et aduertatis quia quando vasallus vadit ad domi-
num pro petendo inuestituram vel renouationem in-
uestituræ, debet eã adire honorificè. probatur per text.
pulchrum in c. Obertus in tit. in qui. can. feu. ami. vbi
text dicit, quàm humiliter, quàm benignè, quàm de-
beat se deuotè vas. habere erga dominum suum. &
text. in c. i. in titu. de mil. vasal. qui contu. est in li. feu.
dicit, quod vasallus salua reuerentia debet conuenire
dominum. Et quòd hoc casu vas. debeat ire ad domi-
num honorificè tenet glo. in c. i. §. fi. qui incipit, nulla ingl.
magna in titu. per quos fi. inuesti. Sed Iaco. de Bel. in
d. §. nulla. dicit, quòd vasallus hoc casu debet ire cum
pompa ad dominum, quando consuetudo ita se habet,
57 aliàs secus. arg. l. testamenta. C. de testa. † Quæritur in
quorum præsentia & testimonio vasallus debeat petere
inuestituram seu renouationem inuestituræ à domino
suo? Gloss. magna in d. §. nulla. dicit, quòd est petenda
coram paribus curiæ, vel quibuslibet alijs testibus, plus
dicit

dicit illa gloss. quòd valet inuestitura sine testibus. Sed
hoc vltimum damnant Iaco. de Bel. et Dd. ibi, qui ate-
stes sunt necessarij pro huius actus solennitate. c. i. in ti.
qui test. sunt necessa. ad proban. inuestituram. Circa ta
men principalem quæstionem sic concludite, quòd aut
agitur de inuestitura noui feudi, & tunc requiruntur
duo vel tres testes ex paribus curiæ, id est, ex consaval
lis eiusdem domini & sub eodem domino constitutis. c.
i. in princip. & in §. i. in titul. quid sit inuest. & pote-
rit ista inuestitura fieri sine scriptura, nisi agatur inter
partes, quòd fiat scriptura iuxta l. contractus. C. de fi-
de instru. & tunc fiat scriptura à duobus vel tribus cu-
riæ signata, & ista scriptura feudorum appellatur bre-
ue testatum. d. c. i post principium. in tit. quid sit inuest.
Et prædicta intelligatis procedere, si dominus habet ta-
les pares curiæ, alioquin sufficerent alij testes etiam
extranei. d c. i. in titul. qui test. sunt neces. ad proban.
inuesti. Si verò ageretur de renouatione feudi veteris,
tunc coram quibuscunque testibus etiam extraneis,
exclusis tamen mulieribus, posset fieri ista renouatio
inuestituræ. d. c. i. proximè allegato. † Item quæro de 58
quæstione quotidiana, vtrum pro inuestitura feudi
debeat solus laudemium domino, quod in aliquibus
partibus appellatur trezenum? quidam dicunt quòd
sic, exemplo eius, quòd dicimus in contractu emphy-
teotico, in quo soluitur laudemium domino l. fin. §. &
ne auaritia. C. de iu. emph. Vos concludite in ista quæ-
stione quòd si agatur de renouatione feudi antiqui, puta

per

per mortem Principis, vel mortem vasalli, quibus casibus est petēda renouatio inuestiturę, hoc casu nullum laudemium debet solui domino: & ideo si mortuo patre filius petat renouationem inuestiturę, non tenetur soluere laudemium domino. Ita tenet Bald. in c. quę in ecclesiarum. ext. de consti. & Ioan. Bey. in §. præterea si quis maior. in pen. colum. aut agitur de inuestitura noui feudi, puta, quia vasallus alienauit feudum, & emptor petit à domino, vt eum inuestiat, an hoc casu
59 debeat solui laudemium? quidam dicunt quòd non: † quia feudum non debet acquiri per pecuniam, sed amore & honore domini. Ita probat text. in c. i. in ti. de feu. da. in vi. leg. commissoriæ. Et pro ista parte facit secundum Iac. de Bel. & Nico. de Neapo. in c. i. in titu. de benefic. fra. quia collatio feudi, quando fit à domino nobili, debet esse mera & libera, & ab omni remuneratione pecuniarum absoluta. §. illud in auth. vt constet quæ de dig. Proprium enim Principis est liberaliter donare. c. i ext. de dona. Sed si collatio feudi fiat ab humili & infimo domino, semper habet annexam remunerationem pecuniariam. l. sed etsi lege. §. consuluit. ff. de peti. hared. & l. si verò non remunerandi. §. Papinianus. ff. mand. Bertram. Caprioli in præallegato. c. i. in titul. de benefi. fra. dicit quod licet glossibi teneat, quòd feudum non possit acquiri à domino per pecuniam, ita benè ab alio, tamen dicit quòd etiam à domino potest acquiri per pecuniam, per text. ad hoc notabilem. in c. i. in verbo, redemerit. quemadmo. feud. ad filiam pertine. ad d. cap. i. in titul. de feud. d a.

in

in vi. leg. commissoria. ipse respondet, quòd verum est, quod feudum non potest acquiri à domino per pecuniam, scilicet principaliter, sed in consequentia benè potest acquiri. Quid dicemus Iaco. de Bel. & Nico. de Neap. vt antea dixi in præall. c. i. in ti. de benefi. fra. dicunt, quòd feudum per pecuniam non potest acquiri à domino ita benè ab alio. Sed Bertram. Caprioli est in opin. contraria, vt dixi suprà. And. de Iser. in præalleg. c. i. de benefi. fra. & Ia. de Ardizo. in summa. in v. car. sub regula, vtrū dominus pro pretio &c. tenēt, quòd imò per pecuniam feudum possit acquiri à domino. Et in hanc sententiam inclinat Bald. in d. c. i. de benefic. fra. dum dicit, quòd dominus potest vendere feudum mediante pecunia, sed de vrbanitate debet abstinere. deinde dicit, quòd dominus debet concedere feudum pro pretio, sed modico, nō autem debet concedere cum isto pretio. Postea dicit ipse Bald. quòd dominus nō debet vendere feudum pro pretio, si tamen vendat, venditio valebit: & hæc omnia dicit ipse Bal. volens soluere contrarium d. c. i. in ti. de feu. da. in vi. leg. commissoriæ. Ia. Alu. in c. i. in tit. benefi. fra. tenet expresè, quòd etiam à domino possemus acquirere feudum pro pecunia. Et pro ista opin. quam audaciter sequimini, allegatur in primis text. in c. i. fin. in primo titul. feud. & tex. in c. Titius. in tit. si deu. defun. fue. controuer. & text. in præalleg. c. i. non violando literam in titu. quemadmodum feu. ad fil. pertine. & text. in c. i. & ij. in titul. de duo. fra. de no. benefi. inuest. & tex. in c. i. de benefi. fra. & tex. in c. i. in titu. de nat. feu. & text. in c. i. in ti.

de in-

de inueſtit. in ma. fac. Adducit etiam Iacob. Alua. pro eadem opin. tex. in c. ad noſtram ext. de reb. Eccleſ. nõ alien. Adducit etiam oprim. ratiõem, quia feudum aquiparatur militiæ. §. optimum. in authe. de exhi. re. Et nos habemus quòd militia poteſt emi pecunia. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. teſta. & l fina. C. de pig. ergo & feudum. iſtam opinio. tenendo reſtat reſpondere ad d. c. primum in titul. de feud. da. in vi. leg. commiſſo. cui reſpondebitis, quòd ideò ſibi feudum non potuit acquiri per pecuniam, quia pactum & conuentio ibi reprobatur à iure. Caterum ſi eſſemus in caſu, in quo pactum ſeu conuentio à iure non reprobaretur, tunc indiſtinctè poſſet feudum requiri per pecuniam. & iſta ſunt de mente An. de iſer. in d. c. i. de bene. fia. & qualiter frater in bene. fra. ſucce. & ex mente Iac. Al. & idem tenet Iac. de Ardizonis ſua ſumma, circa v. car. ſub rubrica, quòd poteſt dominus verus dare ſeu

60 dum pro pretio. † Quæro nunc, nunquid in iſta materia habeat locum ius retentionis & prælationis? vos ſcitis, quòd quando emphyteota vult vendere ſuas meliorationes, dominus præfertur offerendo tantum pretium, quantum emphyteota repetit ab alio. l fin. §. i. C. de iur. emphy. & c. potuit. ext. de locat. nunquid habeat locum, quando vaſallus vendit rem feudalem, vt dominus præferatur aliis offerendo pretium, quod vaſallus ab alio repetit? Concludite, quòd talis redemptio eſt permiſſa domino vel agnatis, verumtamen quòd agnati præferentur domino in redimendo pro eodem pretio eſt text. not. in c. i. §. porrò. in titul. quali. olim. po-

ſeu.

feud. alie. Vbi autem agnati refutaſſent, vel eſſent excluſi, vel non extarent, tunc indubitanter ius retentionis & prælationis ſpectaret ad ipſum dominum. d. §. porrò. Aduertite tamen, quia tale ius prælationis & retentionis amittitur per refutationem vel lapſum annis, text. eſt not. in d. §. porrò. quod benè notetis. † Vl 61
terius quæro, ſtatuto vel conſuetudine loci cauetur, quòd creditor poſſit capere tenutam in bonis debitoris etiam feudalibus, & deinde vendere, & vltrà ſtatutum non procedit, nullamque facit mentionem de domino, verũ hoc caſu habebit locum diſpoſitio d. §. porrò. vt ſic dominus habeat ius prælationis & retentionis, & poſſit prohibere venditionem fieri de re feudali? gloſſ. valdè nota. in d. §. porrò. determinat quòd ſic: & illam glo. ſequuti fuerunt Ia. de Bel. Nic. di Nea. Bal. & Dd. communiter. tale enim ſtatutum recipit interpretationem à iure communi. l. ij. C. de noxa. & c. cùm dilectus. ext. de conſuetu. no. in l. fin. §. in computatione. ff. de iure delib. & hanc opi. ſequitur etiam Ia. Alu. in d. §. porrò. † Item quæro de pulchra quæſtione, va- 62
ſallus tenens feudum hypothecauit illud, vel impoſuit ſeruitutem in re feudali, cùm autem vaſallus vendit illud feudum hypothecatum, vel in quo eſt impoſita ſeruitus, dominus vult præferri pro eodem pretio, vtrum ipſe dominus, ſi iure retentionis & prælationis præferatur alteri emere volenti, teneatur ſeruare illam hypothecam vel ſeruitutem? videtur prima facie dicendum quòd ſic: quia cum eodem pretio emat, & ſuccedat in locum venditoris, res debet ad eum tranſire

cum

cum sua causa, & cum suo onere. l. alienatio. ff. de contraben. empt. & vend. & l. traditio. §. i. ff. de acquiren. re. do. & l. si debitor. C. de de distrac. pigno. & l. si pradium. C. de euic. et l. via constitui. § si fundus. ff. de seru. rusti. prad. Secundo, quia hypothecatio fit authoritate legis l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pig. similiter seruitus imponitur authoritate legis, vt no. in l. 3. ff. de seru. tit. generali. ergo videtur quòd dominus habeat seruare talem seruitutem, & talem hypothecam. Vos determinabitis totum contrarium: quia cum iure prælationis feudum deuoluatur ad dominum, euanescit seruitus et hypotheca, quia licet vasallus in sui præiudicium potuerit onus imponere. l. & in prouinciali. C. de ser. & aqua. tamen in præiudicium domini nõ potuit tale onus imponere. text. est valdè no. in c. i. §. quid ergo. in tit. de inuestitura. de re alie. fac. Et ita determinat Ioannes Blanchus de Marsilia in summa sua feudorum, in titulo, quibus modis feudum amittit. in ver. sed nunquid seruitutem. & ita etiam volunt Dd. in d. l. et in prouinciali. Et pro ista sententia facit, quia resoluto iure datorum, resoluitur ius acceptorum. c. primo. §. rursus. in tit. de controuer. inuesti. & d. l. lex vectigali prædio dicta. & ita etiam tenuit Ioan. Rey. ind. c. imperialem. §. præterea si quis maior. in tit. de prohi. alie. feud. per Fede. Ad argumenta suprà in contrariũ facta respondebitis, & primo, dum dicebatur, quòd res transit cum sua causa, & cum suo onere, respondebitis, quòd hoc est verum, quando transit iure priuati, puta, quia dominus simpliciter & directo emit rem feudalem

à vasallo. sed nos loquimur, quando feudum peruenit ad dominum vt dominum iure sui dominij, quo iure habet ius retẽtionis, et prælatiõis, vt dixi, & in isto casu in ipsius præiudicium non potuit imponi seruitus, vel hypotheca constitui in re feudali. Ad secundum argumentum dum dicebam, quòd hypothecatio & impositio seruitutis fit auctoritate legis, ego respondeo fatendo. & ideo dum res feudalis stat apud vasallum, illa seruitus & hypotheca tenet. sed quando feudũ peruenit ad dominum vt dominum, tunc extinguitur illa seruitus, & hypotheca, quia resoluto iure datoris, &c. De hac materia habetur per Bertram. Caprio. & Iacob. de Belui in d. §. quid ergo. & in dict. cap. i. §. rursus. Barto. autem in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. in articulo prædicto, vtrum resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, sic distinguitur, quòd quandoque ius datoris resoluitur de necessitate, maximè ex prouisione legis, & tunc resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. 3. §. sed & Marcellus. ff. de in diem addi. idem si facto vasalli non ordinato d. l. lex vectigali. secus si facto vasalli ad hoc ordinato. l. bouem. §. pignus. ff. de Aedil. ed. † Et aduerte, quia quamuis vasallus imponat seruitutem in re feudali, non tamẽ per hoc meretur perdere feudum: quia, vt dixi suprà, solum sibi præiudicat, non autem domino. ita dicit Iac. Alua. in dict. §. quid ergo. quod notetis. Vos limitabitis conclusionem prædictam procedere, videlicet quando dominus non tenetur seruare seruitutẽ impositam per vasallum in re feudali, scilicet, quando feudũ reuertitur

titur seu deuoluitur ad dominum vt dominū, secus si reuertitur ad eū vt priuatum, veluti quia vasallus donasset feudum ipsi domino, vel instituisset dominū heredem in illo feudo. nā tunc dominus benè tenetur seruare ipsas seruitutes. ar l. ex qua persona. ff. de re. iur. & ita determinat Ioan. Rey. in suo compendio feudo. in c. imperialem. § habito, circa 20. col. allegat no. per Pet. de Bellaper. in l. 3. ff. de serui. titu. generali. Benè faciunt not. in l. & in prouinciali. ff. de serui. & aqua. Per præmissa infertur ad affranchimenta, quæ faciūt aliquando vasalli hominibus suis. quia si feudum postea reuertatur ad dominum vt dominum, certè dominus non tenebitur seruare illa affranchimenta, per regulam prædictam, quia resoluto iure datoris, &c. Et ita in propriis terminis determinat Ioan. Rey. in d. § habito. in illa 20. colum. vbi dicit, quòd cùm quidam vasallus hominibus suis remisisset certum auxilium sibi debitum de certis hominibus armorum equitibus, et postea feudum fuisset deuolutum ad dominum superiorem, fuit determinatum, quòd dominus non tenebatur seruare illam remissionem seu illud affranchimentum, & ad hoc allegat specialiter tex. in d. c. imperialē. § præterea. & in § callidis. in verbo, liberè reuertat. licet glo. ibi aliter intelligat illum tex. Ego addo vobis Bal. concor. in l. fi. §. sed quia nostra maiestas. in fin. C. communia de leg. vbi dicit, quòd quidam miles tenens feudum à domino, alienauerat certos homines illius feudi: deinde euenit casus, quòd feudum fuit reuersum ad dominū, determinat quòd illa alienatio

natio non præiudicabit domino, per d. §. verſus. in c. 1. in tit. de contro. inuesti. Et est optimus text. in c. 1. §. præterea. in tit. qui. mo. feu. amit. nam secundū Bald. in loco suprà proximè allegato ille, qui omninò nō habet liberum dominium, non potest libere alienare, sed solum cum qualitate & conditione sua, addite etiam ad passum de affranchimento in dict. l. lex veligali. † Sed am, quando feudum aliqua de causa reuertitur 64 ad dominum, teneatur ipse dominus soluere debita vasalli? Concludite quòd non, quia etiam agnatus, qui succedit agnato solum in bonis feudalibus, non tenetur soluere debita agnati defuncti. text. est ad literam in c. 1. in titu. an fil. vel agna. ergo eadem ratione non debet teneri dominus. & ita notabiliter determinat Iaco. Alua. ind. c. 1. in §. quid ergo. circa fin. eo. in tit. de inuesti. de re. alie. fac. quod notetis perpetuò. † Nūc 65 quæro, vtrum, quando dominus inuestit vasallum, vel renouat illi inuestituram, possit ipse dominus in renouatione inuestituræ, vel in prima inuestitura apponere aliqua pacta insolita, veluti, quòd ipse vasallus teneatur dominam ad missam associare in diebus festiuis, vel vasallus vult, quòd in inuestitura apponatur pactum, quòd etiam fœmina succedant in ipso feudo sicut masculi? Concludite, quòd talia pacta insolita, quæ sunt contra regularem naturam feudi, benè possunt apponi in inuestitura, ad hoc allego vobis tex. in c. 1. in § fi. in tit. quid sit inuestitura. in vsi. feu. benè facit c. 1. in fin. in titul. quib. mod. feud. amit. & in c. 1. in ti. de nat. suc. feu. In dubio tamen cōcessio feudi intelligitur

telligitur facta secundum propriam naturam feudorum, & secundùm regulares consuetudines feudorũ. d.§.fin. & solita benè præsumuntur apposita in inuestitura, non autem insolita. l.fin. in verbo, quotidiano vsu. C. de fideiuss. & c. cùm M. Ferrariensis. extr. de constit. alleganti ergo pacta insolita incumbit onus probandi, vt volunt omnes Dd. in d.§.fin. & per illum tex. in tantum quòd Iac. de Belui. Bal. & Aluaro. in d.§. fi. dicunt, quòd alleganti, talia pacta insolita & extranea fuisse apposita in inuestitura, non deberet deferri iuramentum, in supplemẽtum probationis, quod
66 nunquam exeat memoria. † Item notetur in hac materia, quòd si oriatur dubietas super concessione feudorũ, talis dubietas est relinquẽda interpretationi cõsuetudinis, vt sic secundum consuetudinẽ & simplicẽ naturam feudorum intelligatur facta cõcessio per dominum, & vasallum ad id se obligasse, siue sit dubietas iuris, siue facti. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de Aedil. edic. & d.l.fin. C. de fideiuss. Ita voluit Iac. de Bel. & Bal. & omnes in d.§.fi. Sed ponamus, quia dixi suprà, pacta etiã insolita posse apponi in inuestitura feudi, quod etiam est de mente Bal. in l. post cert. C. de liberali cau. vbi dicit, quòd natura feudi pactis augetur & minuitur, allegat l.2. C. de iure emphy. debet limitari nisi talia pacta sint cõtraria dispositioni iurũ communis. l. pacta quæ contra. C. de pact. & l. iurisgen.
67 & l. si vnus. §. sed si generaliter. ff. de pact. † Sed an in inuestitura posit dominus apponere pactum, quod vasallus teneatur pulsare coram domino de cythara vel

alio instrumento? And. de Iser. & Iaco. Alua. in d.§. fin. in fin. quid sit inuestitura. determinant quòd sic, dummodo hoc fiat ob aliquam honestam & iustã causam, alioquin histrionibus nõ est licitum donare. c. donare. 86. distin. Quid autem si vasallo obligato ad pulsandum vel ad sociandum dominam diebus festiuis superueniat aliqua dignitas, ita quòd non sit ei honestum hoc facere, an erit tunc excusatus? Iac. Alua. in d.§.fin. determinat quòd sic, per l.2. C. vbi Sena. vel cla. Idem si ætas vasalli non pateretur. l. 2. de fun. pa. li. xi. Idem si superueniret infirmitas. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. Debet enim seruitium esse conueniẽs vasallo, & consideratur ex ætate & dignitate & valetudine, & an esset illi magnum incommodum hoc facere, vel ignominia, vel esset inhonestum. Ad hoc allegabitis l. patronus qui. ff. de operis liberto. & l. eius. eo. tit. & l. Nepos Proculo. ff. de verbo signi. & l. si cùm dies. §. pen. ff. de arbi. l. fin. C. de oper. liber. & l. quòd ex libera. C. de oper. liber. & l. si locus. ff. de iudi. Aduertite tamen, quia in casibus prædictis vasallus tenetur seruire per substitutum. per l. ad similitudinem. C. de Episcop. & cleri. & per l. fin. C. de principib. agent. in rebus. lib. 12. † Sed quid si in inuestitura sit appos- 68
tum aliquod pactum impossibile vel probrosum? Concludunt prælati Domi. in d. §. fin. quòd per tale pactum vitiabitur inuestitura, quia tale pactum appositum in contractu vitiat ipsum contractum. l. non solũ. ff. de actio. & obligatio. & §. si impossibilis. instit. de inuti. stipula. † Sed ponamus, quòd in inuestitura sit 69

appositum aliquod pactum turpe vel probrosum, & nihilominus dominus tradidit possessionem feudi vasallo, an vasallus poterit illud retinere, an dominus verò repetere? And. de Isern. in d. §. fin. dicit, quòd vasallus poterit tale feudum retinere. monetur, quia in pari causa turpitudinis est melior conditio possidentis. l. 3. & l. 4. & l. pen. ff. de condi. ob turp. causam. Et licet ab ista opi. non esset recedendum, tamen ego reddo dubitatissimam per l. si militem. C. de condi. ob turp. causam. Item quia licet ex parte vasalli versetur turpitudo, tamen ex parte domini non versatur aliqua, ergo dominus debet posse repetere per condi. ob caus. facit quod habetur in c. qui venatoribus. 86. distinctio. Dicit tamen eleganter Iaco. de Ardizo. Veronensis in sua summa feudorum, in tit. quib. mod. feu. acqui. sub rubricella, de feudo, quod datur ad certum seruitium. quòd quando dominus in investitura apponit aliquod pactum illicitum, vasallus loco illius, pacti illiciti tenetur ad aliquod licitum, ne istud totum cedat sibi lucrum. ar. l. legatum. ff. de vsufruct. lega. quod notetur.

70 † Item addite, quòd postquam est confectum instrumentum investitura, non potest dominus inuito vasallo, nec econtra vasallus inuito domino apponere aliquod pactum insolitum. argu. l. fin. C. arbi. tutel. & l. cùm satis. §. caueant. C. de agri. & censi. li. xi. Et ideo dicit Spec. in titu. de feud. §. quoniam super homagijs. quòd in homagijs non debet induci aliqua nouitas. optimè facit, quod no. Bal. in c. 1. in verbo, sicut domino. in titu. quali. vasal. iura. debe. fide. Et ad propositum dicit

dicit eleganter Bald. & cateri sequuntur in c. 1. in fi. colum. in titulo de feud. Guar. & Castal. in vsi. feud. quòd si per impressionem vel errorem recognitio feudi sit facta, aliter quàm more solito, talis recognitio nocebit posteris, quod dictum tenete menti. † Sed restat 71 quærere, ponamus quòd dominus faciat pactum cum vasallo, quòd non possit illi dominus auferre feudum propter aliquam felonam seu ingratitudinem, an tale pactum valebit? Videtur prima facie dicendum, quòd sic. quia non habemus, quòd verba contractus sunt subtiliter considerandа. §. nos igitur. ibi, subtilius considerantes in authen. de resti. fidei. & text. in ca. si cui militi. titu. de capi. Corra. dicit hæc verba, Tenorem investituræ considerantes, & vim verborum ac sensum partium intuentes. Ad idem optimè facit text. in l. 1. §. si conueni. ff. depositi. In contrarium facit, quod not. Specu. in titul. de dona. in §. 1. ver. quid si actum est. Ego reperio istam conclusionem in indui duo tangi per Bal. in 1. & 2. l. ff. de re. diui. vbi dicit. quòd quãdo felonia commissa per vasallum est crimen seu delictum, tunc tale pactum nihil valet: quia daret materiam delinquendi contra l. conuenire. ff. de pact. dota. & l. si vinu. §. illud nulla. ff. de pac. Sed si esset quæstio exhibendæ reverentiæ, benè valeret: quia reverentia, quæ debetur iure contractus, non autem ratione personæ, benè potest pacto remitti. allegat l. si quis crediderit. ff. de pact. Idem Bald. in ca. 1. in 2. col. in verbo, porrò. in ti. de feudo Guardiæ & Castal. arguit ad pastem, & tandem videtur concludere, q. si esset ingratitudo

titudo contractus, veluti quia vasallus intra tempora debita non petijsset inuestituram, vel non præstitisset seruitia, tunc secūdum eum valebit pactū & remissio. Nam secundum eum ista remissio seruitiorum est modificatio obligationis nascentis: si verò esset ingratitudo delicti, tale pactum remissiuum nihil valeret. d. §. illud nulla. & d.l. conuenire. Ad præmissa vide Ioan. And. in addi. ad Spec. in rub. ext. de feu. in quadam ad. di. incipiente, extat. vide etiam Iacob. Alua in d c. 1.

72 §. fin. in tit. quid sit inuestitura. † Addite, quòd non tamen valeret pactum appositum inuestituræ, quòd pater perdat feudum propter delictum sui filij: quia pœna imponenda est delinquenti, & non obedienti propter delictum tertij. ita dicit Bal. in l. 1 circa 4 col. de his, quæ pœna not. allegat tex. in l. pater fam. testamento. ff. de hære. insti. Sed an valeret istud pactum, quòd iuramentum fidelitatis non præstitum, nec propter alia seruitia vasallitia. nec propter aliud quicquā, propter quod feudū perdi soleat, vasallus nō priuetur feudo, sed teneatur in certam pœnā pecuniariam? dicuteta le pactum valere, ita quòd propter alienationem feudi irrequisito domino factam vasallus nō amittet feudum. ita tenet Ioan. Andr. in addi. ad Speu. in rubr. de feud. & in l. 1. §. si conueniat ff. depositi. & in c. 1. in ti. de feu. non haben. propri. na. feu. & hanc senten

73 tiam sequitur Alua in d. §. fin. † Dubitatur etiam an valeat huiusmodi pactum appositum in inuestitura, scilicet. quod vasallus ad nullum seruitium teneatur? concludite tale pactum valere per tex. in c. 1. §. nulla. aliàs

aliàs in c. nulla. in titulo, per quos fiat inuestitu. & per text. cum gloss. magna in princip. in c. fina. in titul. de capi. qui curiam vendi. Addite tamen, quòd tale feudum eisdem modis, & causis, & culpis amittetur per vasallum, sicut & reliqua feuda. Ita dicit Andre. de Iser. in c. vnico. quod incipit, Obertus. in tit. in qui cau. feu. amit. Et hoc dictum sequitur, et commendat Alex. Imol. in suo consil. xxx. in vltim. colum. in primo volu.

† An autem, quando alicui vasallo conceditur feudū, 74 per hæc verba, Concedo tibi talem rem in feudum nobile, gentile, & Francum, talis vasallus & eius successores erunt astricti præstare domino sacramentum fidelitatis? Io. An. in addi. ad Spec. in rubri. de præscrip. in pe. & in fi. colum. determinat quòd sic. quia licet tale feudum sit Francum, à seruitijs tamen non erit liberum, neque Francum in his, quæ sunt de natura & forma curiali fidelitatis. quod dictum notetis, posset tamē dominus expresiè pacisci, quod ipse vasallus non teneatur præstare iuramentum fidelitatis. d. §. nulla. Item si princeps concedat, seu donet alicui vnum castrum cum pleno & omnimodo dominio directo & vtili nihil sibi reseruando, nec appareat aliqua mentio ipsius vasalli, talis donatio non valebit. per ea, quæ vult Bal. in proœmio feudo. in ver. expedita definitione. & est de mente eiusdem Bal. in commento pac. Constan. in verbo, Successorum. Et ita voluit Ioan. de Imol. in rubrica. ff. de verb. oblig. & Alex. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu. & attestatur se ita consuluisse. † Videndum est 75 etiam, nunquid, quando vasalli iurauerunt fidelitatē

alicui Comiti vel Baroni, possit ipse Comes vel Baro ipse vasallis suis imponere collectam? Specu. in de feu. §. quoniam quasi ad fin. allius §. in ver. & no. quòd vasalli Comitum & Baronum. dicit quod vasalli dominorum tenentur eis seruire in sex. Primo pro exercitu Imperatoris. Secundo pro correra. i. quãdo imperator facit transitum per illum locum. Tertio pro filia maritanda. Quarto pro militia pro se vel filio suo. Quinto pro captiuitate ipsius domini. Sexto & vltimo pro terra, quam vult ipse Comes vel Baro acquirere. Pro parte contraria, quod Comes vel Baro vasallis suis non possit imponere collectam seu taliam, adduco Bart. in l. 1. in fin. colum. C. de excu. mune. lib. x. vbi dicit, quòd illi, quibus conceduntur castra sub regimine & protectione, & cum mero, mixtoq; imperio, & cum omnimoda iurisdictione, non possunt subditis taliam seu collectam imponere. & ideò dicit, quod in capitulis inter Archiepiscopum Mediolanen. ex vna parte. & N. de Vbaldis ex altera dictum fuit, quòd castra occupata per ipsos de Vbaldis remanere deberent sub eorum regimine & protectione, et cum mero & mixto imperio. Et tamen propter hoc hominibus illorum castrorum nõ poterunt imponere collectam. & ibi declarat quid importent ista verba, Sub regimine & protectione. Secundo pro hac parte adduco Bald. in l. cùm multa. in fin. colum. C. de bo. qua. lib. vbi quærit, an dominus pro sua necessitate possit vendere rẽ suis vasallis? & arguit quòd sic, quia quæ ipsius vasalli sunt, & eorum esse cognoscant. l. 2. & fin. C. in qui. cau. coloni censiti dominet

acc. pos. lib. xi. Tandem dicit contrarium esse verius, quia dominus non potest subditis suis imponere collectã. Non obstant iura proximè allegata, quia intelliguntur quoad protectionem & defensionem, nõ autem quoad exactionem taliarum, quia cum talis exactio taliarũ sit de regalibus competit soli Principi. l. placet. C. de excu. mune. lib. x. & l. 1. C. de superindictis eo. lib. Addit ibidem, quòd in eadem sententia fuit Ricar. Molin. qui dicebat hoc esse multum notandum. Tertio pro hac parte adduco Bald. in l. hi quibus. C. de fideicom. liber. vbi dicit, quòd Domini terrarum non possunt subditis suis imponere angarias seu collectas, nisi ex consuetudine vel conuentione. nam secundum eum determinat seruitia suis finibus debent esse contenta. allegat Arch. in c. dilecto. ext. de ost. Archi. et l. cùm satis. §. caueant. C. de agri. & cen. lib. xi. Et idem Bald. in l. ex hoc iure. ad fi. colu. ff. de iusti. & iur. quærit de tali q. vtrum, quando Princeps subditis suis imponit collectam, inducatur obligatio naturalis? Ipse respondet quòd si illa impositio collecta concernit publicam necessitatem, tunc benè inducitur obligatio naturalis, secus si concernit effrenatam voluntatem Principis. Subijcit ibidem, quòd olim rustici Imperatori non soluebant nisi modicum aes puta, 26. denarios pro quolibet capite seu fumante. Et ita vult gloss. in l. ager. §. 1. ff. de verb. signi. Hodie verò secundum Bal. probo dolore Principes sanguinem populorum exhauriunt, expellunt, excoriant, & vix precarium dimittunt spiritum. Albe. de Rosa. in rub. ff. de mun. et bo. circa 7. car. dicit hæc verba, Hodie

die propter longam vacationem imperij Reges, Comites, Barones, & alij dominantes & crudeles Tyranni subditis suis imponunt collectas pro libito voluntatis, nulla etiam necessitate vel vtilitate vrgēte, nedum laicis, sed etiam ecclesijs & eorum bonis, maximè in Italia, quæ secundum eum nulla lege, nulloque ordine gubernatur. In isto puncto concludo, quòd nobiles domini terrarum nō possunt subditis suis imponere collectā, nisi hoc ius habeant ex consuetudine, vel ex pacto seu conuentione. De hoc vltimo non est dubium. l. i. §. ficūueniat. ff. depositi. Non est etiam dubium quòd ex consuetudine possint acquirere ius colligēdi, vt vult Alber. de Rosa. in rub. C. quæ sit long. consue. in xi. & confirmo, quia in huiusmodi collectis attenditur consuetudo. Ita dicit Bald. in l. i. C. de mulier. & in quo loco. & idem Bartol. in l. ij. C. de incoli. lib. x. in tantum quod ipse Bald. in l. vnica. C. de auro coronat. lib. x. dum no. quod valet consuetudo, quod forenses, qui possident prædia in alieno territorio, teneantur ad custodiam sicut incolæ illius loci. Prædicta procedunt maximè, si esset consuetudo collectandi vsitata per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium: quia tunc haberet vim priuilegij. c. super quibusdam. §. præterea. ext. de verbo. significat. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quoti. & æsti. Cessantibus autem consuetudine & conuentione in secreto iuris tenetur, quòd nobiles domini terrarum non possunt subditis imponere collectam. Ad præmissa videatis Alexand. de Imol. in ij. colum. consil. 35. Redeo nunc ad id, quod determinat Specu.

Specul. in titul. prædicto de feud. §. quoniam. ver. & not. quòd vasalli Comitum: & reperio Rossredum in summa, in titul. de villanis. & in titul. sacramentum cuiuslibet vasalli. in §. iste. Ergo tenete opin. Spec. in d. §. not. at. Eandem opin. tenuit Ioan. Blan. de Marsi. in sua summa in titu. qui. mo. feu. amit. circa iij. car. in §. erunt autem sequitur opin. Spe. suprà alleg. & eam comprobat per multa iura, excipit tamen casum de militia: quia in illo casu tenet, subditos non teneri ad illam expensam contribuere: quia dominus militiam assumit pro libito voluntatis: vnde cùm voluntariè hoc faciat, non est illi subuenendum. l. ij. §. si quis cùm posit. ff. si quis cau. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cog. Et plenius tractat ipse Ioan. Blan hanc materiam, quam viderim scriptum ab alio. Sed Petrus Iacobi in sua summa, in titul. de causis ex quibus vasallus, quantum est de iure scripto &c. in §. audiui. expressè tenet contra opinion. Specul. & se quacium, dicens ista non procedere de iure, nec iusta seu rationabili consuetudine, imo dicit quòd illi, qui ista scripserūt, malum exemplum præbuerant ad subiugandum pauperes subditos. Et contra opin. Spec. addit text. in d. l. cùm satis. §. caueant. C. de agri. & censi. lib. xi. vbi text. dicit, quòd dominus subditis suis nō debet inferre molestiam in imponendo eis collectas, neque in angariando eos, nisi ad solita. item dicit quòd opini. Specu. & sequacium non probatur lege: ergo hoc dicere non debemus. l. illam. C. de collat. Addite quod Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in d. ver. & nota quod vasalli Comitum dicit nonnul-

nonnullos tenuisse contra determinationem Specul. maximè in iij. iiij. & vi. casibus. Nam circa subsidium ad filiam maritandam dicit, quòd illi tenentes opinio. contrarium dicunt se non videre, quare Specu. ita dixerit. nam mater non tenetur dotare filiam, vt habetur in l. neque mater. C. de iure do. Item frater non tenetur dotare sororem. l. cùm plures. §. pen. ff. de admi. tut. ergo multò minus subditus debet teneri ad maritã dum filiam Domini. Item quia officium paternum est dotare filiam. l. fin. C. de do. promis. & l. qui liberos. ff. de rit. nupt. & l. obligamur. §. lege. ff. de ac. & obli. si ergo est officium paternum, certe vasallus seu subditus non debet ad hoc teneri. Addite Bald. in cà §. similiter, in tit. de capi. Corra. vbi per illum text. dicit, quòd vasalli non tenentur præstare adiutorium domino suo, quando maritat filiam suam, nisi super hoc esset specialis consuetudo. nam cùm ille tex. in §. similiter dicat, vasallos teneri ad præstandum adiutorium in illo casu expresso in illa litera, certè benè sequitur quòd in alijs non debent teneri. ar. l. fin. C. de pac. qua super dote. Hanc eandem opin. tenuit Paul. de Cast. in l. fi. C. de statu. & imagi. & in l. neminem. C. de sacrosan. Eccle. in quibus locis dicit, quòd quando dominus habet supportare aliqua onera, puta onus maritandi filiã vel aliud on⁹, debet huiusmodi onus supportare de suis bonis, non aũt in hoc grauare subditos. Itẽ super casu de quo loquitur Spe. scilicet, quãdo dominus vult acquirere terram, quo casu dicit Specu. vasallos & subditos teneri præstare adiutorium domino. Ioan. And. in addi. prædicta

dicta refert nonnullos tenuisse contrarium. mouentur per text. in c. licet vasallus in tit. si de feu. defun. fue. controuer. in lib. feu. vbi text. dicit, quòd licet vasallus habeat pecuniam, et sciat dominum indigere, vt soluat suo creditori, cui promisit & iurauit soluere, tamen nõ tenetur ipse vasallus subuenire domino, et licet nõ subueniat, tamen non priuabitur feudo. Si ergo vasallus nõ tenetur hoc casu subuenire domino, nec soluere debita domini, multò minus debet teneri præstare subsidium domino, quando vult emere terram. Addatis ad premissa, quòd Hostien. in summa, in tit. de immu. Eccles. §. 1. incipi. à quibus muneribus. paulo post prin. illius §. sequitur opin. Spe. in d. §. quoniam. ver. & nota. mouetur, quia homo cuilibet indigenti tenetur subuenire ex præcepto dominico. c. non satis. 86. distin. & c. à. ext. de commo. ergo multò magis vasallus & subditi tenentur subuenire domino in 6. casibus superius recitatis. & subdit Hostien. quòd generalis consuetudo quasi vbique ita seruat. Iaco. Alua. in præalleg. ca. 1. §. similiter in fin. col. in titu. de capi. Corra. In primis refert Bal. ibi tenere, quòd in casibus prædictis vasalli non tenentur præstare auxilium domino, nisi super hoc sit specialis consuetudo deinde ipse Iacob. de hac materia se remittit ad no. per Spe. & Io. An. in addi. ad d. §. quoniam. ver. et not. Remittit etiam se ad no. per Roffre. in libellis suis. & ad Iac. de Ard. in sua sum feud. in titul. quali. vasal. iura. debe. fide. sub rubricella, si & nihil aliud clarè determinat circa præmissa. Io. Rey. in d. c. imperialem. §. firmiter. in 18. & 19. col. in ti. de prohi. feu.

feu.alie.per Fede.reassumit sigillatim dicta Specu. in d.ver.& nota.& in primis circa subsidium, quod præstatur Corredo Imperatoris vel Regis, dicit, quòd illud est auxilium, quod præstatur pro expensis, quãdo Princeps transit per aliquem locum, & vltra consuetudinem dicit hunc casum iuribus posse comprobari, quia videmus, quòd Episcopi quando procurant. Papa vel Legatus eis potest pro tali impensa imponere suis clericis charitatiuum subsidium. c cùm Apostolus. et c. procurationes. de censi. & c. accedentes. & c cùm ex officij. de præscrip. item auxilium, quod præstatur pro exercitu Imperatoris vel Regis, est secundum Ioan. Rey. quia præstantur aliqua pro victu & succursu & vltra consuetudinem dicit, hoc iure probari primo per l. neminem. & l. placet. C. de sacros. Eccle. Item per l. ij.

76 *C. de cursu. publi. lib. 12. † Circa altum casum scilicet maritagij filiarum dicit, quòd de consuetudine vasalli & subditi tenentur in hoc præstare auxilium & adiutorium domino. & hoc secundum eum potest iure comprobari: quia pater tenetur de necessitate dotare filiã. l. qui liberos. ff. de rit. nup. & l. fin. suprà de dotis promis. vnde vasalli & subditi tenentur præstare subsidiũ domino, quando ex tali dotatione diminueretur patrimonium & status domini. Ad hoc benè facit quod dicit Cy. in l neque mater. C. de iure do. vbi dicit, quòd licet mater regulariter non teneatur dotare filiam, tamen hoc fallit, quando mater esset opulenta & dines, filia verò esset valdè inops. nam hoc casu mater tenetur dotare filiam. Et prædicta Ioan. Rey. intelligit procedere, quando*

re quando dominus faceret expensas, puta, quia maritat filiam. secus si filius domini duceret vxorem: quia tunc dominus non dat, sed recipit dotem. & ideo vasalli & subditi non tenentur illi præstare subsidiũ. Ad præmissa allegat Ioan. Blanch. de Mar. in summa sua, in ti. qui. mo. seu. amit. in §. erunt etiam prædicta circa casum militiæ. dicit ipse Io. Rey. in loco superius allega. q. si dominus faciat se creari militẽ ex necessitate, puta, pro conseruatione bonorum & nobilitatis sui generis, iuxta l. 3. §. Præses. & l. honorem. ff. de mune. & hono. tunc si ex hoc dominus efficeretur pauper, & diminueretur eius status, tunc vasalli & subditi tenerentur præstare auxilium ipsi domino. Nã dicunt quidã, quòd propter paupertatẽ perditur nobilitas, quod non placet per l. humilem. C. de incest. & inut. nup. & tex. no. in l. nobiliores. C. de cõmer. & merca. vbi nobilitas & diuitiæ ponuntur vt diuersa: diuitiæ tamen possunt esse causa impulsiua nobilitatis, & prosunt ad magnitudinẽ & potentiam. nã vt ait Philosophus, Nil magnanimũ potest fieri sine pecunia, de quo per Bart. in l. 1. C. de digni. lib. 12. Si verò necessitas non vigeat ad assumendam militiam, tunc vasalli & subditi non tenerentur præstare auxilio domino, quia imputetur sibi. q. nulla necessitate subsistente fecit se creari militem. ar. l. item hi qui. & l & qui data opera. ff. ex qui. cau. mai. † Circa quintum casum, videlicet captiuitatis domini dicit Io. Rey. quod si dominus non posset soluere suã redemptionẽ sine magno & graui dispendio, & bonorũ suorum diminutione, tũc vasalli & subditi 77

tenentur conferre & præstare auxilium domino, vt se redimat ab hostibus, & vltra consuetudinem hoc potest iure probari: quia videmus quòd Episcopi propter necessitatem imponunt clericis suis charitatiuum subsidium. c. cùm Apostolus. c. prohibemus. extr. de censi. & c. quia plerique. de immu. Eccle. & c. non minus. & c. aduersus. eo. titu. Sed prædicta intelligatis procedere, nisi dominus esset carceratus seu detentus propter crimen suum, vel ad instantiam creditorum, quibus nõ satisfacit, & faciunt ipsum dominum tenere in arresto: vel si iurauit soluere creditori infra certum diẽ, & incumbat periculum ne incurreret periurium, hic etiam casibus vasallus non tenetur iuuare dominum, nec præstare illi auxilium. c. licet vasallus. in titu. si de feud. defunc. fuerit contr. & c. fi. in ti. de alie. feu. pa. Ergo dominus ext. casus proximè dictos si esset captiuus apud hostes & inimicos, & non posset se redimere sine magna diminutione sui patrimonij, certè vasalli & subditi tenentur illi præstare auxilium. facit text. no. in cap. 1. §. sed etiam qui delator. ibi, & cognouerit dominum suum in ti. quæ sit prima causa benefi. amit. in vsi. feudo. Aduertite tamen, quòd hoc casu dominus debet petere subsidium moderatè, charitatiuè & gratiosè, non autem cum violentia. c. vnico. circa mediũ.

78 x. q. iij. † Circa sextum casum, quando dominus fecit acquisimentum, id est, emit aliquam terram, concludit Ioa. Rey. in loco alle. quòd si acquirit illam terram pro sustentamẽto suo, quia aliàs nõ benè posset sustinere statum suum, tunc vasalli & subditi tenentur præ-

stare

stare auxilium ipsi domino, quia tenentur ipsum inopem alimentare. l. alimenta. & l. fin. ff. de lib. ag. & l. Diuus Claudius. ff. de iu. pat. de quo per Spe. in tit. de feu. §. quoniã. ver. 17. & Pet. Ia. in distinctionibus suis feudorũ, sua 7. dist. & per Bart. in suo trac. alimentorũ. §. quæro an vasallus habet. & in c. 1. post prin. in ti. de no. feud. Ergo eadẽ ratione debent illi subuenire, quãdo emit terrã pro sustẽtamento suo Mar. de Lau: in d. c. 1. §. similiter. in ti. de capi. Corra. sequendo opi. Bal. dicit vasallos & subditos non teneri præstare auxiliũ domino in casibus prædictis, nisi super hoc sit specialis consuetudo. Dominus Alex. de Imo. in suis apostil. super l. placet. C. de excusa. mune. li. x. dicit vasallos & subditos teneri in casib. prædictis subuenire domino, quando ex se non posset hoc facere. allegat Alb. de Rosa. ita tenere in suo alphabeto. in verbo, dominus. Ego circa maritagium filiarũ domini teneo opi. Spec. Hosti. & aliorum præallegatorum, quam sententiam sequutus fui & in consulendo, & in iudicando cum aliis præstantissimis Dd. Et vt videtis quotidiè, generalis consuetudo habet, quòd vasalli & subditi præstant adiutorium domino, quando maritat filiam. † Sed re- 79
stat vna pulchra dubitatio, præsupposito, quòd de iure vel consuetudine vasalli vel subditi teneantur præstare auxilium in casu prædicto, an teneantur præstare subsidium domino, quando maritat filiam suam spuriam? Istam quæstionem non reperi tactam ab aliquo Scribente, præterquam à domino Mar. de Laud. in c. 1. in ti. an apud iudi. vel curi. domini quæst. feu. termi.

debe. vbi atteſtatur ſe conſuluiſſe quòd ſic. motus, quia pater de iure cano. tenetur alimentare filiam ſpuriã. ca. cùm habet. extr. de eo, qui duxit in ma. eam quam pol. per adult. Et ideo etiam tenetur eam dotare per not. per Barto. in l. ſi. ff. de his qui. vt indig. & per Bal. in authen. ex complexu. C. de inceſt. & neſan. nupt. Ego teneo totum contrarium, quia ſi dominus faciat fundamentũ ſuper conſuetudine generali, de qua dixi ſuprà, dico, quòd talis conſuetudo tanquam gratioſa non debet extendi de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum. ita inquit Innoc. & ceteri ſequuntur in c. ſin. ext. de offi. Arch. no. in c. ſi. ext. de conſue. Item habeo legem dicentem, quòd pater filiam ſuã ſpuriam nõ tenetur dotare. ex. eſt no. in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. eſt benè verum, quod Bal. no. in l. neq; mater. C. de iu. do. intelligit d. §. pater naturalis. procedere, quando filia ſpuria non eſt inepta, vel ex honeſto exercitio poteſt ſibi quærere dotem. Nam his caſibus pater non tenetur eam dotare, aliàs ſentit ſecùs eſſe. Sed quanquã iſta limitatio Bal. procederet adhuc, tamẽ idem ſentio quod ſuprà, quia præſuppoſito, quod pater teneatur eam dotare, tamen non tenetur ei tantũ donare, quantum filiæ naturali & legitimæ, ſed ſolum tenetur ad dotem correſpondentem alimentis. & ex hoc non multũ diminueretur honor & ſtatus Principis. Et ideo dicerem vaſallos & ſubditos non teneri
30 hoc caſu præſtare adiutorium domino. † Sed adhuc ſupereſt alia pulchra quæſtio, præſuppoſito, quòd vel ex pacto vel conſuetudine vaſalli et ſubditi teneantur

præſtare

præſtare auxilium domino, quando maritat filiam, an tenebuntur quando ipſa intrat religionem? Ego in quæſtione fallis cum pluribus alijs valentibus Dd. conſului, quòd ſic. mouebar authoritate Cy. Alb. & aliorum Dd. in authen. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. vbi dicunt, quòd bonum eſt argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale. c. inter corporalia. ext. de tranſ. la. Epiſ. Item magis eſt curandum de anima, quàm de corpore. ca. præcipimus. 12. q. 1. & l. ſancimus. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. & §. ſin autem. in authen. vt cùm de ap. cog. Item Deus omnipotens eſt nobilior omni alio viro abſq; aliqua comparatione. Si ergo ſubditi tenẽtur ad omni maritagij, quando filia domini contrahit cum aliquo matrimonium, ergo multò magis, quando contrahit cum Deo, vel ſaltem tenentur præſtare adiutorium domino in eo quod eſt conſuetum dari monaſterio in tali caſu, habita conſideratione perſonæ & onerum, quæ in ſimilibus conſueuerunt ſupportari. & ita conſului, & multi alij præſtantiſſimi Dd. ſe ſubſcripſerunt pro generoſis domino Lucernæ.

SVMMARIVM.

Vaſallus ad quæ ſeruitia teneatur domino 1 ſuo.

Vaſallus inueſtitus cum ijs verbis, Concedo 2 tibi feudum liberum & Francum, an tenea tur ſeruire domino in guerra, & an ſuis ſumptibus.

3 Vasalli an extra territorium domini teneãtur dominum iuuare in guerra.
4 Dominus volens acquirere nouam terrã, an posit cogere vasallos suos ad secũ eundũ.
5 Vasalli tenentur iuuare dominum pro defensione seu recuperatiõe terræ propriæ quãtumcunque etiam sit remota.
6 Vasallus quando teneatur iuuare dominum in guerra.
7 Vasallus an teneatur iuuare dominum alium iniustè lædere volentem.
8 Vasallus an teneatur iuuare dominum se iniustè defendentem.
9 Bellum quando dicatur esse iustum.
10 Inferiora Principe an possit propria auctoritate bellum indicere.
11 Vasallus habens plures dominos bellum gerentes quem iuuabit.
12 Vasallus vasalli quem dominum teneatur iuuare, an mediatum, an immediatum.
13 Vasallus contra quos teneatur iuuare dominum suum.
14 Vasallus an teneatur iuuare dominum etiam contra patrem aut fratrem.
15 Dominus an teneatur iuuare vasallum suum.
16 Vasallus clericus an teneatur iuuare dominũ temporalem in guerra.
17 Vasallus dimittens dũm in bello nõ mortuũ, nec vulneratũ, an veniat feudo priuandus.

Vasal-

Vasallus quibus casibus possit licitè dimittere dominum in bello. 18
Vasallus deferens dominum in bello, an si nullum dominum incommodum sequatur debeat perdere feudum. 19
Duorum fratrum feudum ab eodem domino tenentium, si vnus deficiat, alter non, an satisfaciens excusabit alium. 20
Vasallus ignorãs dominum suum vulneratum in bello, an si eum relinquat sit, feudo priuãdus. 21
Dominus vadens contra Saracenos an poterit petere auxilium ab hominibus suis. 22
Dominus an pro defensione patriæ suæ possit facere quæstam ab hominibus suis. 23
Vasalli promittentes dominis suis præstare auxilium de suis placitis & litigijs, quid intelligantur promittere. 24
Dominus vadẽs ad supremum Principem pro obtinendo aliquo priuilegio an possit exigere à suis subditis expensas vel auxilium. 25
Domino feudi bellum gerente si vasallus velit personaliter auxiliari, dominus autem petit quantitatem pecuniæ, cuius erit electio. 26
Vasallus si sit homo nobilis, famosus, & potẽs, an poterit seruire domino suo in bello per substitutum. 27
Feudum pactionatum non est vltra pacta & conuenta exigendum. 28

29 Dominus an teneatur præstare vasallo auxiliũ in ijs, in quib. tenetur vasallus domino.

30 Vasallus multis causis excusatur à non præstãdo seruitio domino.

31 Mulier dans viro suo feudum in dotem, si vir autem nõ præstat seruitia domino, an feudum amittetur.

32 Vasallus seruiens domino per substitutũ minus idoneum, an & qualiter sit feudo priuandus.

33 Vasallus qualiter debeat vocari in auxilium domini sui.

34 Successor feudi an teneatur idẽ præstare iuramentum, quod præstitit antecessor.

35 Vasallo in seruitium domini sui deficiente, an poterit dominus propria auctoritate apprehendere feudum, & absque ordine iudiciario occupare.

ET promiserunt eidem domino suo præstare debita seruitia. † *Quæro primo, ad quæ seruitia teneatur vasallus domino suo? dicatis quòd in primis tenetur illi præstare auxilium in guerra. d. c. domino guerram faciente. in tit. hic finitur lex. & incipi consue. reg. in lib. feu. & c. 1. ver. & si contingit in ti. de no. for. fide. & in c. 1. in tit. qui. mo. feu. amit. Secundo quæro cuius expensis teneatur vasallus præstare adiutoriũ in guerra? Hanc quæstionem reperio tactam apud Iac. de Ardizo. in summa sua. in ti. qui. mo. feud.*

feud. amit. sub rubricella, an vasallus teneatur seruitium offerre domino. & per eundem in rubrica. seu tit. sub domino & per eundem in rubrica, cuius expensis vasallus teneatur iuuare dominum. Concludite in hac materia, quòd aut ex tenore inuestiturę potest apparere, cuius expensis hoc sit expediendum, & tunc debet seruari forma inuestiturę, quia pactum factum inter Principem & subditum est seruãdum. c. i. ext. de prob. habetur per Bal. in c. i. in tit. de na. feu. & per eundem no. in l. Princeps. ff. de leg. facit. l. i. § si conueniat. ff. depositi. Si verò hic non potest apparere ex tenore inuestiturę, sed est dubium, tunc dicatis, quòd aut vasallus habet feudum bonum, & sufficiẽs ad exhibendum suis sumptibus tale seruitium domino, & tunc debet seruire suis propriis sumptibus. l. suo victu. cum duabus ll. seq. ff. de oper. liber. Si verò habet feudum exiguum, quod non est sufficiens ad huiusmodi expensas supportandas, tunc tenetur seruire expensis domini l. quòd nisi. ff. de oper. liber l. i § prætereà si matrem. ff. de tut. & ratio. distra. & l. à tutoribus. § penul. ff. de admini. tuto. prædicta sunt de mente Dy. & Bar. in l. Mœnia. §. i. ff. de annu. leg. & ita etiam vult Bald. in l. qui manumittuntur. C. de oper. liber. hoc etiam vult expressè Ange. in l. si non sortem. § libertus. ff. de condi. indebit. Eandem distinct̃ sequitur Iacob. Aluar. in c. i. circa v. eolum in tit. de no for. fide. Præmissa procedunt, quando dominus vocat vasallum, vt adiuuet ipsum dominum in patria ipsius domini, aliàs autem si vellet quòd vasallus exiret patriam ipsius domini ad causam guer-

ra, tunc vasallus debet seruire sumptibus domini secun dum Iac. Alua. in loco proximè allegato. qui ad hoc al. legat. l. cum sape. C. de errog. milita. anno. li. 12. Si autem vasallus duceretur in exercitu Imperatoris, quando ipse Imperator vadit Romam pro sumendo co ronam, tunc deberet seruari forma tradita in c. i. §. si. 2 in titu. de pace iura. fir. in li. feu. † Tertio quaro, po namus, quòd Princeps in inuestitura apposuerit ista verba, Concedimus tibi tale feudum Liberũ & Fran cum, an tunc talis vasallus teneatur seruire domino in guerra, et an sumptibus suis, an verò sumptib. domini? Old. de Ponte Laudensis disputauit istam quæstionem, & determinauit, quòd iste vasallus non tenetur ire ad exercitum domini sui, quia virtus istorum verborum, Liberum & Frãcum, significat istum vasallum esse li berum & absolutum ab omni seruitute, ita quòd domi nus nullum onus potest illi imponere. l. si qui duas. & l. in tradendis. ff. communia prædiorum. Tenetur tamen talis vasallus ad ea, quæ ponuntur in c. i. in tit. de for. fide & inter alia non numeratur, quòd vasallus tenea tur ire ad exercitum domini, & ire ad guerram, Et præsuppositio, quòd vasallus teneretur ire, tamen non deberet ire sumptibus suis, sed domini. c. pudenda. xxiij. q. i. Subijcit Old. quòd dominus tali vasallo suo non poterit imponere collectam, seu taliam propter il la verba, Liberum & Francum. Et si teneretur vasal lus ad collectas, cognitio tamen non pertineret ad do minum quia non debet esse iudex in cau. propria. no. in rubco & nigro. C. nequis in sua cau. uo. in c. cùm ve

nissent.

nissent. ext. de iudi. &c. caterum illo eo. ti. Hanc opin. Old. sequitur Bal. in c. i. in vltim. col. in titu. de capi. qui curi. vendi. in vsi. feu. Eandem sententiam tenuit Iac. Alu. in c fi. in tit. proximè allegato. † Quarto qua- 3 ro, vtrum vasalli teneãtur adiuuare dominum in guer ra, extra territorium seu patriam ipsius domini? Et pri ma facie videtur dicendum quòd non. per l. ext. territo rium. ff. de iurisdi. om. iud. Contrariam opin. tenuit Bal. in c. i. in prin. ij. colum. in tit. qui. mo. feud. amit. quia secundum eum in quocunque loco est dominus cũ suo exercitu, ibi censetur esse suum territorium: quia territoriũ dicitur à potestate terrendi. l. pupillus. §. ter ritorium. ff. de ver. signi. Sicut districtus dicitur à di stringendo, vt voluit gloss. in §. rursus. insti. de actio. & probatur in c. ne Romani. §. sanè. ext. de elec. imò etiã in mari dicitur districtus. c. vbi periculum. ext. de elec. lib. 6. & authen. sed nouo iure. C. de fur. aliàs incipit, nauigia. Et ideo dicit ipse Bal. in d. c. i. quòd Regem euntem cum exercitu suo in Hiberniam, pro faciendo guerram, vasalli ipsius Regis tenẽtur eum sequi. Prædi cta tamen intelligatis procedere, quando dominus hoc facit pro defensione sua, & si bellum est iustum pro par te sua. & pro hac opi. benè facit tex. in c. i. in versi. & si scitote. in ti. de no. for. fide. vbi tex. indistinctè dicit vasallum teneri adiuuare dominum, nec distinguit in quo loco sit dominus Et hoc idem tenet An. de Iser. in d. c. i. in titu. qui. mod feud. amitt subiungens, quòd hoc procederet multò magis, quando inimicus domini ve nisset in offensionem ipsius domini, & dominus potius

vellet

vellet traducere exercitum suum ad loca inimici, quã pugnare in patria propria, vt faciunt veri duces belli, qui potius volunt ire cum exercitu ad locum hostium, quàm pugnare in domo, & hoc faciunt, vt confundãt hostes, & eos retrahant ab obsidione, vt fecit Scipio, quando mouit bellum contra Hannibalem: nam duxit suum exercitum in Africam, vt retraheret Hannibalem ab obsidione Romana & Italica. † Sed quid si dominus non gratia suæ defensionis, sed vt acquirat nouam terram seu prouinciam, velit secum ducere vasallos suos, an teneantur eũ sequi? Aut. de ise. quẽ ceteri sequuntur in d. c. dicit, quòd si vellet eos ducere longè extra patriam ipsius domini, non tenerentur eum sequi. quia de hoc casu verisimiliter non fuit cogitatum tempore inuestituræ. ar. l. qui cum tutoribus. §. i. & l. cum Aquiliana. ff. de transf. Aut vult eos ducere parũ extra patriam, & tunc hoc est tolerabile per l. quòd nisi. in fi. ff. de oper. liber. † Si tamen ipse dominus ext. suam propriam patriam habet terram iam multis temporibus acquisitam tunc vasalli benè tenerentur adiuuare dominum ad defendendum illam patriam, vel recuperandam si esset amissa, quantumcunque esset in loco remoto per text. ad hoc notabilem in c. i. ver. & si contigerit. in tit. de no for. fide. † Quinto quaro quando vasallus teneatur adiuuare dominum in guerra? Concludite, quod si guerra sit iusta, tunc vasallus tenetur adiuuare dominum, secùs si sit notoriè iniusta, an tamen hoc casu teneatur eum adiuuare, & eum defendere statim videbitis. Quando verò est dubiũ, tunc vasallus tenetur adiuuare dominũ. Hæc omnia habentur in c. domino guerram faciente, in titul. hic fini. lex, & incip. consue. re. Sed pulchrum est videre, quando dicatur dubium, an guerra sit iusta vel iniusta: ista inuestigatio est magnæ vtilitatis, quia cum nos habemus, quòd per negationem res redditur dubia. l. 3. C. quib. ad liber. procla. non li. dicet aliquis quòd semper erit in potestate domini facere, quòd vasallus semper eum adiuuabit, quia quando vasallus dicit guerram esse iniustam, dominus negabit, & per illam negationem redderetur res dubia, & sic vasallus tenebitur adiuuare dominum. Sed vos concludite, quòd tunc dicetur esse dubium, quando dominus habuit consilium suorum Procerum & Consiliatorum, qui cum Principe deliberauerunt bellum esse assumendum. Nam illud dicitur bene deliberatum, quòd fuit deliberatum à consilio seniorum. l. consensu. C. de re pu. Seniores enim præsumuntur sapientes. c. estote. i. q. i. & in senibus præsumitur scientia secundum Bal. in l. senium. C. qui testa. facere pos. no. in l. Gallus. in princi. ff. de libe. & posthu. And. de Iser. in d. c. domino guerram. amplius dicit, quòd nedum dicitur dubium, quando Princeps ita deliberauit cum suo consilio, sed etiam quando ipse solus hoc dixisset, quia iura dederunt ipsi Principi potestatem indicendi bellum. l. vnica. C. vt ar. vsf. lib. xi. no. in c. sicut nostris. ext. de iureiur. & per Bart. in l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. habet enim vasallus credere suo Principi, non autem sibimet formare conscientiã. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. Est ergo conclusio, quòd

4 5 6

quòd aut constat bellum esse iustum, & tunc vasallus tenetur adiuuare dominum, aut est notoriè iniustum, & tunc non tenetur. & ita vult etiam glo. & Arch. in c. de forma. xxij. q. v. Aut est dubium an bellum sit iustum vel iniustum, & tunc vasallus tenetur adiuuare dominum. quando autem dicatur dubium, declarat supra. Et opi. And. de Iser sequitur Alua. in d. c. domi-
7 no guerram. † Sexto quæro circa prædicta, verum vas. teneatur adiuuare dominum, qui iniustè vult offendere alium? Concludite quòd non, si tamen vellet, posset hoc facere, & dominus deberet hoc habere gratũ. Sed tamen vasallus non excusaretur à damnis quæ supportarentur per aduersarium domini, per no. per Inno. in c. fin. ext. quod me. cau. Et ita inquit Bal. in d. c. i in ti. qui. mo. feud. amit. Quòd autem hoc casu vasallus non sit obligatus, nec necessitetur adiuuare dominum, probatur, quia etiam societas contracta ad facinora nihil valet. l. nec prætermittendum. ff. pro so. & si à reo. §. si reus. ff. de fideius. imo dico vobis attentari posse, quòd hoc casu, quando dominus vult iniustè offendere alium vasallum, non potest, nec debet adiuuare dominum, quia plus peccaret, quàm ille, qui principaliter facit
8 text. est no. in c. qui peccatoribus. i. q. 3. † Septimo quæro, ponamus quòd defensio ex parte domini sit iniusta, an vasallus tenebitur adiuuare dominum? prima facie videtur quòd non, quia iustum aggressorem non est licitum propulsare. l. si seruus. C. de his qui ad Eccles. cõfugi. Item ista non esset iustitia, quia iustitia tribuit vnicuique ius suum: & ius est ars boni & æqui &c. l. i. ff. de

iust. & iure. In contrarium habetur tex. in d. c. domino guerram. vbi probatur, quòd etiam, quando defensio ex parte domini est iniusta, tamen vasallus tenetur adiuuare dominum. Et pro ista sententia facit, quia defensio etiam iniusta propriè non est maleficium. l. i. §. nam ignoscendum. ff. de bo. eorum qui mor. si. conscisc. Cùm nec locus nec tempus istud patiatur l. i. ff. de exercitoria. Item quia vasalli censentur milites & stipendiarij dominorum. c. imperialem. §. firmiter. in tit. de prohi. alie feu. per Fede. & l. milites. C. loca. & §. fin. in c. i. in ti. de pace iur. firm. vnde iustum est & æquũ dominos protegi & defendi à suis vasallis, quantumcunque ex parte dominorum defensio sit iniusta. Bald. autem in d. c. i. in ti. hic fin. lex dicit, quòd in casu illo est permissa defensio etiam iniusta, in odium voluntariè impugnantium ipsum vasallũ sine Principis authoritate, quod non est licitũ. l. vnica. C. vt armo. vsus inscio prin. interdi. sit li. xi. Cõcludamus ergo, quòd de iure feudorũ vasallus debet iuuare dominum suũ, quãtumcunq; ex parte domini sit iniusta defensio. nõ enim debemus recedere à tex. d. c. i. in ti. hic fini lex. Sed an hoc procedat de iure diuino? Concludite quod non, per dictum Apostoli dicentis eos dignos morte, qui peccatum conferunt. Et dicit S. Tho. de Aquino secunda secundæ. q. 69. articulo secundo, quòd multa secundum leges humanas relinquuntur impunita, quæ tamen quantũ ad diuinum iudicium sunt peccata: dat exemplum in simplici fornicatione, & in falsa defensione in causa sanguinis, & ista sententia comprobatur: quia

vt di-

vt dicit idem sanctus Thom. secunda secundæ, q. iiij. articulo finali, Principibus secularibus homo intantum tenetur obedire, inquantum ordo iustitiæ requirit, & inquantum præcepit iusta. Alioquin si iustum non habuit Principatum, sed vsurpatum, vel præcipiat iniusta, non est ei parendum, nisi propter accidens, id est, pro eum tando scandalo facit quod habetur in c. si quando. ext. de rescrip. Ad idem adducitur dictum Apostoli, dum dicit, Estote subditi omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi tanquam præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis. Quæ verba formaliter ponũtur in c. solitæ. in principio. ext. de maio. & obe. Item de iure cano. non est licitum vasallo iuuare dominum, quando ex parte domini est iniusta defensio: quia misericordius est peccantibus opem non ferre, quam sim pendamus. imò dicit text. no. in c. si res aliena. 24. q. 6. quòd magis peccat ille, qui opem fert peccanti, quàm ille qui principaliter peccat. Et hanc sententiam quòd de iure cano. procedat quod dixi, tenet Iaco. de Belui.

9 in d. c. 1. in titul. hic fin. lex. † Sed est videndum, quando bellum dicatur esse iustum. Hostie. in c. pro humani. in glo. super verbo, formidantes. ext. de homi. lib. vi. dicit quòd septem sunt species belli, scilicet, Romanum contra infideles l. hostes. & ibi per Bar. ff. de cap. et postli. reuer. Iudiciale, quod fit authoritate Iudicis pro defensione suæ iurisdictionis contra contumaces & rebelles. l. non est singulis. ff. de reg. iur. & l. qui restituere. ff. de rei. vendit. & l. 1. ff. si quis in ius non obtemp. Licitum, vt in casu. l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuique sine iudi.

iudi. se vind. Præsumptuosum, vt in l. 1. & 2. C. de seditio. Temerarium, puta, quando aliquis facit aliquid contra authoritatem iuris. c. perpendimus. & in c. audientia. extr. de sen. excom. Voluntarium, vt quando quis non subsistente causa legitima indicit bellum necessarium, defendẽdo se aduersus iniustam oppugnationem alterius. & de isto tractatur in c. 1. in tit. hic fini. lex. Aduertite, quia bellum Romanum, iudiciale, licitum & necessarium sunt bella iusta: præsumptuosum verò & voluntarium, ac temerarium, sunt iniusta. Sed quia aliqua ex bellis prædictis sunt priuata, et nos agimus de bello publico, videndum est, quo casu sit licitum, & dicatur iustum. Concludite, quòd contra infideles ipso iure à lege permissum est, & dicitur bellum iustum, vt not. plenè per Bart. in d. l hostes. & per Cano. in cap. quòd super. ext. de vo. & vo. redemp. De Christianis autem ad Christianos, ad hoc, vt dicatur bellum iustum, est necesse diffidatio. Nam ille, qui offendit alium sine diffidatione, est proditor. ita dicit Ioan. And. in nouel. in d. c. pro humani. ext. de homi. li. 6. Et istud dictum refert Bal. in c. 1. in fin. 4. colum. in titu. quib. mod. feu. amit. in vsi. feud. ibidem dicit quòd ille, qui dat alteri portionem venenatam, dicitur proditor. allegat Iaco. Butr. in l. 1. C. de male. & mathe. Redeundo ad propositum, illud bellum dicitur iustum, quod indicitur ab Imperatore, vt habetur in d. l. hostes. vel ab alio, qui nõ recognoscit superiorem, cùm hodie sit diuisum imperium, vt dicit pulchra gl. in rubri. C. de stud. libe. vrb. Ro. lib. 11. Item requiritur,

quòd bellum fiat iusta de causa, quæ præsumitur in Principe. l. omnium. C. de testa. iuncta. l. humanum. C. de legi. & est bona gloss. in l. relegati. ff. de pœ. & vult Cyn. in l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. † Item si bellum indiceretur ab inferiore à Principe, esset necesse, quòd hoc fieret cum auctoritate superioris ad hoc, quòd diceretur iustũ. Alioquin si inferior à Principe sine auctoritate superioris indiceret bellum, incideret in pœnam læsa maiestatis. text. habetur in l. ij in versi. eadem lege. ff. ad l. Iul. maiest. Item requiritur diffidatio, vt dixi, requiritur etiam, quòd fiat ex causa iusta. Et dicit Hostiens. in dict. ca. pro humani. quòd ista causa debet declarari per sententiam. & est ratio, quia non est deueniendum ad bellum, nisi deficiente omni alio remedio. l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. de bo. quæ in frau. cre. l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi aut clam l. nullus. C. de Iudæis. habetur pro Ioan. Fa. Instit. de iure natu. in §. ius autem gentium. Ego allego optim. text. in cap. 1. in titul. de mili. vasal. qui contum. est. Addite, quod Ioan. Blanch. de Marsilia in sua summa feudorum, in titul. quibus modis feudum amitt. in §. & debet dominum adiuuare. dicit eleganter, quòd bellum ex quatuor iudicatur esse iustum, ex persona, ex re, ex animo, & ex autoritate. Ex persona, quæ debet esse secularis, & non ecclesiastica propter sanguinis effusionem. cap. clericis. extr. ne cleri. vel mo. & c. clerici. & c. sæpe. xxiij. quæstione vij. Et dicit Innocen. in cap. olim. extr. de rest. spo. quòd Prælati possunt interesse in bello, & prosequi, sed non

sed non occidere. Ex re, puta pro rebus suis propriis repetendis, & pro pia defensione patriæ. Et dicit Innocen. in cap. olim. quòd isto casu, si clerici proijciant lapides vel alia contra aduersarios, dummodo non occidant, non efficiuntur irregulares. cap. pen. & fin. extr. de cle. percus. Ex animo, quia bellum non debet fieri propter odium, vel vindictam, vel cupiditatem, sed propter charitatem, iustitiam, & obedientiam, & vt deueniatur ad pacem. iuxta illud, Si vis pacem, para bellum. c. noli existimare. 23 quæst. 1. Ex autoritate, quia ille, qui inducit bellum contra alium, & habet superiorem Ecclesiasticum, debet de illius autoritate indicere bellum. Ista est gl. in c. excommunicamus. circa medium. quæ gl. incipit, argumentum ab autoritate. ext. de hære. Si verò habet superiorem secularem, debet de autoritate illius indicere bellum, vt suprà dixi. † Octauo quæro, vasallus habet plures dominos, qui habent guerram contra alios diuersos, & separatim, quem ipsorum iuuabit vasallus? Dd. concludunt in c. imperialẽ. §. firmiter. in ti. de probi. feud. alie. per Fede. & Io. Blan. in summa sua feudo. in tit. quib. mod. feu. amit. in §. vbi verò plures domini. & idem in dict. summa, in tit. de for. fide. in §. si verò dominus decedit pluribus hæredibus relictis, dicit, quòd aut vasallus potest omnes iuuare, & tunc debet hoc facere, aliàs debet iuuare antiquiorem, & intelligatis antiquiorem respectu alterius feudi. c. 1. §. fin. in tit. hic fini. lex. & inci. consue. reg. aliàs incipit. c. contra omnes. illo. eo. ti. Si autem nõ potest apparere, quis ipsorum dominorum sit

rum sit antiquior, quod potest accidere dupliciter, primo respectu duorum feudorum, secundo respectu vnius feudi, puta quia sunt condomini vel fratres, & tunc refert, aut feudum erat à principio vnius domini, aut plurium dominorum. Si loquimur, quando erat plurium dominorum, & non appareat quis sit antiquior, tunc vasallus poterit gratificari vni ex eis, & inter eos erit locus gratificationi, ar. l. si. ff. de relig. & sum. fune. & l. si quis in graui §. si cum omnes. ff. ad Sylla. & l. si quis seruum. §. si inter. ff. de leg. 2. Et hoc ne per concursum se impediant. l. 2. §. fi. ff. qui. mo. vsufru. amit. Secundo verò casu, quando respectu vnius feudi habet vasallus plures dominos, tunc refert, aut illud feudum aliàs fuit sub vno domino, & postea deuenit ad plures. Et isto casu quia vasallus non cogitur habere plures dominos vt no. in c. omnes filij. in fin. si de feud. defunc. fue. contro. ideo hoc casu præstabit seruitium illi, quem ipse vasallus eliget, nisi consensisset in ipsos plures dominos, quia tunc est dicendum, vt dicetur infrà. Si verò feudum vsque à principio erat sub diuersis dominis, & tunc si seruitium consistit in dãdo, & sic est diuisibile, vnicuiq; dominorum dabit portionem suam. Et idem, si seruitium consistat in faciendo, dummodo factum sit diuiduum. Si verò esset factum indiuiduum, tunc cuilibet dominorum teneretur in solidũ, & est locus gratificationi, ita quòd soluendo vni ipsorum liberabitur, maximè si soluat & præstet seruitium ei, qui prius eum requisiuit. Et ita distinguit Ioan. Rey. in dict. §. firmiter. circa 12. col. & Io.

& Io. Blanchus in locis allegatis. Addite, quòd Bald. in l. 1. in 23. quæstione. ff. de re. diui. dicit, quòd hoc casu, quando vasallus habet plures dominos habentes guerram contra diuersas personas separatim, vasallus poterit gratificari vni ex eis. Subiungit, quòd benè faciet gratificari seniori, vel digniori. allegat l. fin. ff. de fi. instrum. Addite eundem Bald. in l. 1. §. ne autem. C. de caduc. tol. circa 3. colum. vbi dicit, quòd hoc casu vasallus debet seruire antiquiori domino per cap. 1. §. contra omnes in titul. hîc fini. lex, & incip. consue. reg. Postea dicit, quòd imò seruiet vtrique de eorum fundo iuxta reddatus feudi ministrando pecunias vni ex ipsis dominis pro habendo gentes, & alteri mittendo gentes de terra sua. De consilio autem tenetur præstare seruitium antiquiori, non autem vtrique, quia nõ potest esse tergiuersator. Item de sua propria persona præstabit seruitium antiquiori domino. Sed prædicta secundum eum non possunt habere locum in vasallo ligio, quia non potest esse vasallus ligius duorum dominorum. Ita vult gloss. not. in Clemen. pastoralu. extr. de re iudic. De materia prædicta aliquid tangit ipse Bald. in l. quæritur. ff. de stat. homi. mihi placet sententia Bald. in dict. §. ne autem. † Nono quæro, ponamus, vasallus vnius domini habet alium 12
vasallum de eodem feudo, non est dubium, quòd vltimus vasallus iuuabit immediatum dominum suum, & ipse dominus iuuabit alium suum dominum: sed dubitatur, quid si dominus mediatus, & dominus immediatus habeant guerram contra diuersas personas

cui ipsorum tenebitur vltimus vasallus seruire in guerra? Concludite, quòd ipse vltimus vasallus tenebitur iuuare dominum suum immediatum, non autem mediatum. c. 1. §. fina. ibi, aut sub Rege dominum suum, &c. Nam ille dominus immediatus est proprius dominus ipsius vasalli. capit. imperialem. §. illud. in titu. de prohi. feud. alien. per Fede. Non obstat si dicatur, q ipse vasallus non debet offendere dominum domini sui, d. §. illud. quia respondetur, quòd verum est. quòd nõ debet eum offendere, sed per hoc non sequitur, quòd sit dominus ipsius vltimi vasalli. quia socius socij mei non est socius meus. l. nam socij. ff. pro socio. Item homo hominis mei non est homo meus, vt per plura probat Spec. in titu. de feu. §. quoniam. ver. 14. quaritur. Accipite pro decisione prædicta vnum simile. Vasallus, qui refutauit dominum, non debet offendere dominum, à quo tenebat feudum illud propter reliquas præcedẽtis vasallagij. c. 1. in tit. vasal. qui cõtra constitu. Lotha. & tamen ille non est amplius dominus ipsius vasalli, qui feudum refutauit. Est & alia ratio, quare vasallus non debeat offendere dominum domini sui, quia ius ipsius vasalli dependet à primo domino, & res est affecta. Hinc videmus, quòd resoluto iure datorum, &c. cap. 1. §. rursus. in titu. de contro. inuest. Concludamus ergo, quòd in quæstione prædicta vasallus debet adiuuare suum immediatum dominum, non autem mediatum. Conclusionem prædictam limitabitis, nisi dominus mediatus esset dominus vniuersalis patriæ seu prouinciæ, & seruitium, quod exposcit, concer-

concerneret vtilitatem publicam, vt ecce quidam Baro in partibus Franciæ habet guerram contra alium Baronem, & ipse Baro requirit vasallos suos, vt veniant ad adiuuandum eum in guerra. Rex Francorum habet etiam guerram contra alium Regem, qui vult eum expellere de regno, & vocat vasallos sui Baronis prædicti, vt veniant ad adiuuandum eum. nam si rex, qui est vniuersalis dominus patriæ seu prouinciæ, vocet vasallos illius Baronis pro cõmuni vtilitate, seu defensione patriæ, vel alia causa concernente publicam vtilitatem, vasalli illius Baronis tenebuntur adiuuare Regem: secus si vocaret eos pro negotio non concernente publicam vtilitatem, quia tunc tenerentur seruire suo Baroni. Ita eleganter determinat Spec. in ti. de feu. §. quoniam. ver. xvi. quaritur. Idẽ voluit Io. Rey. in d. c. firmiter. circa xv. col. & Lud. Ro. in l. si quis in graui. §. si cùm omnes. ff. ad Sylla. Decimo quæro, dominus mediatus, & dominus immediatus, qui habet sub se vasallũ, habent guerrã adinuicem, vtrum ille vltimus vasallus teneatur adiuuare dominum domini sui, an verò dominũ suum immediatum? Quidã dicunt, q neutrũ ipsorum tenebitur adiuuare, nisi ipsi domini inter se ratificent, aliàs impedirẽt se per concursum, ar. l. 2. §. fi. ff. qui. mo. vsufr. ami. Sed ista opinio nunquam placuit, nec placebit, pea, quæ statim dicã vobis. Et in veritate ipse vltimus vasallus hoc casu erit in magna perplexitate, quia si adiuuabit mediatũ dominum cõtra suũ immediatũ, erit dignus priuari feudo. c. 1. §. porrò. in tit. quæ sit prima causa benefi. amit.

Item si adiuuabit suum immediatum contra dominū domini sui, etiam amittit feudum, quia non debet illum maiorem dominum offendere, nisi pro seruitio alterius antiquioris domini. c. imperialem. §. illud. in tit. de prohi. alien. feud. per Fede. Bertr. Capriol. in cap. 1. in titu. de no. for. fide. distinguit hoc modo: aut dominus mediatus, qui est dominus domini, facit guerram iustam, vel est incertum seu dubium, an sit iusta vel iniusta, & hoc casu ille vltimus vasallus debebit adiuuare dominum mediatum, quia tenetur eū adiuuare contra omnes, excepto antiquiore domino. c. 1. §. fin. qui incipit contra omnes. in titu. hic finitur lex, & incip. consue. reg. Sed iste dominus immediatus vasalli non est antiquior, ergo, &c. Aut ipse dominus mediatus facit guerram iniustam, & tunc vasallus tenebitur adiuuare suum proximum & immediatum dominum. Vos autem in hoc arti. ex mente Dd. maximè Ioan. Rey. in dict. cap. imperialem. §. firmiter. circa xij. colum. audacter teneatis, quòd siue guerra sit iusta ex parte proximi & immediati domini, siue sit incertum an sit iusta siue iniusta, vasallus tenebitur potius adiuuare suum proximum & immediatū dominum. imò etiamsi guerra esset iniusta certitudinaliter ex parte ipsius immediati domini, tamen vasallus suus tenebitur eū adiuuare defendendo, per text. in c. 1. in ti. hic finitur lex. Et pro ista sententia facit, quia ipse vasallus immediatus est proprius dominus ipsius vasalli, non aūt mediatus. d. c. imperialē. §. illud. & est opti. text. in cap. 1. §. fin. ibi, aut sub Rege dominum suum non adiuuerit &c. in tit. de pa. iura. firma. ad idem facit, quia sicut ipse dominus immediatus vasalli nō tenetur adiuuare dominum suum in guerra contra semetipsum, vt statim ostendam: ita non debent monstrare contra se suum vasallum, qui debet esse pars sui adiutory. l. nimis graue. C. de testi. Non obstat huic conclusioni text. in d. §. illud. quia loquitur in alia offensione, quàm inuamine domini sui proprij. Limitabitis tamen istam conclusionem, nisi ipse dominus mediatus esset vniuersalis patriæ, & seruitium, quod exposcit, concerneret communem & publicam vtilitatem totius patriæ. nam tunc ille vasallus, de quo suprà dixi, deberet potius adiuuare dominum mediatum contra suum proximum & immediatum dominū, per ea, quæ vult eleganter Spe. in tit. de feud. §. quoniam. versi. 16. quam limitationem notetis. † Vndecimo quæritur, 13
cōtra quos vasallus teneatur adiuuare dominum suū? Concludite, quòd contra omnes, etiam contra patrem, & contra filium, & fratrem ipsius vasalli. Ista decisio probatur ad literam in d. c. 1. §. fin. qui incipit, contra omnes. in titu. hic fini. lex. Excipitur tamen antiquior dominus, quia vasal. non tenetur adiuuare dominum suum contra alium dominum antiquiorem. d. §. contra omnes. Et appello antiquiorem dominum illum, cui ipse vasallus, vel eius antecessores præstiterant fidelitatem. Item excipitur Imperator, quia vasallus non tenetur adiuuare dominum suum contra Imperatorem vel Regem in suo regno. c. 1. in prin. in tit. de no. for fide. idcò quando quis iurat fidelitatem alicui domino,

excipiendus est imperator vel rex in suo regno. c. imperialem. §. fin. in ti. de probi. alie. feu. per Fede. Et quod dixi de Rege, ponit Bal. in d. § fin. Item excipitur Papa, quia in omni iuramento intelligitur excepta persona ipsius Papæ c. venientes ext. de iureiur. Item excipitur persona propria ipsius vasalli. ita tenet gloss. ord. communiter approbata in d. §. contra omnes. Eandem opin tenuit gloss. in c. petitio. ext. de iureiu. Et est ratio, quia in generali sermone non continetur persona loquentis. l. inquisitio. C. de solu. Et ideò si vasallus iuraſſet domino dare tempore guerræ vnum equum armatum, non tamen teneretur eum dare contra semetipſum. Item excipitur patria propria. l. vt vim cum l. sequenti. ff. de iuſti. & iur. l. poſtliminium. in § filius ff. de capti. & poſtli. reuer. Et ita vult gloss. nota. in §. contra omnes & idem voluit gloss. in c. de forma. 22.

14 quæſtione 5. † Item quod dixi ſuprà, vaſallum teneri adiuuare dominum etiam cõtra patrem & filium, & contra fratrem ipſius vaſalli, limitabitis, niſi ex hoc ledereтur pater, vel filius, vel frater vaſalli circa ea, quæ ſunt de iure naturali: quia iura naturalia ſunt immutabilia. §. ſed naturalia. Inſtitu. de iure natu. &c. Iſtã limitationem ponit Bald. in c. 1. in principio illius c. in tit. de no. for. fide. In veritate dura fuit determinatio, quòd vaſallus teneatur adiuuare dominum contra patrem ipſius vaſalli. quia nos habemus quòd duo vincula ſunt fortiora vno. authen. itaque. C. communia de ſucceſſ. & c. 1. aliàs ij. ext. de treug. & pa. Sed filius obligatur patri iure naturali, imò de iure diuino, item &

& iure ciuili propter patriam poteſtatem: vaſallus autem non obligatur domino, niſi iure ciuili ex lege feudorum. Item dicit Hoſtiẽ. in c. grauem. ext. de exceſ. Prala. quòd magis obligamur patribus noſtris ſpiritualibus, quàm carnalibus, quia text. habemus expreſſum in d. §. contra omnes. quòd vaſallus tenetur adiuuare dominum cõtra patrẽ propriũ, ab illo tex. no eſt recedendum, quia lex quantumcunque dura eſt obſeruanda. l. proſpexit. ff. qui & à qui. † An autem econtra do- 15
minus teneatur adiuuare ſuum vaſallum? Concludite, quòd ſi habet guerram iuſtam, quòd ſic, intantum, quòd tenetur ipſum vaſallum adiuuare etiam contra patrem, filium, vel fratrem ipſius dominus. Iſta eſt gloss. not. communiter approbata in d. §. contra omnes in tit. hic finitur lex, & incipi. conſue. reg. & Dd. communiter approbant illam gloss. pro qua benè facit, quia dominus tenetur reddere pares vices vaſallo. c. 1. §. dominus quoque. in tit. de for. fideli. & c. domino committente. in titu. ſi de feud. defunc. fue. controue. Et ſi dominus non adiuuaret vaſallum habentem iuſtã guerram, certè priuaretur proprietate, & conſolidaretur cum vſufructu, ſicut quando vaſallus non adiuuando dominum priuaretur feudo. Ita econtra dominus debet priuari proprietate. ita vult gloss. in d. § contra omnes. Et iſta eſt ſtricta determinatio contra dominos. † Duodecimo quæro, ponamus, vaſallus ſit clericus, 16
puta, quia Epiſcopus, Abbas, vel alius Prælatus, qui tenet feudum à domino temporali, vt plerunque contingit, de quo habetur tex. in c. 1. §. fi. in tit. de capi. Corra-

item

item licet clericus non admittatur ad feudum, tamen poteſt admitti ſi dominus velit. c. 1. §. perſonam. in titu. per quos ſi. inueſti. an tenebitur adiuuare dominum ſuum temporalem in guerra? Dubium facit propter ſanguinis effuſionem: & quia ſubeſt timor, ne ipſe clericus incurrat irregularitatem, quia vſus armorum eſt prohibitus clerico. c. 1. & 2. xxiij. q. viij. & toto tit. de cle. pug in duel. Io. Blanchus in ſua ſumma feudo. in titu. quib. mod. feud. amit. in §. ſed quid ſi erat clericus. determinat, quòd ipſe Prælatus exhortabitur bellatores in guerra, non autem pugnabit in propria perſona. per no. per Inno. in c. olim. ext. de reſtitu. ſpo. vel mandabit hominem aptum ad pugnam acceptabilem domino ſuo. c. imperialem. § firmiter. in vſi. de prohi. alien. feud. per Fede. Hodiè tamen ſecundum eum, quando Prælati tenent feuda à dominis temporalibus, non vadunt perſonaliter ad bellum, ſed ſubuenunt & contribuunt ſecundum conuentiones, quæ vulgò appellantur Caluacata, vel contribuunt per æs et libram, id eſt, ſecundū vires patrimonij. l. omnes. C. de opo. publi. Hanc eandem opinionem tenuit Ioan. Rey. in d. § firmiter. in xviij. colum. † Decimo tertio quæro, ponamus, 17 quòd vaſallus fuerit cum domino ad bellum, deinde dimiſit dominum in bello non mortuum nec, vulneratū mortiferè, an veniat feudo priuandus? Cōcludite. quòd eſt iuſta cauſa priuandi vaſallum feudo. c. 1. in prin. in tit. qui. mo. feud. amit. d. c. 1. §. item qui dominum, in tit. quæ ſit prima cau. benefi. amit. non debet ergo eū dimittere in bello, ſed perſeuerare in adiutorio ipſius opem

opem ferendo manibus clamoribus, & corporum obiectu. l. 1. §. pen. ff. ad Sylla. & licet iſta iura loquantur de ſeruo. tamen idem eſt in vaſallo. c. 1. ver. ſed quia nō ſufficit. in titu. de for. fide. vbi text. dicit, quòd vltra il la ſex, quæ ibi ſunt in tex. vaſallus tenetur præſtare cōſilium & auxilium domino ſuo & debet eum adiuuare verbo & effectu. Eſt tamen differentia inter ſeruum & vaſallum, quia ſeruus debet ſalutem domini ſui præponere propriæ ſaluti. text. habetis in l. 1. §. hoc autem ſenatuſconſultum. ver. ſerui. ff. ad S. C. Sylla. Sed vaſallus ita non tenetur, quia poteſt præponere ſalutem propriam ſaluti domini ſui. Ita vulgo. approbata in c. 1. in prin. in tit. quib. mod. feud. amit. pro quaglo. facit, q̄a in iuramēto fidelitatis ſemper ſubintelligitur clauſula, ſi vaſallus poteſt. c. 2. in verbo ſi potuerit in tit. de feud. ſine culp. non amitt. & in cap. fina. in titul. de alie. feu. pat & in c. 1. §. ad hæc. in tit. hic finit lex & incip. conſue. reg. Item eſt bonum argu. de vaſallis ad libertos. ita dicit glo. in c. 1. §. Si verò. in verbo, reuerentia. in tit. de mili. vaſal. qui contu. eſt. Sed libertus tenetur alere patronum indigentem, niſi liberto alimento toto aliquid ſuperſit. l. ſi quis à liberis. § pe. ff. de liber. agno. Eſt ergo concluſio', quòd ſi immineret periculum vitæ ipſius veſalli, poſſet ſuam propriam ſalutem ſaluti domini ſui præponere. Et iſtam ſentētiam etiam tenuit Ioan. Blanch. in ſumma ſua fe. do. in tit. qui mo. feud. amit. § item ſi dominus hebuit. & placet Ioan. Rey. in d. § firmiter. Et ſic habetis duos caſus, quibus vaſallus 18 poteſt dimittere dominum in pugna. † Primus eſt caſus, quan-

quando dominus esset mortuus in prælio, vel mortiferè vulneratus d.c.i.in ti.qui.mo.feu.amit. Secundus casus est quando vasallus erat periturus, nisi fugisset, & dominum dimisisset in prælio. quia vt suprà dixi, potest præponere salutem suam saluti domini. Addite tertium casum, quando dominus erat omnino periturus. ita tenet expressè Bartol. in l. si quis in graui. in prin. ff. ad Sylla. Quartus est casus, quando vasallus in prælio amisit brachia, nam licet recedat et dimittat dominum in prælio, non tamen est dignus priuari feudo. Ista est gl. no. communiter approbata in d.c.i. in prima gl. in ti. qui. mo. feu. amit. Quintus est casus, quando vasallus graui infirmitate detineretur in bello, per ea, quæ notantur in l. quæsitum. ff. de re iud. Sextus est casus valdè dubius, scilicet, quando bellum ex parte domini est iniustum, & hoc est certum, tunc vasallus poterit in prælio dimittere dominum impunè, quia licita fuit pœnitentia arg. l si quis libellos. C. de appellatio. Et in hanc sententiam inclinat glo. in. prælle. c. i. in ti. qui. mo. feu. amit. & illam gl. sequuti fuerunt Ia. de Bel. And. de Iser. & Bal. Mouentur, quia sufficit si cui vel in paucis amici laboribus succurratur. l. tutori. C. de nego. gest. Item quia si velit resistere peccato, nõ est redarguendus. c. in malis promissis. xij. quæst. iij. benè ergo facit vasallus si non perseuerauerit in adiuuando dominum in bello iniusto: quia tempus peccatũ non minuit sed auget c. si. de consue. Dicit tamen Bal. in c. i. in ti qui. mo. feu. amit. quòd prædicta debent limitari, nisi ipse vasallus fuisset causa, quòd alius non iuerit

uerit ad bellum cum domino, qui alias erat iturus, nisi fuisset ille vasallus. nam hoc casu vasallus si dimittat dominum in prælio quantumcunque iniusto, perfidè agit, & de eo posset dominus iste conqueri, ar. l. nam & seruus. §. si uuo. ff. de nego. ge. Bertram. Capriolus in prælleg. c. i. in ti. de no for. fide. aliter distinguit. Sed quia eius distinctio non placet, eam non refero. teneatur quod suprà dixi. † Quaro. ponamus, quòd vasallus recedat à bello campestri, vbi erat dominus, sed tamen eius fuga nihil habuit nocere domino, virum hoc casu vasallus debeat priuari feudo? Videtur quòd non: quia quod est sine effectu delicti, non debet nocere. l. mancipia. C. de seru. fugit. In contrarium determinat Bald. Iacob. Aluar in d.c. i. in titul. quibus modis feu. amittit. per illum text. nam ille text. solùm exigit, quòd vasallus dimittat dominum in prælio non mortuum nec mortiferè vulneratum ad hoc vt priuetur. facit l. i. ff. si is qui liber esse iuss. fue. Item quia ipse vasallus ita fugiendo dedit malum exemplum cæteris. l. Cicero. ff. de pœ. † Decimo quinto quæro, sunt duo fratres tenentes feudum ab eodem domino, vnus ipsorum reliquit, alter verò sua probitate defensauit dominum, nunquid vnus excusabitur propter alterum. Bald. & Iacob. Aluaro. in d. cap. i. quibus modis feudum amittitur determinat quòd sic, ratione conuentionis per l. si is qui duos. in princip. ff. de liber. lega. Subiciunt prefati Dd. ibidem, quòd idem esset, si vna communitas teneret feudum ab vno domino, & homines illius ciuitatis essent diuisi inter albos & nigros, &

vna

vna pars ciuitatis delinqueret in dominum, altera verò non. nam communitas propter hoc non priuaretur feudo, quia neutra pars per se facit communitatem, & ideò delictum vnius non debet nocere alteri. allegãt nota. in c. in nostra. ext. de iniur. & dam. dato. Vos poteſtis allegare, quæ habentur in l. metum accipiendum.
21 ff. quod met. cau. † Decimo ſexto quæro, ponamus quòd dominus eſſet in veritate mortiferè vulneratus in bello, & vaſallus hoc ignorans recedat à bello, & dimittat ibi dominum, concludite quòd non priuabitur feudo: quia licet error quandoque excuſet delictum, non tamen auget. l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. † Decimo
22 ſeptimo quæro de pulchra quæſtio. dominus vadit contra Saracenos & hoſtes fidei Chriſtiana, An poterit hoc caſu facere queſtam, & petere auxilium ab hominibus ſuis? Ioan. Blanchus in ſumma ſua feu. in tit. quibus modis feud. amit. §. ad hæc autem ſciendum. determinat quòd ſic, ſi dominus ſine graui damno ſuo non poteſt ſupportare talem expenſam. Mouetur: quia ſi pro exercitu Imperatoris poteſt hoc petere, multò magis pro exercitu ſummi Imperatoris, id eſt, Ieſu Chriſti. authen. multò magis. C. de ſacroſan. Eccleſ. Nam longè grauius eſt diuinam offendere maieſtatem, quam temporalem. authen. Gazaros, C. de hæreticis. Et hanc determinationem ſequitur Ioan. Rey. in d. §. firmiter. in cap. imperialem. in titul. de prohi. feud. alien. per Feder. Idem dicunt prafati Dd. quando Imperator indiceret bellum publicum contra hoſtes & inimicos Eccleſiæ, vel cõtra hoſtes ſui regni. Nã ſi Imperator vel Eccleſia

eccleſia ſine graui damno poſſet ſuſtinere talem expenſam, poſſent facere queſtam ab hominibus ſuis, & petere auxilium. † Decimo octauò quæro, an dominus 23
pro deffenſione ſua patria poſſit facere quæſtam ab hominibus ſuis. Ioan. Blanchus in loco prædallegato, & Io. Rey. in d. §. firmiter. determinant quòd ſic. Ego addo vobis dominum Panorm. in cap. in noſtra. in fin. col. extr. de iniur. vbi dicit, quòd ſi dominus inuaditur, & timor ſit ſubitaneus & improuiſus, tunc nedum vaſalli & feudatarij, ſed etiã reliqui ſubditi illius domini, imò etiam clerici tenentur adiuuare ipſum dominũ. c. peruenit. ext. de iniur. Eccleſ. & c. ſi nulla. & c. omnis timore. 23. quæſtione 8. Si tamen non ſubſit talis timor ſubitaneus, tunc dicit vaſallos & feudatarios teneri adiuuare dominum, alios verò non: quia ſatis eſt, quòd honorem dominum de redditibus & gabellis, vt eos defendat tempore neceſſitatis. c. Princeps. & c. regum. 22. quæſtione 5. & hoc ſecundum eum, quando dominus per ſe ſufficeret: alioquin putat Panorm. omnes per ſe teneri adiuuare dominum pro ſalute ipſius domini & patriæ. c. ſi nulla. & c. omni timore. 23. quæſtione 8. Et notetis hanc deciſionem Panorm. Addite ad id, quod dictum eſt de clericis, id, quod no. Bar. in l. 1. C. de curſu publico. libr. 12. vbi dicit, quòd quãdo inimici inuadunt ciuitatem, & quotidie faciunt prædas hominibus illius ciuitatis, certè clerici tenentur hoc caſu præſtare adiutorium contra tales inimicos: quod notetis. † Decimo nonò quæro de alia quæ- 24
ſtione, in partibus prouinciæ fiunt multa inſtrumen-

ta, in quibus vasalli & subditi promittunt dominis suis præstare auxilium de suis placitis & litigijs: quid operabuntur ista verba, Placitis & litigijs? Quidam dicunt, quòd ista verba operantur, vt vasalli & subditi teneantur associare dominum ad litigiū. Sed certè ita intelligendo parum vel nihil seruirent prædicta verba. contra l. si quando. ff. de leg. 1. Vnde Io. Blanchus in ti. quib. mod. feud. amit. in §. 1. & quæ dicta sunt terminant, quòd verba prædicta important, quòd vasalli teneantur adiuuare dominum in habendo aduocatum, & ministrando domino pecunias, vt litigare posit, & supportare sumptus litis, maximè pro defensione feudi. allegat l. hactenus. ff. de vsufru. & l. hoc amplius. §. pen. & l. quamuis. & l. si proprietarius. ff. damn. infect & l. si ex duobus. ff. de noxa. Sed Pet. Iacobs in titul. de cau. ex quib. vasal. de iure scripto in ista materia sic distinguit, quòd aut litigium concernit solùm vtilitatem domini, & tunc ipse dominus debet de suo facere expensas. aut litigium concernit vtilitatem omnium subditorum, & tunc debent supportare expensas: aut litigium concernit communem vtilitatem, scilicet. cau. domini quàm subditorum, & hoc casu debent subditi contribuere pro rata, sed ad hoc non allegat iura. Sed Io. Blanch. allegat iura supe-
25 rius allegata. † Et per prædicta decidituir alia pulchra quæstio, ponamus, dominus vadit ad supremum Principē pro obtinendo aliquas literas, vel priuilegia, vel gratiam, an subditi tenebūtur contribuere ad huiusmodi expensas? Concludite, quòd aut impetratio concer-

cernit commodū solius domini, & tunc debet facere expensas de suo pprio: aut cōcernit vtilitatē subditorū, & tunc ipsi tenebuntur: aut concernit vtilitatē tam domini, quàm vasalli, aut subditorū, tunc subditi tenebuntur contribuere pro rata, per ea, quæ proximè dixi. benè faciunt no. per D. Pano. in c. cùm Apostolus. ext. de censi. † Vigesimo quarto, vasallus vult ire per- 26
sonaliter ad præstandū auxiliū domino in expeditione belli, sed dominus vult potius habere pecuniam, seu dimidiā partem reddituum feudi illius anni, cuius erit electio? Dd. communiter in d. §. firmiter. dicunt, quòd electio spectabit ad vasallū. l. plerunq;. in fi. ff. de in. do. Et istā sententiam teneatis, licet Ia. de Bel. in c. 1. § fi. in ti. de pa. iur. fir. aliter distinguat, dicens, q; aut vasallus eundo personaliter potest præstare magnū auxiliū & commodū domino interuentu suæ personæ, & tūc debet ire vasal. personaliter. c. 1. §. præterea si vasallus. & § litē si delator. ver. cognouerit. in ti. quæ sit prima cau. benefi. amit. Aut interuentu suæ personæ nō potest præstare magnū commodū domino, & tunc erit electio ipsius vasalli. d. l. plerunque. in fin. Sed ad iura proximè allegata per Iac. de Belui. potestis respondere, quòd loquimur in casu speciali, quando vasallus tenetur vltrò se offerre propter magnum periculū imminens domino. † Vigesimo primo quæro, ponamus, 27
quòd vasallus sit homo nobilis, famosus, & potens, qui si accedat personaliter ad expeditionem belli, ibit benè associatus cum multis gentibus, & si mittit substitutum, non ibit ille substitutus tot gentibus, verum

dominus poterit recusare illum substitutum? And. de Iser. & Ia. Alua. in d. §. firmiter. determinãt quòd sic, nisi ille substitutus sit ducturus tot personas, quot duceret vasallus. Idem dicunt, quando vasallus esset homo magni consilij, & magnæ industriæ. nam dominus posset recusare substitutum, & dicere quòd vult personam ipsius vasalli, quia est differẽtia inter artifices. l. inter artifices. ff. de solutioni. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Dicit tamen Iaco. Alua. occurrendum esse militiæ domini. l. in fundo. ff. de rei vendica. puta, si fortè dominus mediante pecunia, quam offert vasallus, possit æquè idoneum reperire, sicut est ipse vasallus. de hoc etiam habetur per Iaco. de Arẽzo. in summa sua feud. in titu. qui. mo. feu. amit. sub rubri-
28 cella, an per alium vasallus possit seruare. † Vigesimo secundo quæro, demus, quòd feudum sit pactionatum seu conuentionatum, puta, quia tempore inuestiturę fuit conuentum, quòd vasallus tempore guerra teneretur præstare domino tot pedites, vel tot homines armatos, vel vnum vel duos equos armatos, nunquid hoc casu ipse vasallus tenebitur præstare domino seruitia, de quibus suprà dixi? Ioan. Rey. in d. §. firmiter. determinat quòd non, quia dominus hoc casu non potest à vasallo exigere, nisi illud, quod deductum fuit in pactum, & ita vult glo. valdè nota. in c. 1. §. fi. in glo. magna. in principio. in ti. de capi. qui cur. vendi. Et est ratio, quia dominus ita paciscendo cum vasallo videtur voluisse recedere à dispositione legis, & contentari de eo, quòd fuit deductum in pactum. l. fi. C. de

pact. quæ super dote. debet etiam attendi consuetudo patriæ. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. l. 3. §. fin. ff. de testi. l. 1. C. quæ sit lon. consue. Et notetur bene istam decisionem, quia vt plurimũ omnia feuda sunt pactionata. † Vigesimo tertio quæro, vtrum, sicut 29
vasallus tenetur præstare auxilium domino iuxta ea, quæ dixi, ita æquè dominus teneatur præstare adiutorium vasallo suo? Concludite, quòd sic, quia dominus debet reddere vasallo pares vices. c. 1. §. dominus. quoque. in ti. de for. fide. & in c. de forma. §. dominus. xxi. q. v. Hoc tamen intelligatis procedere, nisi obstant pacta vel cõsuetudines. † Vigesimo quarto quæro, & quot 30
sunt causæ, ex quibus vasallus excusatur, si non præstet seruitium domino? Dicite, quòd multis de causis excusatur. Primò, si dominus esset excommunicatus vel bannitus: nam interim non teneretur vasallus illi obedire. text. est in cap. 1. in princip. in titu. hic finitur lex. Secundò, si dominus esset hæreticus, vt probatur in §. 1. & 2. in authen. de priuil. dot. hære. muli. non præstan. Tertiò excusatur si dominus est infamis, quia porta dignitatum infamibus sunt clausæ, & infames debent esse exclusi ab omni beneficio. l. 2. C. de dig. lib. 12. & l. nec infames. C. de Decurio. lib. 10. Item quia reatus omnem honorem excludit. l. 1. & 2. C. vbi Sena. vel cla. Quartò excusatur vasallus, si pignorauit feudum Ecclesiæ, à qua tenebat illud. nam Ecclesia percipiet fructus, nec tenebitur eos computare in sortem. text. est not. in cap. primo. extr. de feud. Et interim dum Ecclesia directa domina percipiet fructus,

vasallus non tenebitur seruire ipsi Ecclesiæ de illo feudo ignorato. Idem est, si dominus pignorasset feudum suum domino temporali, à quo illud tenebat, quia interim dum ipse dominus percipiet fructus, vasallus non tenebitur præstare seruitia ipsi domino de illo feudo. ita dicit Ioan. Rey. in dicto §. firmiter. in fin. antepenultim. colum. dicit tamen esse differentiam inter hos casus, quia licet Ecclesia, cui vasallus pignorauit feudum, non teneatur computare fructus in sortem, tamen dominus temporalis, cui vasallus feudum pignoraret, tenebitur fructus in sortem computare. Sed vt in hoc terminabitis contrarium: quia cùm dominus hoc casu percipiat fructus ratione sui directi dominij, non tenebitur illos computare in sortem Ita dicunt Hostien. & Panor. in d.c. primo. extr. de feud. & dicit ibi Panormit. quòd ista est communior opin. Quintò excusatur vasallus, si seruitium, quod petit dominus, non possit præstari, vel si possit præstari, non tamen cum honestate, quia vel continet turpitudinem, vel est contra bonos mores, vel ladit pietatem, vel estimationem. nam his casibus excusatur vasallus in seruiendo domino, nec tenetur ei seruire l. filius. & conditiones. ff. de condit. institution. optimè facit, quod not. Bald. in l. quòd ex liberta. C. de oper. libe. Sextò excusatur propter sexum, veluti, mulier habeat feudum iuxta cap. primum. in titu. de benefi fœmi habetur etiam in capit. primo. in titu. quemadmo. feud. ad fil. pertine. nam non congruit sexui muliebri, quòd vadat personaliter ad expeditionem belli, tenebitur tamen

tamen ipsa mulier seruire domino altero de duobus modis, scilicet, contribuendo in sumptibus domini de redditibus feudi, iuxta text. in dicto §. firmiter. vel seruire per substitutum, & si habeat virũ, poterit seruire per eum: vt habetur in dicto §. firmiter. in verbo, acceptabilem. † Sed hic cadit pulcherrima dubitatio, 31 quam habui de facto pro generosa Anna de Montelauero. Mulier dedit viro feudum in dotem: maritus pro illo feudo non præstitit seruitia domino, vtrum ipsa mulier amittat illud feudum dotale? Quidam dicunt, quòd sic, dummodo ipsa possit habere regressum contra virum, cuius culpa fuit feudum amissum, quia maritus est soluendo, & potest vxorem conseruare indemnem. Et isti ad hoc allegãt. l. si fundum. ff. de fundo dota. & l. cum te. C. ne vxo. pro ma. Si verò maritus non est soluendo, tunc succurretur mulieri in illo feudo. authen. siue à me. C. ad Velleia. Alij dicunt, & ista opin. plus placet, quòd feudum dotale committitur, & habebitur pro commisso durante tempore matrimonij, in odium viri, sed post mortem viri restituetur feudum mulieri. vel eius hæredibus: & ad hoc allegatur optimus text. in c. 1. in fin. in tit. de capi. Corr. in vsi feud. Septima causa excusationis est propter ætatem minorem, quia vasallus est infans: nam infantiu nulla sunt opera. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufru. poterit tamen seruire per substitutũ, vt plenè not. in c. si quis decesserit. in ti. si de feu. defunc. fue. contro. Itẽ propter ætatẽ maiorẽ excusatur à seruitio personali: puta, quia est maior annis septuaginta. l. 1. & l. fi. C.

qui æta. vel prof. se ex. lib. x. & l. maiores. ff. de iure immu. hoc tamen vltimo casu cogetur satisfacere per contributionem reddituum feudi, vel mandare substitutum idoneum, iuxta dict. §. firmiter. Octaua excusatio est, propter infirmitatem. nam ægrotantes seruire reputantur. hi enim, quos ægros curamus, seruire nobis intelliguntur, qui nobis seruire cupientes, propter aduersam valetudinem impediuntur. Ita probat tex. no. in l. cum hæres. §. Stichus si hæredi. ff. de sta. libe. intelligatis tamen de graui infirmitate. nō autem de leui. l. quæsitum. ff. de reiudi. Nona est causa excusationis propter paupertatem vasalli, quia non habet vnde facere sumptus possit pro præstando seruitium domino. De quo tamen dicatis, vt per Ioan. Blanchum de Marsilia in summa sua. in tit. quib. mod. feud. amit. §. seruiet autem. Decima causa excusationis est, quando constaret, quòd guerra ex parte domini esset iniusta. c. 1. hic fini. lex. & incip. consue. reg. de quo dicatis. vt dixi plenè in præcedentibus quæstionibus, dum examinaui quotuplex est guerra. Vndecima excusatio erit, si vasallus nolit adiuuare dominum contra antiquiorem dominum. nam debet ipse vasallus præferre dominum antiquiorem, nec tenetur adiuuare dominum contra dominum antiquiorem. d. c. 1. §. si. qui incipit, cōtra omnes. in ti præalleg. hic fini. lex. Decima secunda causa excusationis est, quia vasallus nō tenetur adiuuare dominum contra propriam patriam, vt vult gl. in d. §. contra omnes. & alia gl. in d. c. de forma. xxij. q. v. Decima tertia causa excusationis est, quia

quia vasallus non tenetur adiuuare dominum contra dominum vniuersalem totius patriæ, de quo plenè dixi suprà. Decima quarta excusatio, si vasallus sit seruus alicuius domini. nam vos scitis, quòd etiam seruus potest inuestiri de feu. c. 1. §. personam. in tit. per quos fi. inuest. vnde dominus inuestiendo talem personam videtur eā inuestire cum sua conditione & qualitate scilicet, saluo iure seruitutis. arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu. & habit. nā dominus inuestiendo talē personā, q̄ scit esse sub iugo seruitutis alterius, habet sibi imputare, neq; tenetur ipse seruus adiuuare dominū feudi cōtra dominū seruitutis, q̄ ille dominus respectu seruitutis est antiquior, & habet maiorem potestatem in seruū, q̄ domin⁹ in feudo: quia nos habemus, q̄ domini in ipsos seruos habent quasi potestatem vitæ & necis. Institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. 1. & ij. ff. illo eo. ti. et seruus debet præponere salutem domini sui saluti propriæ. l. 1. §. serui. ff. ad Sylla. Et tamen vasallus ad hoc non tenetur, vt dicit glo. nota. in d. §. contra omnes. Concludamus ergo, quòd quando vasallus est seruus alicuius domini, nō tenetur adiuuare ipsū dominū cōtra dominū suū respectu seruitutis. Et ita Io. Blanc. in sum. sua, in ti. de for. fide. §. cōsueuit. vers. similiu⁹ potest notari q̄stio. Decimaquinta causa excusationis est, q̄a vasallus si sit liber⁹ alicuius nō teneretur adiuuare dominū feudi cōtra patronū, quia offendēdo ipsum patronū posset redigi in seruitutē pristinā, quòd esset sibi durum & graue. l. pe. & fin. C. de bo. libe. & l. manumissori. C. de obsequi. à libe. p⁹tro. præstan. Decima-

Sexta causa excusationis est propter dignitatem superuenientem vasallo, puta, quia cœpit esse tanti status, tantæque dignitatis, quanta est dominus arg. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. tenebitur tamen hoc casu seruire per substitutum. arg. l. nullus qui. ff de Decurio.

32 lib. x. † *Quero nunc, verum hoc casu, quando vasallus non vadit personaliter ad adiuuandum dominum in prælio, neque mittit substitutum idoneum, neque mandat dimidiam partem reddituum feudi illius anni, quo casu est dignus priuari feudo, an priuetur ipso iure, an verò requiratur sententia priuatiua? Videtur prima facie dicendum, quòd non priuetur ipso iure, quia text. in d. c. imperialem. in §. firmiter. in ti. de prohi. feu. alie. per Fede. dicit quòd amittat. & sic vtitur verbo futuri tẽporis. Et non habemus, quod quãdo lex loquitur p verba futuri tẽporis, requiratur sententia priuata. per no. per gl. in l. fi. C. de iurisd. om. iudi. & in l. iubemus. §. œconomus. C. de sacros. Eccl. Sed io. Rey. in d. §. firmiter. in pen. colum. tenet oppositum, dicens, quòd hoc casu vasallus priuatur ipso iure. mouetur per text. in d. §. firmiter. in verbo, Modis omnib., quæ verba important secundum eum priuationem ipso iure, & ad hoc nihil boni allegat. Ego allego vobis glo. in terminis hoc dicen. in §. sancimus in verbo, Modis omnibus in auth. vt def. feu. fu. collat. v. Aduertite tamẽ quia benè requireretur sententia declaratoria, vt dicit præfatus doc. in d. §. firmiter, et hoc mihi placet per c. cũ secundũ leges. ex. de har. li. 6. & per l. eum qui delatorẽ. ff. de iure fis. Et comprobo opi. prædictam: quòd ipso*

ipso iure & perdatur feudũ in casu prædicto, per text. inc. 1. §. fi. in ti. de pace iura. fir. vbi tex. dicit, liberam habeat facultatẽ. & illud verbũ, Liberã, importat id. quod ipso iure. Ista est pulchra gl. in c. imperialem. §. caliditu in verbo, liberè reuertatur. in ti. de prob. feu. ali. per Fri. Subsequenter quæro, numquid hoc casu, si sit feudũ antiquum, committatur & aperiatur domino, an verò vadat ad agnatos? An. de Iser. in d. §. firmiter. videtur velle, quòd si sit feudum nouum, aperiatur domino, sed si sit antiquum, agnati perferantur domino. sed Iac. de Bel. Bertram. Capri. & Bal. post gl. in d. c. 1. §. fin. in ti. de pace iur. fir. in vsi. feu. & Iac. Alu. in c. 1. §. fi. in 45. conclusione tenent oppositum, scilicet, q̃ etiamsi sit feudum antiquum, hoc casu aperiatur domino, exclusis agnatis. mouentur, quia talis iniuria respicit personam domini: vnde vt habeat suæ iniuriæ vltionem, feudum debet sibi aperiri. hanc rationem ponit tex. in d. c. 1. §. fi. in tit. quæ sit prima cau. benefi. amit. Imò dicunt, quod etiam concernit vtilitatẽ publicam, & propter hoc dominus debet præferri agnatis. Et istam sententiam audaciter sequimini in iudicãdo, attento quòd glo. in d. §. fin. de pace iura fir. tenet istam opin. et est suffulta auctoritatibus præstantissimorum Dd. maximè, quia text. in d. §. firmiter. & in d. §. fi. dicũt expressè, quod dominus modis omnib. habeat potestatẽ capiẽdi tale feudũ, nec distinguitur ibi, an sit feudũ antiquũ, vel nouũ: et cũ generaliter loquatur, de bẽt generaliter intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de le. p̃ stam.

33 ſtan. † Item quæro, dixi ſuprà vaſallum teneri adiuuare dominum ſi dominus vocet vaſallum. Quæro ergo, quomodo & qualiter debeat vocari ipſe vaſallus? glo. in §. ſi in ti. de pa. iur. fir. dicit, quòd dominus per ſeipſum, vel per ſuum procuratorem vocabit vaſallum. Benè facit l. Item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hare. vel dominus mandabit literas vaſallo, in quibus continebitur, quòd ipſe vaſallus debeat venire ad præſtandum adiutorium domino. In aliquibus partibus fit iſta vocatio per edictum in aliquo propoſitum. Et ita practicatur in regno Siciliæ, ſecundum Iac. de Bel. in d. §. ſi. & talis conſuetudo eſt obſeruantia l. 3. §. ſi. ff. de teſti. & l. 1. & l. fin. C. de emanci. lib. Dicit tamen Bal. in d. §. ſi. quòd ſufficeret mitti generale proclama in terris & locis domini requirentis. allegat l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig. Et no. in c. ſi quis de maio. & obe. Vnde tamen notetis perpetuò, quod prædictæ cauſæ, ex quibus poteſt ſequi priuatio feudi, niſi eis obtemperetur, debent eſſe roboratæ ſolemni numero teſtium parium curiæ. Sed ſi dominus non haberet pares curiæ admitterentur alij teſtes omni exceptione maiores. l. optimam. C. de contrah. & comit. ſtip. Ita eleganter dicit Bal. in d. §. fin.

34 quòd nunquam exeat memoriã veſtram. † Vltra quæro de pulchra quæſt. ſuprà aliquando dixi, quòd vaſallus iurat adiuuare dominum contra omnes, excepto tamen Imperatore. Quæro, frater meus primogenitus tenebat quoddã caſtrum in feudũ à Duce Aurelianen. et erat feudum paternum & antiquum, ego verò teneo aliud caſtrum in feudũ à Duce Biturenſi: frater meus iura-

iurauit fidelitatem duci Aurelianen. & promiſit adiuuare eum contra omnes alios excepto Imperatore: moritur frater meus ſine liberis, & ego illi ſuccedo in illo feudo paterno, an debeam iurare, ſicut ipſe iurauit, & præponere Ducem Aurelianen. D. Domino meo Biturien. an verò æquè debeam præponere D. Dominũ meum Biturenſem? Videtur prima facie dicendum, quòd in iuramento fidelitatis præſtando debeam iurare, ſicut iurauit frater meus: quia ex perſona hæredis non fit mutatio, neq; variatur obligatio. l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. Item res tranſit cum ſua cauſa & ſuo onere. l. traditio. §. quoties. ff. de acqui. re. domini. Contrarium determinabitis, ſcilicet, quòd debeo præponere Ducem Biturẽſem Dominum meum antiquiorem. nam prioritas & poſterioritas dominorum iudicatur ex perſona eorum, qui iurat. iſte eſt text. in c. ij. in titu. de probi. alie ſeu per Lotha. Debeo ergo in iuramento fidelitatis præſtando Duci Aurelianen. excipere Dominum meum antiquiorem, ſcilicet, Ducem Biturien. c. i. §. fin. in tit. hic finitur lex, & incipien. conſue. reg. in vſibus feudorum. Non obſtat primum motiuum d. l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. quia illud quod dicitur, quòd ex perſona hæredis non fit mutatio, debet intelligi hoc eſſe verum, quantum ad hoc, vt hæres teneatur ad id, ad quod defunctus tenebatur, ſed quantum ad modum & quantitatem, benè fit mutatio et variatio, quòd patet. nam licet debitor habeat ſolidam obligationem contra ſe, & creditor habeat obligationem actiuam in ſolidum contra debitorem, tamen mortuo

tore diuiditur obligatio inter hæredes ipsius debitoris, & etiam inter hæredes ipsius creditoris. l. 1. C. sicer. pe. & l. pro hæreditarijs. C. de hære. act. & l. hæredes. §. ancta. ff. fami. her. Item licet legatarius non possit pro parte agnoscere legatum, & pro parte repudiare, tamen hæredes legatarij hoc facere possunt, vt habent in l. legatorum. ff. de leg. 2. Non obstat secundum motiuum, quòd res transit cum sua causa, quia hoc non est perpetuum, imò quandoque ex persona hæredis fit mutatio & alteratio. l. Paulus respondit in §. 1. ff. de acqui. hære. & l. fin. in fin. C. fami. her. & l. fin. C. de inoffi. testa. Item obligatio, qua tenebatur frater meus, non afficiebat rem, sed personam suam. Et ideò ego successor non debeo iurare sicut ipse iurauit, saltem in hac materia feudali, in qua propriè non est successio hæreditaria, imò feudum antiquum & paternum habemus beneficio & prouidentia superiorum. vt no. in cap. 1. in tit. an filius vel agna. in c. Titius. in ti. si de feu. defun. fuc. controuer. & in c. 1. §. & quia vidimus. in tit. qui feu. da. pos. Et istam quæstionem in propriis terminis decidit Ioan. Rey. in c. imperialem. in §. fin. in titu. de
35 probi. alie. feu per Fede. † Vlterius quæro, de quæstione quotidiana, vasallus vocatus à domino non fuit in adiutorium ipsius domini, ego dixi suprà, quod feudum ipso iure est commissum ipsi domino, nunquid dominus propria auctoritate absq; ordine iudiciario poterit apprehẽdere & occupare illud feudũ Ia. de Bel. in d. c. 1. §. si determinat, q. nõ allegat c. 1. in ti. de mili. vas. qui cõtu. est. & c. 1. in ti. de feu. sine cul. nõ amit. Bal. in d.

§. fin.

§. fin. distinguit, quòd aut inobedientia vasalli est notoria, & tunc si dominus habeat iurisdictionem, sicut si seruitium deberetur alteri, posset dominus mittere illum in possessionem ex primo decreto, propter inobedientiam vasalli, ita hoc casu dominus habens iurisdictionem poterit mittere suum fiscum in possessionem. l. commissa. ff. de publi. & l. cum duobus. §. idem respondit, socius. ff. pro socio. Si verò dominus non habet iurisdictionem, tunc debet proponere suam querelam, & petere se mitti in possessionem illius feudi. l. negantes. C. de actio. & obli. l. si cum nulla. ff. de re iudi. & l. 1. C. de exerci. & l. 1. C. de execut. rei. iudic. Et si vasallus dubitat, ne sibi auferatur possessio, de facto habet paratum remedium, quia debet adire superiorem, qui præcipiat ne vis fiat ipsi possessori, adiecta clausula, quòd si senserit se grauatum, compareat receptuus iustitiæ complementum, per no. per gloss. & Bart. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. no. non. Ego allego pulchrum text. & Bald. ibidem in l. si super possessione. C. de transac. Ioan. Rey. in d. c. imperialem §. firmiter. in vltim. colum. in titu. de probi. alien. feud. per Fed. refert Reuerendum Patrem Dominum Pontium Rey. genitorẽ suũ in quæstione facti consuluisse in quadam causa D. Guil. de Banno, qui habebat tertiã partẽ principatus, & contendebatur de quodã castro suo in ipso principatu, & determinasse dominũ propria auctoritate posse occupare feudum cõmissum, ex eo, quòd vasallus non iuit ad præstãdum adiutorium domino in præliο. Et monebatur per textum in dicto §. firmiter. in

verbo.

verbo, modis omnibus. nam si dominus haberet necesse petere per iudicem tale feudum, non benè diceret ille text. dum dicit modis omnibus. et hic dicit patere inter consilia præfati domini Pontij in consi. 78. Et esi sciendum, quòd in illo principatu est vsus & consuetudo, q̃ domini feuda sibi commissa & aperta possunt propria auctoritate occupare. Ad Cle. pastoralis de re iudi. & ad c. ad Apostolicæ. de sent. & re iudi. li. 6. respondebat, quòd loquuntur in felonia seu culpa commissam faciendo: nos autem loquimur in felonia commissam non faciendo scilicet in non præstando adiutorium domino. Sed ipse Ioan. Rey. dicit se putare tutius & securius esse expectare sententiam declaratoriam. Sed ꝓ opinione præfati Domini genitoris sui alle. tex. in c. ſ. in ti. de pace iur. fir. qui tex. dicit, liberam in vsu sui habeat redigendi facultatem, per quæ verba significatur, quòd dominus propria auctoritate potest occupare feu. Ad idem addit, quia ista facultas apprehendendi rem potest concedi per hominem l. 3. C. de pig. actio & per legem. l. non impossibile ff. de pac. nam aliquando lex concedit vindictam fieri propria auctoritate. l. 1. & 2. C. quando licet sine iu. se vendi. Et in proposito nostro lex videtur dare facultatẽ istam scilicet, quòd domini propria auctoritate possint occupare feudum: vt patet in d. ſ. fin. & ſ. firmiter. & ita acquiescit præfatus D. Ioan. Rey. Ego autem in secreto iuris textu, quòd dominus hoc casu non possit propria auctoritate feudum occupare, & in primis adduco text. in d. ſ. ſi. in tit. de pa. iur. fir. & retorqueo illum tex. contra Rey.

Rey. & genitorem suum, quia tex. ibi dicit conuinci: si ergo oportet vasallum cõuinci, certè debet citari, quia potest illi competere defensio. forte enim allegabit aliquam iustam causam per quã erit dignus venia. Pro ista ratione facit text. in l. 3. ſ. si ad diem. ff. de re mili. Secundò adduco tex. in cap. 1. in titu. feu. sine culp. non amit. vbi text. dicit, quòd vasallus non debet spoliari feudo, nisi culpa conuicta: ergo si oportet eum cõuincere de culpa, necessariò oportet eum citare. Tertiò facit text. in Clem. pastoralis. vbi probatur, quòd Princeps etiam contra subditum non potest supplere defectum citationis seu defensionis, quia est de iure naturali, vt probatur ibi, & in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. 1. ſ. cum arietes ff. si quad. pau. fecis. dica. Quartò citationem & causæ cognitionem dicitur instituisse Deus omnipotens. 1. q. 1. vbi probatur, quòd Deus omnipotens peccatum Sodomorum noluit punire, nisi descenderet & videret. Item noluit punire Adam, nisi prius eũ vocasset, & audiuisset. Geneſis tertio. Quintò adduco bonum textum cum gloss. in l. fin. C. de leg. vbi Bald. colligit, quòd Princeps, antequam veniat ad sententiam, debet citare partem, & si procederet ad sententiam sine causæ cognitione & partis citatione, sententia redderetur nulla. Sed pro eadem sententia facit tex. in c. 1. ext. de cau. pos. & proprie. vbi tex. dicit ista verba, Nec nos contra partem inauditam aliquid possumus definire. Sextò pro hac parte facit tex. in c. licet Episcopus. ext. de praben. in 6. vbi dicit tex. quòd quantumcunq; constet clericũ tenere duo beneficia in-

ficia incompatibilia, tamen non debet spoliari possessione illius beneficij, quod vacat ipso iure per adeptionem possessionis alterius, nisi præmissa causæ cognitione, ad quod est facienda citatio. l. in causa. §. causa autem cognita ff. de mino. benè facit l. fin. C. si per vim vel alio modo. nec placet mihi responsio data per præfatum D. Rey. ad Cle. pastoralis. & ad c. ad Apostolicam dicebat, quòd illa iura loquuntur in felonia seu culpa commissa in faciendo. nam istud motiuum retorqueo contra eũ. Nam est maior culpa commissa in faciendo, quàm in non faciendo, vt probat gl. in l. maiora. ff. so. ma. Si ergo in culpa, quæ consistit in non faciendo, dominus potest propria autoritate occupare feudum, vt vult præfatus Doct. multò magis debet hoc licere domino, quando culpa consistit in faciẽdo, quia est grauior. Et tamen hoc casu, quando culpa consistit in faciendo, requiritur sententia d. c. ad Apostolicam ibi, sententialiter priuamus. & idem probatur in dict. Cle. pastoralis. Non ob l. 1. & 2. C. quando liceat sine iud. quia respondeo, quòd ibi est speciale in odium illorum latronum, & depopulatorum agrorum. Nõ obstat aliud motiuum, quòd in casu nostro lex dat potestatẽ occupãdi feudum propria auctoritate. quia nego istud esse verum. per tex. in c. 1. §. quicunq; ibi, ordine iudiciario in ti. de pa. tenen. & eius viola. Cõcludamus ergo, quòd in casu prædicto scilicet, quando vasallus non præstitit adiutorium domino in guerra, non licet domino propria auctoritate occupare feudum. Et secundum istam opinionem consului.

SV M-

SVMMARIVM.

Causę propter quas vasallus veniat feudo priuandus, quæ & quot sint. 1

Vasallus inuestituram non petens infra tempus debitum debet ipso priuari. 2

Filius vasalli offendẽs dominum feudi an patri præiudicet. 3

Pater debet in filium animaduertere, quãdiu est in ipsius potestate: quapropter tenetur de offensa ipsius filij. 4

Stante regulã, quòd filio vasalli dominũ offendente vel deducatur ad dominum, vel separetur à patre, cuius erit eligere. 5

Deductio offensoris ad dominum, qualiter & ad quem finem fieri dicatur. 6

Filius emancipatus, an si offendat dominum feud. quod tenet pater, teneatur aut præiudicet patri. 7

Filius vasalli an poterit propter offensam domino factam exhæredari. 8

Vasallus offendens dominũ an ipso iure priuetur feudo, aut an requiratur sententia. 9

Dominus feudi debet habere iniuriæ suæ vltionem. 10

Vasallus vasalli offendens dominum principalem venit feudo priuandus, quod feudũ applicandum venit domino immediato. 11

Vasallus primus committens felonią, propter quam priuatur feudo, an præiudicet vasallo, cui

lo, cui de eodem subinfeudauit, ita quòd ius suum perdat.

13 Vasallus primus, si post offensam restituatur, an etiam secundus recuperabit iura sua.

14 Vasallus fœdus faciens cum inimico domini venit feudo priuandus.

15 Vasallus occidens fratrem proprium, aut fratrem domini sui, an sit feudo priuandus. & numer. 16.

17 Proditor quis dicatur.

18 Dãnatus de crimine an debeat perdere bona.

19 Vasallus occidens seipsum an perdet feudum pro suis hæredibus.

20 Vasallus occidens cõuasallum an priuari debeat feudo.

21 Vasallus post feloniam domino factam effectus furiosus an ex felonijs & culpis precedentibus pati possit sententiam priuatiuam feudi.

22 Dominus occidens fratrem aut proditorem, an si non compareat, priuabitur proprietate feudi.

23 Vasallus non faciens iustitiam domino suo an sit feudo priuandus.

24 Dominus iustitiam vasallo nõ faciens an proprietate feudi veniat priuandus.

25 Vasallus ferens contrà dominum testimoniũ an poterit eò priuari feudo.

26 Vasallus aduocans contra dominum suũ an sit feudo priuandus.

Vasallus iudicans contra dominum suum an debeat feudo priuari. 27

Vasallus reuelãs secreta domini sui debet feudo priuari. 28

Vasallus inhonestè agens cum vxore domini sui, siue vidua, siue nondum traducta, vel cum alijs affinibus, aut pedissequa venit feudo priuandus. 29

Causis, quibus pater potest exhæredare filiũ, & donator reuocare donationem, eisdem meretur vasall. perdere feu. & nu. 41. & 47. 30

Vasallus committens incestum ipso iure priuatur feudo. 31

Vasallus per lenocinium volens vxorem domini sui alteri adulterãdam traducere, debet feudo priuari. 32

Vasallus assaliens castrum domini sui debet perdere feudum. 33

Conuentus super feudo negans rem esse feudalem dignus est feudo priuari. Idẽ in emphyteota. nu. 35. & fideiussore & socio. 34

Deterioratio feudi notabilis an sit causa sufficiens amittendi feudum. Idem de vsufructu. 36

Vasallus sciens dominum suum esse inclusum vel detentum, nec curat illum liberari cùm possit, debet feudum amittere. 37

Verba ista, Indignationem Apostolorum Petri & 38

tri & Pauli, &c. in literis Apoſtolicis appoſita, quid operentur.

39 Nomine pœnæ grauiſsimæ intelligitur mors.

40 Vaſallus effectus monachus debet feudo priuari.

41 Miles Hieroſolymitanus an ſit in feudo ſucceſsibilis.

42 Vaſallus iurans occidere dominum, non tamen occidit, feudo an priuabitur.

43 Vaſallus aliqua rationabili cauſa manumittés in dominum an debeat feudo priuari.

44 Vaſallus inſidians villæ domini veneno vel aliter, an veniat feudo priuandus.

45 Vaſallus feudum alienans irrequiſito domino debet illud amittere.

46 Vaſallus cótumax in cauſa feudali debet feudum amittere.

47 Vaſallus ſi commiſerit contra dominũ aliquá ex iſtis cauſis, ex quibus donator poteſt reuocare donationem, priuari debet feudo.

48 Vaſallus vocans dominum in tus venia nó petita, an debeat perdere feudum.

49 Vaſallus eleuans manum contra dominum, licet non percutiat, tenetur tamen actione iniuriarum.

50 Mutus, ſurdus, vel aliàs imperfectus non debet poſsidere feudum.

51 Dominus cui iniuria facta fuit, ſi taceat vſque ad mortem, an cẽſeatur remiſiſſe, ita quòd poſt

poſt eius mortem nihil præiudicat iniuria vaſallo.

Vaſallus committens domino feloniam, ſi ipſe vaſallus decedat ſine querela, an poſsit ſucceſſoribus præiudicare. 52

Donatio inter virum & vxorem dicitur morte confirmari, ſi perſeueret voluntas. 53

Pars ciuitatis vel communitatis offendens an præiudicet alteri parti. 54

Probatio ingratitudinis ſeu iniuriæ factæ domino feudi quot teſtes requirat. 55

Dominus feudi, agens contra vaſallum pro iniuria an teneatur probare locum & tempus commiſſæ iniuriæ. 56

Dominus feudi promittens alicui feudũ an in petitione inueſtituræ poterit apponere feloniam præteritam. 57

Feudum amiſſum propter delictum vaſalli ad quem tranſire debeat. 58

Vaſallus grauiter delinquens in alium quàm dominum feudi, an poſsit feudo priuari, & in quem tranſire debeat feudum. 59

Delictum patris an in materia feudali noceat filio, & ſi ſit, ad quẽ tranſibit feudũ. nu. 61. 60

Vaſalli cómittens homicidium in aliũ quàm in dominum feudi an ſit feudo priuandus. 62

Confiſcatis bonis vaſalli, an confiſcatum cenſeatur ipſum feudum. 63

Vaſallo cómittente feloniam, propter quam debeat 64

debeat perdere feudum, an si dominus remittat & feloniam & feudum, an remanebit antiquum sicut prius.

65 Vasallo rem feudalem apud alium constitutam inuadente, cui applicandum erit ius feudi.

66 Proprietas feudi an veniat in publicatione bonorum.

1 Dictiq; vasalli promiserunt non committere feloniam contra dominum suum. † Pro declaratione istorum verborum est sciendum, quod multæ sunt causæ, multæq; felonia, propter quas vasallus meretur priuari feudo, quas hic per ordinem recensere constitui. Prima igitur causa est, quando vasallus irrequisito domino alienat feudum c. imperialē. in prin. in ti. de prob. feu. alie. per Fed. Et hoc casu vasallus ipso iure priuatur feudo. tex. est cū glo. in verbo, liberè in d. c. imperialē. in §. callidis. Et de hac materia plenè tractaui vobis suprà in illis verbis, Et promiserūt
2 non alienare. † Secunda causa est, quando non petit inuestituram intra tēpus debitum iuxta d. c. imperialē. §. preterea si quis maior. & iuxta c. 1. in ti. quotēpo. miles. de qua materia plenè dixi vobis §. in illis. Et
3 prædicti vasalli inuestiti fuerunt. † Tertia causa est, quando vasalli filius offendit dominum, nam ipse vasallus idemq; pater si fuerit requisitus à domino, debet suum filium deducere ad dominum offensum, vt satisfaciat illi de offensa, vel debet ipse pater separare filium à se, alias meretur priuari feudo. tex. habetur in d. c. im-

d. c. imperialem §. insuper. Et idem est de omnibus aliis domesticis ipsius vasalli, si offendunt dominum, exceptata tamen vxore, quia licet offendat dominum, tamen vasallus non teneatur eam separare à se. Ita dicit Bald. & ceteri sequuntur in d. §. insuper. per l. manifestissimi. §. fin. C. de fur. † Sed circa hoc formo vobis vtiles multas quæstiones, & in primis quæro, quanam est ratio, quòd vasallus in casu predicto teneatur deducere filium ad dominum? Ioan. Rey in d. §. insuper. dicit rationem esse, quia cùm filius sit in potestate patris, potest pater eum castigare, & in eum animaduertere. l. congruentius. C. de patr. pot. vnde debet de filio suo facere iustitiam domino. Et nos habemus, quòd quando vasallus requisitus non facit iustitiam domino, meretur priuari feudo. c. 1. §. item qui dominum. in titu. quæ sit prima causa benefic. amitt. Alia est ratio, quia quando requisitus non adducit filium ad dominum in casu predicto, videtur contemnere dominū: et ideò debet priuari feudo c. 1 §. fi. in ti. proximè alle. Sed quæ potest esse ratio, quòd teneatur separare filium à se? Prafatus Doct. dicit, quia nisi ita faciat, videtur copulare amicitiam cum inimicis domini. Nam ex quo filius offendit dominum, factus est inimicus domini: vnde pater retinendo eum in domo apud se, videtur copulare amicitiam cum inimicis domini. Et ista est sufficiens causa, ad priuandum eum feudo. iste est text. not. in cap. 1. in titu. quot test. sunt necessa. ad proban. feud. ingratitu. Ita etiam vult glo. in l. liberi. C. de inoffi. testa. & gloss. in l. 1. §. cùm patronus. ff. de offic.

5 præfec. vrb. de quo dicam vobis infrà. † Secundò quæro, cuius erit electio prædictorum duorũ, scilicet, quòd vel deducat filium offensorem ad dominum, vel quòd separet eum à se? Ioan. Rey. in d. §. insuper. dicit, quòd electio erit vasalli, quia in alternatiuis ibi regulariter est electio debitoris. l. plerunque. §. fin. ff. de iure dot.

6 † Tertio quæro, qualiter & ad quem finem fiet ista deductio offensoris ad dominum? Andr. de Iser. quem cæteri sequuntur in dicto §. insuper. dicit, quòd fiet ad finem, vt ipse filius offensor se ponat in manibus domini, tanquam in arbitratorem, qui puniet eum, sicut iudex facere posset. Si tamen excedat modum in puniendo, poterit peti reductio ad arbitrium boni viri. l. penult. cum sua gloss. ff. de arbi. & l. 3. C. de do. promiss. poterit etiam eum relegare, vt stet extrà prouinciam seu terram ipsius domini. Quod vltimum intellegatu procedere, quando esset talis dominus, qui haberet potestatem relegandi. l. 1 ff. de interdi. & releg. benè facit l. fina. ff. de iniu. & c. veniens. ext. de iureiur. Potest etiam fieri ista deductio ad alium finem scilicet, vt ipse filius offendens stet iuri, & per viam iudiciariam cognoscatur & vendicetur, iuxta ea, quæ habentur in l. 7 rescripta. C. de pre. Imperat offe. † Quartò quæritur, numquid prædicta habeant locum, etiamsi filius sit emancipatus à patre? Bald. & Iacob. de Aluar. in d. §. insuper. determinant quòd sic, quòd patet quia vasallus idem debet facere de domesticis suis, quantumcunque sint extranei. d. §. insuper. non tamen potest dare filium offensorem pro noxa secundum Bald. in d. §. insuper. allegat §. fina. Instit. de noxa. † Quintò quæro iuxta prædicta, vtrum, quando filius vasalli offendit dominum, possit pater ex hac causa eum exheredare? Bal. quem cæteri sequuntur in d. §. insuper. determinat quod non: quia ista causa non connumeratur inter causas, quibus pater potest exheredare filium. de quibus habetur in §. causas. in authe. vt cum de ap. cogno. & per gloss. magistram in c. Quintauallis. ext. de iureiur. Item licet pater in casu d. §. insuper. separet filium à se, non tamen perdit ius patriæ potestatis, secundum Bal. ibi, qui adducit. l. abdicatio. C. de patri. potesta. † Sextò quæro, vtrum in casu d. §. insuper. vasallus priuetur ipso iure, an verò requiratur sententia priuatiua? Ioan. Rey. in d. §. insuper. determinat requiri sententiam priuatiuam: quia tex. vtitur ibi verbo futuri temporis, dum dicit, priuetur. facit gl. ord. in l. in criminali. C. de iurisdi. iudi. Item, quia text. in d. §. insuper. dicit quòd hoc casu oportet, quòd dominus requirat vasallum, & vasallus cesset hoc facere, et in isto requiritur causæ cognitio. c. 1. in tit. de feu. fine cul. nõ amit. † Septimò quæritur, vtrum in casu d. §. insuper. agnati præferantur domino? concludite quòd non, imò dominus excludit agnatos: quia contemptus seu delictum concernit personam domini: vnde debet habere iniuriæ suæ vltionem. c. 1. §. denique. in tit. quæ sit prima causa. & ita vult Dom. Ioann. Rey. in d. §. insuper. in prin. in 3. co. † Quarta causa principalis est, si vasallus vasalli offendat maiorẽ dominii, quia tũc meretur priuari feudo, & tale feudum applicatur domino immediato.

medixto. Et si primus vasallus sit requisitus per dominum, quòd requirat subuasallum, & satisfaciat domino de offensa: & ipse primus vasallus ita requisitus non requirat subuasallum, priuabitur feudo. Hæc duo dicta probantur in ca. imperialem. in §. illud. in tit. de prohi. feud. alien. per Fede. Sed dicet aliquis vestrum, Nos habemus, quòd vasallus vasalli mei non est vasallus meus sicut socius socij mei, non est socius meus. l. nã socij. ff. pro socio. habetur in l. Modestinus. ff. de verb. sig. ergo licet vasallus vasalli offendat priorem dominum, non debet perdere feudum: quia ille prior & magnus dominus non est dominus suus. hanc dubitationem mouet gloss. in d. §. illud. sed non respondet. Iacob. de Bel. ibi respondet, quòd licet ipse maior dominus non sit dominus vltimi vasalli, tamen ipse vasallus vasalli offendendo maiorem dominum debet priuari feudo. quia seruitium afficit feu. sicut seruitus afficit rem. l. via constituí. § si fundus. ff. de serui. rustí prædi. Item quia vasallus non debet copulare amicitias cum inimicis domini, vt dicam in sequentibus, imò tenetur seruare amicitias cum amicis domini: quia contrariorũ eadẽ est disciplina l. 1 ff. de his qui sunt sui vel alt. iur. Item feuda deriuatur generaliter ab alio priori et maiori domino: igitur vasallus vasalli non debet offendere sed potius honorare. ar. l. si. verò nõ remunerãdi. §. Inde Papinianus. ff. man. quicquid aũt est causa causæ, est causa causati. l. fi. C. de hær. instit. Sed opponitur, et imò videtur quòd text. in d. §. illud. in secũdo casu malè loquitur: nam dicitur ibi, quòd si vasallus vasalli offendat

dat maiorem dominum, & ille maior dominus requirat vasallum suum, vt requirat subuasallum & satisfaciat domino de offensa, & si ipse primus vasallus ita requisitus non ita faciat, debet priuari feu. Sed hoc videtur falsum, quia vasallus non habet nisi vtile dominiũ, quia directum remansit apud dominum, qui feudum concessit. ita probat tex. in c. 1. in ver. vtiliter. in tit. de controu. inter vasal. & alium de benefi. & in c. 1. §. 1. ibi, quasi vendicare. & in §. fin. in tit. de innest. de re. alien fac. Et hoc vult gloss. in l si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. vnde ipse vasallus sub infeudando alium de eodem feudo transfert in ipsum vltimum vasallum vtile dominium, ita quòd nihil remanet apud ipsum primum vasallum, vt notatur in l. ex asse. ff. ad Trebel. Ergo ipse primus vasallus nihil habet quo possit priuari. Solutio. Ad istud argu. multis modis respondetur. Primo, quod primus vasallus priuatur iure vasalligij, quod habet in suum subuasallum. Vel aliter secund. Ioan. Rey. in d. §. illud circa 7. colum. Primus vasallus subinfeudando alij retinet quoddam quasi vtile dominium pro iure vasalligij. Et ideo illo iure potest priuari. Et ita vult etiam Ioan. Fab. in §. adeò. Instit. de loca. Vos potestis aliter respondere, quòd quãdo vasallus subinfeudat alium de eodem feudo, hoc casu est reperire duplex vtile dominium, scilicet, vtile superius, & istud remansit apud primum vasallum subinfeudantem: Et aliud vtile dominium inferius, & istud fuit translatum in ipsum subuasallum et ita dicit eleganter Bal. in c. caterum in pen. colum. ext. de iudi.

De

De isto puncto habetur per Bal. in c. sanè. in vlti. colu. de renunc. Sed quæro vlterius, vtrum in casu. §. illud. vasallus priuetur feudo ipso iure, an verò per sententiam? dicite, quod per sententiam. & hoc probat tex. in d. §. illud. vbi vtitur verbis futuri temporis, vt est dictio, amittat & priuetur. Et quando lex loquitur per verba futuri temporis, requiritur sententia, vt vult gloss. ord. in l. criminali. C. de iurisd. omnium iud. & l. iubemus. § œconomus. & §. sanè. C. de sacrosanct. eccle. & ita tenet Ioan. Rey. in d. §. illud. Quæro etiam vtrum in casibus d. §. illud. agnati præferantur domino, an verò econtra dominus præferatur agnatis? dicite, quòd in primo casu illius §. scilicet, quando vasallus vasalli offendit dominum maiorem, tunc feudum applicatur immediato domino feudi. Ita probat text. in dicto §. illud. ibi, ad dominum suum à quo tenebat, reuertatur. Et sic in isto casu est expeditum, quòd dominus præfertur agnatis. & idem est in secundo casu illius §. illud. quia maior est ratio in ipso secundo casu, quàm in primo: quia in primo casu ipse maior dominus fuit offensus per vltimum vasallum, & contemptus per primum vasallum. & ideò in recompensationem iniuriæ sibi illatæ, debet habere feudum, & præferri agnatis. cap. 1. §. 1. denique. in titulo quæ sit prima causa benefic. amitten. † Vlterius quæritur, primus vasallus commisit feloniam propter quam priuatur feudo, an vasallus cui de eodem subinfeudauit, perdat ius suum? videtur quod sic, quia resoluto iure dantorum, &c. l. lex vectigali. ff. de pigno. cap. 1. §. 12

rursus in titul. de controu. inuestit. In contrarium facit, quia felonia seu delictum vltimi vasalli non præiudicat eius domino immediato. d. §. illud. ergo idem esse debet econtra: scilicet, quòd delictum primi vasalli non debet præiudicare vltimo: quia vasallus vas. mei, non est vasallus meus. ar. l. nam seccy. ff. pro socio habetur in l. Modestinus ff. de verb. sig. 10. Fab. in §. fi. instit. de vsufruct. pro decisione dictæ quæstionis distinguit, quòd aut dominus consensit primo vasallo, quãdo subinfeudauit alteri, & tunc delictum primi vasalli non nocet vltimo: quia primus vasallus tantum perdit iura sua, & vltimus vasallus succedit in locum primi, & efficitur immediatus vasallus prioris domini. Aut dominus non consensit subinfeudationi. & tunc vltimus vasallus priuatur iure suo, propter feloniam primi vasalli, qui erat dominus ipsius vltimi vasalli, nisi ipse vltimus vasallus sit paratus seruire priori domino, & recognoscere ab eodem feudum cap. 1. §. 1. ver. excepto. in tit. qual. ol. pote. feu. alie. Et notetũ bene istam distinctionem, quam sequitur 10. Rey. in d. §. illud. † Sed ponamus, quòd primus vasallus, qui erat priuatus postea restituatur: an vltimus vasallus eam recuperabit iura sua? Concludite quòd sic, rebus manentibus in integro statu, hoc est, quòd iura vltimi vasalli non essent in alium translata. ita vult Iac. de Bel. & cæteri sequuntur in c. 1. in tit. hic finitur lex &c. Cæterũ si iura vltimi vasalli iam erant in alium translata per fiscum, tunc restitutio primi vasalli nõ faceret quòd vltimus vasallus reciperet iura sua, q. dominus restituẽ- 13

do

do primum vasallum non potest tollere ius quæsitum alteri. ar. c. quamuis. ext. de rescri. lib. 6. not. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. in l. fina. C. de sen. pas. sed an dominus seu Princeps restituendo primū vasallum posset facere, quòd illa restitutio traheretur ad res iam medio tempore alienatas & translatas in alium? Bald. in d. §. & quid si tantum. post Cyn. arguit ad partes, & tandem concludit quòd non, quia Princeps non potest tollere ius quæsitum alteri, vt notatur per Bartol. in l. fin. ff. de constit. Princip. notatur in l. rescripta. C. de precibus impera. offeren. & l. fin. C. contra ius vel vtili. publi. & in c. quæ in Ecclesiarum. ext. de const. Bene facit, quod notat Bar. in l. quæcunque. C. de fide instr. & iure hastæ fisc. lib. x. vbi tractat, numquid quando ciuitas restituit expulsos an possint liberè disponere de bonis expulsorum, quæ iam erant alienata in alios? De materia hac tractat Bald. in commento pacis Constan. in verbo primlegia. † Quinta causa principalis est, quando vasallus copulauit amicitiam seu fecit confœderationem cum inimicis domini sui. Nam ista est iusta cau. priuandi vasallum feudo. ita tenent gloss. in l. 1. §. cùm patronus. ff. de offi. præfec. vrb. & glòss. in l. liberi. C. de inofficio testa. & glo. in c. 1. in verbo, concubuerit. in titul. qui mo. feu. amit. Et probatur apertè in c. 1. in tit. quot test. sunt necessa. ad probad. feud. in gra. De hoc tractat etiam Bald. in l. 1. in xli. quæstione. ff. de re. diuision. & dicit Ioan. de Imol. in Cle. 1. de iureiur. an. hæc verba formalia. No. quòd ille dicitur venire contra ecclesiam, qui facit ligam

gam cum inimicis Ecclesiæ, vt fecerunt secundū eum Florentini, qui fecerunt ligam cum serenissimo Rege Francorum. Sed dicit ipsemet Imo. quòd Deo propitio illa liga fuit potius perniciosa, quàm vtilis. Conclusionem prædictam intelligatis procedere, quando talis copulatio amicitiæ fuisset facta in damnum & iniuriam domini. Ita vult glo. in præall. c. 1. in titu. hic potest esse tit. quib. mod feud. amit. &c. Est & de mente gl. in c. 1. §. porrò. in ti. quæsit prima causa benefi. amit. & sequuntur ibi And. de Iser. Bald. & D. Mar. de Lau. Placet etiam ista sententia Ia. Al. in illo paruo ti. hic potest esse titulus, &c. Et satis probatur in c. 1 in ti. quot test. sunt necess. ad probā. feu. ingra. Et hoc infert notabiliter ipse Andr. de Isern. in d. §. porrò. quia non sufficeret dominum probare, q̃ vasal. copulauit amicitiam cum inimicis ipsius domini, nisi etiam probet, quòd hoc fecit in iniuriam & damnū ipsius domini, puta, vt inimici redderētur potentiores domino, non aut incumbit vasallo onus probandi istā negatiuā, s. quòd nō copulauit amicitiam cū inimicis domini in d. omnā vel in iniuriā ipsius. Ratio est, quia copulare amicitiā, non est de genere malorū, imò est operaprettū, & virtuosum. Llatæ culpæ. §. amicos. ff. de verb. sig. imò est præceptum diuinū, vt patet Ecclesiastici 7. circa prin. Noli pro amico esse inimicus proximo: quia ergo ista copulatio amicitiæ est de genere bonorū, inducit præsumptionem pro vasal. quia transfertur onus probandi in dominum, vt teneatur probare, quòd illa copulatio facta fuerit facta in iniuriam & perniciē ipsius domini.

Dicit etiã. D. Mar. de Lau. in c. 1. in ti. qui. mo. feud. amit. q̃ si vas. copulasset amicitiã cum inimicis domini iusto timore ductus, excusaretur à perditione feudi. ar. l. nouissimè. ff. q̃ falso tuto. auct. Eodẽ modo si vas. fideiubeat pro inimico domini, ita demũ meretur perdere feudum, si illa fideiussio fuit facta in iniuriã & perniciẽ domini. Ita elegãter dicit Bal. in d. §. porrò. in 1. col. allegat Spe. in ti. de treuga. & pa. in ver.
15 sed pone. quod dictum benè tene menti. † Sexta principalis causa est, si vas. occidat fratrem suum propriũ, ad finem, quòd obtineat totum feu. seu totam hereditatem, vt probatur expressè in c. 1. an ille, qui interfe. fra. domini sui, &c. Secus si interficiat fratrem domini sui quia tunc non perdit feudum. d. ca. 1. Sed dicet aliquis, nónne vasallus occidendo fratrem domini magis delinquit in dominum, quàm quando occidit fratrem proprium? Respondete quòd nõ, imò naturaliter magis peccat & delinquit, quando occidit fratrẽ proprium quia spargit sanguinẽ propriũ. l. 1. & l. verum. ff. ad l. Pompe. de parrici. Item quando occidit fratrẽ proprium, delinquit ratione feudi, & ratione rei, quæ est ipsius domini. Licet quando occidit fratrem domini, non dicitur delinquere in rem ipsius domini: quia vasallus nihil recognoscit à fratre domini. Alioquin nisi ita diceremus, sequeretur, quòd si vasallus occideret aliquem magnum amicum domini, quòd deberet priuari feudo, q̃ non est dicendum secundũ Bal. & omnes in d. c. 1. in ti. an ille, qui interfe. fra. Sed adhuc arguet aliquis vestrũ, & dicet, q̃ imò vasallus occidendo fratrem

trẽ domini debet perdere feudũ: quia si carnaliter copularetur cũ sorore domini manẽtis in domo ipsius domini, deberet perdere feudũ c. 1. §. 1. ibi, aut cũ sorore domini concubuerit. in ti. qui. mo feu. amit. Solutio, q̃ illa copula carnalis cũ sorore domini est grauior offensa, quàm sit offensa in occidendo fratrẽ domini. l. isti quidẽ. ff. quod me. cau. Et prima offensa per copulã carnalẽ non est excusabilis. l. 1. C. de rap. virg. Alia verò offensa quandoq; est excusabilis. c. 1. §. si quis alium. in ti. de pa. tenen. & eius viola. † Quod dixi supra, vasallũ occidendo fratrẽ domini non perdere feudum, limitabitis, nisi illum occidisset in iniuriã domini: quia tunc perderet feudum, & applicaretur domino. Ista est gl. perpetuò notanda in c. 1. §. item si fratrẽ. in ti. quib. mod. feud. amit. & illam glo. sequuti sunt Iac. de Bel. & Iaco. Alua. in d. cap. 1. in titu. an ille qui interfe. fra. &c. Secundò limitabitis, nisi vasallus proditorie occidisset fratrem domini sui: quia tunc debet perdere feudum. dict. c. 1. proximè allegato & est ratio, quia propter tale prodimentum non potsit sine dedecore stare in curia domini: & ideo est dignus priuari feudo. d. c. 1. Item, quia cùm semel commiserit proditionem, semel malus, semper præsumitur malus in eodẽ genere mali. l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. & reg. semel malus. de reg. iu. libr. 6. Item, quia proditor non meretur habere beneficium. ca. clericus. 47. dist. quia nescit esse fidelis, & feudum dicitur à fidelitate. c. 1. §. nulla. alias est c. nulla. in ti. per quos fiat inuest. Et dicit Bald. in d. c. 1. in titu. an ille qui interfe. fratrem.

quòd proditor debet esse alienus ab omni facie domi-
17 norū.† Sed pro declaratione quæro, quis dicatur pro-
ditor? Bar. in l. respiciendum. §. delinquitur. ff. de pœ.
dicit, quòd proditor dicitur ille, qui mente aliud ge-
rit, & vnum facto demonstrat. aliud accipe exemplū:
tu & ego sumus socij itineris, tu me socio itineris percu-
tis, vel offendis absq; aliqua causa, vel dū ambo sede-
remus ad eandē mensam, tu me percutis non praceden
te rixa, vel cùm esses amicus meus, & considerem de
te, tu me offendis per retrò. his omnibus casibus dicitur
proditor. Secus si aliquis sit inimicus meus: nā per ini-
micitiam offendo, quòd non debet considere de me.
hoc casu si percutiam eum vel offendā, non dicor pro-
ditor. Et dicit eleganter Ioan. Andr. in nouel. cap pro
humani. extr. de homi. libr. 6. quòd ille, qui offendit a-
lium sine diffidatione, dicitur proditor. Hoc dictum se-
quitur Bald. in authen. Item nulla communitas. C. de
epis. & cler. & idem dicit Bald. in c. 1. in ti. qui. mo.
feu. amit. dicit etiā no. Ia. de Bu. in l. athletas. §. calū-
niator. ff. de his, qui no. inf. quòd ille, qui dat alteri po-
tionem venenatam, dicitur proditor, quod voluit ipse
Butriga in l. 1. C. de maleſi. & mathema. hoc dictum se-
quitur Bal. in d. c. 1. in ti. qui. mo. feu. amit. & Ia. Al.
in d. c. 1. in ti. an ille, qui interfe. fra. Vnu etiam notetur
pro differentia, quam facit textus in d. cap. 1. an ille,
qui interfe. fra. scilicet, quòd si vasallus occidit fratrē
suum, & habeat bona feudalia, priuatur feudo. Sed si
occidat fratrem domini, non priuatur feudo. Nam si
vasallus occidat fratrem suum proprium, vt perdat

totum

totum feudum, poterit ex lege feudorū procedi cōtra
eum ciuiliter ad priuationem feudi: sed si occidat fra-
trem domini, non poterit contrà eum ciuiliter agi ad
priuationem feudi. Quantum autem ad criminalem
processum, non est differentia inter casus prædictos.
Nam si vasallus, qui occidit fratrem domini sui, con-
demnetur criminaliter de homicidio, in consequen-
tiam ipsius iudicij criminalis poterit cōdemnari ad pri
uationem feudi. ita eleganter dicit Bal. & sequuntur
Iaco. Alua & D. Marsi. de Laud. in d. c. 1. Quod no-
tetur pro declaratione & intellectu d. c. 1. † An autem 18
hodie damnatus de crimine debeat perdere bona? dici-
tur vt habetur in authen. bona damnatorum. C. de
bo. dam. Ego reddo vobis istam decisionem Bald. val-
dè dubitabilem. quia text. in d. c. 1. loquitur indistin-
ctè, nec facit differentiam inter processum ciuilem &
criminalem: ergo indistinctè debet intelligi l. 1. §. &
generaliter. ff. de leg. præstan. In iudicando tamen nō
esset tutum recedere ab opinione Bal. & sequacium.
† Vlterius pone, quòd vasallus occidat seipsum. Bald. 19
quem cæteri sequuntur in d. c. 1. determinat quòd non
perdat feudum, quia antequā sit mortuus, nō est dam-
natus ad perditionem feudi, postquā autem mortuus,
feudum facit transitum ad eius hæredes. l. 2. C. qui te-
sta. fac. poss. nec vlla pœna mortuo iure fori potest im-
poni. l. si alicui pœna. ff. de pœ. Addo vobis, quòd ille, qui
occidit seipsum, debet carere ecclesiastica & diuina
sepultura, & debet gaudere sepultura canina. ad hoc
allego vobis text. cum gloss. in cap. placuit. xxiij. quæst.

20 v.† *Sed ponamus, quòd vasallus occidat consasallum, an priuabitur feudo? videtur quòd non: quia si occidendo fratrem domini non perdit feudum, multò minus debet priuari, quando occidit consasallum. tamẽ Iac. de Ardizo. & Iaco. Alua. in dict. cap. 1. determinant contrarium, per l. omne delictum. §. si quis. ff. de re mili. & l. verum. in princ. ff. pro socio. & l. vnica. C. si socius liber. imper. sine hærede decesse. lib. x. Et no-*
21 *tetur bene istam decisionem.* † *Sed dubitatur, quid si vasallus post commissam feloniam efficitur furiosus, an ex felonys & culpis præcedentibus commissis, dum erat sanæ mentis, possit pati sententiam priuatiuam feudi? Bald. quem cæteri sequuntur in dict. cap. 1. dicit, quòd processum ciuilem & sententiam super processu ciuili bene potest pati dato sibi curatore, sed processum criminalem non patitur etiam dato sibi curatore: quia in criminalibus comparet vt accessorius, nõ autem tanquam fundans iudicium. l. clarum. C. de auct. præstan. Regula enim iuris non patiuntur quem criminaliter condemnari per administratorem. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iud. De crimine autem commisso, dũ est in furore, condemnari non potest, quia patitur mẽtis exilium. tex. habetis in l. Diuus. ff. de offic. Præs. Et quòd dixi de furioso, procedit etiam in phrenetico. de quo habetis in l. ob quæ vitia. ff. de Aedi. edic. & per Bal. in l. 2. C. de rescind. vend. & etiam in eo cui propter venenum ablatus est intellectus secundum Bal. in*
22 *d. c. 1.* † *Dubitatur etiam, nunquid si dominus occidat aliquem*

aliquẽ proditorie, vel occidat fratrem suum, ita quòd non potest comparere sine dedecore, an priuetur proprietate feudi? Videtur quòd sic, quia quibus casib. vasallus priuabitur feudo, eisdẽ casibus dominus priuatur proprietate. c. 1. in tit. quali. dominus proprie. priue. & c. domino committente. in ti. si de feud. defunc. fue. contro. In contrarium determinabitis, & dicetis, q̃ ad instantiam vasalli dominus non priuabitur proprietate: quia vtile est vasallo, quia interim non tenebitur præstare seruitia domino ca. 1. in titu. hic finitur lex, & incip. consue. reg. Et est magna ratio diuersitatis, an vasallus occidat fratrem suũ proprium, vel aliũ proditorie, vt declarat Ia. Al. in d. c. 1. non obstat c. 2. in ti. qualiter dominus proprie. priue. cum similib. quia loquuntur, quando dominus cõmittit offensam in personam vasalli: nos verò loquimur, quando committit offensam in personam alterius. † *Septima causa priuationis est, quando vasallus non fecit iustitiam domino, nã meretur perdere feudum. ca 1. §. item qui dominium. in ti. quæ sit prima cau. benefi. amit. Et debetis intelligere hoc modo, q̃ dũ dominus moueret quæstionẽ vasallo super re feudali, ipse vasallus noluit vnquã parere iuri, imò contumaciter & pertinaciter dicit se nolle respõdere. Ista enim est iusta causa priuãdi eũ fundo. & ita intelligitur text. in d. §. itẽ qui domino. secus si super alia re non feudali recusasset exhibere iustitiã domino modo quo suprà, tunc enim nõ priuaretur feudo, q̃a iudiciũ super vnaquaque nõ extenditur ad aliam l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. Et quia in*

pœnalibus non debemus facere extensionem. l. interpretatione ff. de pœ. & regula iuris, & c. de regu. iur. libr. vi. Sed si vasallus non faciat iustitiam in causa criminali domino suo: puta, vasallus erit iudex in ciuitate Mediolani, dominus ipsius vasalli commisit ibi vnum delictum, de quo accusabatur, & erat causa, in qua dominus debebat relaxari cum fideiussoribus in xta l. 1. & ij. ff. de custo. reorū. Sed vasallus iudex noluit vnquam dominū suum admittere cum fideiussoribus. Nico. de Neap. & And. de Isern. in d. §. item qui domino. determinant, quòd vasallus priuabitur feudo: quia si priuatur, quando non facit iustitiam domino de re feudali, multò magis venit priuandus, quando non facit iustitiam domino suo in causa criminali. l. absentem. ff. de pœ. Secus si non faceret iustitiam domino super alia re, quàm feudali, vt dixi supra, & pro hoc est opti. tex. in c. vasallus. 1. in fin. in titu. si de feud. defunc. fue. contro. † Sed quid econtra, si dominus non facit iustitiam vasallo, nunquid priuabitur proprietate feudi? Glo. no. in d. §. item qui domino. determinat, quòd sic. & illam gloss. Dd. sequuntur: quia in hoc dominus & vasallus iudicantur ad paria, & ex qua causa vasallus priuaretur feudo, ex eadem causa dominus debet priuari proprietate. ca. primo. in titu. qualit. dominus proprie. priue. & c. domino committente. in titu. si de feud. defunc. fue. contro. & cap. 1. §. dominus quoque. in titu. de for. fide. & c. de forma. 22. quæst. v. Addit gloss. in dict. §. item qui domino. quod per hoc patet decisio quæstionis formatæ per glo. in capi. 1. §. 1. in tit.

in titu. quid sit inuesti. vbi gloss. formal pulchrā quæstionem. Ponamus, est contentio inter vasallum & dominum, nam vasallus dicit se fuisse inuestitum de tali feudo, dominus verò negat. vasallus vult probare per testes curiæ, sed ipsi recusant iurare & deponere: vasallus requirit dominum quòd compellat eos ad ferendum testimonium: dominus non vult eos compellere, et sic denegat iustitiam vasallo, certè dicit illa glo. quòd dominus priuabitur proprietate. sed Bald. in d. c. 1. in §. 1. in tit. quid sit inuesti. reprahendit illam glo. monetur, quia ex quo contenditur de ipso feudo, adhuc non constat esse feudum: ergo dominus non debet priuari proprietate. ar. l. Diuus. ff. de test. mili. Præterea & si per probationes constaret illud esse feudum, adhuc videtur velle Bald. quòd dominus non priuetur proprietate: quia ipsi vasallo adiudicaretur proprietas, non autem ipsum feudum. Quod est contra mentem Bart. in d. §. 1. Iac. Alua. in d. §. 1. dicit, quòd ipse eligeret mediam viam, & relinqueret hoc arbitrio iudicantis, non enim qualibet contumacia vasalli in non exhibendo iustitiam domino, est iusta causa priuandi vasallum feudo. d. § item qui domino. Similiter non omnis contumacia domini in non exhibendo iustitiam vasallo, est iusta causa priuandi dominum proprietate. quia in hoc dominus & vasallus regulantur à pari, vt supra dixi. Vos autem sequimini gloss. in d. §. 1. in titu. quid sit inuesti. quam gloss. sequuti fuerunt ibidem Iac. de Bel. And. de Iser. & Dominus Martin. de Lauden. Ad moti. Bal. dum dicit, quòd hoc esset cō-

tra mentem illius tex. respondebitis, quòd ille tex. non
negat, an vasallus possit petere dominum priuari pro-
prietate: vnde quando dominus non vult compellere pa-
res curiæ ad ferendum testimonium pro vasallo litigã-
te contra dominum, ipse vasallus habet tria remedia,
& electio pertinet ad eum. potest enim primò adire su-
periorem domini sui, vt eum cogat ad faciẽdum, quòd
illi pares curiæ perhibeant testimonium. c. 1. in ti. si de
inuest. inter dominum & vasal. Iuoria. Secundum re-
medium est, quia in defectu parium poterit vasallus
probare intentionem suam per testes etiam extraneos.
d. §. 1. in fin. in titu. quid sit inuest. Tertium remedium
est, quia poterit petere dominum suã priuari proprie-
25 *tate feudi. & ita procedat glo. in d. §. 1.* † *Sed quid si*
vasallus ferat testimonium contra dominum suum, an
ista erit causa priuandi feudo vasallum? gl. ord. in c.
1. in §. sed & qui delator. in ti. quæ sit pri. cau. benefic.
amit. determinat quod sic. Sed illa glo secundum Dd.
ibi debet intelligi, quando vasallus tulit sponte testimo-
nium contra dominum suum, secus si fuisset coactus, pu-
ta, quando resistebat deponere contra dominum. nõ e-
nim cogebatur deponere contra dominum, sicut nec li-
bertus contra patronum. l. inuiti. ff. de testi. & tamen
iudex non obstãte tali resistentia coegit ipsum vasallũ
ad ferẽdũ testimoniũ, nã hoc casu excusaretur vasallus,
per ea, quæ habentur in l. post legatũ. §. huiusmodi. &. §.
26 *hinc qui. vt indig.* † *Quid aũt si vasallus aduocat contra*
dominũ suũ. Gl. in d. §. sed et qui delator. determinat,
quòd debet priuari feudo, si sponte aduocauit, secus si
fuisset

fuisset coactus ad hoc per superiorem, quia tunc excu-
saretur & illam glossam sequuntur Nic. de Neap. An.
de Iser. & Ia. Alu. Optimè faciunt ea, quæ habentur in
c. fin. ext. de postu. & per Spec. in titu. de postu. in §. 1.
ver. item quòd postulat. facium etiam no. in l. fin. ff. de
iuoffi. testa. & quod habetur in l. qui cum maior. §. si
patroni ff. de bo. libere. † *Dubitatur etiam, quid si va-* 27
sallus iudicat contra dominum suum, & illa sententia
in causa appellationis ex eisdem actis fuit reuocata,
& non ex nouis, an hoc casu debeat priuari feudo? An.
de Iser. post gloss. in §. sed et qui delator. dicit consi-
derandum esse, quòd si detegatur vasallum habuisse ma-
lum animum in iudicando perperam, & contra iu-
stitiam, tunc venit puniendus: & hoc est intelligẽdum
secundum Nic. de Nea. ibidem quando causa est grã-
dis & magna, & dominus ex illa sententia est passus
magnum damnum. per text. in d. c. 1. §. præterea ibi,
grandem iacturam facere molientem in tit. præalleg.
quæ sit prima cau. benefic. amit. Si verò iudicauit con-
tra dominum per imperitiam, puta, quia credebat se
iustè iudicare, tunc est in culpa, arg. l. si quis fundum.
§. 1. ff. loca. debebat enim consulere peritiores, quòd
cum non fecerit, fuit dissoluta culpa, quæ est propriè do
lum, l. quod Nerua. ff. depositi. & ideo meretur puniri
Si autem cõsuluisset peritiores, tũc esset excusatus per
ea, quæ habentur per Bart. in l. in bonorum. ff. de bon.
pos. ti. generali. & prædicta sunt de mente Andr. de I-
ser. & Iacob. Alua. in dict. §. sed & qui delator. † *O-* 28
ctaua causa priuationis feudi est, quãdo vasallus reue-

lat

Lat secretum domini. ita probat tex in paruo titu. quibus modis feudum amitt. qui titulus sequitur titulum de feud. d. a. mi. valu. scribus. Tria tamen requiruntur ad hoc, vt vasallus hoc casu priuetur feudo. Primum est, quod dixi, videlicet, quòd reueleti secretum domini. Secundo, quòd ex tali reuelatione dominus patiatur detrimentum. Tertiò, quòd vasallus reuelauerit animo damnificandi dominum. Hæc tria probantur in text. & gloss. & ibi Dd. hæc volunt in d. paruo tit. quibus modis feudum amit. Sed hîc cadit vna pulchra dubitatio. ponamus, dominus dicit quòd reuelatio facta per vasallum cessit in detrimentum ipsius domini: vasallus autem hoc negat, cui incumbit onus probandi, an domino, vt probet affirmatiuam, an verò vasallo, vt probet negatiuam? Concludite, quòd onus probandi incumbit vasallo, quia præsumptio est contrà vasallū, quia reuelando secretum domini facit contra sacramentum fidelitatis c. 1. in verbo, secreto. in titu. de for. fide. & c. 1. §. & si quid. in titu quid sit inuesti. Addite, quòd ipsi vasallo dicenti, quòd non manifestauit credentiam animo damnificandi dominum, incumbit onus probandi, quia præsumptio est contra eum, & facit contra iuramentum fidelitatis d. c. 1. in verbo. secreto. in tit. de for. fide. Et si probationes hic inde factæ essent dubiæ, staremus iuramento vasalli, per ea, quæ vult gl. in §. aliæ. Insti. de act. & glo. in l. si cui. §. ijdem. ff. de accusa. habetur per glo. in c. significasti. ext. de homi. Sed operæpretium est videre, qualiter probabit vasallus istam negatiuam, quòd no animo damnificandi dominum,

minum, reuelauit secretum? And. de Iser. cum quo ca teri transeunt in præal. ti hic potest esse titulus, qui. mo. feu. amit. dat exemplum probandi istam negatiuam, scilicet, quia vasallus causa laudandi dominum in suis magnificis gestis reuelauit secretum, & sic de similib. Addite, quòd vasallus non debet reuelare munitiones domus sui. Alioquin venit contrà sacramentum fidelitatis. ita dicit Iac. Alua. in c. 1. in ij. col. in tit. de for. fide. dat simile de his, qui dāt inimicis hostibus, vel mittunt nuntios, vel literas ad hostes. nā committunt crimen læsæ matestatis l. 1. 2. & 3. ff. ad l. Iul. maie. facit l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re. mili. Item addite, quòd Bal in commento pacis Const. in vlt. car. in verbo, credentia, dicit, quòd si Anciani seu Decuriones ciuitatis iurauerant tenere aliquam credentiam, seu secretum, & aliquis eorum illud reuelauit in detrimentum communitatis, ille debet ab officio remoueri. subijcit quòd vbicunq; imponitur pœna remotionis ab officio. tunc de causa potest recognosci etiam durante illo officio. alioquin si expectaremus finem officij, frustratoria esset illa remotio. allegat l. iubemus. C. ad l. Iul. repetundarum. ibidem dicit, quod abscondere secreta Regis bonum est, vt in Lombardia de his qui secreta regis fraudulenter inquirunt. dicit etiam, quòd secreta dominorum meritò subditis communicantur. allegat l. proximos. C. de prox. sacro. scriniorum. lib. 12. † Nona causa propter quam vasallus meretur perdere feudum est quando concubuit cum vxore domini sui, vel concubere se exercuerit, vel posuit illi manus 29

nus ad mamillas, vel ad barbam inferiorē, vel si iacuerit cum filia domini, vel cum sorore domini, dum sunt in domo ipsius domini, vel cum nepte ipsius domini, vel cum nuru. Hæc omnia probantur in text. & gl. in c. 1. §. item si fidelis. in ti. qui. mo. feu. amit. & in c. 1. §. rursus in ti. quæ sit prima cau. benefi. amit. in vsi feu. Quod dixi de vxore domini, intelligatis procedere, quando scienter hoc fecit, non autem si ignoranter: puta, quia vasallus vxore sua absente reperit dominā in lecto suo iacentem, & putans eam vxorem propriam, carnaliter eam cognouit: nam tunc non deberet priuari feudo. ita dicit pulchra glo. in d. paruo tit. hic potest esse titulus. qui. mo. feu. ami. Sed quid dicemus, quādo domina est vidua. An de Iser. & Ia. Al. in c. ij. in tit. de feu. finc culp. non amit. determinat, quod vasallus priuabitur feudo, quia dum stat vidua, censetur esse in matrimonio. bonus est text. in l. ff. C. de bo. mater. Itē quia ipse vasallus debet seruare honorem ipsi domino, tam viuo, quàm mortuo. l. apud Celsum. §. aduersus ff. excep. do. optimè facit glo. ord. in l. fideicommissum. C. de fideicom. & in l sororem. C. de his quib. vt indig. Quid in sponsa domini nondum traducta ad dominū? Iac. de Ardizo. & Iaco. Alua. in d. c. 1. in titu. qui. mo. feu. amit. determinat, quòd vasallus priuabitur feudo: allegant §. si vxor. Institut. de nupt et l. qui in prouincia. §. i. ff. de ritu nup. & l in legib. ff. de test. Idem dicunt ibi in matre domini, si adhuc non transiuit ad secunda vota. §. si autem. in auth. de consulibus. dicunt ibidem præfati Dd. si vasallus se immisceat carnaliter cum

eum concubina domini, quia parum differt ab vxore. l. item legato. §. parui. ff. de leg. 3. Et hoc intelligunt procedere, quando concubinatus de iure ciuili sit permissus: puta, quia ambo sunt soluti. l. vnica. C. de concubi. & l. in concubinatu. in fi. illo eo. titul. Et hanc sententiam tenet etiam Ioan. Rey in commento c. imperialem §. fin. in penult. car. in titulo, de probi. alien. feudo. per Fe de. Quid autem erit, si vasallus se immisceat pedissequæ domini? Videtur prima facie dicendum, quòd debeat priuari feudo, quia in iuramento fidelitatis continetur honestas. ca. primo in verbo, honestum in titu. de for. fideli. Item vasallus nihil inhonesti debet agere in domo domini, vt dicit gloss. in cap. de forma. xxv. quæstione 5. Sed Andr. de Iser. & Iaco. Alu. in d. ca. 1. §. quib. mo. feu. amit. determinant contrarium, quia hoc non reperitur iure cautum. Item ista nō esset sufficiens causa ad exhæredādum filiū. §. causas. in authen. vt cum de appel. cog. nec etiam esset iusta causa reuocandi donationem. l fina. C. de reuo. dona. Et istud argumentum procedit in iure feudorum. † quia quibus de causis pater potest exhæredare filiū, & donator reuocare donationē, ex eisdem causis vasallus meretur perdere feudū. iste est text. not. in c. 1. §. præditus autem modis. in titul. quæsit prima causa benefi. amit. † Item vasallus committens incestum, ipso iure perdit feudum, & quanquam Papa postea dispenset in matrimonio, tamen non præiudicatur ei, cui est apertum feudum. Ista sunt elegantia verba Bald. in l. 1. in 1. quæstione. ff. de re. diuisi. et hoc dictum se-

quitur

quitur Iac. Alua. in d. §. item si fidelis. † Sed adhuc dubitatur, vasallus per suum lenocinium conatus fuit vxorem domini tradere alteri adulterandam, an propter hoc debeat perdere feudum? glo. no. magna ad sui si. in d. c. 1. §. sed & qui delator, in tit. quæ sit prima cau. &c. determinat quòd sic, & appellat istam esse egregiam ingratitudinem vasalli. Sed Andr. de Iser. & cæteri Dd. ibi intelligunt illam gloss. procedere, quando vltrà colloquium ille, pro quo laborabat vasallus leno, iam deuenerat ad aliquem actum, puta, quia osculatus fuerat dominam, vel amplexus, vel posuerat illi manus ad locum pudibundum: alioquin ex solo colloquio habito cũ ea, non deberet vasallus perdere feudũ. ad hoc faciunt not. per Bal. in l. si quis, non dicam rapere. C. de epis. & cle. vbi dicitur, quòd quando lex punit affectum, licet non fuerit secutus effectus. talis lex debet limitari nisi ille effectus steterit in meris finibus colloquij. Et hæc sententia corroboratur, quia si ipsemet vasallus habuisset solummodo colloquium cum vxore domini sui de materia fornicationis, ex hoc solo non priuaretur feudo, vt volunt Dd. in d §. item si fidelis. in d. c. 1. qui. mod. feud. amit. ita idem dicendum in proposito nostro. Sed contra istam determinationem aliquis arguit, nónne vasallus tractando similia venit contrà iuramẽtum fidelitatis, in quo continetur honestum? d. c. 1. in ti. de for. fide. ergo debet perdere feudum. Sed huic motiuo respondebitur, quòd non omnis occasio est sufficiens ad priuationem feudi, sed debet esse ingratitudo magna & egregia. ita dicit tex. formaliter.

maliter. in c. Obertus. in titu. quib. mod. feud. amit. In proposito colloquium non tantum operatur, quantum actus subsequutus, vt not. in l. quod ait. ff. de adul. Itẽ pœnæ sunt molliendæ, non autem asperandæ. l. interpretatione. ff. de pœ. Aduerte tamen, quia licet vasallus ex solo colloquio turpi habito cum domina non debeat perdere feudum, tamen alia pœna deberet puniri. l. 1. & ibi Bart. ff. de extraor. criminibus. † Decima causa priuationis est, quando vasallus assaluit dominum, vel castrum ipsius domini. nam meretur perdere feudum. c. 1. §. similiter. in ti. qui. mo. feu. amit. & c. 1. §. porrò. in ti. quæ sit prima causa benefi. amit. Et dicitur assalire, quasi in alium saltum facere, siue pedes, siue equos, siue in terra, siue in aqua. l. 1. § si cùm arietes. si quadru. paupe. feci. dica. & l. quadam. §. si nam. ff. ad l. Aquil. Et dicitur propriè assaltus, quando personæ possunt sè contingere. si autem vnus esset in vna terra, & alter in alia, non dicitur propriè assaltus. Ita dicit Bald. quem cæteri sequuntur in d. § similiter. Et dicitur vasallus assalire castrum domini, quando est ita propè, quòd potest iacere iaculum, & expugnare castrum. secundum Bal. quem cæteri loquuntur. in d. § similiter. Aduertite, quia licet text. ibi vtatur isto verbo, sciens, tamen glo. ibi subaudit, maximè: quasi dicat, quòd etiamsi vasallus ignoret illum dominum esse in illo castro, contrà quod facit assaltum, tamen si castrum sit ipsius domini, vasallus debet perdere feudum: quia iste assaliendo castrum ipsius domini dicitur facere contra sacramentum fidelitatis, quia hoc

tendit in dannum domini. c. 1. in tit. de for. fide. Non ob. si arguatur d. c. 1. §. illud. in tit. qua sit prima causa benefi. amit. vbi text. dicit, quòd ex quolibet periurio vasallus non debet priuari feudo, quia ille text. intelligitur de periurio commisso circa alienationem, nam in parte non alienata non succedit priuatio. c. 1. in titul. de vasallo, qui contra consti. Lotha. Nos verò in proposito loquimur de periurio commisso circa offensam domini, qua quidam offensa est grauior. Sufficit ergo, quòd vasallus sciat castrum esse domini, quãdo fecit assaltum, licet ignoret dominum ibi esse. Non ob. etiam huic conclusioni text. in cap. 1. in paruo tit. hic potest esse titulus, quib. mod. feud. amitt. vbi text. dicit scientem assalierit. quia respondebitis, quòd ille text. ponderat scientiam ex eo, quòd si vasallus ignoret illum esse dominum, contra quem facit assaltum, non debet perdere feudum. ar. l. si ignorans. ff. loca. nisi ignorantia esset crassa & supina. l. nec supina. ff. de in.
54 & facti. ign. † Vndecima causa est si vasallus conuentus super feudo neget scienter illam rem esse feudalẽ, nã tali negatione dignus est priuari feudo. c. vasallus. 1. & c. vasallus. 2. in titu. si de feu. defunc. fue. controuer. Et intelligetis hoc procedere in vasallo, qui negat per dolum, vel latam culpam, alioquin ex negatione non priuaretur secundum Bal. eleganter in d. cap. vasallus. 1. Ita dicit debere intelligi iura imponentia pœnam propter negationem, vt est dare exemplum in eo, qui negat relicta facta pijs locis. §. itẽ mixta. Insti. de act. & in eo, qui negat se possidere. l. si ff. de rei vend. & in

& in authen. item si possessor. C. qui potio. in pig. haben. & in eo, qui negat res remansisse in hareditate. l. Paulus. & l. hæreditatum. §. fin. ff. ad l. Fal. & in eo, qui negat feudum. nam omnia talia iura debent glossari, si negatio fiat per dolum, vel latam culpam. quod perpetuò tene menti. † Quod dixi de vasallo negante 35
rẽ esse feudalem, idem intelligetis in emphyteota negantem rem esse emphyteuticam, quia si conuincatur de mendacio, debet perdere ipsam rem emphyteuticã. Ita dicit notabiliter Ang. in l. si. ff. de rei ven. Addite, quòd idem est in eo, qui possidet nomine proprio, & conuentus in iudicio nominat alium, dicens contrà veritatem se nomine illius possidere. nam si conuincatur de mendacio, debet perdere possessionem illius rei. Ita dicit Spec. in titu. de loca. §. nunc aliquam. ver. 68. & Bald. not. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine. & Ang. in d. l. si. ff. de rei vend. quòd notetis perpetuò. Addite, quòd quibus casibus dixi suprà vasallum, emphyteotã, & alios priuari propter negationem, hoc debet intelligi quando negatio fit in specie. Secùs si respondẽdo libello vasallus vel emphyteota vtatur verbis istis generalibus, Nego narrata, prout narrantur fore vera, & petita, prout petuntur fieri debere. Nam per talem negationem vasallus vel emphyteota non priuaretur iure suo. ita dicit eleganter Barto. in l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuss. & fuit originale dictum Iaco. de But. in authen. offeratur. sequitur ibi Bal. C. de lit. contest. Et ideo in quæstione facti, quòd quidã emphyteota negaret se emphyteotã, & negaret rem esse

emphyteuticam, cùm conuictus de mendacio vellet se iuuare beneficio decreti ducalis, disponentis emphyteotas propter non solutionem canonis non debere perdere res, quantumcunque tempore cessauerint, nisi fuerint interpellati, consului, quòd qui negauerat primo in specie rem esse emphyteuticam, quòd non poterat amplius se iuuare beneficio decreti. Adducebam simile de fideiussore, quia si neget se esse fideiussorem, & conuincatur de mendacio, non poterit postea se iuuare beneficio diuisionis, de quo beneficio habetis in §. si plures. Instituit. de fideiusso. Adducebam etiam simile de socio, qui si neget se esse socium, & conuincatur de mendacio, non poterit postea se iuuare beneficio, vt non excutiatur nisi in quantum facere potest. Et
36 ad hæc omnia allegabã. Bar. in d. §. ita demum. † Duodecima causa priuationis est, si vasallus deteriorauit feudum deterioratione notabili. Nã ista est iusta causa priuandi eum feudo. ita not. dicit Bald. in cap. 1. §. publici latrones. in titul. de pac. tenen. & eius viol. idem expressè voluit Pau. de Cast. in authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. Et ad idem benè facit, quod vult Bald. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. vbi dicit, quòd ille, qui abutitur domino, facit se indignum dominari. Et ideo Bald. in dicto § publici latrones. dicit, quòd quando dominus castri malè tractat Burgenses illius loci siue castri, superior potest eum monere, vt eos tractet modo debito & consueto, & facere illi comminationem, quòd alias eum priuabit feudo. Et cùm ista quæstio mihi occurrisset in practica ita con-

sului. Pro sententia prædicta facit, quia vasallus aquiparatur vsufructuario. c. 1. in fi. in ti. qui. cau. feu. amit. Et nos habemus, quòd si vsufructuarius malè vtatur vsufructu, deteriorando rẽ deteriorationẽ notabili, debet priuari vsufructu. Ita tenet Guil. de Cu. et sequitur Pau. de Castr. in d. auth. qui rem. & allegant l. cognouimus de manci. & colo. libro vndecimo. & l. cos. C. de aquæ ductu, eod. lib. & l. hoc amplius. in princip. ff. de damn. infect. Licet Bald. in l. 1. §. habet autem. ff. quemad. ca. vsufru. dicat eum solum teneri ad interesse, vnde committitur stipulatio ad interesse, quia promisit vti si ui arbitrio boni viri. Sed adhoc potestis respondere, quòd istæ pœna sunt diuersæ nam fateor, quòd committitur stipulatio ad interesse contra vsumfructuarium male vtentem. dict. §. habet autem. & nihilominus imponitur illi pœna priuationis. Et de isto annihilante feudum habetis pulchrè text. in ca. ad apostolicæ. in verbo examinauit. & in verbo examinare. extra de re iudi. libr. 6. † Decima tertia causa est, si vasallus sciat dominum suum esse inclusum vel detentum, & non curauit eum liberare cùm posset. Nam ista est iusta causa priuandi eum feudo. cap. 1. §. sed & qui delator. in titu. quæ sit prima causa benefi. amit. Sed Andr. de Isern. quem cæteri sequuntur ibi limitat illum tex. procedere, quando dominus esset iniustè detentus, secus si iustè. puta præcedente sui culpa vel delicto. Nam tunc vasallus non tenetur eum liberare quod notetis. Aduertite etiam, quia text. in dicto §. sed & qui delator. non dicit, quòd hoc casu 37

vasallus priuetur feudo, sed benè dicit, quòd indignationem domini non euitabit. sed glo. ibi dicit, quòd ista verba important pœnam priuationis feudi. Barto. tamen in extrauag. qui sint rebelles, quæ sequitur extrauagantem, Ad reprimendum, in verbo, indignationè, dicit, se non videre quid importent ista verba, Indignationem nostram se nouerit incursurũ, nisi secund. eum, quòd Imperator de cætero non exhibebit gratiosum se ei, qui incidit in suam indignationem. Vos aũt sequimini glo. in d. §. sed & qui delator. & dicatu, ꝙ ista verba, Indignationem domini non vitabit, important priuationem feudi. & ita volunt ibi Dd. maximè
8 Bal. & Iac. Alua. † Addit ipse Bald. & in d. cap. 1. §. porrò. in eo. titu. quæ sit prima causa benefi. amit. quòd quando in literis Apostolicis apponuntur ista verba, Indignationem Apostolorum Petri & Pauli nouerit se incursurũ, talia verba important, quòd contrauenientes mandato Apostolico, merentur priuari beneficijs ecclesiasticis. quod notetis. Ego addo vobis pulchrum text. de istis verbis in Cl. extui de paradiso. in fin. ext. de verb. signi. Addo etiam, quòd de istis verbis, Indignationem nostram, &c. habetis pulchrũ text. in l. 2. ibi, Indignationem nostri nominis sustinebit. C. de peti. bon. subla. libr. x. habetur in §. 1. in authen. de quæstore. & in §. 1. in authen. vt nulli iudicum. Et de istis verbis etiam ponit Bald. in repe. l. cunctos populos. C. de summa tri. & fide catho. benè faciunt no. per Bal. post Pet. de Bella perti. in authen. statuimus. C. de
89 episco. & cleri. † Quid autem si lex dicat grauissimam pœ-

nam pœnam pro delicto intelligendam, & non declaret, quæ sit illa pœna? Concludite, quòd illa verba grauissimam pœnam, important pœnam mortis. Ista est glo. sing. in l. 2. C. de eunuchis. tamen tex. cum gloss. videtur velle idem in l. 1. C. de fideicom. † Decima- 40
quarta causa est, si vasallus efficiatur clericus vel ingrediatur religionem. c. qui clericus. in ti. si de feud. defunc. fue. contro. & c. 1. in titu. de vasal. qui ar. bel. depo. Intelligatis tamen hoc sanè, quando est clericus in sacris, alias autem si est sub simplici tonsura & susceptione minorũ ordinum, nõ priuatur feudo. Ita voluit Iac. de Belui & Bald. in d. c. qui clericus. † Quid 41
autem in militibus Hierosolymitanis, an sint successuri in feudum, vide per Iaco. Alua. in c. 1. in ti. de vasal. qui ar. bel. depo. Decima quinta causa est, quando vasallus dimittit dominum in prælio cãpestri non mortuum neq; mortiferè vulneratum. nam ista est iusta causa priuationis feu. c. 1. in prin. in ti. quib. mod. feu. amit. quòd plenè suprà examinaui, in verbis illis, Et promiserunt ipsi vasalli præstare fidelitatem, & debita seruitia. Decima sexta causa est, si vasallus fuerit in consilio, quòd dominus amittat vitam, vel recipiat aliquam læsionem in persona, vel iniuriam, vel contumeliam. nam ista est iusta causa eum priuandi feudo. c. 1. ibi, Ego iuro, quòd nunquam, &c. in ti. de no. for. fide. nam faciendo ista venit contrà sacramentum fidelitatis. iurat enim vasallus ad sancta Dei Euangelia, quòd nõ erit in consilio, vel auxilio vel facto, quòd dominus amittat membrũ, vitam, vel recipiat aliquã

læsionem in persona, vel iniuriam, vel contumeliam, vt probat text. in d.c. 1. plus probat text. in d. cap. 1. in fi. quòd vasallus tenetur iurare, quòd nihil intentabit in cõtumeliam domini vel suorum. Ita probat iste text. in verbo, tuorum. quem tex. perpetuò notetis. Qui autem comprehendantur appellatione suorum, declarat gloss. in l si fœmina. C. ad S. C. Turp. Decima septima causa est, quia si vasallus sciat aliquod magnum periculum imminere domino, & vltrò se non offerat ad occurrendum illi periculo, cùm posßit, ex ista causa priuabitur feudo. Ita probat text. in cap. licet vasallus. in titu. si de feud. defunc. &c. & in cap. 1. ad hoc. in titu. hic finitur lex, & incip. consue. regu. Et notetis benè istos text. quia realiter vasallus non tenetur præstare seruitium domino, nisi requisitus ab ipso domino. c. 1. ver. & si sciuero. in titu. de no. for. fide. Et tamen hoc limitatur, nisi vasallus sciat aliquod magnum periculum imminere domino: nam hoc casu etiam irrequisitus debet se offerre, quod notetis perpetuò. Decima octaua causa est, si vasal. ipsas manus immiserit in personam domini, vel aliquam grauem vel inhoneßtã iniuriam illi intulerit, nam meretur perdere feudum. tex. habetis in c. 1. §. porrò. in ti. quæ sit prima cau. be-

42 *neficiorum amit.* † *Sed circa hoc dubitatur, quid si vasallus iurauerit occidere dominum, non tamen occidit eum, an priuabitur feudo? And. de Iser. in d. §. porrò. & Ia. Al. determinant quòd non, quia non omnis occasio est sufficiens ad priuationem feudi: sed est necesse, quod sit grauis. capit. 1. in verbo, Egregiæ ingratitudinis. in titul.*

titul. in qui. cau. feu. amit. Secùs secundum præfatos Doct. si cum aliquibus alijs iurasset se occisurum dominum, nam tunc meretur priuari feudo. allegani ad hoc cap. 1. §. conuenticula. in tit. de pace iur. fir. in li. feudorum. † *Itẽ dubitatur, quid si vasallus manus im-* 43 *ponat in personam domini ad bonum finem, puta causa corrigendi eum, quia iuuenis est, vel quia est furiosus dominus, & vasallus dubitat ne ipse dominus offendat aliquem, in his casibus an priuabitur feudo? Cõclu dite quòd non. l. 1. C. de emend. propinquo. & per ea, quæ habentur in l. Diuus. ff. de offi. præf.* † *Decimano-* 44 *na causa est si vasallus villæ domini insidiatus fuerit veneno, gladio, vel aliter. Nam ista est causa eum priuandi feudo, tex. est in c. 1. §. porro in fi. in tit. præalle. quæ sit prima causa benefi. amitt. quod intelligatis procedere si ipse vasallus ad hoc faciendum laborauerit, per text. in d. c. si voluerit. in tit. de capi. qui. cur. vendi.* † *Vigesima causa est, quando vasallus alienat feu-* 45 *dum irrequisito domino cap. imperialem. in princi. in tit de probi. alie. feu. per Fede. Et hoc casu priuatur ipso iure. Iste est tex. no. cum glo. in d. c. imperialem. in §. callidus. Sed hoc intelligatis esse verum, quando ipse vasallus processit ad traditionem rei feudalis: puta inducendo emptorem in possessionem, vel constituendo se tenere & possidere nomine emptoris, quo casu per tale constitutum transfertur vtile dominium et possessio in emptorem. l. quòd meo. in princ. ff. de qu. pos. no. per gl. in l. ab emptione. in gloss. magna. ff. de pac. Alioquin si vendidisset vel donasset feudum, & non processisset ad*

ditionem, non tamen priuaretur feudo secundum Bal. in ca. 1. in tit. qui. mo. feu. amit. Et de hac materia plenè tractaui vobis suprà in verbo, Et cum pacto de non
46 alien. †Vigesima prima causa est, si vasallus trina vice citatus pro causa feudali nunquam comparuerit, dominus post trinam citationem mittetur in possessionem ipsius feudi. Et si postea vasallus per annum perseuerauerit in contumacia, dominus poterit eum priuare feudo. tex. est in c. 1. in ti. de mili. vas. qui contu. est in lib. feu. & intelligatis hoc, quando emanauerunt tres citationes per interualla, vt probat illa litera. Sed hic cadit pulchra dubitatio: ponamus, quòd vasallus in prima citatione dixerit se nolle comparere nec venire, an erit necesse amplius eum citare? glo. in c. venerabilib. ext. de sen. excom. li. 6. videtur velle quòd sic: quia ex. potuit hoc dicere. Item quia fortè se emendabit. Et istam opi. tenuit Pe. de Bellaper. vt refert Cy in auth. q semel. C. quomodo & quando iud. & Bal in l. tres denuntiationes. C. eo. li. refert, quòd istam opi. tenuit disputando Do. Barth. de Pratis. pro ista sententia facit, quia debemus interpretari in partem benigniorem. Cõtrariam opi. tenuit gl. in c. de illicita. 24. quæsti. 3. & hanc opi. tenuit Imo. in c. ad petitionem. ext. de accu. eandẽ tenuerunt Bar. & Bal. in d l. tres denuntiationes. & idem tenet An. de Iser. & sequitur Ia. Alua. in præall. c. 1. in ti. de mili. vas. &c. Mouetur primo per c. 1. ext. de dolo. & contu. li. 6. Secundò, quia ex quo sumus certi quòd ipse vas. in prima citatiõe dixit se nolle venire, non est amplius expectandus. ar. l. continuus. §. cùm

§. cùm ita. ff. de verbo. obligatio. & præsumitur animi perseuerantia, non autem mutatio. l. cùm tacitum. ff. de probat. Item debet esse differentia inter veram cõtumaciam & fictam. l. Fulcinius. §. si. ff. qui ex. caus. in pos. ea. Præterea ex quo ita pertinaciter & superbè respondit, dicendo se nolle venire, & sic non vult facere iustitiã domino de feudo, certè meretur priuari. ca. 1. §. item qui domino. in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. Item ex quo sumus certi de sua voluntate, quòd non vult venire, quia loquela sua eum manifestum facit, non debemus amplius eum citare ad præsumendã contumaciam, seu conuincendam eius malitiam, per not. per Ioan. Andr. in c. irrefragibili ext. de offic. ordi. benè faciunt not. per Specul. in titul. de primo decre. §. restat. ver. hoc autem notandum. Item pro ista opin. facit, quia numerus citationum est inductus de benignitate. l. nonnunquam. & l. post edictum. ff. de iudi. Sed iste vasallus, qui dixit se nolle venire, fecit se alienum ab ista benignitate. l. non potest videri. ff. de iudi. Restat respondere ad d. cap. 1. in titul. de mili. vasal. vbi videntur requiri tres citationes: & respondebitur ad illum text. quod loquitur in ficto contumace, non autem in vero: quod probo per illum text. dum dicit, hic non respondet. Nos autem loquimur in vero contumace, similiter in eo, qui dixit se nolle venire. Dom. Pano. in c. cùm parati essemus. ext. de appel. in isto puncto ita distinguit, aut quærimus, nunquid ex sola relatione nunty referentis, quod citatus dixit se nolle venire, possit ipse citatus statim puniri de cõtumacia? Et hoc casu dicẽ-

dicendum est, quòd non, quia potuit ipse citatus ita dicere calore iracundiæ & potuit eum pœnitere, per not. per gloss. in c. ex literis. ext. de diuor. Aut quærimus, nunquid ipso citato nō veniente, qui protulerat illa verba, possit vt manifestus cōtumax reputari, ita quòd excludatur ab appellando, & patiatur alias pœnas, quæ consueuerunt pati manifesti contumaces. Et hic dicendum est quòd sic: quia facto comprobauit id quod verbo prædixerat. Et notetis bene istam distinctionem. De ista materia habetur per Bar. Ang. & Im. in l. ex'con-
46 sensu. §. fin. ff. de appel. † Vigesima secunda causa est, si vasallus commiserit contra dominum aliquam ex illis causis, ex quibus donator potest reuocare donationem: nam erit iusta causa eum priuandi feudo, vt habetur in c. 1. § prædictis autem modis. in ti. quæst. pri-
47 ma cau. benefi. amit. habetur in c. fi. ext. de donat. † Vigesima tertia causa est, si vasallus contra dominum suū commiserit aliquā ex illis, ex quibus pater potest exhæredare filium, iuxta §. causas. in authen. vt cum de app. cog. text. est in d. §. prædictis autem modis. & no-
48 tetis bene illum §. quia est valdè terribilis. † Vigesima quarta causa secundum quosdam est, si vasallus vocauerit dominum suum in ius nō petita venia: sed hoc mihi non placet quouis modo, quia dominus nō est de personis, quæ comprahenduntur in edicto prætoris de in ius vocando. Et istæ pœnales prohibitiones, imò verius ambages non habent locum, nisi in casibus à iure expressis: ita formaliter dicit Bald. & cæteri sequuntur in præalleg. c. 1. ad fi. col. in titu. de mili. vas. qui contu. est, &

ibi

ibi concludit post gloss. quòd vasallus potest vocare dominum suum in ius, etiam venia non petita. allegat no. in l. quæsitum. & in l. generaliter ff. de in ius vo. Subiungit ibidem, quòd quis potest agere contra suā propriam patriam, vel fiscum venia non petita. De materia ista tangitur in §. pœnales. Instit. de actio. Vigesima quinta causa secundum quosdam est, si vasallus eleuauerit manum pro percutiendo dominum, licet eum non percusserit: sed certè ista non est iusta causa priuandi vasallum feudo, ex quo vasallus non pertinet ad actū. c. si voluerit. in ti. de capi. qui curi vendi facit l. si quis vxori. §. nec verbo ff. de fur. Nā ad hoc vt vasallus priuetur feudo necesse est, quòd sit magna causa. c. 1 §. illud in titu. quæst prima causa benefi. amit. non enim qualibet leuis occasio est sufficiens ad priuationem feudi. ita dicit text. in tit. in quibus cau. feu. amit. † Est be- 49
nè verum, quòd vasallus ex illa sola eleuatione manus tenetur actione iniuriarum. text. est no. in l. item apud Labeonē. § i. ff. de iniur. sed tamen ex hoc nō priuabitur feudo, vt dixi. Et ita expressè tenet Ia. Alua. in §. porrò. in titu. sæpè alleg. quæst prima causa. † Vigesi- 50
ma sexta causa est si vasallus efficiatur mutus, surdus, vel aliter imperfectus. c. 1. §. fin. in tit. Episco. vel Abb. & c. vnico. in titu. an mutus, surdus, vel aliter imperfectus. Sed domini ista non est propriè felonia, vel culpa vasalli. Præterea, an talis debeat priuari feudo, non est vsquequaque expeditum, sed est distinguendum, vt distinguunt Dd. in iuribus proximè allegatis. †
Nunc quæro de pulchra quæstione, vasallus commisit 51

ali-

aliquam feloniam seu culpam, per quam mereretur perdere feudum, sed dominus nunquam fuit conquestus de ipso vasallo, imò tacuit vsque ad mortem, an hæres ipsius domini possit mouere quæstionem contra vasallum propter illam feloniam, gloss. in ca. 1. §. 1. in tit. quib. mo. feu. amit. determinat quòd non, quia dominus ita tacendo vsque ad mortem intelligitur remisisse vasallo illam feloniam. per l. fina. in fin. C. de reuo. dona. Idem tenuit glo. in c. 1. § porro. in ti. qua sit prima cau. benefi. amit. et gl. in c. imperialem. §. insuper. in titu. de prohi. alie. feu. per Fede. no. in l. omnimodo. C. de inoffic. testament. & in ca. fin. ext. de dona. sed Iacob. de Belui. in præalleg. ca. 1. §. 1. in titul. qui. mo. feu. amit. ita distinguit, aut dominus ignorauit illam feloniam commissam per vasallum, vel si scinit celeritate mortis præuentus, non potuit querelam proponere contra vas. de illa felonia, vel alia insta de causa non potuit hoc facere, & tunc hæres domini admittetur ad faciendum querelam contra vasallum, arg. l. mater decedens. ff. de inoffi. test & l. excipiuntur. §. fi. ff. ad Sila. Si verò dominus scinit feloniã commissam, per vasallũ & habuit spatium & facultatem conquerendi de vasallo, & tamen non fuit conquestus, hoc casu hæres domini non poterit querelam facere contra vasallum. & ita procedant gloss. superius alleg. ita. Et hanc doctrinam Iacob. de Belui omnes Docto. sequuntur. placet etiam Iacob. Alua. in d. §. insuper. in d. titul. quibus modis feudum amit. De hoc etiam habetur per Ioan. Blanchum de Marsilia in summa sua, in titul. quib.

quibus modis feudum amit. in ver. quid si potuit dominus. & in eo. titu. in §. consueuit quæri. De hac etiam quæstione tractat Bald. in l. 1. in xxxix. q. ff. de re. diuisi. & Iaco. de Ardizo in summa sua, in tit. qui. mod. feu. amit. sub rubricella, si dominus conquestus in vita. Eandem sententiam amplexus fuit Ioa. Rey. in d. §. insuper. † Sed quid dicemus, econtra vasallus commisit 52
feloniã contra dominum, deinde vasallus decessit nulla querela facta, contra eum per dominum, modo dominus ex illa felonia vult agere contra filium vasalli, an possit? Ioan. Blanchus in summa sua feudorum, in titu. qui. mo. feu amit. in verbo, sed quid si potuit dominus, determinat quòd dominus non audietur, quia delictum patris in feudalibus non nocet filio l. 2. §. nullũ. ff. de Decurio l. milites prohibentur. ff. de re. mil. l. Emancipatum. §. 2. ff. de Sena. Item quia morte delinquentis extinguitur delictum l. 1. & 2. C si reus vel accu. mor. fue. & l. rei iudicata. in §. haredi. ff. solu. matri. Sed Ioan. Rey. in c. imperialem. §. insuper. in ti. de proh. ali. feu. per Fed. refert Reuerẽdũ Patrẽ dominũ Pontium eius genitorẽ in quadã quæst. facti cõsuluisse contrarium, & benè secundum eũ. mouentur, quia ad hoc vt intelligatur remissa felonia vas. est necesse quòd domin⁹ tacuerit vsq; ad vltimũ vitæ spiritũ, quia nunq; proposuit querelã de illa felonia. l. fi. C. de reuo. don. et c. fin. ext. illo eo. ti. Cũ ergo ponamus vasallum prædecessisse, & dominum velle querelã facere contra filiũ vasalli, apparet quòd dominus non tacuit vsq; ad mortẽ: ergo non intelligitur remisisse felouiam. Secundò,

quia

quia iniuriam passi est remittere, non autem iniurian tis. l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de exc. tuto. †Ter-
35 *tiò nos habemus, quòd licet donatio inter virũ & vxorem nihil valeat, ne mutuo amore se spolient. l. i. & 2. ff. de dona. inter vir. & vxo. tamen si incipiat à traditione, confirmatur morte mariti donantis, si in illa voluntate perseuerauerit vsque ad mortem. l. Papinianus. ff. illo eo. titu. de dona. inter virum & vxo. Et tamen si mulier donataria prædecedat viro, illa donatio non cõfirmabitur, imò annullabitur. l. à marito. C. de dona. inter virum & vxor. Ad motiua Ioan. Blanchi respondebat D. Potius, & primò ad primum dum dicitur, quòd in feudalibus delictum patris non nocet filio, ipse respondebat hoc non esse verum, vt apparet in c. si vasallus culpam in tit. si de feu. defun. sue. controu. & in c. à. in tit. si vas. feu. prius. cui defer. debe. Est bene verum quòd sit distinctio inter feudum nouum & antiquum, vt dicã vobis infrà. Ad aliud dum dicebatur, quòd crimina morte extinguuntur, respondebat, quòd hoc est verum quãtum ad pœnam criminalem, sed secùs est quoad ciuilem applicandam parti, vt in proposito nostro. Vos tenebitis opin. Ioan. Blanchi per no. per gloss. in d. §. insuper. Item quia hæc pœna venit ex delicto, vnde non transit contrà hæredem. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & d. l. rei iudicatæ. in §. hæredi. Item quia ista actio sapit quasi vindictam, vnde nõ datur hæredi, nec contra hæredem. text. est cum gloss. no. in l. cum emancipati. §. emancipatus. ff. de collat. bo. Et istam opin. sequuti sunt And. de Iser. Bal. Lac. Alu. &*

& Marti. de Laud in d. §. insuper. intelligunt tamen istam conclusionem procedere, quando dominus scivit feloniam commissam per vasallum, & habuit congruum spatium ad proponendum querelam contra ipsum vasallum, & tamen nunquam proposuit in vita ipsius vasalli, vnde nõ debet admitti ad proponendum querelam contra filium ipsius vasalli. Si enim secundum Bald. iudicium ingratitudinis non fuit motum contra offensorem, non debet posse moueri contra filium per d. l. rei iudicatæ. in §. hæredi. & per alia iura superius allegata. Ista enim pœna, vt dixi, descendit ex delicto, & per hoc apparet non obstare d. l. à marito. secus esset, si dominus iurasset feloniam commissam per vasallum, quia hoc casu per mortem vasalli nõ intelligeretur dominus remisisse illam, quia nemo præsumitur remittere ius quod ignorat. l. mater decedens. ff. de inoffi. test. Idem esset si dominus se præparasset ad mouendum querelam erga vasallum, sed morte præuentus hoc facere non potuit. Nam hoc casu non intelligeretur voluisse dimittere feloniam, per not. per gloss. in cap. 1. §. 1. in titu quibus modis feudum amit. Et opinionem praedictam contra dominum Pontium & Ioann. Rey. potestis comprobare optimo fundamento. nã vasallus & dominus iudicantur ad paria. c. 1. §. dominus quoq;. in ti. de for. fideli. & c. de forma. xxij. q. v. Sed si dominus contra vasallum cõmittat feloniã, per quam debeat priuari proprietate, & vasallus in vita domini nunquam fecerit querelã de illa felonia, intelligitur eã remisisse, adeò q; contra hæredem do-

dem domini non poterit eam mouere. Ita singulariter decidit Bal. in c. domino comittente. in ti. si de feu. defun. fue. contro. Ergo idem debemus dicere econtra. et dicit no. Iaco. Alua. in d. c. domino comittente. quòd si dominus adulterauit filiam sui vasalli, vel acriter verberauit suum vasallum, dominus perdet proprietatem feudi, & illa proprietas applicabitur vasallo, quod est bene notandum. Quod dixi suprà, pœnam delicti commissi per vasallum non transire contra hæredem vasalli, limitabitis procedere, nisi sit pœna, quæ ipso iure sit commissa, quia hoc casu traheret secum executionem, & ideò transiret in hæredem per no. per gl. in l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iur. in alterum &c. Et ideo si esset culpa commissa in alienando feudum, quo casu vasallus ipso iure priuatur feudo, vt vult gl. in c. imperialem. in §. callidis. in verbo, reuertatur. in ti. de probi. alie. feud. per Fede. vel esset talis felonia, in qua esset appositum pactum, quòd si vasallus committeret illam feloniam, voluit ipso iure esse priuatus feudo, hoc casu per mortem vasalli non extingueretur delictum, imò contrà eius hæredem posset proponi querela per dominum quantumcunque nunquam proposuisset erga vasallum dum viueret: ita dicit singulariter Bal. et omnes sequuntur in d. §. insuper. Addo vobis, quòd si vasallus committat feloniam dignam priuatione feudi, & condemnetur per sententiam ad priuationem feudi, tenetur restituere omnes fructus perceptos à die felonia commissæ, quia commissa felonia incepit immediatè esse malefidei possessor, & ideo tenetur omnes

fructus restituere nedum quando ex ipsa felonia succederet causa priuationis, per not. per gloss. singularem, in authen. de incest. & nefa. nupt. in princi. & per Bald. in authen. incestas. C. de incest. nupt. sed etiam quando requireretur sententia priuatiua, quia à die felonia tenebitur restituere fructus. Et est ratio, quia dominus petit restitutionem eius, quòd alias fuit suum facit l. videamus. post princ. in §. 1. ff. de vsur. Istud est dictum singulare Guil. de Cu. & sequitur ibi Paul. de Cast. in l. 1. C. de his quibus vt indig. quòd nunquam exeat memoriam vestram. † Sed pone, si quædam communitas tenet feudum à Principe, & vna pars ciuitatis commisit feloniam aduersus Principem, an ipsa communitas priuabitur feudo? concludite quòd non: quia vna pars ciuitatis contrahendo vel delinquendo non potest præiudicare alteri, per ea, quæ not. in c. in nostra. ext. de iniurijs damno dato. Ita formaliter determinat Bald. in cap. 1. in prin. in vers. pone communitas Perusina. in titu. qui. mod. feud. amit. optimè faciunt no. per Bartol. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœ. vbi declarat quodammodo dicatur ciuitas vel communitas delinquere: habetur etiam in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cauf. Ego habui consulere in alia quæstione in istis terminis. Quidam Episcopus habebat multos vasallos, vnus ex illis assaliuit castrum Ecclesiæ illius Episcopi, & sic commiserat feloniam, ego fui interrogatus, vtrum solus Episcopus posset remittere feloniam illi vasallo? ego dixi q. aut illa felonia seu iniuria respicie-

bat personam ipsius Prælati, & tunc ipse solus poterat remittere: si verò respiciebat nedum Prælatum, sed etiam totam Ecclesiam, dicebam, quòd solus prælatus non poterat remittere, quia prælatus non poterat renuntiare iuribus quæsitis Ecclesiæ. c. accedentibus. ext. de priuile. Item quia prælatus non est dominus Ecclesiæ, sed procurator & administrator. c. 2. ext. de dona. Et nos habemus, q̃ administrator non potest facere gratiam remissiuam. vt not. in l. Præses. C. de transact. Et ad præmissa allegabam Bald. in terminis in ca. 1. in ij. colum. in titu. qui feud. da. poss. Pro sententia prædicta optimè facit, quia Prælatus solus non potest remittere iniuriam illatam Ecclesiæ, vt vult pulchra glo. in c. cùm desideres. & in c. ex tenore. & in c. contingit. ext. de sent. excom. Limitabam tamen istam opinionem, nisi expediret Ecclesiæ habere pacem cum illo vasallo, puta, quia erat potens & terribilis, & nisi Prælatus remisisset ei illam feloniam, probabiliter dubitabatur, ne destrueret omnia bona Ecclesiæ. Nam hoc casu dicebam solum Prælatum sine consensu capituli posse remittere feloniam. Ad hoc allegabam. l. pactum curatoris C. de pact. vbi dicit. quòd solus tutor potest facere pacem de morte patris pupilli, quando expediret ipsi pupillo. Et hæc notetis, quoniam quotidiana. † Nunc quæro, quot testes requiruntur ad probandum ingratitudinem seu feloniam cõtra vasallũ? Dic, quòd oportet, quod sint quinq;, & quod illi quinquinque sint summæ & integræ opinionis. Ita probat tex. in c. 1. in tit. quot testes sunt necess. ad proban. seu ingra-

ingrat. Et notanter dicit illa litera, quòd debent esse summæ & integræ opinionis. Ex quo infert ibi eleganter Bal. quòd si essent testes infames infamia vel facti vel iuris, nõ essent idonei ad probandum ingratitudinem seu feloniam contra vasallum. Et hoc optima ratione fuit statutum, ne domini faciliter inducãtur ad priuandum vasallos feudis per testes viles & deploratæ vitæ. Et licet aliqui dixerint, quòd ille tex. in d. c. vnico, non est authenticus, tamen Nico. de Neap. Iacob. de Bel. & omnes Scribentes in c. si voluerit. in titu. de capit. qui curiam vend. tenet, quòd imò est authenticus, & est lex, & prolege seruari debet. Et etiã tenet Iac. Alua. in d. c. vnico. Et sic habetis vnum casum, in quo non sufficiunt duo testes, sed requiruntur quinq;. Alium casum habetis, quando agitur de probando solutionem debiti ex contractu in scriptis celebrato. Nã tunc ad probandum ipsam solutionem requiruntur quinq; testes l. testium. C. de testi. Idem est in confessione solutionis. authen. rogati. C. de testi. Item in donatione causa mortis etiam requiruntur quinque testes l. fin. C. de donatio. cau. mortis. Item in codicillis etiam requiruntur quinque. l. fin. C. de codi. Addo vobis, quia quando lex vel statutum ad aliquid probandum requirit testes esse summæ ac integræ opinionis, tunc aduocatus debet esse cautus in articulando, quòd tales testes, qui producti sunt contra talem vasallum ad probandum ingratitudinem, erant summæ & integræ opinionis & famæ, & ita probare. Ita determinat Ang. in l. cùm ab initio. & in l. sed si quis ex signa-

foribus. & in l. tabularij. § si quis non negans ff. quèad. testa. aperi. & Ioan. de Imo. in d. § si quis non negans. circa 9. colum. sub dubio tamen sequitur opin. Ange. Refert tamen ibi Dominum præceptorem suum Do. Fran. de Ramponibus consuluisse contrarium cum Do. Ioan. Et mouentur prafati Doctores, quia quilibet præsumitur esse bonus, & integræ opinionis & famæ, nisi probetur contrarium l. cùm pater. §. rogo. ff. de lega. 2. & c si. ext. de præsum. & c. vnico. ext. de scrutinio habetur in c. si forte ext. de elect. lib. 6. Sed Ioan. de Imo. in d. § si quis non negans. dicit sequendo opinionem Ang. vt suprà, quòd licet quis præsumatur esse bonæ opinionis & famæ, tamen non præsumitur esse summæ & integræ opinionis in gradu superlatiuo. Et ideò articulandum est, quòd testes, qui producuntur contrà vasallū, sint tales, & talis conditionis, quòd vnquam exeat memoriam vestram. Et ita dicebam in ardua quæstione facti, cùm quidam Princeps contrà quendam nobilem ex Marchionibus de Charreto allegaret ingratitudinem & felloniam dignam priuatione feudi, & fuissent quinque testes examinati, dicebam, quòd in processu articulato, quòd illi testes tempore suarum depositionum essent summæ ac integræ opinionis, & ideò processum esse absolutorium. &
56 notetis bene. † Dubitatur, nunquid, quando dominus agit contrà vasallum ciuiliter ad priuationem feudi propter felloniam commissam per ipsum vasallum, teneatur ipse dominus in libello specificare locum & tempus commissæ felonia per vasallum? Bar. in l. item exigit. ff.

git. ff. de do. & idem Bart. in l. prator edixit. in prin. ff. de iniu. videtur velle quòd sic, dum dicit pro doctrina, quòd vbicunque actor in libello impingit dolum cōtra aduersarium, vel infamia est sequutura ex illo delicto, de quo ciuiliter agitur, tunc deberet exprimi locus & tempus commissi delicti. Et ideò si quis agat actione iniuriarum contrà alium, quia talis actio infamat. l. 1. ff. de his qui not. infam. habet necesse in libello exprimere locum & tempus iniuriæ illatæ. Et pro opi. Barto. est optimus tex. in c. tuæ. ext de procura. Sed Bal. in c. 1. in prin. in v. col. in versi. quæro cùm ciuiliter agatur. in titu. qui mo. feu. amit. tenet totum contrarium, dicens, quòd iura allegata per Bartol. non probant, quòd debeant exprimi locus & tempus commissi delicti, quādo ciuiliter agitur, vt in proposito nostro: sed illa iura bene dicunt, quòd certa substantia & qualitas est exprimēda in libello, & ista est solemnitas intrinseca, imò substantia libelli. l. nec exemplum. C. ad. l. Cor. de falſ. Sed quòd apponatur solennitas extrinseca, sed locus & tempus commissi delicti, hoc non probant illa iura secundum Bal. Et ideò Spe. in ti. de accusa. ver. 2. dum format libellum, quando agitur de accusatione ciuiliter, non tum ponitur locus neque tempus commissi delicti. Fatetur tamen ipse Bal. quòd opi. Barto. seruatur in plerisque locis: vos tandem sequimini opi. Bar. Et quando agitur de crimine ciuiliter, vel impingitur dolus, vel sequitur infamia contrà reū, non est vagādum cum discrimine alterius æstimationis. Istā rationem ponit tex. in d. l. prator edixit &

ex istis verbis infertur, quòd si vagari non debemus, quòd habemus necesse exprimere locũ & tempus commissi delicti. & ita consului in illa ardua quæstione.

57 † Sed pone, dominus promisit Titio certum feudum, deinde ipse Titius petit se inuestiri de dicto feudo, dominus excipit se non teneri propter felonian, quæritur an ipse dominus teneatur inuestire Titium de dicto feudo promisso? glo. in d.c. imperialem. § firmiter & § insuper. determinat, quòd dominus tenebitur eũ inuestire non obstante exceptione dictæ felonie. Sed istud videtur satis dũrum & iniustum, quòd ille, qui potest facere destrui ædificium, non possit resistere vt ædificium non fiat ex eadem causa & culpa, ex qua ædificium posset destrui. l. nec non. § exemplo. ff. ex quib. cau. ma. Idem videtur, quòd dominus posit condicere obligationem ex promissione, quam fecit. Videtur enim promisisse ad finem, quòd ipse Titius esset gratus, modò reperitur ingratus, & sic causa reducta est ad non causam, imò causa non fuit sequuta. ergo dominus potest concedere suam promissionem l. 1. ff. de cõdi. sine causa. Si ergo dominus habet actionem, multò magis debet habere exceptionem. l. 1. §. Is autem. ff. de superficie. & reg. l. Inuitus. § cui damus. ff. de regu. iur. Item si ipse vasallus esset inuestitus posset privari, ergo si iustrà petit, quod restituturus est. l. dolo facit. ff. de excep. do. Et frustrà expectatur casus, cuius eventum nihil habet operari l. aliquãdo. § si. ff. ad Velleia. & cap. cùm contingat. ext. de offi. dele. Et hanc sententiam sequitur Andr. de Isern. in d. §. insuper.

Intelli-

Intelligatis tamen hoc procedere, quando constat de felonia, de qua excipit ipse dominus, vel saltem ipse dominus offert in continenti se paratum probare de illa felonia. ar. Isi. C. de compen. & l si is à quo. ff. vt in pos. leg. ea. Alioquin si probatio dictæ felonie exigeret altiorem indaginem cogeretur dominus inuestire vasallum reseruata sibi exceptione felonie. Et est ratio secundum Bald. in d. §. insuper. quia petitio quam facit vasallus in casu præmisso potius tendit ad adipiscendũ possessionem, quàm concernat petitorium: & ideò non exigitur libellus, per no. in c. 1. §. fi. in ti. per quos fiat inuest. Et ideò exceptiones requirentes exactionẽ indaginẽ sunt reseruandæ in alio indicio, per ea, quæ habẽtur in l. fi. C. de edic. Diui Adri. tollen. Et sententiã prædictam sequitur Iacob. Alua. in d. §. insuper. dicẽs, quòd hoc casu index statuet ipsi domino certum terminum ad probandum feloniam commissam, ar. si quis libertatem. § planè. ff. de pet. hære. † Videamus nunc, ad quem vadit feudum, quod amittitur propter delictum vasalli concludite, quod si est feudum nouum, & delictum sit commissum in personam domini, tunc feudum reuertitur ad dominum exclusis omnibus descendentibus vasalli, & etiam agnatis, vt dominus habeat suæ iniuriæ vltionem. ita probat text. in cap. 1. fina. in titul. quæ sit prima causa benefic. amitten. & hanc conclusionem sequuntur omnes Doctor. Si verò feudum sit paternum & antiquum, & vasallus commiserit delictum in personam domini, tunc feudum etiam reuertitur ad dominum exclusis omnibus descendeu-

58

dentibus, & agnatis ipsius vasalli. Hanc opinionem tenuit gloss. in ca. 1. §. fi. in vltima gloss. in titu. de pa. iur. fir. in vsi. feudo. Eandem opi. tenuit gloss. in c. si vasallus culpam. in ti. si de feu. defun. fue. contro. Eandem sententiam tenuerunt Iac. de Belui. Nic. de Neap. & Bald. in d. §. fin. in titu. quæ sit prima causa benefic. amit. & idem Bal. in c. 1. in titu. si vasal. feu. priue. cui deferri debe. refert, quòd istam opinionem tenuerunt Ia. de Are. & Odofr. idem tenuit Ia. de Ardizo in sum ma sua, in tit. qui. mo. feu. amit. Addite quòd hoc idem tenuit Bar. in l. 3 ff. de interdi. & rele. Et placet Ioan. Rey. in cap. imperialem. §. pœna. in 5. colum. in titul. de prohi. alie. feud. per Fe de. Contrariam opinionem tenuit gloss. magna circa fin. c. 1. §. 1. in titu. de suc. feu. Et hanc opinionem tenuit Andr. de Iser. in d. c. vnico. in tit. si vas. feu. priue. cui deferri debe. & placet Hoss. in sua summa. in titu. de feu. Reperitur tertia opi. de qua habetur in c. fin. in titu. de capi. extraordi. vbi dicitur, quòd in casu præmisso feudum reuertitur ad dominum, donec sint aliqui ex descendentibus illius vasalli, qui deliquit in personam domini. Secunda opinio, quam tenuerunt And. de Iser. & Hostien. est æquior et humanior: tamen in iudicando non esset recedendum à prima opinione, attento quòd glo. hoc tenuit in locis allegatis, & opi. glo. est sustultæ auctoritate tantorum virorum. Retenta igitur prima opinione, pro vera limitabitis eam procedere, nisi vasallus commiserit delictum in personam domini ipso domino consentiente. nam tunc feudum non deberet reuerti ad dominum.

ita

nam. decidit Bald. in c. 1. §. aut si libellario. in ij. col. in titul. quib. mod. feud. amit. per l. fi. de eo, per quem fac. erit. & per l. filiæ meæ. ff. so. matr. Hanc opi. sequitur Iac. Alua in d. c. 1. §. fi. in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. Ego confirmo optimo fundamento. nam si in terra alicuius domini sit statutum, quòd qui dederit damnum in vinea alicuius, vel commiserit tale delictum, puniatur in x. applicandis ipsi domino terræ: certè si dominus consentiat illud damnum dari, vel delictum committi, pœna ipsi non applicabitur. Ita dicunt no. Guil. de Cu. & Ang in l. sed si hac. in princip. ff. de in ius vocan. Secundò limitabitis conclusionem prædictã, nisi vasallus culpa domini incidisset in pœnã amissionis feudi. nam tunc tale feudum non reuerteretur ad ipsum dominum. Ita tenet Ia. de Ard. in sum ma sua, in tit. qui. mo. feu. amit. sub rubricella, si vasallus excogitauerit culpam. & ita etiam tenet Iacob. Al. in d. §. fi. in tit. quæ sit prima cau. benefi. amit. Tertiò limitabitis, nisi feudum per dominum esset concessum Titio & filijs nominatim, ita quòd ipsi filij etiam viuente patre haberent partem in illo feudo. nam tunc delictum patris non noceret ipsis, quantum ad portionem ipsis filijs pertinentẽ. ar. l. si quis Titio. ff. de vsufr. accresce. l. ij. §. fratris. ff. si quis aliquem testa prohi. Optimè faciunt no. in l. ex facto. §. fi. ff. ad S. C. Treb. hanc limitationem ponit Ioan. Andre. in addition. ad Specul. in titul. de feud §. fin. ver. 10. & est de mente Bar. in l. iij. ff. de interdi. & releg. & ita etiam vult And. de Iser. in c. primo. in ti. si vas. feu. priui. cui defer. debe.

debe. Nam ex quo dominus concedens feudum expressè nominat filium seu filios illius, cui facit concessionē, videtur contemplationem illorum filiorum nominatorum expresè fecisse illam concessionem saltem pro parte. Secùs si eos non nominet, quia tunc videtur contemplatione patris hoc fecisse. per ea, quæ habentur in l. cum aliquis. C. de iure delibe. & in l. auia. §. Titio. ff. de condi. & demonstra. Quartò limitabitis, nisi in investitura essent apposita ista verba, Concedo tale feudum Titio & eius hæredibus de vno ad alterum reuertendo. vel si dicat hoc modo, Concedo vobis omnibus principaliter: vel si dicat. Cōcedo vobis feudum attentis meritis vestrum singulorum. nam his casibus delictum vnius non haberet alijs præiudicare. quia vnusquisque per se consideratur, non autem vnus representat personam alterius. Ita eleganter determinat Bald. quem omnes sequūtur in d. §. fi. in ti. proximè allegato, quæ sit pri. cau. benefic. amit. Ibidem subiungit de mente Iac. de Rauentino in sua summa feu. quòd aliquale est feudum, quod nulla culpa, nullaq; ingratitudine est amissibile, puta si sit concessum ex eo, quod dantem à morte liberauit, vel ab hostibus vel latrunculis. allegat text. val de no. in l. si pater. §. 1. ff. de dona. Et istud dictum refert & sequitur ipse Bal in c. 1. in 3. col. in tit. an mutus, surdus, vel aliter imperfectus. & D. Martin. Laudē. ubi sequitur istud dictum. Quintò limitabitis secundum quosdam, nisi feudum esset concessum generi: nam tunc delictum vnius non haberet præiudicare cæteris, quia iure hæreditario non veniunt, sed genitura, & ex tenore investituræ, maximè si sint regalia ita

in feudum concessa, quia talia cum sint nobiliora & potiora, iure hæreditario non deuoluuntur. Alij tenent oppositum, dicentes, quòd si Marchio committeret delictum in personam domini sui, puta Regis vel Ducis, tota Marchia deuolueretur ad ipsum Regem vel Ducem: quia hoc censetur inesse investituræ: ergo pro expresso debet haberi, arg. l. tale pactum. §. fina. cum sua gloss. ff. de pac. & l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de Aedil. edic. Bal in d. §. fin in 1. colu. in titu. quæ sit prima causa benefi. amit. dicit, quòd prima opinio seruaretur de iure communi. secūda verò seruaretur de iure consuetudinario, Et ita transit Iac. Al. ibi. † Sed ponamus, quòd delictum non sit commissum in personam domini, sed alterius, cui hoc casu applicabitur feudū? Concludite, quòd si vasallus grauiter & enormiter delinquens in alium, quàm in personam domini, priuatur feudo, si feudum est nouum reuertetur ad ipsum dominum exclusis omnibus descendentibus & agnatis ipsius vasalli. Ista conclusion probatur per text. in ca. 1. in tit. an ille qui interfe. fra. do. sui. & in d. §. fin. in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. Et istam sententiā sequuti sunt Andr. de Iser. Pe. de Ceruia. Nic. de Neap. Iac. de Bel. Bal. & omnes in d. § fi. in ti. proximè alleg. Si verò sit feudum paternum, & vasallus grauiter & enormiter delinquat in alium, quàm in personam domini, tunc tale feudum transit ad agnatos proximiores excluso domino, exclusis etiam descendentibus ipsius vasalli. Ista conclusio probatur in d. §. fi. in ti. quæ sit prima cau. benefi. amit. no. in c. si vasallus culpam. in

59

titu. si de feu. defun. &c. Et hanc opinionem sequitur Andr. de Iser. in c. vnico in tit. si vas. feu. pri. cui. defer. debe. & placet Ia. de Bel. cũ quo transit Bal. in d. §. fi. in ti. quæ sit pri. cau beneficii. amitt. Quidam tamen dicunt, quòd hoc casu feudum transit ad agnatos, ita demum, si sint in quarto gradu, vel vltrà: secus si essent in secundo vel tertio. Mouentur, quia quemadmodum hoc casu excluduntur descendentes ipsius vas. delinquentis, ita etiam debent excludi eius agnati vsque ad tertium gradum, eò, quia præsumuntur ratione proximitatis, vel consanguinitatis similes in delinquendo. Et isti referunt Iac. de Ardiz. ita tenere in summa sua feudo. in ti. quib. mod. feu. amit. rubricella, quandoque feudum reuertitur ad agnatos. Sed certè Iac. de Ardizo ibi hoc non dicit, imò dicit, quòd feudum hoc casu transit ad agnatos in continenti, non expectata morte vasalli delinquentis. Sed text. in c. si vasallus culpam in tit. si de feu. defun. fue. controu. videtur velle, quòd agnati hoc casu excludantur quando sunt infra quartum gradum. Sed ad illum text. potest respondere, quòd habuit respectum ad iura antiqua, secundum quæ agnati admittebantur ad feudum vsque ad quartum gradum duntaxat. Sed postea per aliam iura fuit inductum, vt transiret ad agnatos vsque ad septimum gradum. c. 1. §. hoc quoque in ti. de succe. feu. Sed hodie hoc est extensum, vt agnati admittantur vsque in infinitum. Ita tenet pulchra glo. approbata in c. 1. in ti. de feu. Marchiæ. Et hæc sunt de mente And. de Iser. in d. c. si vasallus culpam. & de mente Iac. Alua-

in d. c. 1. § fin. in tit. quæ sit prima causa benefi. amitt. Sed certè iste intellectus destruit siue violat illum text. in d. c. si vas. culpam. & text. in c. 1. in tit. si vasal. feu. priue. & reperi quòd Iac. de Bel. in c. 1. in titu. an ille qui interfecerat dominum. apostillando ibi text. dum dicit ad proximum agnatum, subaudit ipse Iac. dummodo ipse agnatus non sit infrà tertium gradum. Et sic vult, quòd in casu præmisso agnati repellantur à feudo vsq; ad tertium gradũ inclusiuè. Alij verò agnati, qui sunt in quarto gradu, admittuntur. & est ratio, quia vsque ad tertium inconclusiuè excluduntur. quia ratione coniunctionis & proximitatis præsumitur similitudo, & eadem audacia. ar. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. & arg. l. humanitatis. C. de excu. tuto. Et in iudicando fortè seruaretur ista opinio, quicquid dixerit Iac. Alu. in d. c. 1. §. denique. in tit quæ sit prima causa benefi. amitt. Nam dicit Io. de Imol. in c. cæterum. in 1. colum. ext. de iudi. quòd in materia feudali magis debemus sequi Iacob. de Belui. tanquam magis peritum, qui pluries legit libellum feudorum: vnde magis debemus adhærere suæ opinioni, quàm aliorum Doctorum, nec valet ratio Iacob. Aluar. quam in d. §. denique dat ad text. in d. cap. si vasallus culpam quia ipse arguit vsque ad quem gradum, & nos loquimur à quo gradu veniant agnati. Facio ergo in ista materia duas conclusiones. Prima est, quando vasallus priuatur feudo per delictum non commissum in personam domini, sed alterius, tunc vasalli, qui sunt in quarto gradu vel vltrà, admittentur ad illud feudum: sed illi, qui

sunt vel in primo, vel in secundo, vel in tertio gradu repelluntur per rationem prædictam. Et ista fuit opinio Iacob. de Belui quæ probatur in d. ca. primo. si vasallus culpam. & ita debet temperari d. c. primum. in titul. an ille qui interfec. &c. Sed Iacobus Alua. in d. §. denique. vult quod etiam proximiores agnati, qui sunt infrà tertium gradum admittuntur. & idem tenuit ipse Aluar. in d. c. si vasallus culpam. Secunda cõclusio est, quòd nedum vasalli, qui sunt in quarto gradu, in casu prædicto admittuntur, sed etiam gradatim alij vsque in infinitum, per no. per gloss. in c. 1. in tit. de feu. Marchiæ & per gl. in d. c. si vasallus culpã. Et hoc expresse voluerunt Ang. & Imo. in l. eorum. ff. de dam. infec. Addite quòd Bal. in c. 1. § indices in 3. colum. in tit. de pace tura. fir. dicit hæc verba, Moneo te, quod in dubijs à textu, & à regula non recedas. cùm ergo habeamus text. in d. ca. si vasallus culpam. adhærere debemus opinioni Iaco. de Bel. cum quo videtur transire
60 *Bald. in d. ca. si vasallus culpam. † Videamus nunc generaliter, nunquid in materia feudali delictum patris noceat filio? Cy. de Pisto. in l. ij. C. de li. & eorum li. dicit, quòd aut filius venit ad feudum ex persona patris, & tunc delictum patris nocet ipsi filio: aut filius venit ad feudum iure proprio, & ex persona propria, & tũc delictum patris non nocet ipsi filio. Exemplificate hoc vltimum in casu, quando feudum esset concessum alicui pro se & liberis descendentibus, vel auus vel pater fuisset stipulatus feudum pro se & liberis descendentibus. Nam vult Cyn. quòd hoc casu delictum patris*

patris non noceat filio. Et hanc opinionem tenuit Bar. in l. eum qui. ff. de interdi. & rele. & Bal. in l. lege 12 tabu. C. de legi hære. & Sal. in d. l. 2. C. de libe. et eorũ. li. & Pau. de Cast. in l. adoptiuũ. § fi. ff. de in ius vocan. Pau. in l. si finita. § si de vectigalibus. ff. de dam. infec. & idẽ & clarius ac apertius determinat idem Paul. de Cast. suo cõsil. clxij. incipien. circa id q primò quæritur. & est de mente Pe. de Bellaperti. & Io. de Imo. in l. stipulatio ista. § si quis ita. ff. de ver. obli. Ita etiam vult Imo. in c. fin. ext. de feu. Optimè faciunt no. per Moder. in l. apud Iulianum. § si quid alicui. ff. de leg. 1. Et notetis benè istam decisionem, quia est singularis. Situ ergo aduisati benè considerare tenorem inuestituræ, quia si feudum sit concessum alicui pro se & liberis seu descendentibus suis, tunc quia liberi non veniunt ad feudũ ex persona patris sed iure proprio, certè delictum patris non habebit nocere filijs. Bar. autem in d. l. eum qui. ita distinguit: Aut feudum adhuc non erat quæsitum patri, puta, quia erat apud auum, & tunc delictum patris non nocet filio, eiusdemq; nepoti: imò ipse nepos incipit tenere primum locũ sublato patre suo de medio. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posthu. Aut feudum erat iam quæsitum patri, & tunc si pater commisit delictum, propter quod directo veniebat priuandus feudo: puta, quia deliquit in dominum, vel fecit contra conuentionem feudi: tunc delictum patris nocet filio non facta distinctione, an filius tempore delicti patris esset natus, vel non, vel conceptus, vel non. Nam indistincte repellitur filius, & o-

mnes descendentes. c. 1. in tit. si vasal. feud. priue. cui defer. debe. & c. 1. in tit. an ille, qui interfe. fra. do. sui. Item si deliquisset prodendo, velut quia proditorie occidisset hominem secundum Iac. de Bel. in cap. 1. proximè allegato. Et est ratio, quia sicut pater deliqt, præsumitur contrà filium, cum sit eadem persona cum patre. l. fin. C. de impu. & ali substi. Et quemadmodum pater propter homicidium proditoriè perpetratum non possit nisi cum ignominia stare in curia domini, ita nec filius. facit quod not. gloss. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de Aedi. edic. & in l. cùm vnus in prin. ff. de alimen. et cibaria. Aut pater aliter deliqut, quàm contrà dominum, vel contrà conuentionem feudi, ita quòd directè non veniret priuandus feudo sed subsequenter, id est, per quandam consequentiam, puta, quia propter delictum per eum commissum eius bona veniunt publicanda Et tunc concludit Bartol. in d. l. eum qui. quòd aut feudum transit ad filium ex persona patris, id est, transit ad filium tāquam patris successorem, & hoc casu delictum patris nocebit filio. Aut feudum transit ad filium vt filium, quia venit iure proprio: puta, quia pater stipulatus est feu. pro se & liberis, & tūc delictū patris non nocebit filio, vt probani suprà, p multas pulcherrimas auctoritates. Aduertite ad id, q̄ dixi suprà scilicet quādo filij veniūt ex p̄sona patris, et tanq̄ hæredes patris: quòd tunc delictū patris
61 eis nocet. † Sed ad quē hoc casu vadit feudū? Spe. in ti. de feud. §. quoniā versicu. 4o quærtur. dicit, quod hoc casu feudum vendetur, & precium eius distribuetur

tur hoc modo, quia proportione vtilis dominij dabitur vna pars fisco, & alia domino directo. Bartol. autem in l. si finita. §. si de vectigalibus ff. de dam. infec. dicit, quod licet propter delictum publicentur bona vasalli, tamen feudum non transibit in fiscum, probat per simile, nam eo ipso, quod vasallus efficitur clericus vel religiosus, perdit feudum, sed tamen non transit in ecclesiam vel monasterium. cap. qui clericus. in fin. si de feud. defun. fue. contro. cap. 1. §. fin. in fin. de benefic. fœmi. Item probat, quod vasallus tenetur ad seruitutem personalem. cap. Obertus. §. fin. in tit. qui cauf. feu. amit. & propter hoc habetur vile dominiū d. §. fi. vnde nō debet tale dominiū separari à cau. vt trāseat in sua fiscū, q̄a cēsetur electa industria p̄sonæ: alia enim est opera vnius personæ, & alia alterius. l. si nō sortem. §. libertus. ff. de condict. inde. Bal. in l. 1. in 2. col. C. de bo. li. dicit quòd sunt aliqua, quæ nō confiscantur, scilicet, ius patronatus & feudum. Idem Bald. in l. 1. in 1 quæst. ff de re. diui. dicit, quod in generali confiscatione bonorum nō venium feuda: quia efficeretur conditio deterior domini, quod esse non debet. ca. 1. vbi est tex. no. in tit. de probi. alie. feud. per Lotha. Item cùm vasallus hoc casu habeatur pro mortuo. l. 1. §. si. ff. de bo. pos. contrà tab. debet feudum redire ad suam proprietatem, non autem debet transire in fiscum: nam cum fiscus non possit esse fidelis suorum inferiorum, nec posset esse in seruitio personalis, certè non debet habere feu. idē Bal. in c. 1. in ti. an ille qui interfe. fra. domini sui. dicit, † quòd p̄ homicidio ppe-

trato per vasallum in alium, quàm in personam domini, & non proditoriè, vasallus ex lege feudorum directò non potest priuari feudo ciuiliter, sed criminaliter agatur contra eum, & feratur sententia super crimine homicidij criminaliter contra ipsum vasallum bene priuabitur feudo. Ioan. de Imo. in d. §. si de vectigalib. dicit, quòd si offensaesset commissa in personam domini vel in personam alterius proditoriè, vel vasallus occidisset suum fratrem proprium, vt haberet totam hæreditatem, illis casibus vasallus bene priuaretur feudo. dict. cap. 1. in titul. an ille qui in se. Idem si vasallus occidisset fratrem domini sui ob despectum, & in iniuriam ipsius domini, tunc benè priuaretur feudo. ad hoc addùco volùe legans dictum Andr. de Iser. in cap. 1. §. item si fratrem in titu. qui. mo. feud. amit. vbi dicit. quòd si vasallus occidit fratrem domini ad hunc finem. scilicet, vt dominus careret tam strenuo milite, sicut erat ille frater domini, hoc casu priuabitur feudo, & applicabitur ipsi domino per l. quisquis. ibi, de nece etiam virorum illustrium. C. ad l. Iu. maie. Extrà casus praedictos si vasallus committeret homicidium, propter quod bona sua deberent publicari, puta, quia statuto cauetur, quòd propter quodlibet homicidium bona publicentur, sicut erat olim de iure communi. l. deportati. C. de bo. proscrip. hodie est secus de iure authenticorum. authen. bona damnatorum. illo eod. titu. certè vasallus
63 indistinctè non priuabitur feudo. †. Ecce quòd magis communis opinio Dd. est, quòd confiscatis bonis vasalli non

non confiscatur feudum. Et hanc sententiam tenuit Old. de Pont. suo consil. xvij. Sed contra istam opinionem adduco fortissimum tex. in cap. fœlicis. versicul. si qua verò feuda. ext. de pœ. li. vi. vbi dicitur, quòd si propter homicidium perpetratum per vasallum publicentur eius bona, vasallus priuabitur feudo. Sed ad illum text. respondebitis, vt respondit Io. de Imo. in cap. fin. ext. de feu. quòd ibi vasallus commiserat homicidium in personam Cardinalis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et ex hoc offenderat vniuersalē, Ecclesiā & cōsequenter offenderat Ecclesiā, à qua tenebat feudū ille vasallus. c. Cum apostolica. ext. de his quæ fiunt à Prælato sine cōsensu cap. vnde non est mirū, si illud feudū applicatur particulari Ecclesiæ offese Alex. de Imol. in d. §. si de vectigalibus. in isto puncto quotidiano ita distinguit: Aut propter sententiam criminalem latam contrà vasallum, ipse vasallus non posset seruire domino. puta, quia eius bona fuerunt confiscata per sententiam. & ipse vasallus fuit bannitus à territorio, in quo erat feudum. hoc casu, quia habetur pro deportato, vt vult gl. in §. relegati. Instit. qui mo. ius pat. pot. solui. Notatur per omnes Dd. in l. 1. C. de hæ. insti. & quia vas. hoc casu habetur pro mortuo. d. l. 1. §. fin. ff. de bo. pos. contrà tab. tunc ipse priuabitur feudo: tamen hoc casu feudum non transibit in fiscum. sicut nō transibit cùm vasallus efficitur clericus, vel monachus, vt dixi. Et quia ea, quæ sui natura non transeunt ad hæredes extraneos, non transeunt etiam in fiscū. vt vult gl. in l. eum qui. de interdic. & releg. & in l. 1. ff. de bo. li-

ber. & l. 1. C. de bo. li. Sed feudum sui natura non trāsit ad hæredem extraneum. cap. 1. §. si clientulus. in tit. de alie. feud. not. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Transibit ergo hoc casu feudum ad agnatos, si est paternum. cap. si vasallus culpam. in tit. si vasal. feud. prius. cui defer. debe. Si verò sit nouum, reuertetur ad dominum. cap. 1. §. si in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. Aut propter sententiam criminalem latam contrà vasallum, ipse vasallus non impediretur seruire domino, nec haberetur pro mortuo, & hoc casu potest procedere distinctio Ioan. de Imol. superius recitata.

Aduertite quòd communis opinio, quæ habet quòd cōfiscatur generaliter bonis vasalli. feudū non cōfiscatur, nec transit in fiscum, imò transit ad agnatos, vt dixi suprà, quod etiam placet Ioan. Rey. in c. imperialem. §. pœna. in tit. de prohi. alien. feud. per Fed. Debet limitari, nisi esset tale feudum, quod transire posset ad hæredem extraneum: puta, quia sub tali pacto fuisset concessum. quod fieri potest per ea quæ habentur in c. 1. in tit. de feud. non haben. propri. na. feud. nam hoc casu feudum bene posset transire in fiscum, sed non duraret apud fiscū, nisi quatenus duraret apud ipsū vasal. l. Status Florus. §. Cornelio Falici ff. de iure fisci. & l. lex vectigali prædio dicta ff. pig. Non obstat si dicatur, ergo hoc casu vasallus per suum delictum præiudicabit agnatis contrà tex. in ca. si vasallus culpam. in tit. si de feud. defunc. sue. contro text. in c. 1. in tit. si vasal. feud. prius. cui defer. debe. quia potest responderi, quòd non censetur fieri in præiudiciū agna. ex eo,

ex eo, quòd fiscus non retinebit illud feudum, nisi pro eo tempore, quo duraret apud vasallum delinquentem. d. §. Cornelio Falici. † Dubitatur etiam, an si vasallus committat feloniam, propter quam debeat perdere feudū, & dominus remittat ipsi illam feloniam, & remittat feudum, an illud feudum remanebit antiquum sicut erat prius, ita quòd agnati succedant in eo, perinde ac si vasallus nunquam commisisset illam feloniam? gloss. no. in cap. imperialem. §. insuper. in tit. de prohi. alie. feu. per Fed. dicit, quòd remanebit antiquum, & agnati succedent in eo. Idem voluit pulchra gloss. in l. peculij. §. si are alieno. ff. de pecu. Et illam gloss. in d. §. insuper. sequuntur ibi Iac. de Belui. & cæteri Scribentes. sed Bald. ibi temperat illam glo. procedere, nisi vasallus propter feloniam esset ipso facto, & ipso iure priuatus feudo per sententiam legis, nam tunc secundum eum feudum efficeretur nouum ex noua inuestitura facta per dominum. Mouetur, quia si testamentum efficiatur irritum per capitis diminutionem, deinde testator emancipatus confirmet illud, tantum agetur ex firmante, non autem ex confirmato. l. qui est liberis. §. testamento. ff. de bo. pos. secūdum tab. Si verò vasallus ipso facto non erat priuatus feudo propter feloniam, sed veniebat priuandus per sententiam, hoc casu feudū remanebit antiquū, & agnati in eo succedent. & ita intelligatur glossa in d. §. insuper. Addite quòd Ioann. Rey. in dicto. §. insuper. dat aliam pulchram limitationem ad gloss. præallegatam, dicens, quòd si dominus iam apprehendisset

64

disset corporalem possessionem feudi, licet remiserit feloniam vasallo, & eum inuestiat de feudo, quod erat antiquum: tamen hoc casu erit feudum nouū, per no. in l. ab emptione. ff. de pac. Et notetis perpetuò istā limitationem, quæ est etiam de mente Bal. in l. 1. in xli. q ff. de ve. di. De hac materia habetur etiam per Dy. & Bartol. in l. quod dicitur. ff. de impen. in re. do. fac. & per Bal. in l. 1. C. quando non peten. partes peten. accres. & per Paul. de Cast. suo consilio lxij.

65 † Quæro etiam, vasallus inuasit de facto rem feudalem apud alium constitutam, an ius feudi applicabitur domino, an verò agnatis, an verò violentiam passo. Io. de Imo. in d. l. eorum. ff. de dam. infec. determinat, quòd applicabitur violentiam passo, non autem domino, nec agnatis: sed ipse violentiam passus non retinebit feudum, nisi quantum duraſſet apud ipsum vasallum, qui intulit violentiam. arg. l. necessariò. § fi. ff. de peric. & comino. re. vend. bene faciunt no. per gl. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Addit Imo. in d. l. eorum. quòd contrà istam decisionem videntur facere not. per Bartol. in d. § si de vectigalibus. sed ipse respondet, quòd ipse loquitur in diuersis terminis, scilicet, quando vasallus commisit delictum, propter quod eius bona veniebant confiscanda: nos verò loquimur quando vasallus non commisit delictum propter quod eius bona non veniebant confiscanda. bene faciunt not. per Bart. in d. l. si quis in tantam in fi. col. & quòd pœna l. si quis in tantam. habeat locum in feudalibus tenet Bald. in l. si de proprietate. C. si à non compe. iudi.

† Vl-

† Vltimò est videndum nunquid in publicatione bonorum veniat proprietas feudi, quæ ad ipsum dominum pertinebat? Ioan. de Imo. in d. §. si de vectigalib. dicit, quòd non sine felonia, propter quam bona domini sunt publicata, sunt commissa in personam vasalli, sine in personam alterius, imò illa proprietas applicabitur ipsi vasallo. tex. est no. in c. domino cōmittente. in tit. si de feu. defun. fue. controuer. Sed An. de Iser. in d. c. domino committēte. dicit quòd ille text. caret ratione, & non est in vsu, scilicet, quando dominus commisit feloniam in alium, quàm in personam vasalli. 66

SVMMARIVM.

Refutatio feudi fit multis modis, multisq; de causis. 1

Contractu feudali celebrato per stipulatiōem an poterit vasallus refutare feudum. 2

Vasallus iurans domino fidelitatem, & conuentorum formalitatem, an teneatur stare contractui feudali. 3

Filius vasalli mortuo patre immiscēs se paternę hęreditati an poterit postea refutare feudum. 4

Pactum factum à fratre fratri recipienti pro se & suis hæredibus de non petendo feudum, intelligendum est de liberis, non extraneis. 5

Pactum interpretandum, aptandum, & decla- 6

randum est secundum rei naturam in pactũ deductæ.

7 Renuntians feudo in manibus domini an perfectè renuntiare dicatur.

8 Renuntians feudo in manibus domini sui an præiudicet filijs suis.

9 Vasallus qui subinfeudauit alteri feudum, si refutet illud feudum in manibus domini, an resoluetur illa subinfeudatio.

10 In feudalibus ascendens non succedit descẽdenti.

11 Renuntiatio quælibet facta in manibus nõ sui iudicis, non valet.

12 Bis inuestitus de eodem feudo an renuntians vni inuestituræ renuntiet alteri.

13 Feudum an nuda renuntiatione perdatur.

ET VNVS *ex dictis vasallis refutauit feudum.* † *Aduertite, quòd refutatio feudi fit multis modis, multisque de causis. Aliquando enim vasallus refutat feudum volens se eximere à seruitio feudi, vt ecce, dominus facit guerram, & vocat vasallum, vt veniat ad eum adiuuandum, vasallus conscientia meus vel animi timiditate vult potius refutare feudum, quã seruire domino: nunquid inuito domino poterit refutare feudum? videtur quòd non. quia feudum dicitur à fide & fidelitate. c. nulla. in tit. per quos fiat inuestitura. & graue est fidem fallere. l. 1. ff. de constit. pecu. Pro perfecta conclusione huius puncti concludite hoc modo,* 1

modo, quod aut feudum fuit datum ad certum seruitium, & determinatum: & hoc casu, quia contractus est vtrò citroque obligatorius, non potest vasallus refutare feudum inuito domino. arg. l. sicut. C. de actio. & obliga & l. incommodato. §. sicut. ff. commo. Et ita tenet expresse gloss. communiter approbata in ea. fin. in tit. de capi qui curi. vend. in vsi. feu. Aut feudum est rectum & simplex, non autem conditionatum, id est, quòd non est datum ad certum seruitium. Et hoc casu vasallus etiam inuito domino potest tale feudum refutare. text. est not. in cap. 1. in tit. de vasal. qui contra const. Lotha. Aduertite tamen, quòd licet hoc casu possit refutare feudum, adeò quòd non teneatur postea seruire domino de illo feudo, tamen non debeat postea offendere ipsum dominum propter reliquias præcedentis vasalligij, & præcedentis amicitiæ: & si secus faceret, deberet puniri. Ita dicunt omnes Dd. in d. c. 1. † *Sed quid si contractus feudi sit celebratus per stipulationem, prout hodie communiter fit in omnib. instrumentis, & si non apponitur, præsumitur l. sciendum ff. de verbo. obligat. An hoc casu vasallus poterit refutare feudum inuito domino? videtur prima facie dicendũ quòd non, quia stipulatio dicitur à firmitate. Insti. de verbo. obliga. in princ. Item non est in potestate debitoris dissoluere vinculum obligationis. l. sicut. C. de act. et oblig. Item obligatio personalis coharet personæ, nõ autem rei. l. si. §. si. ff. de contrab. emp. l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. vnde vasallus cedendo rei non debet liberari. l. sed cum fructuarius. ff. de vsufru. in hac quæstione* 2

Bal.

Bald. in præmio feudo. in ij. cart. determinat, quòd non obstante stipulatione poterit vasallus renuntiare feudo inuito domino, sed tamen tenebitur ad interesse, per ea, quæ habentur in iuribus prædallegatis. benè faciunt not. per Dd. in l. si conuenerit. ff. de iurisdi. omnium iudi. & per Cano. in c. 1. ext. de iudi. † Quid autem si vasallus non solum iurasset fidelitatem domino, sed etiam iurasset dictorum conuentorum formalitatem? Bald. in loco proximè allegato dicit, quòd aut loquimur quantum ad ipsum vasallum iurantem, & tunc haberet necesse præcise stare contractui feudali, nec posset inuito domino renuntiare: quia iuramentum imponit præcisam necessitatem, vt vult gloss. sing. in l. si pecuniam. in verbo, necesse habeas. ff. de condi. ob causam. Ecce quòd Bald. ibi approbat illam gloss. quam gloss. etiam sequuti sunt Bald. & Salic. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. Aut loquimur in hærede iurantis, & tunc ipse posset renuntiare, sed tamen tenebitur domino ad interesse. Ratio diuersitatis inter vasallum iurantem, & eius hæredem est, quia vinculum præcisum & speciale iuramenti est personale ex parte iurantis ita notat Imol. quem cæteri sequuntur in c. veritatis. ext. de iureiur. † Aduertite tamen, quòd si filius mortuo patre immiscuisset se hereditati paternæ, non posset postea refutare feudum. tex. habetur in ea. 1. in titu. an filius vel agnatus. De materia prædicta habetur per Bald. in l. 1. in xij. car. & sequen. ff. de re. dini. Aliquando verò refutatio feudi fit ad finem, vt quis excludatur à successione feudi, vt ecce,

ecce, Titius & Sempronius fratres, habentes bonatam allodialia, quàm feudalia deuenerunt ad diuisionem, & Sempronio in diuisione fuit adiudicatum totum feudum vel pars, & Titius fecit pactum de non petendo dictum feudum à fratre suo Sempronio vel hæredibus illius: modò contingit, quòd Sempronius decessit sine hærede masculo: nunquid pactum illud de non petendo nocebit Titio, vt non succedat in dicto feudo? Concludit pactum prædictum nihil nocere, imò Titius succedet in illo feudo paterno, non obstante pacto prædicto. ita probat text. in c. fin. in titu. si de feud. defun. fuer. contro. & in c. primo in tit. de eo qui finem fecit agna. † Et sic habetis ex illis iuribus notanter colligere, quòd pactum factum à fratre fratri recipienti pro se & suis hæredibus de non petendo feudum, intelligitur de liberis, non autem extraneis. nam in feudalibus appellatione hæredis intelligimus de filio masculo. ca. ij. §. profecto in titu. de lege Corrad. non autem intelligimus de hæredibus extraneis, vt plenè not. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. Quod procedit etiam si pactum fiat per modum liberationis, vt in iuribus prædallegatis, & sic restringitur pactum. & dicit Bal. in d. c. fin. in titul. si de feu. defun. & c. se credere, quòd idem esset si fieret per modū renuntiationis: quia secundum eum renuntiatio habet vim pacti personalis, q. a fit cõtemplatione certæ personæ. tex. est no. in l. iubemus. C. ad Velleia. † Item colligitur ex duobus capitulis superius allegatis, pactum interpretari, aptari, & declarari secundum rei naturam in pactum deductæ. nam quòd contemplatione certa

1 2 3 4 5 6

tæ personæ fieri præsumitur, perinde habetur ac si illa persona esse nominatim expressa. quod est notandum. Sed iuxta prædicta quæro de quæstione in qua consului: duo fratres habentes feudum paternum fecerunt inter se diuisionem, & adinuicem sibi promiserunt de euictione. item adinuicem renuntiarunt omni iuri, quod haberent in illo feudo, vel habere sperarent, vel possent, vtrum si alter ipsorum moriatur sine descendentibus, alter succedat in illo feudo? Ego consului fratrem superstitem admitti ad successionem, non obstante illa promissione de euictione: quia non intelligitur facta promisso de euictione in casu, in quo feudum in natura reuertitur ad alium, dummodo diuidentes scirent res esse feudales. nec hoc casu habet locum l. vindicantem. ff. de euic. Ita volunt Cyn. & Bart. & Bald. in l. si familiæ C. famil. hercis. ita limitantes gloss. ibi ergo patet quòd promissio de euictione non habet obstare. Dicebam etiam quòd illa verba, Renuntiarunt omni iuri, quòd haberent vel habere possent seu sperarent, non excludebant fratrem superstitem à successione feudi fratris defuncti sine liberis, per præalleg. cap. 1. de eo qui fi. fecit ag. Et cum mihi diceretur, quòd in illo c. & in ea fin. in tit. si de feu. defun. fuer. controuer. non erat facta renuntiatio per prædicta verba, ego defendebam quòd ratio assignata per gloss. & Bald. in dictis iuribus erat vniformis, & militabat in casu prædicto: quia ratio illorum iurium est, quòd pactum censetur personale, et renuntiatio personalis, quia intelligitur facta contemplatione fratris & suo-

suorum descendentium, non autem alterius. Quinimò plus dicebam, quòd si taliter renuntians voluisset omninò & in totum amittere ius feudi, hoc facere non potuisset, nisi renuntiando in manibus domini ipsius feudi. Ad hoc adducebam Bald. in d. ca. 1. in ver. omnino. in tit. præalleg. de eo qui fi. fec. ag. Non enim tale pactum vel renuntiatio intelligitur factum vel facta in fauorem illius, cui nostra non interest acquirere, per not. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in x. q. ff. de verbo. obliga. Et ad præmissa videatis clarissimum Doc. Dominum Fran. de Aretio de Are. suo consil. 19. vbi etiam ita determinat. † Limitabitis tamen prædicta procedere, nisi agnatus omninò renuntiasset feudo, vt probatur in d. c. 1. in ver. omninò. in ti. de eo qui fi. &c. Et omninò dicitur renuntiare, quando renuntiat in manibus domini cum pacto, de quo suprà, vt dicit Bal. ibi. Idem si agnatus renuntiasset feudo eo pacto, vt vasallus qui habet feudum, inuestiretur de illo feudo tanquam de feu. nouo. Nam hoc casu agnatus renuntians nō succederet in feudo illius agnati inuestiti, vt suprà, vt expressè probatur in eo. c. vnico. in fi. in ti. proxi. alle. † Aliquando verò vasallus renuntiat feudo in manibus domini sui, bene videndum est, numquid talis renuntiatio habeat præiudicare filijs ipsius renuntiantis? Bal. in l. qui se patris. in 8. col. alias in 5. in vers. item quæritur. C. vnde libe. relata prius opinione Nicol. de Mat. distinguit hoc modo: aut pater cōsensit aliquid in sui præiudicium: & tunc quia simplici consensu non absorbetur ius de futuro l. 1. §. quod ait. ff. quorū legatorū

&

& tempore renuntiationis ius filiorum est futurum: ideo talis consensus patris non praeiudicat filijs: Aut pater renuntiat, & tunc quia renuntiatio in iure creando, quod creatur per mortem, si est facta, ipsa renuntiatio ante mortem non obstat filijs. gloss. no. in l. fin. in gloss. quæ incipit, vt in auth. C. de bo. liber. Aut pater simul consentit & renuntiat: & tunc quia quantum in eius fauorem non est introductum, renuntiare non potest, vt vult pulchra gloss. in l. iubemus. §. scientes. C. de sacros. eccl. ideo non habet nocere filijs. Aut pater renuntiat feudo, & promittit non venire contra renuntiationem, & tunc si promittit de se, tantum tunc non nocet filijs, quia filij mortuo patre veniunt iure noui, dummodo sint hæredes patris secundum quod etiam fendi l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de le. 2. ibi Paula Cal lintco. §. fin. ff de lega. 3. Aut promisit pro se & suis liberis & hæredibus. & hoc casu dicit Bald. in loco allegato, idem dicen. in feudo quod in alijs bonis filij alienatus per patrem. l. cum à matre. C. de rei vend. no. per Dd. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. Aduertite, quia Pau. de Ca. suo consil. 154. incipiente, In Christi nomine amen. circa princip. in 6. colum. illius consilij dicit, quòd quemadmodum pater renuntiare potest iuri patronatus ad praeiudicium liberorum & suorum descendentium, ita quòd mortuo patre filij nõ succedent in iure patronatus, vt vult Archi. in c. 1. ext. de iure pat. lib. 6. ita potest pater renuntiare feudo ad praeiudicium liberorum & descendentium suorum, quia ius patronatus defertur filijs ad instar bonorum feu-

dalium. Addite eundem Bald. in l. si in personam. C. de fideicom. vbi dicit, quòd si Titius habeat feudum, & filius eius post mortem patris renuntiet illi feudo, non praeiudicabit nepoti, quoniam ex edicto successorio admittetur ad feu. quia ipse nepos est proximior agnatus, & ideo illi praeiudicari non potuit per renuntiationem sui patris. c si vasallus culpam. in tit. si de feu. defunc. Item non obstante renuntiatione praedicta feudum remanet paternum. c. 1. & ibi not. in tit. de vasal. decrep. ata. Subijcit Bal. in d. l. si in persona. quòd si Titius accepit feudum, & filius, & nepos Titij repudiauerint illud, non praeiudicabunt pronepoti, imò pronepos admittetur ad feudum quia ex natura feudi descendentes succedunt vsque in infinitum. c. 1. §. hoc autem notandum. & §. cum verò Corradus. in tit. qui feu. da. pos. Et opi. Bal in d. l. fin. in persona sequitur Alex. de Imol. suo consil. viij in 5. col. illius consilij, in 3. volum. Addite pulchram limitationem ad praemissa. nam si pater accepit feudum pro se & liberis suis, hoc casu pater renuntiando feudo non potest praeiudicare suis liberis, quia censentur duæ concessiones: vna pro patre, alia p filijs. l. quodcunque. §. si quis ff. de verb. obliga. & ideo pater non potest renuntiare ad praeiudicium filiorum. ita dicunt no. Dy. Bal. & Ang. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de lega. 1. Et Pau. de Cast. ibi valdè magnificat istud dictum. dicens se ita consuluisse & obtinuisse: refert tamen se tunc non fuisse recordatum de illa decisione. & notabis perpetuò istam pulchram limitationem. Addite inquantum Bal. in d. l. qui se patris.

dicit, quod refutatio feudi facta per patrē nocet quan doque liberis, possit dubitari, nunquid si vasallus refutet feudum antiquum in manibus domini, an talis refutatio nocebit agnatis? Concludite quòd non. ita vult Bal. & omnes sequuntur in ca. 1. in titu. de alien. feu. pat. Sed pulchrum est videre, an hoc casu agnati poterunt statim reuocare feudum? gloss. in præallegato ca. 1. determinat quòd non, sed demum mortuo ipso refutante. Iacob. de Belui. ibi determinat contra illam glo. monetur, quia cùm vasallus feudum refutauerit, perdit omne ius suum, ita quod nullæ reliquiæ feudi remanent apud eum. Ergo statim debent admitti agnati ad reuocandum. ca. 1. an ille qui interfe. fra. domini sui. & arg. l. idem erit. in fin. cum l. sequen. ff. de assig. lib. Bald. autem cap. 1. in §. hoc quoque. in sua prima conclusione. in titul. de succeff. feudi. determinat, quòd talis refutatio non nocet agnatis, nisi demum viuente ipso refutante, & suis hæredibus. Et hanc opinionem sequutus est ipse Bald. in præallegato ca. 1. in titul. de alien. feud. pat. vbi dicit sequendo gloss. ibi, quòd agnati demum poterunt reuocare mortuo ipso refutante & suis hæredibus: quia refutatio habet in se cōsensum: & ille, cui facta est refutatio, poterit habere illa commoda, quæ posset habere ipse refutans, si non refutasset: sicut in simili dicimus, in eo, qui tenet rem ad libellum seu precarium, qui ingreditur religionem, vel alium locum, ad quem plenè se transfert & dedicat. per ea, quæ habentur, in authent. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & 6. vt lex continentia. xxvij. quæst. iij.

Item

Item quia durante iure refutantis debet durare ius acceptoris. l. peto. §. prædium. ff. de leg. ij. & l. lex vetigali prædio dicta. ff. de pig. Hanc eandem opinionem tenuit Iaco. Aluar. in ca. 1. §. fin. in sua xxxvij. conclu. sione in tit. quæ sit prima causa beneficij amit. allegat Ia. de Ardizo. ita tenere in summa sua, in tit. qui mo. feud. amit. sub rubricella, si vasal. feu. idem refuta. Idem tenet ipse Ia. Al. in d. c. 1. in titul. de alie. feud. pat. & ab ista sententia in iudicando non recedatis, quam opinionem sæpe sequutus sum in consulendo. † Dubitatur etiam, vos scire quòd vasallus etiam sine licentia domini potest infeudare seu subinfeudare feudum quod habet. ita vult gloss. magna circa fin. in ca. 1. §. præterea. in tit. de capi. Corra. ponamus quòd vasallus, qui subinfeudauit alteri feudum, refutet illud feudum in manibus domini, vtrū resoluetur illa subinfeudatio? Bal. eleganter in d. c. 1. in tit. de alie. feu. pater. determinat quòd sic, in tantum quòd refutatio valebit in præiudicium eius, cui fuit facta. allegat Odof. ita tenere in sua summa, in titu. qui. mo. feu. amit. in ver. vndecima causa est. Et in veritate ista sententia videtur probari in c. 1. §. rursus. in tit. qui. mo. feu. amit. Sed hanc conclusionē limitabitis procedere, nisi ipse subinfeudās sit paratus seruire priori domino, in cuius manibus est facta refutatio, & recipere ab eo investituram. Hanc limitationem ponit Iacob. de Belui. Nicol. de Neap. Bald. & D. Mart. de Lau. in d. § rursus. Ex qua limitatione habetis colligere, quòd licet text. in d. § rursus. dicat, ipse subinfeudatus nullo iure potuerit se defendere, tamen

men iste terminus vniuersalis negatiuus recipit limitationem, de qua supra. Optimè facit tex. cum gl. in l. abas. C. de pradi. mino. & tex. cum gl. in l. fi. C. sine cõsu. vel reli. Idem tenuit Iac. Alua. in d. c. 1. in tit. de alie feu. pat. vbi dicit, quòd ista opinio habet magnam æquitatem. † Sed iuxta prædicta quæro de alia pulchra quæstione. Pater habens feudum antiquum fecit inuestiri filium de illo feudo, refutando feudum in manibus domini, ea conditione, quòd inuestiret filium de eodem feudo: et ita factum est in successu temporis, decessit ille filius sine liberis superstite patre, dubitatum fuit, vtrum pater succederet in illo feudo? Videtur dicendum quòd non: quia in feudalibus ascendens non succedit descendenti. text. est in c. 1. in titul. de na. fœ. feu. Item quia pater renuntiauit seu refutauit, ergo non debet amplius admitti ad illud l. quæritur. §. pen. ff. de Aedil. edic. Sed Iac. Ardizo. in sua summa, in tit. de suc. feu. sub rubricella, an ascendentes succedant, determinat contrarium, dicens, quòd pater non vocabitur ad illud feudum iure successionis, sed antiquo suo iure, quia feudum erat antiquum. Et hanc opinionem sequutus est Iac. Alu. in d. c. 1. de na. suc. feu. Eandem sententiam tenuit D. Mar. de Lau. in c. 1. in ti. de vas. decrepi. ætа. mouetur, quia in materia feudali respicimus agnationem, dirigendo oculos ad stipitem communis agnationis. c. 1. in tit. de gradi. suc. feu. Sed feudum de quo loquimur incepit à stipite, à quo iste pater refutans descenderat: ergo debet ipse pater succedere in tali feudo. non obstat prælleg. ca. 1. in titu. de nat. suc.

feu. quia loquitur in feudo nouo, & tunc ascendens non succedit descendenti. licet sit secùs in allodialibus authen. defuncto. C. ad senatusconsul. Tertul. nos verò loquimur in feudo antiquo. Non obstat secundum motiuum, dum dicebam, quòd ex quo pater renuntiauerat, non debet admitti ad illud, quia respondeo quòd talis refutatio extinguitur per mortem filij, cuius contemplatione fuerat facta. l. Iubemus. & ibi plenè per Bal. C. ad Vellei. a. † Addite, quòd licet valeat refutatio facta in manibus domini, tamen si fiat in manibus filij ipsius domini, nihil valebit, vel in manibus vxoris domini: quia renuntiatio facta in manibus non sui iudicis, nihil valebit. ita dicit Io. An. in c. ex ore. ex. de his quæ fiunt à mai. par. cap. et ita dicit Bal. in rub. in titu. de vasal. decrepi. ætа. † Item si appareant duæ inuestituræ à diuersis codicibus factæ, quamuis renuntietur vni, non tamen dicetur renuntiatum alteri. arg. l. suum hæredem. C. de iure delibe. multùm ergo prodest habere geminam prouisionem. l. si tibi certam. ff. de adimen leg. Ista est pulchra determinatio Bald. in c. 1. §. si verò. in titu. de feu. Guardiæ. † Item feudum nuda renuntiatione non perditur, nisi renuntiatio fiat in manibus domini, vel nisi feudatarius patiatur aliũ inuestiri de ipso feudo. nam natura domini tam directi quàm vtilis est, quòd nuda renuntiatione non perdatur, nisi alteri acquiratur l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. pos. Non obstat l. postquam liti. C. de pac. quia est ibi special odio litium, vel ibi erat iudex, qui supplebat pro absente. ista sunt verba Bald. in authen.

10 11 12 13

in succesione.in fin. colum. C. de legit. hared. Vltimò quæro de tali quæstione. Erant tres fratres, habentes feudum paternum, scilicet, Titius, Sempronius & Caius. Caius partē suā feudi donauit Sēpronio fratri suo, deinde fuit monachatus: fuit contentio de tali feudo, Titius dicebat ad se pertinere pro dimidia, Sempronius autem contendebat habere totum virtute donationis: quæritur quid iuris? Videtur prima facie dicendum, quòd solus donatarius debeat habere, per text. in c. 1. in titu. de aliena. feud. pat. In contrarium facit, quia resoluto iure datorum, resoluitur ius acceptorū. cap. 1. §. rursus. in titul. quibus modis feud. amit. Item per factum illius Cai non potuit præiudicari tertio ar. l. fin. ff. de pac. Item si solus Sempronius deberet habere illud feudum, hoc esset contrà mentem primi parentis, qui pari intentione voluit sibi & suis hæredibus prospicere ca. 1. in tit. de duo. fra. à capi. inuesti. Nec sunt de intentione patris, quòd vnus alium supplantaret. præterea pro hac parte est text. in ca. 1. in tit. de vasal. qui ar. bel. depo. vbi text. dicit, quòd quando vasallus assumit habitum religionis, dominus vocatur ad feudum, si est nouum. Si verò feudum est paternum et antiquum, vocatur agnatus. & illa dictio, Agnatus, est dictio indefinita, quæ æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. 2. quia par est ratio & conditio contentorum sub illa indefinita. Et in hanc partem, scilicet, quòd solus Sempronius donatarius nō debeat habere feudum, inclinat Bal. in præalleg. c. 1. in vlt. col. in titu. de alie. feu pat. sequitur ibi Mart. de Lau. et secundum istam opinio-

opinionem consului, licet Iac. Alua. in præalleg. ca. 1. in titu. de alie. feu. pat. intelligit Bal. velle, quòd solus donatarius debeat habere feudum. sed mihi videtur quòd Baldus determinat oppositum.

SVMMARIVM.

Vasallus an circunscripta promissione tenea- 1
tur recognoscere feudum à domino ad ipsius domini requisitionem.

Recognoscens se tenere quoddam castrum 2
in feudum, an per talem recognitionem videatur recognoscere territorium & iurisdictionem.

Rex cōcedēs castrū cū omni iure, quod ibi ha- 3
bet, an censeatur concessisse ius Regium.

Dispositionem totius inducere omnes partes 4
qualiter intelligatur.

Recognoscens castrū in feudū an & quando 5
intelligatur recognoscere territorium.

Feudatarius non præsumitur nisi probetur. 6

Allodium quid sit. 7

Dominus an possit imponere vasallo recogni 8
tionem feudi sub pœna amissionis rerum, & an talis pœna possit exigi. nu. 9.

Iudex præcipiēs alicui sub pœna, si nō pareat, an 10
& quo pacto poterit talis pœna exigi.

Pœnæ quare præceptis adijciantur. 11

Dominus feudi imponens pœnam vasallo quo 12

casu posit talem pœnam exigere.

13 Recognitio feudi facta aliter quàm more solito, an noceat posteris ipsi recognoscẽtis.

14 Recognoscens se tenere in feudũ à tali domino, præter talem domum, an videatur recognoscere iurisdictionem in homines.

15 Vasallus an teneatur domino feudi ostendere omnes res feudales, pro quib. est subditus. & nu. 19.

16 Vasallus negans feudum, si postea conuincatur, venit feudo priuandus.

17 Vasallus negans se habere instrumentum feudi an tenebitur illud exhibere.

18 Vasall. an teneatur domino ostẽdere feudum & quantitatem feudi.

20 Iud ex ecclesiasticus an posit inquirere de titulo eorum, qui possident beneficia ecclesiastica.

21 Recognoscens se tenere in feudum & emphyteosim ab aliquo an præiudicet sibi & hæredibus suis.

22 Recognoscens feudum pro se & quibusdam, an acquiratur ius pro illis quibusdam.

23 Tenens feudũ ab vno domino, si recognoscat se tenere ab alio, an vero domino præiudicet.

24 Recognoscens se tenere feudũ animo donandi bona sua an præiudicet liberis.

25 Recognitio feudi facta per subditũ in fauorẽ domini ipso ignorante, an prosit domino.

Con-

Confessio sine causa non præiudicat. 26

Præstans censum Ecclesiæ de re sua, quæ ex antiquis instrumentis apparet sua, an censeatur transferre dominium in Ecclesiam. 27

Feudatarius qualiter debeat facere recognitionem domino feudi. 28

DICTIQVE vasalli promiserunt cognoscere dictum feudũ specificè, particulater & distinctè, quotiescunque fuerint requisiti. † *Circa materiam recognitionis quæro primò, vtrũ circumscripta promissione prædicta teneatur vasallus recognoscere feudum à domino ad requisitionem ipsius domini? cõcludit Bald. quòd sic. ad hoc allego vobis Bald. in proprijs terminis, in l. plures apochis. C. de fide instru. vbi dicit esse idem in emphyteota, quia ad requisitionem directi domini tenetur recognoscere rem emphyteoticam de quo vltimò dicite vt plenius per eundem Bald. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccle.* † *Secundò quæro de pulchra & quotidiana q. Quidam nobilis recognouit se tenere quoddam castrũ in feudum ab illustrissimo domino nostro D. Sabaudiæ Duce, vtrum per talem recognitionem videtur recognouisse territorium & iurisdictionem? Ista est quæstio disputabilis, vnde pro pleniori discussione procedam arguendo & disputando, quò hîc veritas melius inueniatur. l. munerum. §. mixta. ff. de mune. & ho. Pro parte igitur affirmatiua facit, quia castrum & territorium constituunt vnum totum, quod est intra certos* 1 2

mnes descendentes. c. 1. in tit. si vasal. feud. prius. cui defer. debe. & c. 1. in tit. an ille, qui interfe. fra. do. sui. Item si deliquisset prodendo, velut quia proditorie occidisset hominem secundum Iac. de Bel. in cap. 1. proximè allegato. Et est ratio, quia sicut pater delict, præsumitur contrà filium, cum sit eadem persona cum patre. l. fin. C. de impu. & ali substi. Et quemadmodum pater propter homicidium proditorie perpetratum non possit nisi cum ignominia stare in curia domini, ita nec filius. facit quod not. gloss. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de Aedi. edic. & in l. cùm vnus in prin. ff. de alimen. et ciba. le. Aut pater aliter deliquit, quàm contrà dominum, vel contrà conuentionem feudi, ita quòd directè non veniret priuandus feudo, sed subsequenter, id est, per quandam consequentiam, puta, quia propter delictum per eum commissum eius bona veniunt publicanda. Et tunc concludit Bartol. in d. l. eum qui. quòd aut feudum transit ad filium ex persona patris, id est transit ad filium tãquam patris successorem, & hoc casu delictum patris nocebit filio. Aut feudum transit ad filium vt filium, quia venit iure proprio: puta quia pater stipulatus est feu. pro se & liberis, & tũc delictũ patris non nocebit filio, vt probani suprà, p multas pulcherrimas auctoritates. Aduerte ad id, q dixi suprà scilicet quãdo filij veniũt ex psona patris, et tangẽ hæredes patris quod tunc delictũ patris
61 *eis nocet. † Sed ad quẽ hoc casu vadit feudũ? Spe. in ti. de feud. §. quoniã versicu. 4 o quæritur. dicit, quod hoc casu feudum vendetur, & precium eius distribue-*

tur

tur hoc modo, quia proportione vtilis dominij dabitur vna pars fisco, & alia domino directo. Bartol. autem in l. si finita. §. si de vectigalibus ff. de dam. infec. dicit, quod licet propter delictum publicentur bona vasallis, tamen feudum non transibit in fiscum, probat per simile, nam eo ipso, quod vasallus efficitur clericus vel religiosus, perdit feudum, sed tamen non transit in ecclesiam vel monasterium. cap. qui clericus. in usu. si de feud. defun. fue. contro. cap. 1. §. fin. in usu. de benefic. fœmi. Item probat, quod vasallus tenetur ad seruitutem personalem. cap. Obertus. §. fin. in tit. qui cauf. feu. amit. & propter hoc habetur vtile dominiũ d. §. fi. vnde nõ debet tale dominiũ separari à cau. vt trãseat in sua fiscũ, q. a cẽsetur electa industria psona: alia enim est opera vnius personæ, & alia alterius. l. si nõ sortem. §. libertus. ff. de condict. inde. Bal. in l. 1. in 2. col. C. de bo. li. dicit quòd sunt aliqua, quæ nõ confiscantur, scilicet, ius patronatus & feudum. Idem Bald. in l. 1. in 1 quæst. ff. de re. diui. dicit, quod in generali confiscatione bonorum nõ veniunt feuda: quia efficeretur conditio deterior domini, quod esse non debet. ca. 1. vbi est tex. no. in tit. de probi. alie. feud. per Lotha. Item cùm vasallus hoc casu habeatur pro mortuo l. 1. §. fi. ff. de bo. pos. contrà tab. debet feudum redire ad suam proprietatem, non autem debet transire in fiscum: nam cum fiscus non possit esse fidelis suorum inferiorum, nec posset esse in seruitio personalis, certè non debet habere feu. idẽ Bal. in c. 1. in ti. an ille qui interfe. fra. domini sui. dicit, † quòd p homicidio ppe-

trato per vasallum in alium, quàm in personam domini, & non proditorie, vasallus ex lege feudorum directò non potest priuari feudo ciuiliter, sed si criminaliter agatur contra eum, & feratur sententia super crimine homicidij criminaliter contra ipsum vasallum bene priuabitur feudo. Ioan. de Imo. in d. §. si de vectigalib. dicit, quòd si offensa esset commissa in personam domini vel in personam alterius proditorie, vel vasallus occidisset suum fratrem proprium, vt haberet totam hæreditatem, illis casibus vasallus bene priuaretur feudo dict. cap. 1. in titul. an ille qui inter se. Idem si vasallus occidisset fratrem domini sui ob despectum, & in iniuriam ipsius domini, tunc benè priuaretur feudo. ad hoc adduco vobis elegans dictum Andr. de Iser. in cap. 1. §. item si fratrem in titu. qui. mo. feud. amit. vbi dicit. quòd si vasallus occidit fratrem domini ad hunc finem. scilicet, vt dominus careret tam strenuo milite, sicut erat ille frater domini, hoc casu priuabitur feudo, & applicabitur ipsi domino per l. quisquis. ibi, de nece etiam virorum illustrium. C. ad l. Iu. maie. Extrà casus predictos si vasallus committeret homicidium, propter quod bona sua deberent publicari, puta, quia statuto cauetur, quòd propter quodlibet homicidium bona publicentur, sicut erat olim de iure communi. l. deportati. C. de bo. proscrip. hodie est secus de iure authenticorum. authen. bona damnatorum. illo eod. titu. certè vasallus
63 indistinctè non priuabitur feudo. †. Ecce quòd magis communis opinio Dd. est, quòd confiscatis bonis vasalli non

non confiscatur feudum. Et hanc sententiam tenuit Old. de Pont. suo consil. xvij. Sed contra istam opinionem adduco fortissimum tex. in cap. fœlicis. versicul. si quaverò feuda. ext. de pœ. li. vi. vbi dicitur, quòd si propter homicidium perpetratum per vasallum publicentur eius bona, vasallus priuabitur feudo. Sed ad illum text. respondebitis, vt respondit Io. de Imo. in cap. fin. ext. de feu. quòd ibi vasallus commiserat homicidium in personam Cardinalis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et ex hoc offenderat vniuersalē, Ecclesiā & cōsequenter offenderat Ecclesiā, à qua tenebat feudū ille vasallus. c. Cum apostolica. ext. de his quæ fiunt à Prælat. sine cōsensu cap. vnde non est mirū, si illud feudū applicatur particulari Ecclesiæ offensæ Alex. de Imol. in d. §. si de vectigalibus. in isto puncto quotidiano ita distinguit: Aut propter sententiam criminalem latam contrà vasallum, ipse vasallus non posset seruire domino, puta, quia eius bona fuerunt confiscata per sententiam, & ipse vasallus fuit bannitus à territorio, in quo erat feudum, hoc casu, quia habetur pro deportato, vt vult gl. in §. relegati. Instit. qui mo. ius pat. pot. solui. Notatur per omnes Dd. in l. 1. C. de hæred. instit. & quia vas. hoc casu habetur pro mortuo. d. l. 1. § fin. ff. de bo. pos. contrà tab. tunc ipse priuabitur feudo: tamen hoc casu feudum non transibit in fiscum, sicut nō transibit cum vasallus efficitur clericus, vel monachus, vt dixi. Et quia ea, quæ sui natura non transeunt ad hæredes extraneos, non transeunt etiam in fiscū, vt vult gl. in l. eum qui. de interdic. & releg. & in l. 1. ff. de bo. li-

ber. & l. 1. C. de bo. li. Sed feudum sui natura non trāsit ad hæredem extraneum. cap. 1. §. si clientulus. in titu. de alie. feud. not. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Transibit ergo hoc casu feudum ad agnatos, si est paternum. cap. si vasallus culpam. in titu. si vasal. feud. priue. cui defer. debe. Si verò sit nouum, reuertetur ad dominum. cap. 1. §. si in tit. quæ sit prima causa benef. amit. Aut propter sententiam criminalem latam contrà vasallum, ipse vasallus non impediretur seruire domino, nec haberetur pro mortuo, & hoc casu potest procedere distinctio Ioan. de Imol. supernus recitata.

Aduertite quòd communis opinio, quæ habet quòd cōfiscatur generaliter bonis vasalli feudū non cōfiscatur, nec transit in fiscum, imò transit ad agnatos, vt dixi suprà, quod etiam placet Ioan. Rey. in camperialem. §. pœna. in tit. de prohi. alien. feud. per Fed. Debet limitari, nisi esset tale feudum, quod transire posset ad hæredem extraneum: puta, quia sub tali pacto fuisset concessum. quod fieri potest per ea, quæ habentur inc. 1. in tit. de feud. non haben. propri. na feud. nam hoc casu feudum bene posset transire in fiscum, sed non duraret apud fiscū, nisi quatenus duraſſet apud ipsū vasal. l. Statius Florus. §. Cornelio Falici ff. de iure fisci. & l. lex vectigali prædio dicta. ff. pig. Non obstat si dicatur, ergo hoc casu vasallus per suum delictum præiudicabit agnatis contrà tex. in ca. si vasallus culpam. in tit. si de feud. defunc. fue. contro text. in c. 1. in tit. si vasal. feud. priue. cui defer. debe. quia potest responderi, quòd non censetur fieri in præiudicium agna-

ex eo,

ex eo, quòd fiscus non retinebit illud feudum, nisi pro eo tempore, quo duraſſet apud vasallum delinquentem. d. §. Cornelio Falici. † Dubitatur etiam, an si vasallus committat feloniam, propter quam debeat perdere feudū, & dominus remittat ipsi illam feloniam, & remittat feudum, an illud feudum remanebit antiquum sicut erat prius, ita quòd agnati succedant in eo, perinde ac si vasallus nunquam commisisset illam feloniam? gloss. no. in cap. imperialem. §. insuper. in titu. de prohi. alie. feu. per Fed. dicit, quòd remanebit antiquum, & agnati succedent in eo. Idem voluit pulchra gloss. in l. peculij. §. si are alieno. ff. de pecu. Et illam gloss. in d. §. insuper. sequuntur ibi Iac. de Belui. & cæteri Scribentes. sed Bald. ibi temperat illam glo. procedere, nisi vasallus propter feloniam esset ipso facto, & ipso iure priuatus feudo per sententiam legis, nam tunc secundum eum feudum efficeretur nouum ex noua inuestitura facta per dominum. Monetur, quia si testamētum efficiatur irritum per capitis diminutionem, deinde testator emancipatus confirmet illud, tantum agetur ex firmante, non autem ex confirmato. l. qui est liberis. §. testamento. ff. de bo. pos. secūdum tab. Si verò vasallus ipso facto non erat priuatus feudo propter feloniam, sed veniebat priuandus per sententiam, hoc casu feudū remanebit antiquū, & agnati in eo succedent. & ita intelligatur gloſſa in d. §. insuper. Addite quòd Ioann. Rey. in dicto. §. insuper. dat aliam pulchram limitationem ad gloss. prælegatam, dicens, quòd si dominus iam apprehendisset

disset corporalem possessionem feudi, licet remiserit feloniam vasallo, & eum inuestiat de feudo, quod erat antiquum: tamen hoc casu erit feudum nouum, per no. in l. ab emptione. ff. de pac. Et note istis perpetuò istam limitationem, quæ est etiam de mente Bal. in l. 1. in xli. q ff. de re. di. De hac materia habetur etiam per Dy. & Bartol. in l. quod dicitur. ff. de impen. in re. do. fac. & per Bal. in l. 1. C. quando non peten. partes peten. accres. & per Paul. de Cast. suo consilio lxij.

65 † Quæro etiam, vasallus inuasit de facto rem feudalem apud alium constitutam, an ius feudi applicabitur domino, an verò agnatis, an verò violentiam passo. Io. de Imo. in d. l. eorum. ff. de dam. infec. determinat, quòd applicabitur violentiam passo, non autem domino, nec agnatis: sed ipse violentiam passus non retinebit feudum, nisi quantum duraret apud ipsum vasallum, qui intulit violentiam. arg. l. necessariò. § si. ff. de peric. & commo. re. vend. bene faciunt no. per gl. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Addit Imo. in d. l. eorum. quòd contrà istam decisionem videntur facere not. per Bartol. in d. § si de vectigalibus. sed ipse respondet, quòd ipse loquitur in diuersis terminis, scilicet, quando vasallus commisit delictum propter quod eius bona veniebant confiscanda: nos verò loquimur quando vasallus non commisit delictum propter quod eius bona non veniebant confiscanda. bene faciunt not. per Bart. in d. l. si quis in tantam in fi. col. & quòd pœna l. si quis in tantam. habeat locum in feudalibus tenet Bald. in l. si de proprietate. C. si à non compe. iudi.

† Vl-

† Vltimò est videndum nunquid in publicatione bonorum veniat proprietas feudi, quæ ad ipsum dominum pertinebat? Ioan. de Imo. in d. §. si de vectigalib. dicit quòd non sine felonia, propter quam bona dominus sunt publicata, fiunt commissa in personam vasalli, siue in personam alterius, imò illa proprietas applicabitur ipsi vasallo. tex. est no. in c. domino cõmittente in tit. si de feu. defun. siue controuer. Sed An. de Iser. in d. c. domino committẽte. dicit quòd ille text. caret ratione, & non est in vsu scilicet, quando dominus commisit felonam in alium, quàm in personam vasalli. 66

SVMMARIVM.

Refutatio feudi fit multis modis, multisq; de causis. 1

Contractu feudali celebrato per stipulatiõem an poterit vasallus refutare feudum. 2

Vasallus iurans domino fidelitatem, & conuentorum formalitatem, an teneatur stare contractui feudali. 3

Filius vasalli mortuo patre immiscẽs se paternę hęreditati an poterit postea refutare feudum. 4

Pactum factum à fratre fratri recipienti pro se & suis hæredibus de non petendo feudum, intelligendum est de liberis, non extraneis. 5

Pactum interpretandum, aptandum, & decla- 6

randum est secundum rei naturam in pactũ deductæ.

7 Renuntians feudo in manibus domini an perfectè renuntiare dicatur.

8 Renuntians feudo in manibus domini sui an præiudicet filijs suis.

9 Vasallus qui subinfeudauit alteri feudum, si refutet illud feudum in manibus domini, an resoluetur illa subinfeudatio.

10 In feudalibus ascendens non succedit descẽdenti.

11 Renuntiatio quælibet facta in manibus nõ sui iudicis, non valet.

12 Bis inuestitus de eodem feudo an renuntians vni inuestituræ renuntiet alteri.

13 Feudum an nuda renuntiatione perdatur.

ET VNVS ex dictis vasallis refutauit feudum. † *Aduertite, quòd refutatio feudi fit multis modis, multisque de causis. Aliquando enim vasallus refutat feudum volens se eximere à seruitio feudi, vt ecce, dominus facit guerram, & vocat vasallum, vt veniat ad eum adiuuandum, vasallus conscientia metus vel animi timiditate vult potius refutare feudum, quã seruire domino: nunquid inuito domino poterit refutare feudum? videtur quòd non, quia feudum dicitur à fide & fidelitate. c. nulla. in tit. per quos fiat inuestitura. & grane est fidem fallere. l. 1. ff. de constit. pecu. Pro perfecta conclusione huius puncti concludite hac modo,*

modo, quod aut feudum fuit datum ad certum seruitium & determinatum: & hoc casu, quia contractus est vtrò citroque obligatorius, non potest vasallus refutare feudum inuito domino. arg. l. sicut. C. de actio. & obliga. & l. incommodato. §. sicut. ff. commo. Et ita tenet expresse glos. communiter approbata in ea. fin. in tit. de capi qui curi vend. in vsi. feu. Aut feudum est rectum & simplex, non autem conditionatum, id est, quòd non est datum ad certum seruitium. Et hoc casu vasallus etiam inuito domino potest tale feudum refutare. text. est not. in cap. 1. in tit. de vasal. qui contra const. Lotha. Aduertite tamen, quòd licet hoc casu possit refutare feudum, adeò quòd non teneatur postea seruire domino de illo feudo, tamen non debeat postea offendere ipsum dominum propter reliquias precedentis vasallagij, & precedentis amicitiæ: & si secus faceret, deberet puniri. Ita dicunt omnes Dd. in d. c. 1. † 2 *Sed quid si contractus feudi sit celebratus per stipulationem, prout hodie communiter fit in omnib. instrumentis, & si non apponitur, præsumitur. l. sciendum. ff. de verbo. obligat. An hoc casu vasallus poterit refutare feudum inuito domino? videtur prima facie dicendũ quòd non, quia stipulatio dicitur a firmitate. Insit. de verbo. obliga. in princ. Item non est in potestate debitoris dissoluere vinculum obligationis. l. sicut. C. de act. et oblig. Item obligatio personalis cohæret personæ, nõ autem rei. l. si. §. si. ff. de contrah. emp. l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. vnde vasallus cedendo rei non debet liberari. l. sed cum fructuarius. ff. de vsufru. In hac quæstione*

Bal.

Bald. in proœmio feudo. in ij. cart. determinat, quòd non obstante stipulatione poterit vasallus renuntiare feudo inuito domino, sed tamen tenebitur ad interesse, per ea, quæ habentur in iuribus prædallegatis. benè faciunt not. per Dd. in l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iudi. & per Cano. in c. 1. ext. de iudi. † Quid autem si vasallus non solum iurasset fidelitatem domino, sed etiam iurasset dictorum conuentorum formalitatem? Bald. in loco proximè allegato dicit, quòd aut loquimur quantum ad ipsum vasallum iurantem, & tunc haberet necesse præcise stare contractui feudali, nec posset inuito domino renuntiare: quia iuramentum imponit præcisam necessitatem, vt vult gloss. sing. in l. si pecuniam. in verbo, necesse habeas. ff. de condi. ob causam. Ecce quòd Bald. ibi approbat illam gloss. quam gloss. etiam sequuti sunt Bald. & Salic. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest proser. Aut loquimur in harede iurantis, & tunc ipse posset renuntiare, sed tamen tenebatur domino ad interesse. Ratio diuersitatis inter vasallum iurantem, & eius hæredem est, quia vinculum præcisum & speciale iuramenti est personale ex parte iurantis ita notat Imol. quem cæteri sequuntur in c. veritatis. ext. de iureiur. † Aduertite tamen, quòd si filius mortuo patre immiscuisset se hereditati paternæ, non posset postea refutare feudum. text. habetur in ca. 1. in titu. an filius vel agnatus. De materia prædicta habetur per Bald. in l. 1. in xij. car. & sequen. ff. de re. dub. Aliquando verò refutatio feudi fit ad finem, vt quis excludatur à successione feudi, vt ecce,

ecce, Titius & Sempronius fratres, habentes bonatam allodialia, quàm feudalia deuenerunt ad diuisionem, & Sempronio in diuisione fuit adiudicatum totum feudum vel pars, & Titius fecit pactum de non petendo dictum feudum à fratre suo Sempronio vel hæredibus illius: modo contingit, quòd Sempronius decesit sine hærede masculo: nunquid pactum illud de non petendo nocebit Titio, vt non succedat in dicto feudo? Concludit pactum prædictum nihil nocere, imò Titius succederet in illo feudo paterno, non obstante pacto prædicto. ita probat text. in c. fin. in titu. si de feud. defun. fuer. contro. & in c. primo in tit. de eo qui finem fecit agna. † Et sic habetis ex illis iuribus notanter colligere, quòd 5 pactum factum à fratre fratri recipienti pro se & suis hæredibus de non petendo feudum, intelligitur de liberis, non autem extraneis. nam in feudalibus appellatione hæredis intelligimus de filio masculo. ca. ij §. profecto in titu. de lege Conrad. non autem intelligimus de hæredibus extraneis, vt plenè not. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. Quod procedit etiam si pactum fiat per modum liberationis, vt in iuribus prædallegatis, & sic restringitur pactum. & dicit Bal. in d. c. fin. in titul. si de feu. defun. & c. se credere, quòd idem esset si fieret per modū renuntiationis: quia secundum eum renuntiatio habet vim pacti personalis, qa fit cōtemplatione certæ personæ. text. est no. in l. iubemus. C. ad Velleia. † Item 6 colligitur ex duobus capitulis superius allegatis, pactum interpretari, aptari, & declarari secundum rei naturam in pactum deducta. nam quòd contemplatione certa

te persone fieri præsumitur, perinde habetur ac si illa persona esse nominatim expressa, quod est notandum. Sed iuxta prædicta quæro de quæstione in qua consului: duo fratres habentes feudum paternum fecerunt inter se diuisionem, & adinuicem sibi promiserunt de euictione. item adinuicem renunciarunt omni iuri, quod haberent in illo feudo, vel habere sperarent, vel possent, vtrum si alter ipsorum moriatur sine descendentibus, alter succedat in illo feudo? Ego consului fratrem superstitem admitti ad successionem, non obstante illa promissione de euictione: quia non intelligitur facta promissio de euictione in casu, in quo feudum sine natura reuertitur ad alium, dummodò diuidentes scirent res esse feudales. nec hoc casu habet locum l. vindicantem ff. de euic. Ita volunt Cyn. & Bart. & Bald. in l. si familiæ C. famil. hercis. ita limitantes gloss. Ibi ergo patet quòd promissio de euictione non habet obstare. Dicebam etiam quòd illa verba, Renunciarunt omni iuri, quòd haberent vel habere possent seu sperarent non excludebant fratrem superstitem à successione feudi fratris defuncti sine liberis, per prælleg. cap. 1. de eo qui fi. fecit ag. Et cum mihi diceretur, quòd in illo c. & in ca fin in tit. l. si de feu. defunct. controuer. non erat facta renunciatio per prædicta verba, ego defendebam quòd ratio assignata per gloss. & Bald. in dicto iuribus erat vniformis, & militabat in casu prædicto: quia ratio illorum iurium est, quòd pactum censetur personale, et renunciatio personalis, quia intelligitur facta contemplatione fratris & suo-

sorum descendentium non autem alterius. Quinimò plus dicebam, quòd si taliter renuntians voluisset omninò & in totum amittere ius feudi, hoc facere non potuisset, nisi renuntiando in manibus domini ipsius feudi. Ad hoc adducebam Bald. in d. ca. 1. in ver. omnino. in tit. prælleg. de eo qui fi. fec. ag. Non enim tale pactum vel renunciatio intelligitur factum vel facta in fauorem illius, cui nostra non interest acquirere, per not. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in x. q. ff. de verbo. obliga. Et ad præmissa videatis clarissimum Doc. Dominum Fran. de Aretiis de Are. suo consil. in vbi etiam ita determinat. † Limitabitis tamen prædicta procedere, nisi agnatus omninò renunciasset feudo, vt probatur in d. c. 1. in ver. omninò. in tit. de eo qui fi. &c. Et omninò dicitur renunciare, quando renunciat in manibus domini cum pacto, de quo suprà, vt dicit Bal. ibi. Idem si agnatus renunciasset feudo eo pacto, vt vasallus qui habet feudum, inuestiretur de illo feudo tanquam de feu. nouo. Nam hoc casu agnatus renunciãs nõ succederet in feudo illius agnati inuestiti, vt suprà, vt expressè probatur in eo. §. vnico. in fi. in ti. proxi. alle. † Aliquando verò vasallus renunciat feudo in manibus domini sui, benè videndum est, nunquid talis renunciatio habeat præiudicare filijs ipsius renunciantis? Bal. in l. qui se patris. in 8. col. aliàs in 5. in vers. item quæritur. C. vnde libe. relata prius opinione Nicol. de Mat. distinguit hoc modo: aut pater cõsensit aliquid in sui præiudiciũ: & tunc quia simplici consensu non absorbetur ius de futuro l. 1. §. quod ait. ff. quorũ legatorũ

&

& tempore renuntiationis ius filiorum est futurum: ideo talis consensus patris non præiudicat filijs: Aut pater renuntiat, & tunc quia renuntiatio in iure creando, quod creatur per mortem, si est facta, ipsa renuntiatio ante mortem non obstat filijs. gloss. no. in l. fin. in gloss. quæ incipit, vt in auth. C. de bo. liber. Aut pater simul consentit & renuntiat: & tunc quia quantum in eius fauorem non est introductum, renuntiare non potest, vt vult pulchra gloss. in l. iubemus. §. scientes. C. de sacros. eccl. ideo non habet nocere filijs. Aut pater renuntiat feudo, & promittit non venire contra renuntiationem, & tunc si promittit de se, tantum tunc non vocet filijs, quia filij mortuo patre veniunt iure nouo, dummodo sint hæredes patris secundum vtrumque feudi l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de le. 2. Paula Cal linico, §. fin. ff de lega. 3. Aut promisit pro se & suis liberis & hæredibus. & hoc casu dicit Bald. in loco allegato, idem dicen. in feudo quod in alijs bonis filij alienatis per patrem. l. cùm à matre. C. de rei vend. no. per Dd. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. Aduertite, quia Pau. de Ca. suo consil. 154. incipiente, In Christi nomine amen. circa princip. in 6. colum. illius consilij dicit, quòd quemadmodum pater renuntiare potest iuri patronatus ad præiudicium liberorum & suorum descendentium, ita quòd mortuo patre filij nõ succedent in iure patronatus, vt vult Archi. in c. 1. ext. de iure pat. lib. 6. ita potest pater renuntiare feudo ad præiudicium liberorum & descendentium suorum, quia ius patronatus defertur filijs ad instar bonorum feu-

dalium. Addite eundem Bald. in l. si in personam. C. de fide com. vbi dicit, quòd si Titius habeat feudum, & filius eius post mortem patris renuntiet illi feudo, non præiudicabit nepoti, quoniam ex edicto successorio admittetur ad feu. quia ipse nepos est proximior agnatus, & ideo illi præiudicari non potuit per renuntiationem sui patris. c. si vasallus culpam. in tit. si de feu. defunc. Item non obstante renuntiatione prædicta feudum remanet paternum. c. 1. & ibi not. in tit. de vasal. decrep. æta. Subijcit Bal. in d. l. si in persona. quòd si Titius accepit feudum, & filius, & nepos Tity repudiauerint illud, non præiudicabunt pronepoti, imò pronepos admittetur ad feudum quia ex natura feudi descendentes succedunt vsque in infinitum. c. 1. §. hoc autem notandum. & §. cum verò Corradus. in tit. qui feu. da. pos. Et opi. Bal in d. l. fin. in persona sequitur Alex. de Imol. suo consil. viij in 5. col. illius consilij, in 3. volum. Addite pulchram limitationem ad præmissa. nam si pater accepit feudum pro se & liberis suis, hoc casu pater renuntiando feudo non potest præiudicare suis liberis, quia censentur duæ concessiones: vna pro patre, alia p filijs l. quodcunque. §. si quis ff. de verb. obliga. & ideo pater non potest renuntiare ad præiudicium filiorum. ita dicunt no. Dy. Bal. & Ang. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de lega. 1. Et Pau. de Cast. ibi valdè magnificat istud dictum. dicens se ita consuluisse & obtinuisse: refert tamen se tunc non fuisse recordatum de illa decisione. & notabis perpetuò istam pulchram limitationem. Addite in quantum Bal. in d. l. qui se patru.

dicit, quod refutatio feudi facta per patrē nocet quā doque liberis, posset dubitari, nunquid si vasallus refutet feudum antiquum in manibus domini, an talis refutatio nocebit agnatis? Concludite quòd non. ita vult Bal. & omnes sequuntur in ca. 1. in titu. de alien. feu. pat. Sed pulchrum est videre, an hoc casu agnati poterunt statim revocare feudum? gloss. in prælegato ca. 1. determinat quòd non, sed demum mortuo ipso refutante. Iacob. de Belui. ibi determinat contra illam glo. monetur, quia cùm vasallus feudum refutaverit, perdit omne ius suum, ita quod nulla reliquia feudi remanent apud eum. Ergo statim debent admitti agnati ad revocandum. ca. 1. an ille qui interfe. fra. domini su. & arg l. idem erit. in fin. cum l. sequen. ff. de asig. lib. Bald autem cap. 1. in §. hoc quoque. in sua prima conclusione. in titul. de succeff. feudi. determinat, quod talis refutatio non nocet agnatis, nisi demum vivente ipso refutante, & suis hæredibus. Et hanc opinionem sequutus est ipse Bald. in prælegato ca. 1. in titul. de alien. feud. pat. vbi dicit sequendo gloss. ibi, quòd agnati demum poterunt revocare mortuo ipso refutante & suis hæredibus: quia refutatio habet in se cōsensum: & ille, cui facta est refutatio, poterit habere illa commoda, quæ posset habere ipse refutans, si non refutasset: sicut in similibus dicimus, in eo, qui tenet rem ad libellum seu precarium, qui ingreditur religionem, vel alium locum, ad quem plenè se transfert & dedicat. per ea, quæ habentur in authent. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & c. vi lex continentia. xxvij. quæst. iij.

Item

Item quia durante iure refutantis debet durare ius acceptoris. l. peto. §. prædium. ff. de leg. ij. & l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pig. Hanc eandem opinionem tenuit Iaco. Aluar. in ca. 1. §. fin. in sua xxxvij. conclusione in tit. qua sit prima causa beneficij amit. allegat Ia. de Ardizo. ita tenere in summa sua, in tit. qui. mo. feud. amit. sub rubricella, si vasal. feu. idem refuta. Idem tenet ipse Ia. Al. in d. c. 1. in titul. de alie. feud. pat. & ab ista sententia in iudicando non recedatis. quam opinionem sæpe sequutus sum in consulendo. † Dubitatur etiam, vos scitis quòd vasallus etiam sine licentia domini potest infeudare seu subinfeudare feudum quod habet. ita vult gloss. magna circa fin. in ca. 1. §. præterea. in tit. de capi. Corra. ponamus quòd vasallus, qui subinfeudavit alteri feudum, refutet illud feudum in manibus domini, vtrū resoluetur illa subinfeudatio? Bal. eleganter in d. c. 1. in tit. de alie. feu. pater. determinat quod sic, intantum quòd refutatio valebit in præiudicium eius, cui fuit facta. allegat Odof. ita tenere in sua summa, in titu. qui. mo. feu. amit. in ver. vndecima causa est. Et in veritate ista sententia videtur probabilis in c. 1. §. rursus. in tit. qui. mo feu. amit. Sed hanc conclusionē limitabilis procedere, nisi ipse subinfeudās sit paratus seruire priori domino, in cuius manibus est facta refutatio, & recipere ab eo investituram. Hanc limitationem ponit Iacob. de Belui. Nicol. de Neap. Bald. & D. Mart. de Lau. in d. § rursus. Ex qua limitatione habetis colligere, quòd licet text. in d. § rursus. dicat, ipse subinfeudatus nullo iure poterit se defendere, tamen

men iste terminus vniuersalis negatiuus recipit limitationem, de qua supra. Optimè facit tex. cum gl. in l. ob as. C. de pradi. minno. & tex. cum gl. in l. fi. C. sine cõsu. vel reli. Idem tenuit Iac. Alua in d. c. 1. in tit. de alie feu. pat. vbi dicit, quòd ista opinio habet magnam æquitatem. † Sed iuxta prædicta quæro de alia pulchra quæstione. Pater habens feudum antiquum fecit inuestiri filium de illo feudo, refutando feudum in manibus domini, ea conditione, quòd inuestiret filium de eodem feudo: et ita factum est in successu temporis, decessit ille filius sine liberis superstite patre, dubitatum fuit, vtrum pater succederet in illo feudo? Videtur dicendum quòd non: quia in feudalibus ascendens non succedit descendenti. text. est in c. 1. in titul. de na. suc. feu. Item quia pater renuntiauit seu refutauit, ergo nõ debet amplius admitti ad illud. l. quæritur. §. pen. ff. de Aedil. edic. Sed Iac. Ardizo. in sua summa, in tit. de suc. feu. sub rubricella, an ascendentes succedant, determinat contrarium, dicens, quòd pater non vocabitur ad illud feudum iure successionis, sed antiquo suo iure, quia feudum erat antiquum. Et hanc opinionem sequutus est Iac. Alu. in d. c. 1. de na. suc. feu. Eandem sententiam tenuit D. Mar. de Lau. in c. 1. in ti. de vas. decrepi. ata. mouetur, quia in materia feudali respicimus agnationem, dirigendo oculos ad stipitem communis agnationis. c. 1. in tit. de gradi. suc. feu. Sed feudum de quo loquimur incepit à stipite, à quo iste pater refutans descenderat: ergo debet ipse pater succedere in tali feudo. non obstat præallega. ca. 1. in titu. de nat. suc.

feu. quia loquitur in feudo nouo, & tunc ascendens non succedit descendenti. licet sit socius in allodialibus authen. defuncto. C. ad senatusconsul. Tertul. nos verò loquimur in feudo antiquo. Non obstat secundum motiuum, dum dicebam, quòd ex quo pater renuntiauerat, non debet admitti ad illud, quia respondeo quòd talis refutatio extinguitur per mortem filij, cuius contemplatione fuerat facta. l. Iubemus. & ibi plenè per Bal. C. ad Vellei. 1. † Addite, quòd licet valeat refutatio facta in manibus domini, tamen si fiat in manibus filij ipsius domini, nihil valebit, vel in manibus vxoris domini: quia renuntiatio facta in manibus non sui iudicis, nihil valebit. ita dicit Io. An. in c. ex ore. ex. de his quæ fiunt à mai. par. cap. et ita dicit Bal. in rub. in titu. de vasal. decrepi. ata. † Item si appareant duæ inuestituræ diuersis codicibus factæ, quamuis renuntietur vni, non tamen dicetur renuntiatum alteri. arg. l. sunum hæredem. C. de iure delibe. multùm ergo prodest habere geminam prouisionem. l. si tibi certam. ff. de adimen leg. Ista est pulchra determinatio Bald. in c. 1. § si verò in titu. de feu. Guardiæ. † Item feudum nuda renuntiatione non perditur, nisi renuntiatio fiat in manibus domini, vel nisi feudatarius patiatur aliũ inuestiri de ipso feudo. nam natura domini tam directi quàm vtilis est, quòd nuda renuntiatione non perdatur, nisi alteri acquiratur. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. pos. Non obstat l. postquam liti. C. de pac. quia est ibi speciale odio litium, vel ibi erat iudex qui supplebat pro absente. ista sunt verba Bald. in authen.

in succesione in fin. colum. C. de legit. hared. Vltimò quaro de tali quaestione. Erant tres fratres, habentes feudum paternum, scilicet, Titius, Sempronius & Caius. Caius partē suā feudi donauit Sēpronio fratri suo, deinde fuit monachatus: fuit contentio de tali feudo, Titius dicebat ad se pertinere pro dimidia, Sempronius autem contendebat habere totum virtute donationis: quaritur quid iuris? Videtur prima facie dicendum, quòd solus donatarius debeat habere, per text. in c. 1. in titu. de aliena. feud. pat. In contrarium facit, quia resoluto iure datorum, resoluuntur ius accepterū. cap. 1. §. rursus. in titul. quibus modis feud. amit. Item per factum illius Caii non potuit praeiudicari tertio. ar. l. fin. ff. de pac. Item si solus Sempronius deberet habere illud feudum, hoc esset contrà mentem primi parentis, qui pari intentione voluit sibi & suis haeredibus prospicere ca. 1. in tit. de duo. fra. à capi. inuesti. Nec sunt de intentione patris, quòd vnus alium supplantaret. praeterea pro hac parte est text. in ca. 1. in tit. de vasal. qui ar. bel. depo. vbi text. dicit, quòd quando vasallus assumit habitum religionis, dominus vocatur ad feudum, si est nouum. Si verò feudum est paternum et antiquum, vocatur agnatus. & illa dictio, Agnatus, est dictio indefinita, quae aequipollet vniuersali. l. si plurib. ff. de leg. 2. quia par est ratio & conditio contentorum sub illa indefinita. Et in hanc partem, scilicet, quòd solus Sempronius donatarius nō debeat habere feudum, inclinat Bal. in praelleg. c. 1. in vlt. col. in titu. de alie. feu pat. sequitur ibi Mart. de Lau. et secundum istam opinio-

opinionem consului, licet Iac. Alua. in praelleg. ca. 1. in titu. de alie. feu. pat. intelligit Bal. velle, quòd solus donatarius debeat habere feudum. sed mihi videtur quòd Baldus determinat oppositum.

SVMMARIVM.

Vasallus an circunscripta promissione tenea- 1
tur recognoscere feudum à domino ad ipsius domini requisitionem.

Recognoscens se tenere quoddam castrum 2
in feudum, an per talem recognitionem videatur recognoscere territorium & iurisdictionem.

Rex cōcedēs castrū cū omni iure, quod ibi ha- 3
bet, an censeatur concessisse ius Regium.

Dispositionem totius inducere omnes partes 4
qualiter intelligatur.

Recognoscens castrū in feudū an & quando 5
intelligatur recognoscere territorium.

Feudatarius non praesumitur nisi probetur. 6

Allodium quid sit. 7

Dominus an possit imponere vasallo recogni 8
tionem feudi sub pœna amissionis rerum, & an talis pœna possit exigi. nu. 9.

Iudex precipiēs alicui sub pœna, si nō pareat, an 10
& quo pacto poterit talis pœna exigi.

Pœnæ quare præceptis adijciantur. 11

Dominus feudi imponens pœnam vasallo quo 12

casu posit talem pœnam exigere.

13 Recognitio feudi facta aliter quàm more solito, an noceat posteris ipsi? recognoscẽtis.

14 Recognoscens se tenere in feudũ à tali domino, præter talem domum, an videatur recognoscere iurisdictionem in homines.

15 Vasallus an teneatur domino feudi ostendere omnes res feudales, pro quib. est subditus. & nu. 19.

16 Vasallus negans feudum, si postea conuincatur, venit feudo priuandus.

17 Vasallus negans se habere instrumentum feudi an tenebitur illud exhibere.

18 Vasall. an teneatur domino ostẽdere feudum & quantitatem feudi.

20 Iudex ecclesiasticus an possit inquirere de titulo eorum, qui possident beneficia ecclesiastica.

21 Recognoscens se tenere in feudum & emphyteosim ab aliquo an præiudicet sibi & hæredibus suis.

22 Recognoscens feudum pro se & quibusdam, an acquiratur ius pro illis quibusdam.

23 Tenens feudũ ab vno domino, si recognoscat se tenere ab alio, an vero domino præiudicet.

24 Recognoscens se tenere feudũ animo donandi bona sua an præiudicet liberis.

25 Recognitio feudi facta per subditũ in fauorẽ domini ipso ignorante, an prosit domino.

Con-

Confessio sine causa non præiudicat. 26

Præstans censum Ecclesiæ de re sua, quæ ex antiquis instrumentis apparet sua, an censeatur transferre dominium in Ecclesiam. 27

Feudatarius qualiter debeat facere recognitionem domino feudi. 28

DICTIQVE vasalli promiserunt cognoscere dictum feudũ specificè, particulater & distinctè, quotiescunque fuerint requisiti. † *Circa materiam recognitionis quæro primò, vtrũ circumscripta promissione predicta teneatur vasallus recognoscere feudum à domino ad requisitionem ipsius domini? cõcludit Bald. quòd sic. ad hoc allego vobis Bald. in proprijs terminis, in l. plures apochis. C. de fide instru. vbi dicit esse idem in emphyteota, quia ad requisitionem directi domini tenetur recognoscere rem emphyteoticam de quo vltimò dicite vt plenius per eundem Bald. in authen si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccle.* † *Secundò quæro de pulchra & quotidiana q. Quidam nobilis recognouit se tenere quoddam castrũ in feudum ab illustrissimo domino nostro D. Sabaudiæ Duce. vtrum per talem recognitionem videtur recognouisse territorium & iurisdictionem? ista est quæstio disputabilis, vnde pro pleniori discussione procedam arguendo & disputando, quò hic veritas melius inueniatur. l. munerum. §. mixta. ff. de mune. & ho. Pro parte igitur affirmatiua facit, quia castrum & territorium constituunt vnum totum, quod est intra certos*

fines positum l.pupillum.§. territorium.ff. de verb. sig. vnde non debet diuerso iure censeri, scilicet, quòd vna pars sit libera & allodialis, alia verò feudalis. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Pro quo facit, quia territorium subiacet castro. l. nulli. C. de Epis. & cle. arg. l. qui ex vico. ff. ad municipa. vnde recognito castro, videtur, & intelligatur recognitum territorium, maximè quia castrum et territorium sunt sicut principale & accessorium. c. si quis episcoporum. & c. possessio territorij. 16. q. ij. Tertiò ad idem facit, quia territorium videtur coniunctum castro: ergo recognito castro, videtur recognitum esse connexum & coniunctum, vt habetur in ca. translato. ext. de consti. Quartò facit, quia appellatio castri est apta cõprehẽdere iurisdictionem, vt no. Inn. in ca. ex literis. de iure pat. ergo recognito castro, videtur recognita iurisdictio. Quintò pro hac sententia videtur facere tex. in l. 1. §. initio. ff. de officio pfec. vrb. vbi dicitur, quòd commissa alicui ciuitate intelligitur sibi commissum territoriũ, licet nihil sit expressum de territorio. Pro parte negatiua adduco infrà scripta motiua. Primò, quia recognitio talis est generalis, & generalitas parit obscuritatem. l. ita fidei. ff. de iure fis. Et nos habemus, quod in obscuris id, quod minus obscurum est, semper sequitur lex. l. in obscuris. ff. de reg. iur. Sed sic est, quòd iurisdictio, maximè mixti imperij, est maior, quàm sint mœnia vrbana vel rustica: ergo non debet cõprehendi sub recognitione predicta, per not. in c. sedes. de rescript. in c. qui ad agendum. ext. de procu. lib. 6. Secundò facit, quia talis recognitio

cognitio est indiscreta, & sine causa: ergo non valet. l. cùm de indebito. §. fi. ff. de proba. & per consequens nõ debet acquiri aliquod ius aduersario. Et prima est forturatio, quia aut prima recognitio inducitur ad feudi constitutionem, & tunc non valet: quia ita certius est modus constituendi feudum sibi per inuestituram c. 1. inti. qui mod feu. consti. potest: ergo per simplicem recognitionem non constituetur feudum. ar. l interroga tam. & l. liberos. & l. parentes. C. lib. causa. aut prima recognitio inducitur ad probãdum feudum iamdudum constitutum, & tunc etiam non valet: quia est facta sub incerta re & genere. ar. l. certum. in prin. ff. de confes. Tertiò ad idẽ facit, quia castrum & territorium, & iurisdictio habent diuersa nomina: ergo non sunt idẽ l. si idem. C. de codicil. ergo recognito vno nõ intelligitur recognitũ aliud. ar. l. Lucius. §. collegio. ff. de le. 3. Quartò in interpretatiõe vocabulorũ debemus attendere cõmunem vsum loquẽdi. l. cùm de Lanionis. §. asinam molendinariã. ff. de fun. instru. l. librorũ. §. quòd tamen Cassius. ff. de l. iij. & l. nummu. eod. tit. Sed ex cõmuni vsu loquendi castrũ dicitur, & muro tenus cingitur: territorũ verò dicitur illud, & est ext. ergo recognito vno nõ intelligitur recognitũ aliud. l. 1. et l. vt Alfenus. ff. de verbo signi. Quintò appellatione ciuitatis nõ cõprehẽditur diocæsis c. Rodulphus. ex. de rescript. c. quamuis. §. quanquã. de præben. lib. vi. Vnde pari ratione appellatione castri non comprehenditur territorium. Sexto facit tex. in l. si quando. C. de bo. vacan. lib. x. vbi probatur, quòd appellatione rei

donata

donatæ non veniunt in donatione nisi de quibus sit expressum. Septimò confirmo primam sententiam, quia in translatione iuris de vno ad aliud, accessorium non cohærens principali, sed diuisibile ab eo, trãslato principali non transfertur l. quoties. ff. de contrahẽ. emp. sed territorium vedum est diuisibile de castro, imò etiam diuisum medio pariete: ergo territorium non venit in recognitione castri. l. si quis duas. ff. commu. prædio. Octauò corroboro opi. tertiam, quia de eis vt de diuersis diuersa iura traduntur. l. 1. C. si curia. relicta cini. rus habita. volue. lib. x. Item appellatione fluminis nõ cõprehẽditur ripa. l. 1. §. in flumi. ff. de flum. p-tereasse, q vẽdidit prædiũ excepto fonte, non videtur exceptasse solum quod est circa fontem l. qui duo prædia. ff. de ser. rusti. prædio. ad idem facit l. si quando C. de bo. vaca. li. x. Et hanc partem Oldr. de Põte. credidit validioribus rationibus esse fulcitam, nisi secundũ eum obseruantia, vel communis loquendi modus, vel aliquis alius actus exterior aliam interpretationem inducat. Et cum ista opinione pertransit Albe. de Ro. 3 in l. fin. in vltima col. C. de iurisdi. om. iudi. † Et ex præmissis infert ipse Albe. ad elegantem quæstionem: Serenissimus Rex Francorum concessit mihi castrum cum omni iure, quod ibi habet, an videatur concessisse ius regium quod ibi habet vt Rex, nõ sicut dominus? Et determinat quòd non: quia sub illis verbis generalibus, Cum omni iure, non videtur ius regium concessisse: quia verisimiliter illud in specie non fuisset cõcessurus. ar. l. oblig. generali. ff. de pig. facit c. in generali, in

tit. si de feud. defun. fue. contro. Bal. autem in præall. leg. ca. 1. in titu. de ca. qui curi. vend. circa vij. colum. in hoc ista concludit, quòd aut castrum & territorium possiderentur eodem iure, & eodem titulo: & tunc ille qui recognoscit castrum in feudum, intelligitur etiam recognoscere territorium: secus si diuerso iure & diuerso titulo possideantur, vel nõ appareat de iure possessoris. ar. l. sed cũ patrono. ff. de bo. pos. tit. generali. facit quod no. Inno. in ca. cum ad sedem. ext. de rellit. spo. †. Subdit ipse Bal. in loco proximè allegato, quòd ✝ quædam se habent vt pars in toto, & tunc dispositio totius inducit omnes partes. l. si vnus. § si ium mihi. ff. de pac. Quædam etiam se habent vt pars circa totum, vt alluuio in fundo & tunc est, quòd in casu precedenti, nisi essent agri limitati l. in agris ff. de acqui. rerũ domi. Quædam verò se habent vt continens & contentum: & tunc aut significatio continentis sumitur ex contento, aut de per se. Primo casu nomine continentis continetur contentum: & ideo si quis præficiatur ciuitati, intelligitur præfectus hominibus illius ciuitatis, quia ex significatione ciuium sumitur ciuitas facit l. 1. §. cum vrbem ff. de offi. præfec. vrb. Secũdo verò casu secus est. & ideo appellatione sacci non continetur farina, nec contra. l. qui saccum. ff. de fur. Quædam verò se habent vt connectens & connexum: & tunc debemus distinguere inter mobilia & immobilia iuxta l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xi. & l. debitor. ff. de pig. Quædam verò se habent vt principale & accessorium: & tũc si accessorium accedit de

necessitate, tunc sub appellatione principalis cõtinetur
§ accessoriũ. l. sed addes §. si quis mulierẽ. ff. loca. † Et ideò si statuto vel cõsuetudine territoriũ fit assignatũ castro, quia tunc talis consuetudo seu statutum inducit necessitatem, ideò ille, qui recognoscit castrum in feudum, intelligitur recognoscere territoriũ. §. si quis igitur ex qualibet in auth. qui. mo. natu. effi. sui. Aut est accessoriũ, quod non accedit de necessitate, & tunc non continetur sub principali, nisi in dispositione sit appositum aliquod verbum ampliatiuũ, vt sunt ista verba, Integro statu, vel cum omni iure. l. si quando. C. de bo. va. lib. 10 facit l. sed & si quid. §. proprietatis. ff. de vsufr. Solennis Doc. D. Pet. de Ancha. in rubricella, accessorium de re. iur. lib. 6 tenet expressè cum opi. Old. superius relata. mouetur per l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. Secundò mouetur, quia in castro præsentatur quædam vniuersitas agrorum intra fines illius castri positorum. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig. Ideò dicit Ioan. And. in c. ex literis ext. de iure patro. quòd villa & castrum sunt quædam nexa vniuersitatem designãtia, quæ continẽt honorem districtum, & iurisdictionem, & ideò transeunt cum vniuersitate, licet aliàs per se nõ transirent. c. cùm Bertol dus. ext. de re iudi. & l. in modicis. ff. de contraben. empt. Tertiò pro hac sententia adducit præfatus Doc. no. per Oldra. suo consi. xlix. vbi tenet, q. princeps cõcedendo simpliciter Ecclesiæ pro anima sua castrum, videtur etiam concessisse merum & mixtum imperium, quasi imperium videatur addere administratio-

nem

nem, quam quis habet ratione territorij. l. fin. C. vbi & apud quem in integ. restit. cog. agitan. sit. & l. quicunque castellorum. C. de fundu. limitrofis, & terru et palu. lib. xi. Est enim iurisdictio adiacens territorio sue ecclesiæ, ar. l. creditor. §. fin de act. emp. ad instar seruitutum, quæ debentur à re rei, quæ concomitantur rem, ad quemcunque transeat. d. l. via constituti. §. quæcunque. ff. de ser. rusti. prædio. & l. testatrix §. 1. ff. si seruus. vendi. Cùm ergo in concessione castri videatur etiam concessa iurisdictio, per consequens est necesse concludere, quod videatur etiam concessum territorium, in quo exercetur iurisdictio, sicut in castro. Alioquin esset diuidere territorium à castro, in quo etiam exercetur iurisdictio: vnde concludit præfatus Doc. quòd sicut per concessionem castri etiam videtur concessa iurisdictio, ita etiam videtur concessum territorium, in quo exercetur iurisdictio sicut in castro. et ad prædicta allegat cap. pastoralis. ext. de dona. vbi concessione simpliciter facta veniunt omnia intra, quæ habet Episcopus in Ecclesia, quam concessit alteri. Addit D. Pet. quòd Bald. tenet opin. prædictam in l. cùm multa. C. de bonis quæ lib. sed non reperio quòd Bald. ibi de hoc loquatur. Non obstat prædictum cap. fœlicis ext. de pœn. libr. vi. vbi dicitur, quòd sicut is propter suum delictum priuetur dignitate pontificali, appellatione non comprehenditur diœcesis, per id, quod habetur in cap. Rodulphus, ext. de rescri. quia respondetur quòd illa decretalis, Fœlicis, loquitur in casu odioso. facit quòd nota. in cap. si

ciuitas.

ciuitat. ext. de sen. excom. in 6. In hoc pulchro passu ego tenerem opi. Al. de Rosa. per motiua per ipsum adducta. Admotiua D. Pe. de Ancha. ego responderem, quòd loquitur in concessione facta à principe, quæquidem concessio debet latè interpretari inquantum concernit præiudicium Principis concedentis, per Inno. & Cano. in c. cùm dilecti. ext. de dona. & per Dd. in l. beneficium. ff. de consti. princi. Nos autem loquimur quãdo priuatus recognoscit se tenere castrum in feudum ab aliquo Principe, quo casu non fit ita lata interpretatio, sicut in concessione principis, per ea quæ notantur in l. veteribus. ff. de pac. & in l. quidquid. ff. de ver. ob. Limitarem tamen dictum Abb. nisi recognoscens apponeret aliquod verbum ampliatiuum, vt sunt ista verba, Integro statu vel cum omni iure, per d. l. si quando. C. de bo. vac. lib. x. vel. nisi obseruantia vel communis vsus loquendi aliud induceret. † Subsequëtet quæro de quæstione quotidiana: dominus terræ petit, quòd omnes & singuli homines possidentes prædia in suo territorio recognoscant se tenere illa prædia vel in feudum vel in emphyteosim, vel in censum, vel tanquam tributaria homines se opponunt dicentes, illa prædia esse libera & allodialia, & non teneri recognoscere: dominus replicat, quòd habet fundatam intentionem suam super omnibus prædijs situatis in suo territorio, vnde quæritur qd iuris? Pro parte domini terræ facit illud quod dicit tex. no. in l. 2. C. in qui caus. &c. lib. xi. vbi tex. dicit, cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua bona esse cognoscant. Secundò ad idem facit textus in simili.

simili. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. probatur, quòd Episcopus habet fundatam suam intentionem de iure communi in omnibus ecclesijs situatis in sua diœcesi: ergo paritatione videtur fundata intentio domini terræ super omnibus rebus situatis in suo territorio. In contrariam partem determinabitis. In primis adduco vobis auctoritatem Hostien. in ca. nimis. ext. de iureiur. vbi dicit, quòd non etiam hoc ipso, quòd quis possidet prædia inter regnum & prouinciam alicuius domini, astringitur ei ad fidelitatem, quia nõ præsumitur feudatarius nisi probetur. Nam secundum eum iure primæuo natu rali omnis persona et omnis res erat libera. ca. iuxta gentium. 1. dist. facit quod no. gloss. in c. quanquam ext. de censi. li. 6. Addit. D. Alb. Pa. in d. c. nimis. quòd Reges, Duces, & alij domini temporales non habent fundatã intentionem suam super singularibus rebus situatis & extantibus in eorum dominio, nec etiam super vtili vel directo dominio, nisi aliter probent. Addite eundem Panormi. in c. si diligenti. in princi. commenti. ext. de præscriptio. vbi dicit, quòd Comites & alij Domini temporales fundant intentionem suam de iure communi super singulis rebus situatis in eorum dominio, quãtum ad iurisdictionem, non autem super proprietatibus ipsarum rerum. Ad idem adduco vobis Bal. in c. cæterũ. in verbis finalibus ext. de iudi. vbi dicit, quòd nullares præsumitur esse feudalis, nisi probetur. Et idem voluit ipse Baldus in cap. inter filiam in titul. si de feudo defuncto fuerit controuer. vbi dicit, quòd omnis res præsumitur esse allodialis & libera, nisi probetur de con-

trario. Et idem subdit, quòd feudum est species seruitutis. allegat gloss. ordin. in l. si cuius, in princip. ff. de
7 vsufruct. alleganti ergo &c. † Allodium enim est quædam proprietas, quæ non recognoscitur nisi à solo Deo secund. Bald. in d. cap. inter filiam. addite eundem Bald. in authent. sicut. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit, quòd omnis res præsumitur libera, nisi doceatur subiecta seruituti. Optimè facit, quod vult ipse Bal. in l. libertas. in prin. commen. ff. de statu hom. vbi dicit, quòd libertas est plurimum posse in eis, quæ decet posse. Subdit quòd libertas præsumitur, et ideo secundum eũ nemo præsumitur homo vel fidelis alterius: quia fidelitas & homagium sapiunt seruitutem, allegat illam gl. ordin. in d. l. si cuius. Concludo ergo ex præmissis pulcherrimis auctoritatibus, quòd domini terrarum non fundant intentionem suam de iure communi super prædijs & possessionibus situatis in districtu eorum, ex eo, quod sint domini terrarum, nisi doceant quod illa prædia sint feudalia, emphyteotica, vel seruilia. Ad ar. suprà. in oppositum factum d. l. 2. C. in quib. caus. lib. xi. vbi tex. dicit, cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua bona esse cognoscant, respondeo, quòd debet intelligi quoad petitionem & iurisdictionem, non autem quoad directum dominiũ vel vtile. Optimè faciunt no. per Bal.
2 in l. cùm multa in fi. colum. C. de bo. qua lib. † Insuper quæro de alia pulchra & quotidiana quæstione: dominus petit à subdito suo, quòd recognoscat sibi qua tenet in feudum vel emphyteosim ab eo, & imponit illi pœnam amissionis rerum, quo casu ita non faciat, verum talem

talem pœnam possit imponere & impositam exigere? Propleniori discussione huius quæstionis præmitto vobis, quòd iudicibus licitum est suam iurisdictionem defendere pœnali iudicio. l. per multas & pœnas. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Videamus ergo, numquid dominus feudi possit imponere pœnam vasallo & subdito suo, quòd nisi veniat ad recognoscendum dictum feudum, perdat illud. Innoc. in ca. caterum. ext. de iudicijs, in gloss. sua incipiente, qui dicunt, dicit eleganter, quòd nunquam vel raro imponitur pœna, nisi amissionis feudi, vel alia, super re feudali, quod dictum est valdè notabile. † Sed videamus, an si talis 9
pœna imponitur, possit exigi? prima facie videtur dicendũ quòd sic, per l. 3. §. 1. ver. primus tamen. ff. vbi pupil. educa. debe. etiam per d. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtem. & per l. ad diem. ff. de ver. oblig. & l. Lucius. ff. de actio. emp. In contrarium facit, quia videtur ista quædam comminatio. per l. interlocutio et l. programma. C. commin. vel episto. & per cap. relatum ext. de iure patron. & per ca. non minus. in fin. ext. de immu. Eccle. Ioan. Blanchus de Marsilia. in sua summa feudorum in titu. quibus modis feudum amit. circa fin. in ver. quæro d. q. &c. refert. quòd ista quæstio frequenter cõtingit in practica in prouincia. quia domini præcipiunt subditis suis sub pœna amissionis feudi. & tandem refert se ad istam cõclusionem quòd si tale præceptum sub pœna amissionis feudi fiat cum causa seu ob causam ad naturam feudi pertinentem: puta, quia dominus præcepit subdito suo sub pœna prædicta, quòd

vasallum veniat ad faciendum recognitionem, vel ad exhibendum seruitium, vel ad prastandum iuramentum fidelitatis, vel homagium &c. nisi praecepto pareatur, incurretur pœna, & committetur: quod dictum bene notetis. Probac sententia optimè facit quod vult
10 Bart. in l. 3. §. 1. ff. vbi pupil. educa. debe. † Vbi dicit, quod si iudex faciat alicui praeceptum sub pœna, & nõ pareatur praecepto, talis pœna poterit exigi, dummodo praeceptum fiat cum causa, seu quòd ipsum praeceptum non sit nudum à causa, nec sit negotium, in quo requiratur, vt praecedat causæ cognitio, tunc talis pœna non posset exigi, quia praeceptum nudum à causa non valet, vt vult Cyn. in l. quoties. C. de fideicomm. & Bart. in l. filius fam. in §. Diui. ad fi. colum. ff. de lega. 1. Et hoc etiam expresse vult Bartol. post Martinum in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 1ij. Non obstant ll. l. interlocutus. & l. programma. allegatæ superius, quia procedunt in his, in quibus debet praecedere causæ cognitio. Vnum tamen aduertite, quòd licet vbi pœna adijcitur praecepto nudo à causa, & non praecedit causæ cognitio, non possit exigi ad vnguem, tamen ex inobedientia seu contumacia pœna fiet arbitrio iudicis. Ita videtur velle Bartol. in d. l. 1. ff. si quis ius dicendo non obst. & Ioann. Andre. in addit. ad Specul. in titul. de
11 iurisdi. om. iud. in fin. † Addite quòd ista magna pœna imponuntur, vt magis homines timeant, & vt cuitentur atrocia, non autem vt exigantur ad vnguem. ita dicit Ioan Rey. in compendio suo feudorum, in d. ca. imperialem. §. praeterea si inter. Subdit, quòd quando imponi-

ponitur pœna fustigationis, vel amputationis pedis, vel pœna eius & personæ: de qua vltima pœna loquitur gl. singularis in authen. de armis. §. oportet. dum ibi glo. dicit, In ære & in personas tales pœnæ non exiguntur ad vnguem, sed reducuntur & mitigantur ex arbitrio iudicis. † Ex præmissis concludo vobis, quòd quan- 12
do dominus facit praeceptum vasallo seu subdito suo sub pœna amissionis, si tale praeceptum sit factum ob causam pertinentem ad naturam feudi, vt est videre in exemplis suprà positis, tale praeceptum valebit, & poterit exigi, secus si praeceptum non pertineret ad naturam feudi. Ego confirmo illam opinionem, per text. cum Bald. in cap. 1. §. Item si delator. in verbo, indignationem in titul. quæ sit prima causa benefic. amitt. vbi dicit, quòd dominus potest comminari vasallo sub indignatione beatorum Apostolorum Petri & Pauli. Nam talis pœna importabit privationem beneficiorũ, quod notate. Item adduco pulchrum text. in l. ij. ibi, indignationem nostri nominis sustinebit. C. de pet. bo. subla. lib. 10. benè facit quod notat Bald. post Pet. de Belu. in authen. statuimus. C. de episcop. & cleric. vbi loquitur de ista pœna indignationis. benè facit text. in §. 1. in authent. de quæst. & text. in §. & non permittas. in authent. de man. Prin. Et in hanc partem inclinat Ioan. Rey. in d. ca. præterea si inter. addite text. in c. ex transmissa. ext. de fo. compe. vbi D. Pa. colligit, quòd in spectatibus ad feudum dominus potest præcipere vasallo sub debito fidelitatis. † Item in ma- 13
teria recognitionis notate vnum, quòd recognitio feu.

facta aliter, quàm more solito, per impressionem, vel errorem, non nocet posteris ipsius recognoscentis. ita no. dicit Bald. in c. 1. ad fin. col. in titu. de feud. Guar. & Castal. allegat l. si per impressionem. C. quod me. caus. & illud dictum sequuntur omnes posteriores. Et idèo ipse Bald. in commento pacis Constan. super verbo. pactiones. dicit, quòd in homagijs & fidelitatibus non debet induci aliqua novitas: quia indebita servitia præsumuntur à subditis extorta. benè facit quod notat ipse Bal. in ca. 1. in tit. qual. vasal. iura. debe. fide. Ita dicit se respondisse cuidam magno viro eum consulenti, & in facto multum arduo. Addit euidenter Bald. in l. nec si volens. C. de lib. causa. vbi per illam l. dicit, quòd si rex faciat aliquam ciuitatem confiteri esse suam, vel iurare sibi fidelitatem, cùm sua non sit, talis confessio, & tale quidem iramentum non præiudicabit. Et idem dicit in Papa et Imperatore, quia in hoc redigitur ad instar tertij. Et idèo dicit, quòd si ciuitas Perusina non subesset Papæ, & non esset de iurisdictione Papæ, omnia pacta & instrumenta cum ipsa ciuitate celebrata essent cassa & irrita. Notanter dixi suprà per errorem vel impressionem. Nam secus esset si sponte ex certa scientia quis faceret recognitionem aliter, quàm more solito. Nam tunc benè sibi præiudicaret, vt colligitur ex not. per Bal. in d. c. 1. in fi. in tit. de feu. Guar. & Castal. & per eundem Bald. in authen. nisi rogati. in fin. col. C. ad Treb. vbi dicit quòd quædam sunt feuda, pro quibus non præstatur sacramentum fidelitatis. Et hoc casu, si per errorem præstetur iuramentum fidelitatis, eius transgressio non induceret periurium: secùs si ex certa scientia hoc faceret. allegat l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cautio. † Nũc quæro de pulchra quæstione: quidam recognouit se tenere in feudum à tali domino quidquid habet in tali loco, excepta tali domo. numquid videatur recognouisse iurisdictionẽ, q̃ habet in homines illius loci? Videtur quòd sic. quia istud verbũ quidquid, & verbũ, omne. sumuntur ex vniuerso. l. hæredes mei. in prin. & l. Balista. ff. ad Tre. Nã qui omne dicit, nihil excludit l. à procuratore. C. man. et l. oẽs. C. siue cen. vel reli. c. solitæ. ext. de maio. & obe. In contrarium facit, quia ex quo ipse recognoscens excepit rẽ corporalẽ scilicet domũ, ex vi talis exceptiõis videtur voluisse declarare, quòd nõ intendebat recognoscere incorporalia sicut est iurisdictio. ar. l. nã quòd liquidæ. §. si cui. ff. de vsu. leg. Nã virtus exceptionis est duplex, scilicet eximere et abstrahere, & virtutẽ verbi indefiniti & obscuri declarare. l. si. §. cui dulcia. ff. de tut. vt. vel ol. leg. Nam per præcedentia declarantur subsequentia. & econtra l. si seruus plurium. §. si. ff. de le. 1. & l. legatorum. §. qui plures. ff. de leg. 2. Cùm ergo ipse recognoscens excepit rem corporalem, datur intelligi quòd de re incorporali, id est, iurisdictione non sensit. Concludite, quòd aut recognoscens dixit hoc modo, Recognosco quidquid possideo in tali loco, excepta tali domo, & tunc non videtur recognouisse iurisdictionem, quia esset trahere verba ad sensum improprium. Nam cùm iurisdictio sit incorporalis, non possidetur propriè. l. seruus. §. incorpora-

14

porales.ff.de acqui.re.dom. Ita distinguit Rald.in ca. 2.circa 8.seu 10.colum.ex mente Old.in titu.de capi. qui.cur.ven in vsi.feu. Vnum etiam notetis in hac materia,quòd literæ, ex quibus potest sequi priuatio feudi, debent esse munitæ & roboratæ testimonio partiũ, si vasallus,cui dirigũtur literæ, habeat pares: si verò non adsint pares,sufficiat eas roborare testimonio aliorum testium,omni exceptiõe maiorum. l.optimam. C. de contrah.& commit. stipul.Ita dicit elegãter Balin d.c.1.§ fin.in pen.col.in tit.de pace iur fir.† Nũc quæro de quotidiana quæstione: dominus petit à vasallo, quòd sibi indicet & ostendat res feudales, pro quibus ipse vasallus est subditus ipsi domino,an vasallus teneatur hoc facere? Gloss.in c.imperialem.§.pen.in titu.de probi.alie feu.per Frid.videtur velle quòd sic.Ioannes Blanchus de Marsilia in sua summa feudorum,in tit. de contentione feud.in secunda parte illius tituli.§. pone quòd dominus agit contra vasallum.in hac quæstione adducit multas rationes pro & contra. & dicit hanc quæstionem esse sabbatinam, vtilem, & valdè quotidianam, ac multum frequentatam in regno Sicilia. videamus ergo argumenta & motiua ad vtramq; partem,& tandem melius concludamus. Pro parte igitur affirmatiua,quòd vasallus teneatur indicare & ostendere res feudales domino,facit,quia alias ipse dominus posset pati damnum in futurum: puta si vasallus decederet sine hærede vel committeret aliquã felonią, propter quã deberet priuari feudo. vnde officio iudicis incumbit prouidere, ne dominus damnum patiatur l. illi-

licitas.§.1.ff.de offi.Præs.Secundò pro hac parte facit,quia vasallus præsumitur in dolo, ex quo non vult ostendere res feudales domino,ar.l.dolus.C.de rescin. vendi.& arg.l.fin.C.de fide instru. Tertiò præsumitur dolus in vasallo, quia non vult obtemperare domino petenti sibi ostendi res feudales.l. non potest.dolo carere.ff.de reg.iur. Quartò ex vitiosa locutione vasalli præsumitur dolus contrà eum.Nam cum confitetur se vasallum, & cùm petitur ab eo quòd ostendat res feudales,dicit se nescire,vel quòd grauius est,dicit, Nolo ostendere. Quintò interest domini, quòd sibi indicetur & ostendantur bona feudalia.l.si defensor.§. illud.ff.de interro.actio. Sextò, nisi ita dicamus, dabitur occasio malignãdi contrà l.in fundo.ff. de rei vẽd. & contrà c.quanto.ext.de diuor. & illud,quod malignum propositum inducit,esse euitandũ. l.3.ff.de iureiur.Io.Blanchus in loco allegato pro ista parte adducit iura infrà scripta:primò l.Falsus.§. qui alienũ. ff.de fur.l.restituta.ff.ad Treb.text.in l.3.§.coges.in authen.de man.prine.l sicut datam. C.de libe.caus.l. si.C.ad exhiben. Item Iac.de Bel.in loco prædicto pro ista sententia adducit iura infrà scripta, scilicet, §.hoc autem.in authen.de coll.col. 8.l.si quis argentum.§.1.C.de dona.l.quamuis.ff.de pig.ac.& l.si cui. ff.de seruit.tit.generali. Vos potestis addere pulchrũ text.in l.Titius Sempronij.ff.de ac.emp.Pro parte negatiua, quod vasallus non tenetur indicare feudum domino,facit forte,quia vasallus ignorat,vnde ratione ignorantiæ debet excusari, & potest petere, quod

eũ dominum informet, ar. l. Iulianus. §. 1. ff. de ac. emp. & l. cùm sex. ff. de Aedil. edi. & l. quæ sub conditione. §. mortuo. l. fi. ff. de condi. insti. Secundò fortè dictum feu. est paternum & antiquum, vnde præsumitur ignorantia in vasallo. l. qui in alterius. ff. de re. iur. Tertiò imputandum est domino, quia non debet ignorare res suas, nec debet ignorare feuda, quæ mouentur ab eod. arg. l. quisquis. C. de vescin. vend. Quartò, domino petenti incumbit onus probandi, quia nemo tenetur dicere titulum suæ possessionis. l. cogi. C. de peti. hære.

Quintò actor debet probare, & fundare intentionem suam, non autem exigere de domo rei. l. nimis graue. C. de test. cap. cum super. ex. de caus. pos. & proprie. Sextò hac parte tex. feudales adducuntur. Et in primis adduco tex. in ca. vasallus si feudum. in verbo, coniunctus. in ti. si. de feu. defun. fue. contro. Namille text. in verbo, coniunctus, debet intelligi, scilicet, per probationes factas per dominum: ergo vasallus non tenetur instruere dominum. Item adduco tex. in ca. vasallus feudum. in ti. proximè allegato. Item tex. in ca. fin. in titu. de leg. Cor. Septimò. l plures apochis. C. de fide instr. Quid dicendum? Host in summa sua, in tit. de feu. §. quibus modis. versi. quid si vasallus, determinat, quod si vasallus confiteatur se vasallum, tenetur indicare & ostendere res feudales domino, alias amẽ omnes res, quas tenet ipse vasallus, præsumuntur feudales et moueri de feudo illius domini. p quæ opinione optimè facit quod vult Alb. de Ro. in l. Titius Sèpronij hæres. ff. de act. emp. vbi dicit, quòd si cẽsualis vel emphyteota

phyteota soluat mihi ficũ, & cõsiteatur se mihi obligatum ad ficum annu, nisi ostendat mihi res, pro quibus præstat mihi illum ficum, omnia bona sua præsumuntur fictualia, allegat arg. l plurib. ff. de accepti. l. forma. §. 2. ff. de cẽsib. no. per. Spe. in ti. de loca. §. nũc aliqua. versi. lxxv. & ver. 76. & ea quæ habentur per Pile. in qũstionibus suis, sua q. xvij. incipiẽte, quidã rusticus. Et de hac materia ipse Albe. dicit se notasse in l. si certis annis. C. de pac. Alij dicunt quòd vasallus tenetur indicare & ostendere res feudales domino, sed si iuret ad sancta Dei Euangelia se ignorare, excusabitur, ar. l. si quis pro redemptione. C. de dona. Et arg. l. fi. C. de bo. auctо. in pos. & ar. l. fi. C. de iure do. Ego ad hoc allego pulchram gl. in l. 2. in verbo, iurata fide. C. quãdo & qui. quarta pars debe. li. 10. vbi gl. dicit. qd vxor defuncti tenetur patefacere bona defuncti hæredib. Adde Bal. in l. 1. C. de na. li. vbi determinat, quòd concubina habẽt venenũ, et vt patefaciãt bona amasij defuncti possunt poni ad torturam. Subijcit q vxor sõlum astringitur iuramento, per gl. p dictam. & illamet gl in l. 2. dicit, quod vasallus tenetur patefacere feudum. D. Azo quem Bal. in l. contractus. C. de fide instr appellat vas & fontem legũ in quæstione p dicta, determinat vasallũ ostendere & indicare teneri feudum domino: quia cùm cõsiteatur, debet suam confessionem reddere certam. l. certum. in prin. ff. de confess. & c. longinquitate. 12. quæst. 2. Adhoc adducitur l. Titius hæres Sempronij. superius allegata. præfati Doctores, scilicet, 10. Blanchus & 14. de Belui. in locis allegatis

allegatis determinant etiã contra vasallum, vt teneatur ostendere feudum domino, nisi pretendat iustam ignorantiam, puta successit in tuo alterius. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. Et in hoc poterit operari sacramentum ea, quæ dixi suprà. Si tamen pactum esset recens, de quo casu dominus non potest pretendere ignorantiam, tunc vasallus non teneretur illi iudicare feudum: imò ipse dominus haberet probare intentionem suam. l. actor. C. de proba. † Aduertat tamen vasallus, ne neget feudũ: quia si postea conuincatur de mendacio per dominum, priuabitur feudo. c. vasallus in ti. si de feud. defunct. fue. contro. Et idem esset in emphyteota negante emphyteosim: quia si conuincatur de mẽdacio priuabitur possessione illius rei. Ita dicit Angel. ad literam in l. si. ff. de rei vendi. quod notetis. Plus dico vobis, quod idem esset in eo, qui fraudulenter diceret se possidere rem nomine alterius ad finem differendi iudicium, & eniandi iudicium, nam si conuincatur de mendacio, debet priuari possessione illius rei. Ita dicit not. Bald. in l. 1. C. de hu qui poten. nomi. q notetis. Bald. in c. vasallus. 1. refert in primis opi. Iac. de Belu. quam superius recitaui. refert etiam opi. Iac. de Ardizo. et deinde ipse dicit, quòd in istis factis implicitis & antiquis. vbi non apparent instrumenta nec testes originarij. recurrendũ est ad communem omnium memoriam & famam. l. si arbiter. ff. de proba. l. at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest. nam fama secundum eum, quæ diu viguit, induxit iuris præsumptionem, & super hoc secundum eum poterunt interroga- 16

rogari domestici, per not. in l. 3. C. quando & quibus quarta pars debe. li. x. & in l. si in rem agat aliquis ff. de rei vend. Addite vos, quòd in factis antiquis multũ operatur fama, vt vult Bald. in l. proprietà. C. de proba. & Ang. in d. §. cùm me absente. & idem Bald. in l. cùm super. C. de rei vend. Et cum ista opi. Bald. pertransit D. Mar. de Lau. in d. c. vasal. 1. † Addit Bald. in loco proximè allegato, quòd si vasallus iuret se non habere instrumenta, non tenebitur illud exhibere domino arg. l. si. C. de fide instru. Si verò habeat instrumentum, vel confiteatur se illud habere, tenebitur illud exhibere domino. d. l. Titius hæres Sempronij. vbi quis cogitur edere instrumentum iure contractus. & l. si prædiorum. C. ad l. Falc. vbi cogitur edere instrumentum iure vltimæ voluntatis. & l. maritus. §. fi. ff. ad l. Falc. vbi tenetur exhibere instrumenta ex iure dispositionis. Et si vasallus recusat exhibere instrumenta inuestituarum, poterit contra eum practicari elegans dictum Inn. in c. G. perpetuus. ext. de fide instru. vbi dicit Inn. quòd quando quis habet instrumentum, quòd tenetur exhibere, & si hoc facere recusat, poterit comminari, quòd si non exhibeat intra talem diem priuabitur commodo instrumentorũ. & illud dictum Inno. sequitur Bald. in d. c. vasallus in fin. col. & idem Bald. in l. 2. C. vt lit. pen. Addatis eundem Bald. in c. 1. in tit. de vasal. qui contra const. Lotha. † vbi dicit, quòd in hac dubitatione, an vasallus teneatur ostendere domino feudum & quantitatem feudi. Iac. de Ardizo secundum Bald. in sua summa, in tit quib. mod. feud. 17 18

feu. amit. sub. rubricella. si dubitetur, quod & quantum sit feudum, tenet, quòd nisi vasallus ostendat feudum & quantitatem feudi, totum præsumetur feudale, quia indefinita & incerta possessio æquipollet vniuersali. ipse verò Bald. in loc. prædict. dicit distinguendum esse, quòd aut dominus agit contra vasallum, & tunc ipse dominus debet probare intentionem. allegat. l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi. Similiter si vasallus agat contra dominum, debet suam intentionem probare. Et si ambo agunt contra tertium, debent probare suam intentionem, quia secũdum Bald. sicut causa incerta in libello debet probari per agentem. vt vult Inn. in c. ex parte Abbatis. ff. ext. de priuil. ita & res, de qua est mentio facta in libello. & ita quiescit Ioa. Rey. in c. 19 imperialem. §. illud. † Vos potestis in hoc pulcherrimo & quotidiano passu concludere, vasallum teneri indicare & ostendere feudum domino, nisi prætendat probabilem & iustam causam ignorantiæ. d. l. quia alterius. Non ob. motiuum supra in contrarium factum, dum dicebatur, quòd nullus cogitur docere de titulo suæ possessionis l. cogi. C. de peti. hær. & l. fi. C. de rei vend. & c. vni. ext. eccles. iast. beneficia, &c. Et hoc secundum potestis corroborare auctoritate Bar. in l. pe. C. de cond. prædi. fiscal. lib. 11. qui dicit, quòd si Rex citet Baronem, vt veniat ad ostendendũ, quo iure teneat castra, quæ possidet, talis citatio erit nulla, quia nemo cogitur ostendere titulum suæ possessionis. d. l. cogi cũ similibus. Ad idem potestis addere Host. & Ioan. de Imo. in c. dilect. filius Abbas. ext. de offic. ord. vbi dicit hæc

hæc verba formalia. Nota argumentum contra Principes occupantes & inuadentes castra & iurisdictiones, quæ ab alijs ab antiquo detenta fuerunt, nisi eis ostendatur titulus. Nam contrà iurisdictionem videntur requirere titulũ, cum possessor nõ teneatur ostendere titulum suæ possessionis, & sufficit quòd ab antiquo ita fuerit obseruatũ, & procederet secund. eos in Principe seculari. † Sed Iudex Ecclesiasticus bene põt inquirere de tit. eorũ, qui possident beneficia ecclesiastica, quia fundata est eius intentio in tota diœcesi. c. oẽs basilicæ 16. q. 7. & c. de xenodochijs. ext. de reli. do. Sed intentio principis secularis non est fundata de iure communi, per ea quæ habentur in c. nimis. ext. de iureiuran. Respondebitis istis motiuis quòd possent procedere, quando ille qui possidet castrum, non confitetur se vasallum, imò prætendit ea castra ad se pertinere pleno iure, nec confitetur se illa tenere in feudum. Nos verò loquimur, quando confitetur se vasallum & feudatarium: nam tunc tenetur feudum ostendere, & indicare domino, & ostendere titulum. Ad hoc allego vobis Baldum in l. 2. C. quomodo & quando iudex. Et q̃ vasal. tenetur ostẽdere instrumentũ inuesti. domino, allego vobis Bal. ita dicentẽ in l. instrumẽta. C. de fideicõ. † subsequẽter elit q̃rendũ. vtrũ, si quis recognoscit se tenere in feudũ et emphyteosim ab aliquo, talis 20 recognitio p̃iudicet sibi & hæredib. suis? Cõcludite, q̃ si recognitio sit facta per errorẽ, non p̃iudicabit hæredib. suis. quia error habet impedire cõsensum. l. si per errorẽ. ff. de iur. om. iudi. et l. q cũ tutorib. ff. de trãsac.

Idem

Idem si recognitio esset facta per impresionem, quid tunc non habet praiudicare posteris. ita dicit Bald. quem omnes sequuntur. in ca. si cod. in ti. de sen. Gnar. & Castal. Et quòd recognitio erronea non habet praeiudicare, adduco vobis Bald. in l. non idcircò. C. de iuris & fac. igno. vbi dicit, quòd si ego soluo censum tanquam pro re emphyteotica, referendo me ad antiquũ contractum non emphyteoticum. ex hoc non constituitur res emphyteotica, quia vsque à principio apparet de errore, & error in principio inducit errorẽ: in processu verò excludit consensum. vnde solemus dicere, q̃ à primordio tituli posterior formatur euentus. l. vnica. C. de impo. lucra. descri li. x. Ad idem allego Ang. in l. qui rem propriam. C. loca. vbi dicit, quòd si nobilis recognoscat in feudum ab Ecclesia castrum suum vel podere, ex hoc nõ transfertur dominium in Ecclesiam. probato quòd castrum & podere erant allodialia. Sed si ex certa scientia, & non per errorem recognosceret rem suam à monasterio vel basilica tanquam censualem, ex ista recognitione facta ex certa scientia res ipsa efficeretur censualis. ista verba sunt Bald. in l. si functiones. C. de donatio. † Iuxta praemissa dubitatur de tali quaestione. quidam confessus fuit, & recognouit se tenere in feudum quoddam castrum à quodã milite recipiente dictam confessionem & recognitionem nomine suo, & etiam nomine quorundam aliorũ, quorum ipse miles erat consors: quaritur, numquid ex illa confessione & recognitione sit acquisitum ius dictis consortibus absentibus, & haeredibus ipsorum consortum, 22

tum, ita quòd possint agere absq; aliqua cessione? Dyn. suo consil. xv. incip. quidam fuit confessus se tenere in feudum & ca. determinat quòd ipsis consortibus etiam absentibus erit acquisitum ius. Mouetur, quia talis cõfessio habet vim traditionis per ea, quae vult gloss. ordi. in l. ab emptione, in gloss. magna. ff. de pact. dum illa gloss. vult quòd si dicam, confiteor me tenere & possidere tuo nomine tantum valeat quantum si dixissem, constituo me tenere & possidere tuo nomine. Ad idem facit. l. interdum in prin. §. fi. & etiam l. qui bona fide. ff. de acquir pos. Si ergo talis cõfessio habet vim traditionis, ergo est acquisitum dominium etiam illis absentibus consortibus, & consequenter est eis acquisitum ius agendi etiam sine cessione. l. per procuratorem. ff. de procu. & l. 3. in princi. ff. quòd vi aut cl. am. Et sicut per procuratorem acquiritur nobis, ita & per negotiorum gestorem ratihabitione sequuta, facit. l. fi. C. ad Macedo. Item secundum Dyn. in consil. praeallegato si per talem confessionem declaratur rem esse feudalẽ, certè acquiritur actio personalis ipsis consortib., vt possint agere condictione ex moribus feudi conditionati, ex l. feudali. Non obstat si diceretis, quòd duae specialitates non debent in eodem subiecto concurrere. l. pe. C. de do. promis. & l. mulieri et Titio. ff. de cond. et demon. quia ratio datur, quod fictiones, quae sunt de iure ciuili, & quorum vna oritur ex altera, benè possunt concurrere. l. singularia. ff. si certum peta. Et quaestionem Dyn. suprà relatam Bal. in l. pen. in fi. colum. sequitur. C. quando lice. ab emp. disce. † Dubitatur et- 23

iam, quid si feudatarius, qui tenet feudum ab vno domino, recognoscat se tenere illud feudum ab alio domino, vtrum per talem recognitionem præiudicetur vero domino? Hostien. in ca. verum. ext. de for. compe. distinguit dicens, quòd aut feudatarius hoc facit mala fide, & tunc non præiudicat vero domino: alioquin secundum eum esset in facultate vasalli subtrahere dominium ipsi domino, cùm per subtractionem possessionis sæpè perdatur dominium. ca. sæpè contingit. ext. de restit. spoliat. & l. fina. C. de rei ven. Aut feudatarius hoc facit bona fide, & tunc præiudicat vero domino quoad possessionem, non autem quoad proprietatem, allegat l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agno. et l. quòd Labeo. ff. de Car. edic. Si verò dubitatur, an hoc faceret bona vel mala fide, istud discutietur coram iudice, & multum considerabitur fama loci, per iura proximè allegata. Hanc opinionem sequitur Ant. de But. in d. c. verum. cum modificatione tamē, si verus dominus hoc scivit & tacuit, per no. in c. 2. ex. de in integ. restit. & in c. olim. 3. ext. de restit. spolia. D. Panor. in d. c. verū. aliter non determinat, sed se remittit ad not. per eum in d. ca. olim. Ioan. de Imol. in d. c. verum, dicit, quòd talis recognitio non præiudicat vero domino, nec quoad proprietatem, nec possessionem. mouetur, quia dominum habet ciuilem possessionem: feudatarius autem habet naturalem, vt eleganter no. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poss. & in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. vnde per factum ipsius feudatarij dominus non priuatur sua ciuili possessione, nisi de ea expellatur vel

tur vel suspicetur se posse repelli. allegat pulchram gloss. in l. 1. §. fin. in gloss. magna. ff. de vsufruct. quemad. caue. Adste vos Bald. in l. 2. C. de ope. lib. vbi in quæstione prædicta dicit, quòd si de iure vel commodo principalis & veri domini aliquid minuitur per ipsam recognitionem factam alteri domino, tunc talis recognitio non præiudicabit vero domino. l. in concedendo. in princ. ff. de aqua plu. arcen. cùm & prorogatio simplicis iurisdictionis non possit fieri per vasallum in præiudicium domini, vt notat Ioan. Andr. in nouel. in ca. ceterum ext. de iudic. & Bartol. in l. prima. §. & post operis. ff. de noui oper. nunciat. Si verò vasallus potest omnibus illis dominis integraliter satisfacere, tunc talis recognitio valebit quantum ad obligationē personalem, non autem quantum ad realem: quia cùm sit vnius, non potest esse alterius, nec etiam præiudicabit vero domino quantum ad possessionem. allegat l. fin. C. de acquiren. poss. Sed contra istam determinationem Bald. & Imol. adduco vobis pulchram gloss. in l. interdum. §. fin. ff. de acquiren. poss. quæ gloss. dicit, quòd si ille, qui precario me rogauit, qui habet naturalem possessionem, & ego rogatus habeo ciuilem, conducat rem illam ab alio, quàm à me, vel constituat se possidere nomine alterius, priuat me mea ciuili possessione. Sed sustinendo opin. Baldi & Imol. respondebitis, quòd quædam est ciuilis possessio, quæ requiescit in naturali possessione, vt est dare exemplū in eo, qui me rogauit precario. nam in ea ciuilis requiescit super naturali possessiōe, quam habet ille rogatus. Et ideo si constituerit se

posidere nomine alterius, vel conducat rem illam ab alio, priuat me mea ciuili possessione, quæ requiescebat super illa naturali possessione. glos. verò in d. l. 1. §. fin. ff. de vsufruct. quemadmo. caueat & glos. in l. 3. vnde. vi. ff. de vi & vi. arma. loquitur de naturali possessione, super qua ciuilis nõ requiescebat. Accipite exemplum in vsufructuario, qui per se naturaliter possidet. l. naturaliter. in princip. ff. de acquiren. poss. Nam ciuilis possessio, quæ est apud proprium, non requiescit super naturali, quam habet fructuarius. ideò per factum ipsius fructuarij non præiudicatur domino proprietario in sua ciuili, quia illa ciuilis, vt dixi, non requiescebat super naturali, quæ est apud fructuarium. Feudatarius quoque habet naturalem possessionem, & dominus habet ciuilem, vt not. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poss. Pro ista theorica benè facit l. non solum. §. qui pignori ff. de vsuca. vnde non recedatis ab opinio. Bald. suprà relata. Aduertite tamen, quòd si feudatarius recognoscat se tenere feudum ab alio, quàm à vero domino, ista erit iusta causa, propter quam poterit priuari ratione ingratitudinis. arg. l. fin. C. de reuo. dona. & arg. ca. fin. ext. de dona. Ita dicit Panorm. in ca. cùm

24 *olim. ext. de re iudica. quod est benè notandũ. † Quero etiam, quidam recognouit se tenere emphyteosim, vel feudum ab Ecclesia, bona sua animo donandi, vtrũ talis recognitio habebit præiudicare liberis & hæredibus ipsius recognoscentis, quoad bona alionde per eum quæsita? Bald. in additio. ad Specul. in titul. de locacirca 12. colum. in verbo, Ecclesiã concessit, determinat*

nat quod non, quia in generali recognitione facta per defunctum nõ includuntur bona hæredis aliunde quæsita. text. habetis in l. Paulus. ff. de pigno. Optime facit l. penultim. ff. de separa. bono. & l. ait Prætor. §. penultim. ff. de mino. † Sed an recognitio facta per 25 *subditum in fauorem domini, puta, quia subditus recognoscit aliquem in dominum ipso ignorante, prosit ipsi domino quantum ad seruandum iurisdictionem in ipsum subditum? Concludite quòd sic, licet non prodesset talis recognitio, quantum ad acquirendum possessionem iurisdictionis. Ita dicit not. Bart. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. † Sed si quis sine* 26 *causa recognoscit se esse hominem, an talis recognitio valeat? videtur quòd non, quia nos habemus quòd cõfessio sine causa non præiudicat. l. cùm de indebito. §. fin. ff. de proban. habetur in cap. si cautio. ext. de fide instrument. Contrarium determinabitis auctoritate Bald. in additio. ad Specul. in titul. de feud. paulo post princip. vbi dat notabilem theoricam, quòd licet in personali requiratur causa, secus tamen est in reali, allegat Cyn. in l. cum falsa. C. de iur. & fac. igno. Optimè faciunt not. per Bald. in ca. penultim. in antepenultim. colum. in titu. de cap. qui curi. vendi. in vsibus feudorum, dum tractat de illo, qui recognouit se tenere in feudum rem ab Ecclesia † Sed quid si ego præsto* 27 *censum Ecclesiæ de re mea, quæ apparet meæ ex antiquis instrumentis, an ex hoc transferatur dominium in Ecclesiam? Bal. in d. l. cum falsa. determinat quòd sic: quia in ecclesiam ex solo titulo transfertur domi-*

nium, seu solo consensu absque traditione. l. fin. C. de sacrosan. eccle. no. in c. 2. ext. de consue. Bald. autem in dicta l. cum falsa. distinguit, quòd aut talis prestatio fit per errorem, qui præsumitur ex antiquis instrumentis continentibus contrarium. Et hoc casu proprietas non transfertur in ecclesiam ex tali præstatione, per ea, quæ habentur in l. cùm de in rem verso. ff. de vsu. & in c. pervenit. ext. de censib. Aut talis præstatio fit ex certa scientia: aut est expressa recognitio dominij facta per illum, qui soluit censum, & tunc transfertur proprietas in ecclesiam ex tacita denuntiatione. l. cum per errorem. ff. de re. iur. iuncta. l. fin. C. de sacrosan. eccle. Aut ibi non expressa recognitio dominij, et tunc idem concludit Bal. quia talis præstatio facta est, firmiter præsumitur feudum vel emphyteosis, per no. per gloss. in l pen. §. pen. ff. de superficie. De hac materia videte plenius per Bartol. & omnes in l. rem aliquam, ff. de acquir. pos. per Ioan. de Imol. in d. c. sicau
28 tio. & per eum in c. fi. in col. fi. ext. de confes. ¶ Vltimo quæro qualiter feudatarius debeat facere recognitionem domino feudi? Proclariori decisione huius quæstionis præmitto vobis, quòd vasallus seu feudatarius si aliqua particularia bona illius feudi, quod tenet à domino, concesserit in feudum alijs, quòd facere potest tribus concurrentibus, vt in ca. pen. in §. pen. in tit. de le. Cor. in lib. feudo. quantum ad illa particularia bona alijs concessa in feudum vasallus habet directum dominium, & illi qui sunt ab illo infeudati vile dominium, & directum est apud Principem seu maiorem dominum, à quo tenet feudum. Ita not. determinat Bald. in l. 1. C. vnde cog. vbi dicit, quòd in singularibus bonis & particularibus, quæ sunt in Apulia, Rex Apuliæ habet directum dominium, quantum autem ad totam vniuersitatem regni habet vile dominium: directum autem dominium est apud vniuersalem Ecclesiam Romanam, à qua ipse Rex tenet regnum. Idem vult ipse Bal. in proœ. D. in 1. car. in 1. col. vbi dicit, q licet vnus ratione vniuersitatis dicatur vtiliter dominus, tamen ratione singulorum feudorum habet directum dominiũ, & eius nomine simplici exercet iurisdictionem, & emolumenta iurisdictionis. Et hanc doctrinam Bald. sequitur Mart. de Lau. in ca. pe. in ti. si vasal. feu. prime. cui. defe. debe. Vnde deducendo istam theoricam Bal. ad practicam dico, quòd vasallus requisitus consignare feu. seu recognoscere sufficit, quòd recognoscat castrum seu partem castri, pertinet ad eũ cum mero, mixto, imperio, & omnimoda iurisdictione: quia ratione illius vniuersitatis non habet nisi vile dominium, & directum est apud dominum, quod tenet ab eo: tenetur etiam recognoscere idonea castri, hoc est, prædia, quæ sunt vicina castro, & ab antiquo reperta sunt esse de pertinentijs castri & feudi. Item si vasallus fuisset inuestitus de castro cum molendinis, & furnis batitorijs, & alijs ingenijs, certè talia bona, quæ tenet etiam à domino tenetur recognoscere. Vtrum autem molendina censeantur esse feudalia, tractaui vobis in verbo, molendinis. & Bald. ponit in cap. pen. in titu. de capi. qui cu. vend. Sed si ipse vasallus haberet

beret aliquos vasallos sub se, qui teneant aliqua bona in feudum ab ipso vasallo, vel in emphyteosim, & sibi debeantur per ipsos vasallos et subditos suos aliquæ pensiones, seu præstationes, nõ tenetur illas præstationes recognoscere domino superiori: quia in illis singularibus rebus, seu feudis singularibus ipse vasallus habet directum dominium, & sic illi maiori domino non tenetur recognitionem facere de illis præstationibus, quæ sibi debentur per homines suos. Nunc concipitù quare Principes in inuestituris faciũt apponi ista verba, quòd vasallus promisit bona feudalia, de quibus inuestitus est recognoscere & specificare particulariter, specificè & districtè. Imputet ergo sibi vasallus, qui se ita astrinxit argu. regulæ iuris, damnum de reg. iur. lib. 6. Habes expeditam materiam recognitionum.

SVMMARIVM.

1 Iudices in causa feudali qui esse debeant.
2 Quæstione inter dominum & vasallũ orta, debent pares curiæ iudicare.
3 Vasallus clericus litigans cum domino an debeat apud pares curiæ iudicium suscipere.
4 Cognitio actionis possessoriæ de re feudali ad quem spectare dicatur.
5 Statutum, quòd prædia non possint alienari in forenses, an semper & vbique sit validum.
6 Vasallus an cõtra propriũ dominum possit agere

gere interdicto, Vnde vi, pro spoliatione.
Discipuli tenentur subuenire doctori & magistro in alimentis in casu necessitatis. 7
Dominus an semper debeat cognoscere de causa feudali inter vasallos. 8
Pares curiæ qui dicantur. 9
Pares curiæ qui habent cognoscere de causa feudali debent esse illius qualitatis, cuius sunt vasalli litigantes. 10
Pares curiæ in causa feudali iudicaturi an possint constituere locum tenentem. 11
Pares curiæ iudicantes causas feudales an debeant iurare de rectè iudicando. 12
Domino feudi in causa feudali agente an debeat habere pares curiæ plures, quàm sint necessarij in iudicando vel testificando. 13
Pares curiæ an possint cogi ad iudicandum in causa feudali. & nu. 23. 14
Pares curiæ iudicantes in causa feudali an debeant esse eiusdem prouinciæ in qualis agitatur. 15
Dominus non habens pares curiæ pro causæ feudalis agitatione quos habebit iudices. 16
Pares curiæ an possint in causa feudali recusari. 17
Reconuentio an locum habeat coram paribus curiæ. 18
Reconuentio augere dicitur iudicis iurisdictionem. 19

20 Declinatoria fori an posit opponi casu quo dominus vel pares curiæ volunt cognoscere de causa feudali.
21 Dominus vel pares curiæ si recusent cognitionem causę feudalis ad quē erit recurrēdū.
22 Dominus vel pares curiæ deficientes in iustitia debent eorum iure priuari.
24 Domino agente rei vendicatiōe contra vasallum ad feudum, allegando illud feudum sibi commissum, vt intentet officiū iudicis, an si vasallus nominet alium dominum, an erit iudex ille nominatus.
25 Cognoscens de causa feudali an debeat seruare ordinem iudiciarium.
26 Citatio quomodo debeat in cau. feudali fieri.
27 Vasallus ad instantiam domini citatus an recusans debeat iterum citari.
28 Dominus iudicans in causa vasallorum vbi debeat sedere.
29 Probationes qualiter sint in materia feudali fiendæ.
30 Verbum, guarentare, quid significet.
31 Quasi possessio fidelitatis & subiectionis an instrumento antiquo ducentorum annorum & vltrà probari possit.
32 Vasalli litigantes an possint prorogare iurisdictionem alieni iudicis.
33 Sententia lata contra vasallum, quòd feudum ad aliū pertineat, an præiudicet agnatis vasalli

vasalli succumbentis.
Sententia lata inter contendentes de feudo certi loci an omnibus illius loci præiudicet. 34
Vasallus an absq; sētētia possit feudo priuari. 35
Sententia lata in materia feudali ad quem sit appellandum, 36
Principi asserenti vasallum ingratum, vel aliàs culpabilem vt feudo priuetur, an sit credendum. 37
Tempus in materia appellationis diuersimodè consideratur. 38
Executio sententiæ in materia feudali qualiter sit facienda. 39

ET DICTI *vasalli prodictis rebus feudalibus conuenti coram quodam iudice ordinario petierunt se remitti coram eorum domino feudi. & c.* †*Pro declaratione dictorum verborum, quæro qui debeant esse iudices in causa feudi? Cōcludite, quòd aut est quæstio inter illos, qui propriè dicuntur capitanei, vt sunt Duces, Marchi. & Comites: & tunc Imperator debet esse index. text. habetis in ca. pe. in princ. in titu. apud quem vel quos contro. feu. defi. Idem esset in alijs, quæ immediatè sub essent Imperatori, & tenerent feuda ab Imperatore per eandem rationem, & idem in illis qui tenent feuda à Rege: nam inter ipsos vasallos Rex deberet esse index. Aut quæstio de feudo est inter alios vasallos, tunc facite vobis tres casus. Primus est, quando est quæstio inter duos vasallos. Secundus est, quando est* 1

do est quæstio inter vasallum & non vasallum. Tertia est, quando est quæstio inter vasallum & dominum. Circa primum casum principalem concludite, quòd aut constat vtrumque esse vasallum, & est quæstio de feudo, seu de parte feudi, vel de finibus feudi, & vterque ipsorum habet alia feuda ab eodem domino, de quibus non est quæstio: tũc inter illos duos vasallos dominus debet esse iudex. c. imperialem. §. præterea. in ti. de probi. alie. feud. per Fede. aut constat vnum esse vasallum tantũ, & est quæstio de feudo, quòd alius prætendit ad se pertinere iure proprio: sed tamen non prætendit se tenere aliud feudum ab eodem domino: tunc pares curiæ debent esset iudices. d. c. pe. in 2. respõso, in titu. apud quem vel quos contro. feu. desi. Aut neuter ipsorum prætendit aliud feudum, nisi illam rem, de qua est quæstio, tunc aut prætendunt inuestituram ab eodem domino, aut à diuersis: si ab eodem, tunc si vterque dicat esse feudum suum proprium, & sibi fuisse concessum, tunc ordinarius vel arbiter erit iudex. ca. 2. in titu. de leg. Corra. Aut vterque prætẽdit feudum antiquum. & suorum progenitorum, et tunc dominus cum curia debebit cognoscere, non autẽ dominus solus vel curia sola. c. pe. §. illud in ti. de inuest. in mari. fac. Si verò alter prætendit feudum antiquum, & suorum progenitorum, alius verò prætendit ad se spectare iure proprio, tunc licet antiquo iure ordinarius vel arbiter cognosceret de causa, d. c. p. in prin. in titu. proxi. allegato. hodie tamen cognoscent pares curiæ. c. pe. in tit. an apud iudicẽ. vel cur. domini quæst. feu. deter. debe.

Si verò

si verò prætendunt diuersos inuestitores, tunc ordinarius vel arbiter erit iudex. d. c. 2 in titu. de leg. Corra. habetis primum casum expeditum. † Circa secundum & vltimum casum, quando est quæstio inter dominum & vasallum, tunc pares curiæ erunt iudices. d. ca. imperialem. §. præterea si inter in ti. de probi. alie. feu. Fed. Distinctionem prædictam facit Iac. de Bel. in c. 1. in tit. de inuesti. in ma. fac. & Io. de Imo. in c. cæterum. ext. de iudi. vbi dicit se velle sequi hanc distinctionem Iaco. de Belui. & eis magis credendum. tanquam magis perito in materia feudorum, eò quia pluries legit ipsum libellum feudorum. Aduertite, quia quibus casibus dixi in præcedentibus recognitionẽ causæ feudalis spectare ad pares curiæ, debet hoc limitari, nisi per priuilegium & continuam consuetudinem sit tali consuetudini derogatum. Ita dicit eleganter Bal. in d. §. præterea si inter. in prin. col. & hoc dictum pluries allegaui in quæstionibus facti cum. N. procuratore fiscali nomine Celsitudinis Ducalis Sabaudiæ, dũ peteret aliquos vasallos, prætendendo eorum feuda esse commissa, & traheret ipsos coram magnifico consilio residentium, & vasalli peterent causam remitti coram paribus curiæ: allegabam, quòd tali constitutioni erat derogatum per contrariam consuetudinem, quia de consuetudine magnificum consilium Ducale consueuit cognoscere de similibus causis & allegabã Bal. in d. c. præterea si inter. & not. per D. Panor. in c. nouit. circa fin. 3. col. ext. de iudi. † Quæro circa prædicta 2 de notabili quæst. Ponamus quòd vasallus sit clericus,

vtrum

vtrum pares curiæ, si sint laici, erunt iudices in causa feudali, vel an dominus laicus poterit esse iudex inter vasallos clericos, quando agitur de causa feudali? Bal in cap. 1. in titul. de controuer. inuest. apud pa. termi. determinat quòd sic, propter naturam causæ. Nam secundum eum natura causæ trahit ad se personam. et econtra allegat not. per Guil. de Cu. in authen. clericus. C. de epis. & cle. Item mouetur, quia cõsuetudo generalis bene potest tribuere iurisdictionem contrà clericos, secus in consuetudine specialis. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. & c. qua in ecclesiarum. ext. de consti. allegat etiam no. in c. quòd clericis. ext. de fo. compe. Mouetur etiam, quia consuetudo feudorum disponit super feudo, quòd facere potest: ergo & super iudicio & iurisdictione. Postea subijcit hæc verba, alij contrà, vt per ca. si diligenti. ext. de fo. cõpe. & ita quieuit Bal. Addite eundẽ Bal. inl. fi. in vlt. car. sui commiti, in ver. sed hic quæritur an si infiniti. C. de edic. dim. Adria. tollen. vbi dicit, quod si ego intento beneficium d. l. si coram iudice seculari, & sunt multi possessores rerum hæreditariarum, & aliqui ex eis sint clerici, tamen tenebuntur respondere coram iudice seculari. quia natura litis et causa trahit ad se personã. Addite id quod vult Bald. in in acceptam. in fin. vltimæ colum. C. de vsu. vbi dicit, quòd si de mandato iudicis temporalis sit factum depositum. quòd ille clericus virtute dicti depositi poterit trahi coram illo iudice seculari, quia nõ dicitur cognoscere de causa contra clericum, sed executiuè officio iudicis compellere ipsum clericum ad restitu-

restitutionem depositi ex quadam consequentia cause. Opinionem prædictam, quòd dominus laicus vel pares curiæ etiam laici possint cognoscere de causa feudali etiam contrà vasallum clericum, tenet Inn. in c. caterum. ext. de iud. & Archi. in cap. 1. ext. de cleconiug. lib. 6. & Nic. de Neap. & Iac. Alua. in cap. statuimus. in titul. de statu. contrà liber. Eccles. in lib. feud. Idem tenuit ipse Iac. Alua. in cap. qui clericus. in titu. si feud. defunct. fue. contro. Addatis Bal. idem volentem in l. si. in fin. col. C. sine cens. vel reliq. & cæt. Et hanc sententiam amplexus fuit Dominus Pan. in d. c. caterum. in 2. col. in ver. vltimò induco. vbi not. dicit, quòd quando per legem ciuilem attribuitur vniuersaliter iurisdictio alicui certæ personæ prætextu certæ qualitatis, talis lex comprehendit clericos tam actiuè, quàm passiuè, quib. competit talis qualitas. nã secũdum eũ lex ciuilis vniuersaliter tribuit iurisdict. domino feudi, & aliquando parib. curiæ in materia feud. d. c. imperialẽ. §. præterea si inter. & quia talis lex ciuilis potest se habere ad commodũ et incommodũ certè habet locum in clericis adducitur tex. in authen. habita. C. ne fil. pro patre. vbi lex ciuil. generaliter disponit, quòd scolares habent tres iudices, & tamen illa authentica habet locum etiam in scolaribus clericis. Mihi videtur, quòd ista opinio non procedat. moueor primò per text. in cap qualiter & quando. ibi, quòd omninò fieri prohibemus. extr. de iudi. vbi text. dicit, quòd canon prohibet omninò trahi clericum coram iudice seculari. Et dictio, omninò, est dictio præcisa,

qua

quæ importat idem, quod indistinctè, & omni casu. gloss. no. & ibi Bar. in l. si cum exceptione. §. quatenus in verbo omnimodo. ff. quod metus cau. & gl. in c. ex parte. 1. ext. de offi. deleg. in verbo omnino. ergo indistinctè prohibetur clericum trahi coram iudice seculari. Secundo moueor, quia verba generalia legis vel statuti nunquam adaptantur ad ea, quæ sunt impossibilia ipsi statuenti. Ita dicit Bald. in l. fi. §. in computatione. in fi. C. de iure de liberan. Ego allego text. notabilem in c. tua. ext. de decimis. & in c. à nobis. ext. de sent. excom. Ergo verba generalia, de quibus in d. ca. imperialem. §. præterea si inter. non deberẽt adoptari in personis clericorum, quia lex ciuilis in specie non potest disponere de personis clericorum, vt habetur in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. ext. de constitutio. Tertiò moueor per c. si diligenti. ex. de for. competen. & per authen. statuimus. C. de episc. & cleri. Quartò moueor arguendo à sufficienti partium enumeratione. Aut enim volumus dicere, quòd dominus feudi est ille, qui trahit clericum vasallum ad iudicium ipsius domini laici, & hoc dicere non possumus. Ad hoc adduco vobis pulchrum dictum Bald. in l. 2. C. vt in pos. lega. vbi dicit, quòd si testator instituat clericum hæredem suum, & grauet eum dare decem alicui, subijciẽdo eum iurisdictioni iudicis secularis, vt coram eo possit conueniri, vel coram alio iudice incompetenti, talis subiectio non valebit. allegat gloss. quam dicit singularem in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Aut volumus dicere, quòd lex ciuilis est illa, quæ hoc casu subijcit clericum vasallum iudicio

iudicio & iurisdictioni domini laici: & hoc dicere non possumus, quia lex ciuilis hoc facere non potest. ca. Ecclesia sanctæ Mariæ. ext. de constit. iuxta illud, nolite tangere Christos meos, id est, clericos vel sacerdotes. ita dicit in authent. de non alien. in fi. 3. colum. in verbo, denegari. colum. 2. Aut volumus dicere, quòd lex canonica est illa, quæ subijcit hoc casu clericum iurisdictioni domini temporalis, et hoc dicere non possumus, quia nemo potest tollere priuilegium concessum clericis à Deo omnipotente. Ita vult gloss. quæ reputatur singularis in c. si imperator. 96. dist. notatur in ca. 2. ext. de maior. & obedien. Aut volumus dicere, quòd natura causæ est illa, quæ trahit ad se personam, & hoc dicere non possumus, quia esset contrà legem diuinam, & dispositionem naturalem. Nam persona debet ad se trahere rem, non autem econtra. in authent. ingressi. C. de sacrosanctis eccles. Ad authent. habitam. C. ne filius pro patre. quam adducit Bal. potestis respondere, quòd non disponit de clericis, vt not. in d. c. si diligenti. hic dicit Bartol. nota. in l. fin. ff. de colleg. illi. quod si Rector vniuersitatis studij est laicus, scholares clerici non poterunt coram eo conueniri. Ad text. in ca. caterum. ext. de iudi. potestis respõdere, quòd ibi non constabat dominum feudi esse laicum. Vnde in secreto iuris posset tenrri, quod opinio contraria superius relata non est bona in iudicando, tamen non esset tutum recedere à communi sententia. † Quæro vlterius, quid si agatur possessorio de re feudali, an cognitio spectabit ad dominum feudi, sicuti diximus in causa petitorij, an verò 4

causa possessorij agitabitur coram ordinario loci? Glo. in d.ca. caterum. dicit, quòd agitabitur coram ordinario loci, non autem coram domino feudi. allegat hoc ca. ex parte B. ext. de foro competen. Inno. in d.ca. caterum ponit tres opiniones. Prima est, quòd quando possessio non dicatur feudalis, & consequenter ordinarius debebit cognoscere de ea. Secunda opinio est, quòd imo sit feudalis, & ideò spectet cognitio ad dominum. Tertia opinio est, distinguens inter vasallum laicum spoliatum, & clericum vasallum spoliatum. Primò cognitio spectat ad dominum feudi. Secundo verò casu clericus spoliatus re feudali poterit conuenire suum spoliatorem coram iudice ecclesiastico per d.cap. ex parte B. quia istud est crimen sacrilegij, quod est ecclesiasticum. ca. in canonibus 16. quæst. 1. quòd procedit secundum eum, etiamsi sit dubius de spoliatore. c. si quis de potentibus. 24. quæst. 3. ibi. Ipse tamen Inno. videtur residere in prima opinione, scilicet, quòd quæstio possessoria debet agitari coram ordinario loci sed ipsemet Innocen. in prædallegato ca. ex parte B. tenet expressè, quod ista quæstio possessoria debet agitari coram domino feudi. Et ad text. in illo ca. ex parte B. respondebitis, quòd ibi in illo ca. illa mulier innatur iure dotalitij, non autem iure feudi. Bald. in d.cap. caterum. arguit ad partes. Primò pro opin. gloss. ibi, quòd ista quæstio possessoria debeat tractari coram ordinario loci: quia talis quæstio est meri facti, & non iuris, nec tangit substantiam feudi, sed quandam superficialem & materialem causam facti, quæ non tangit ius dominij.

l. natu-

l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posse. Vos potestis hanc opin. Glossatoris affirmare hoc modo. Nam quæstio possessoria rei spiritualis non dicitur spiritualis ita vult gloss. not. in c. literas. ext. de iura. calum. Ad idem potestis adducere Bald. in l. 2. in fi. commen. ff. de iurisd. om. iudi. vbi dicit, † quòd si statuto ca- 5
netur, quòd prædia non possint alienari in forenses, quod quidem statutum valet. text. est cum gloss. in l. vnica. C. non licet habita. metroco. lib. 11. Si tamen prædia alienentur in forenses contra dispositionem statuti, possessio mera benè transibit in emptores: quia talis mera possessio est facti, & non iuris, allegat l. quòd vxor viro. ff. de acqui. possess. ipse tamen Bal. in d.c. caterum. dicit communiter Dd. tenere contrà gl. ibi: ipse tamen postea distinguit hoc modo: Aut intentatur sola possessio, & tunc cognitio spectabit ad ordinarium loci, & ita intelligitur gl. in d.c. caterum. Aut intentatur possessio qualificata, id est, tanquam feudalis de re feudali, & tunc cognitio spectabit ad dominum feudi: & ideò secund. eum diligenter debemus attendere libellum actoris, ex cuius personatus metimur. l. 1. §. 1. ff. si pars hæreditatis petatur. & l. cùm quædam puella. § fin. ff. de iurisd. om. iudi. Et ideò concludit ipse Bal. quòd si inter dominum & vasallum debeat agitari quæstio possessoria feudi, tunc pares curiæ debent esse iudices. c. 1. §. si verò vasallus. in tit. de mil. vasal. qui contu. est in lib. feud. & c. 1. in tit. de controuer. inter Episcopũ et vasallũ. Si verò quæstio possessoria rei feudalis agitatur inter vasallos, tũc cognitio spectabit ad dominũ

feudi,& hoc dicit esse tenendum,quia est verum.Idem Bald.in cap.si inter pares.in titul. de lege Corra. distinguit hoc modo: Aut quæstio possessoria feudi recipit adminiculum petitorij: & tunc cognitio spectabit ad dominum. arg.l. nulli. C. de iudi. Aut non recipit adminiculum petitorij.puta,quia agitur ad aliam penam,quam privationis feudi, & alia lege, quàm lege feudali,& tunc ordinarius iudex cognoscet.d.cap.ex parte B. Idem Bald.in d.c.a. imperialem. §. præterea. in fi.colum.in titu. de probi. alien. feu. per Federi. distinguit hoc modo: Aut agitur simpliciter possessorio sine mentione feudi: vel enuntiatiuè prolata fuerunt verba feudi, tamen talis enuntiatio non pertinet ad causam,nec est necesse eam probare, vt notat Innocen.in ca.ex parte.ext. de priuileg. nam verba enuntiatiua, quæ non possunt prodesse.non debent obesse, vt vult Innocent.in d.c.ex parte.quia non informant iudicium. Idem Bal.in ca.1.in titu. de inuest.in mari fac. facit aliam distinctionem,quam ibi videatis. idem Bald. in l.si de proprietate. C.si à non compet. iudi.& cat.dicit, quòd causa possessoria feudi benè potest per dominum feudi delegari,quando de possessorio feudi est contentio inter vasallos, & vterque fatetur illum esse dominum,& hoc procedit si agatur ciuiliter secus si criminaliter ad impositionem alicuius pœnæ:nam tunc causa non spectaret ad dominum feudi, quia dominus non habet iurisdictionē, nisi quatenus lex feudorum sibi concedit.allegat Inno.in c. caterum.subijcit ipse Bald.in loco proximè allegato quòd pœna.l.si quis in tantam.

C.vnde

C.vnde vi.pertinet ad naturam feudi, quia illa l. habet locum in feudatario spoliante,& in feudatario spoliato,vt not.ibi per gloss. Optimè faciunt no per Imol. in l.eorum. ff.de damno infecto. D. Panor. in d.c. caterum.dicit,quòd quando quæstio possessoria rei feudalis est inter vasallos, tunc cognitio spectat ad dominū. Si verò talis quæstio possessoria sit inter dominum et vasallum,tunc cognitio spectabit ad pares curiæ. Ad c ex parte B.superius allegatum respondet duobus modis. primo quòd ibi illa mulier non iuuabitur iure feudi, sed iure dotalitij. Vel aliter,ille text.loquitur in vidua oppressa,& in persona miserabili oppressa & spoliata. Et quia tales personæ sunt sub protectione Ecclesiæ,poterit ipsa vidua oppressa adire iudicem ordinarium Ecclesiasticum.Ioan. de Imol.in d.c.caterum.dicit, quòd qualitercunque agatur de re feudali,cognitio spectabit ad dominum illius feudi, si in libello exprimatur, quòd res sit feudalis. Ad ca. ex parte B. respondebitis vt suprà.In hac materia potestis sic concludere, quòd aut quæstio possessoria feudi est inter duos vasallos, & vterque ipsorum confitetur illam rem esse feudalem, tunc cognitio spectabit ad dominum illius feudi & ita procedit opi. Bal.in d.l si de proprietate.& opinio Do. Panormi.in d.ca.caterum.aut quæstio possessoria feudi est inter dominum & vasallum, tunc subdistinguendum est,quia aut vasallus conqueritur de domino,& tunc pares curiæ seu pares curtis debent de causa cognoscere.tex.habetis in c.vnico. §. si verò vasallus.in ti. de mi. vasal. qui contu. est, aut econtra dominus con-

queritur de vasallo, & tunc pares curiæ erunt iudices. cap. imperialem. § præterea si inter. titul. de prohib. alien. feud. per Fed. aut quæstio possessoria est inter alias personas, puta, quia extraneus spoliauit vasallum possessione feudi, & tunc vasallus spoliatus debet adire ordinarium rei, qui conuenitur super spolio. per no. in l. fin. C. vbi in rem act. Et hoc vltimum vult expressè Ioann. Rey. in d. § præterea. Quid autem si ageretur de crimine criminaliter vel ciuiliter in priuationem feudi contra vasallum clericum, quis tunc debet esse iudex? Videte not. per Dominum Panormit. in ca. verum. in 9. colum. ext. de foro competen. † Sed ne procedamus in æquinoco, quæro iuxta prædicta, an vasallus contra suum proprium dominum possit agere interdicto, Vnde vi, pro spoliatione? Innocen. in præallegato cap. cæterum. determinat quòd non, adducit ad hoc. l. 1. § interdictum. ff. de vi & vi arma. vbi dicitur, quòd libertus aduersus patronum non potest agere interdicto, Vnde vi. Et cum opinione Innocen. transeunt omnes in d. c. cæterum. Pro qua opin. potest is aduertere id, quod vult Bald. in d. ca. imperialem. § præterea si inter. circa 9. colum. vbi dicit, quòd vasallus aduersus dominum suum non potest agere actione furti, & si in libello exprimeret actionem furti, non procederet libellus sed si nõ exprimeret, benè valeret libellus: quia quantũ ad infamiã, magis cõsideramus genus actionis q̃ genus causæ, allegat glo. peregrinã. in l. certi condictio. ff. si certum petat. in princip. Idem dicit, quòd parochianus non potest agere contra suum presbyterum actione

actione furti, quia est famosa: neque etiam contra eum, qui leuauit ipsum de sacro fonte. Ad idem potestis allegare pulchram gloss. in l. 1. § serui quoties. ff. ad Sila. quæ dicit, quòd vasallus debet præferre salutem domini sui suæ propriæ. Pro eadem sententia potestis allegare pulchrum text. in l. liberto. ff. de obsequ. à liber. patron. præstan. vbi videtur, quòd persona patroni debet semper liberto apparere sancta & honesta. Ex qua ratione vasallus tenetur præponere salutem domini. Idem debemus de honore domini dicere. Et attenta opinio. Innocent. possumus inferre, quòd discipulus contra doctorem & magistrum suum non possit agere interdicto. Vnde vi: quia persona doctoris & magistri debet semper discipulo apparere sancta & honesta. ista est gloss. not. in d. l. liberto. Item doctor seu magister dicitur pater suorum scholasticorum. l. 1. ibi, & filios suos erudire. C. de excusatio. artificum lib. 10. † Item discipuli debent subuenire suo doctori & magistro de alimentis in casu necessitatis. iste est text not. in l. 2. circa fin ibi, sed à suis auditoribus plurimum fuit sustentatus. ff. de ori. iur. not. per Innocentium in ca. 2. ext. de magist. Nam pater filijs dat esse, sed doctor & magister dant benè esse. Et ideò cùm Rex Philippus scripsit ad Aristotelem Philosophorum Principem, quòd gratias Dijs agebat, quòd sibi dederat filium masculum, sed maiores gratias agebat, quòd erat natus tempore Aristotelis, sub cuius doctrina poterat erudiri. Aduertite, quia liget Dd. communiter videantur transire cum opi. Inno-

cent. superius relata. tamen mihi videtur totum contrarium. moueor, quia si dominus non habet vasallum vt vasallum, nec vasallus debet habere ipsum dominũ vt dominum: nam vt dicit text. not. in cap. ẽsto subiectus. 95. d. si tu non habes me in senatorem, quare debeo te habere in Principem. benè facit text. in ca. 1. §. dominus quoque. in titu. de form. fideli. vbi text. dicit, quòd dominus vasallo debet reddere pares vices, aliquin ipse dominus malefidus est. Non obstat quod supra dixit Bald. de actione furti irrogante infamiam. l. 1. ff. de his qui not. infa. sed interdictum, Vnde vi, non infamat. l. neque. ff. de vi & vi arma. non obstat text. in d. §. interdictum. quia æquiparatio, quam facit Innocen. de liberto ad vasallum, non est bona: quia seruus factus liber de nihilo factus est aliquid. l. quod attinet. ff. de regu. iur. quæ ratio cessat in vasallo, qui est liber homo. Non obstat gloss. in d. §. serui quoties. quia dico, quòd illa gloss. male loquitur. nam Dd. communiter in c. si à morte. aliàs est §. in ti. de alie. feu. pater. & in c. contra omnes. in ti. hic finitur lex, & incip. consue. reg. in li. feud. tenent, quod vasallus non tenetur præferre salutem domini sui suæ propriæ saluti. Et idẽ tenet expresse Bal. in l. fi. C. quod cum eo. Vnde in secreto iuris concluderem, vasallum agere posse interdicto, Vnde vi, cõtra dominum suum. † Aduertite inquãtum ego dixi suprà, quòd dominus cognoscit de causa feudali inter vasallos. nam hoc debet limitari, nisi dominus denegauerit inuestire vasallum de recto feudo, nam tunc de alio feudo cognoscere non poterit: quia

2

quia iniustus in vno, præsumitur iniustus & suspectus in alio. tex. est no. in c. vnico. in tit. de controuer. inter. vasal. & Episcopum. Et ita vult expresse Bal. in commento pacis Const. in verbo, si qua controuersia. quod notetis ad limitationem multorum iurium. † Vlterius ne incidamus amplius per ignota, quia superius feci sape mentionem de paribus curiæ: quæro, qui dicantur pares curiæ? Pro maiori declarat, sciatis, quòd in libro feud. aliquando appellantur pares curiæ seu curtis. c. 1. §. 2 in tit. de feud. Guar. & Castal. Ali quando appellantur pares domus, vt probat text. in c. 1. §. 1. in tit. quid sit inuesti. Redeundo ad quæstionem propositam dico, quòd pares curiæ seu curtis dicuntur conuasalli, qui iurarunt fidelitatem eidem domino pro alijs feudis, quæ tenent ab eo. Iste est tex. apertus in cap. 1. post principium. in tit. si de inuesti inter do. & vasall. oria. sed si essent vasalli, qui non præstitissent sacramentum fidelitatis eidem domino, non dicerentur esse de paribus curiæ. c. imperialem. § præterea. in verbo, coniuratos. in tit. de probi. alie. feu. per Fed. ideo infert Bal. in ca. 1. in tit. de contro. feu. apud pa. termi. quòd scholaris, qui non vult rectori iurare, non debet haberi pro scholari. † Et est aduertendum, quòd isti pares curiæ, qui habent cognoscere de causa feudali, debent esse illius qualitatis, cuius sunt vasalli litigantes. Et ideo, si vasallus litigans cum domino est Comes vel Baro, certè pares curiæ, qui habent cognoscere de illa causa similiter debent esse Comites vel Barones. Ita dicunt Inn. Ioan. An. & Panor. in c. cæterũ ext. de iudi. idem

9

10

vult Odofre. in summa, in tit. qui pos. de feu. cogno. & placet Ioan. Rey. in d. §. praterea si inter. Item licet pares curiæ sint laici, & contentio sit inter vasallum et Episcopum dominum suum, tamen ipsi pares curiæ poterunt cognoscere de tali causa feudali. Ita dicit Innocen. in c. verum. & in ca. ex parte. ext. de foro compe. Et canon. in d. c. caterum. & Bal. in illo. c. 1. in titu. de contro. feu. apud pa. termi. Et dicit Alexa. de Imo. suo consi. lxxviij. incipi. Redemptoris intuocato suffragio. in princip. illius consilij, in primo vol. consiliorū, quod Dd. communiter ita tenent. Ego in superioribus disputationibus tenui contrarium. Quaro etiam, an omnes pares curiæ erunt iudices? Concludite quòd non, quia aliquā do oportet facere probationes per pares curiæ, vt in ca. 1. in titu. qui test. sunt necessa. ad proban. no. inuesti. & non possent esse iudices & testes in eadem causa. l. nullus. ff. de testi. Practica ergo erit talis, quòd quando erit contentio de causa feudali inter vasallum & dominum, dominus primò eliget pares, vnum vel plures, quot voluerit, & vasallus eliget totidem iuxta numerum à domino comprobatum. d. cap. 1. in ti. de contro. feud. apud pa. termi. Notanter dixi, quòd dominus prius eliget, quia dignior. iuxta illud, Loquere maior natu, quia te decet primum verbum. hoc ponit Bal. in ca. 1. proximè allegato. & ita Dd. cōmuniter volunt. Tamen Inno. & Ioan. And. in dicto. c. caterum referunt opi. quorundam, qui dicebant, quòd electio iudicum habentium de causa cognoscere spectabit ad ipsos pares curiæ, quia iurisdictio ordinaria est eis à lege tributa. Sed

buta. Sed opi. istorum confunditur per tex. in d. c. proxi. allegato. Non obstat, quòd habeant iurisdictionem à lege, quia istud est verum post electionem de ipsis factum. Adepta enim iurisdictione post electionem ipsorum benè dicūtur habere iurisdictionem ordinariam ipsi pares curiæ. c. 1. in fin. in tit. de inuesti. in ma. fac. & poterunt ipsi pares curiæ demādare alteri, non quidem per modum cessionis ordinariæ iurisdictionis, sed per modum delegationis, ita q̄ demandatus ab eis habebit delegatam, non autem ordinariam. l. more. & l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. † Possent etiam ipsi pares curiæ constituere vnum vicegerētem vicarium, vel locum tenentem. Et ille vicegerens diceretur habero ordinariam iurisdictionem, & ipsius tribunal, & tribunal pariū esset vnum et idē. ita no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quis & à quo app. sit, dicimus, q̄ Episcopi & eius vicarij generalis est vnum & idem tribunal. Et ideò à sententia vicarij non appellatur ad Episcopum c. non putamus ext. de consuet. li. 6 posset etiam loco pariū curiæ constitui spectaliter vnus iudex, qui cognosceret de causis feudalibus & ille posset appellari iudex curtis. cap. 1. in ti. apud quē vel quos conten. feu. defi. deb. Ideo dicit Bertram. Capri. in prael. ca. 1. §. 1. in titu. de feu. Guar. quòd iudex Aurelianensis ratione castri de Baugensiaco habet multos vasallos, & ibi est vnus iudex causarum feudalium. dicit tamen Ioan. Andr. in d. ca. caterū. quòd in aliquib. partibus de consuetudine eliguntur pares curiæ, qui habent cognoscere

causa

de causa feudali inter ipsum dominum & vasallum. Et si consuetudo patriæ ita se haberet, seruabitis illam aliàs autem seruate quod suprà dixi, scilicet, quod dominus eligit pares quot vult, & vasallus totidē, vt clarè probatur in d. c. 1. in tit. de controuer. feud. apud pa. termi. Non obstat, si dicatur, quòd ille non debet dari in iudicem, quem altera partium eligit. l. obseruandum ff. de iudi. ergo pares nominati per dominum non habent de causa cognoscere, quia respōdetur, quod illud procedit, quando hoc fit altera parte absente & ignorante. Nos verò loquimur altera parte præsente et consentiente. Vel aliter secundum Iacob. de Bel. in d. c. 1. contrarium loquitur in delegatis, nos autem in ordinarijs. nam vt dixi suprà, pares curiæ electi habent
22 ordinariam iurisdictionem. †Vlterius quæro, vtrum isti pares curiæ debeant iurare de rectè iudicando. Odof. in sua summa in titut. qui pos. de feu. cognosce. verstem quæro nunquid isti pares. determinat quòd non. Eandem opinionem tenuit Andre. de Iser. in d. c. 1. in ti. de contro. feud. apud par. termi. Idem volunt Ioan. Rey. in d. præterea si inter. mouentur, quia sufficit quòd isti, qui sunt pares conuasalli, vt declarauimus in superiori, semel præstiterint iuramentum fidelitatis. Non obstat text. in d. §. præterea. ibi. sub ~~fidelitate~~ fidelitatis coniuratos, quia respondetur, quòd ille tex. non vult dicere, quòd isti pares curiæ teneantur iurare rectè iudicare: sed vult dicere ille text. quòd dominus debet astringere ipsos pares curiæ sub virtute iuramenti fidelitatis, quod rectè iudicabunt. Limitat tamen

fidelitatis de bito.

men ipse Ioan. Rey. in loco præalleg. hanc conclusionem procedere, nisi ipsi pares ex post facto essēt effecti suspecti nā tunc cogerētur iurare de rectè iudicādo. alleg. tex. in c. cum in Ecclesiis ext. de maio. & obe. vbi text. dicit, quòd in odium illius, qui peieraut, cogitur adhuc præstare iuramentum. Sed mihi videtur salua pace tantorum Doctorum, quòd imò pares qui eliguntur ad iudicandum de causa feudali teneantur iurare de rectè iudicando. Moueor, quia quando in materia feudali emergit aliquis casus in constitutionibus feudorum non decisus, debemus stare dispositioni iuris cōmunis. Ita probat text. nota. in c. primo. §. strenuus autem legisperitus. in ti. de feu. cogni. in vsi. feud. Sed sic est, quòd de iure communi omnes iudices tenentur iurare in principio eorum officij. vt est in in authē. iusiurandum quod præstatur ab his. Nec reperitur in constitutionibus feudorum decisum contrarium, ergo debemus seruare iura Romana. d. §. strenuus. Non obstat motiuum præfatorum Dd. dum ipsi dicunt, quòd sufficit, quòd ipsi pares, qui sunt conuasalli, semel iurauerint fidelitatem domino: quia respōdeo, quòd illud iuramentum fidelitatis præstatur ad fauorem domini, non aūt in fauorē vasall. litigatium cum domino. Præterea in iuramento fidelitatis non continetur capitulum de rectè iudicando, vt satis patet in ca. 1. in tit. de for. fide. vnde in stricta ratione esset tenendum, quòd pares curiæ tenentur iurare rectè iudicare. Et in hanc partem inclinat D. Marti. de Laude. in præallegato c. 1. in tit. de contro. feud. apud pa. termi. In iudicādo

non

non esset tutum recedere à priori sententia.† Quid au-
13 tem, si dominus habeat pares in tam paruo numero, quòd oēs sint necessarij vel ad iudicandū tantū, vel ad testificandū tantū? Facite vobis tres casus. Primus casus est quādo agitur de causa, ī qua nō pōt fieri pbatio, nisi per pares curiæ, & hoc constat. Secundus est casus, quādo agitur de causa, in qua potest fieri probatio per alios, q̄ per pares curiæ. & hoc cōstat. Tertius est casus, quando est dubiū, qualiter debet fieri probatio. Circa primū casum cōcludite, quòd pares curiæ erunt testes, & non iudices. & idem est in tertio casu. Expedit enim aliquando facere probationes necessarias per pares curiæ, nec posset fieri per alios. vt quādo agitur de probando nouam inuestituram. tex. habetis in cap. 1 in tit. qui. test. sunt necess. ad probandū. inuesti ne igitur pereat facultas probandi, & quia plures reperiuntur iudices, quam testes: vt dicit gl. in ca. cum. R. canonicus. ext. de offi. delega. bene facit l. quoniam. in fin. C. de hæret. ideo inductum est, quod in primo & trib. casibus, de quibus suprà, pares curiæ sint testes. Secundo casu principali concludite, quòd pares curiæ erunt iudices, scilicet, quando sumus in casu, in quo potest fieri probatio per alios, quàm per pares curiæ, vt patet
14 in d. c. 1 in titu. qui test. sunt necess.† Quæro etiam, vtrum isti pares curiæ possint cogi ad iudicandum? Concludite quòd sic. per l. munerum. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. Et ita volunt omnes Dd. in d. §. preterea si inter. & in præallega. cap. 1. in titu. de contro-
15 uer. feud. apud pa. term. † An autem isti pares curiæ

riæ debent esse de eadem prouincia in qualis agitatur? Ioan. Blanchus de Marsi. in summa sua, in titul. de con ten. feud. §. & est sciendum quod isti pares, determinat quod sic. allegat cap. 1. §. si tres. in titul. de pa. tenen. & eius vio. in vsi. feud. Hanc sententiam sequitur Ioan. Rey. in d. §. preterea si inter. Sed hoc debet intelligi secundum eum, quando in illa prouincia, in qua litigatur, sunt pares idonei: alias autem eligerentur de alia prouincia magis propinqua & subdita eidem domino, per tex. nota. in l. Diui Marcus. ff. de iure. & curat. da. ab his. Addo vobis ad præmissa Bald. in commento pa. Constan. in verbo, si qua controuersia. vbi quæritur, cuius terræ debeant esse pares curiæ? respondete, quòd debent esse illius Episcopatus vel terræ, in qualis agitatur, quia causa ista feudalis est agitanda in terra seu loco, vbi feudum existit cum sapiat iudicium reale. l. fi. C. vbi in rem actio. & c. sanè. ext. de foro competen. Et est ratio secundum eum, quia in illo commodius agitabitur, & melius ibi veritas scietur. l. 1. in principio. in verbo, circumcolentium. ff. de flumi. & c. quoſdam. & c. quanto. ext. de præsump.† Sed ponamus, quòd dominus non habeat 16
aliquos pares curiæ, qui cognoscant de causa feudali inter ipsum & suum vasallum, dicite quod tunc succedat index ordinarius rei se defendentis l. iuris ordinem. C. de iurisdictio. om. iud. & c. cùm sit generale. ext. de for. competen. vel index loci, vbi res, de qua disceptatur, sita est. dict. l. fin. C. vbi in rem actio. vel secundum Innoc. in cap. cæterum. ext. de

iudi-

iudi. vel deuenietur ad arbitros. Optimè faciunt ea, quæ habentur in c. primo. in titul. de lege Corn. & ita determinat expressè Ioan. Rey. in d. §. præterea si inter. † sed dubitatur, nunquid isti pares curiæ possint recusari vt suspecti? Text. videtur probare quòd non, in c. primo. in fin. in tit. de inuest. in ma. fac. & glos. ibi hoc vult expressè. Hanc opinionem tenuit ibi Iacobus de Belui. pro qua opi. facit, quia isti pares habent ordinariam iurisdictionem, non dico generalem, sed specialem, scilicet, in causis feudalibus. Et ita dicit gloss. quæ non est alibi, in d. c. primo, proxi. allegato, ex qua colligitis pulchram limitationem. d. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. nam illa lex procedit in iudice ordinario habente generalem iurisdictionem. Cùm ergo pares curiæ habeant ordinariam iurisdictionem, videtur q̃ non possint recusari ratione suspitionis: quia de iure ciuili ordinarius iudex non recusatur in totum. l. nemo. C. de iurisd. om. iud. sed datur illi adiunctus. l. si verò contigerit. C. de iudi. Nam ratione adiuncti purgatur omnis suspitio. text. est no. in l. si tutor. ff. de suspec. tuto. Bald. in d. c. imperialem. §. præterea si inter. determinat contrarium, dicens quòd isti pares curiæ benè poterunt recusari, quia de iure canonico iudex etiam ordinarius benè recusatur in totum. c. licet ex suscepto. ext. de for. compe. & c. cum speciali. ext. de appellation.. habetur in capitulo suspitiones, ext. de officio delega. Et vbi ius ciuile discrepat à iure canonico, tunc si agitur de iuramento debent seruari iura canonica, vt no. in c. nouit. ext. de iud. & in proposito tur te-

stro agitur de iuramento vasalli. Hanc opinionem videtur tenere Ioan. Rey. in d. c. præterea si inter. Et idem expressè determinat D. Mart. de Laud. in c. vnico. in titu. de controuer. feu. apud pa. termi. allegat l. apertissimi. C. de iudi. Et tenendo istam opin. potest responderi ad c. 1. in fin. in titu. de inuesti. in ma. fac. quòd loquitur de recusatione incoloratæ: & ita respõdet Bald. in d. §. præterea si inter. allegans in simili text. valdè not. in l. minor autem magistratus. in verbo, incoratè. ff. de minor. In dicendo dubium esset recedere ab ista sententia, tamen in secreto iuris posset teneri contrarium per rationes iam dictas. Et ad moti. Bald. responderem, quod quando ageretur de periurio vasalli, tunc seruandum esset ius canonicum, & posset ipse vasallus conueniri in foro cano. cap. si ext. de foro competen. libr. 6. Sed in proposito nostro non agitur de periurio, sed de causa feudali. Et hoc est de mente eiusdem Bal. in l. liberti in vltima colum. C. de oper. liber. † Sed vtrum coram istis paribus curiæ habeat locũ reconuentio de alia causa quã feudali? Pro maiori declaratione præmitto, quòd duplex est reconuentio. Quædam enim est præiudicialis & obstatiua, quia facit silere casum principalem. Et de ista habetur in l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoffitio testa. & in l. fin. C. de ordi. iudi. & in l. quoniam Alexandrum. C. de adulte. & in l. præses. C. ad l. Fab. de plag. Quædam verò est reconuentio secundaria, simplex ac compatibilis cum causa principali. Et de ista habetur in authen. & consequenter. C. de senten. & inter l. & in 18

ca. 1. & 2. ext. de mut. petitioni. & in ca. dispendia. §.
19 reus quoque ext. de rescri. lib. 6. † prætermitto etiam, quod reconuentio tendit ad augendum iurisdictionem iudicis, & dicitur augeri intrà etiam subsistendo, verbi gratia, est quidam iudex, qui non potest cognoscere de causis, nisi à quinquaginta libris suprà: si tu agas coram illo iudice contra me ad summam excedentem libras quinquaginta, ego potero te reconuenire coram eo de summa duarum librarum. Et per hoc dicetur augeri iurisdictio ipsius iudicis sicut in simili. Si Rex Frã corum acquireret vnũ castrum, diceretur augeri sua iurisdictio. His ita præmissis redeo ad propositam quæstionem, & videtur dicendum, quòd reconuentio coram paribus curiæ non habet locum de alia causa, quã feudali, quia pares dicuntur habere limitatam iurisdictionem in causis feudalibus. Et quando fit reconuentio de alia causa, quàm feudali, ista videntur esse diuersa capitula, & consequenter ius accrescendi non videtur habere locum l. in agris. ff. de acquir. re. dom. l. sed cum patrono. ff. de bo. pos. titul. generali. & l. muliere & Titio. ff. de condi. & demon. Sed vos determinabitis contrarium auctoritate gloss. ord. in cap. 1. in titu. de controuer. feud. apud pa. termi. vbi gloss. tenet expressè, quòd hoc casu habet locum reconuentio. Et istam opinionem tenet Bartol. in repetitione dictæ authen. & consequenter. C. de sen. & interlo. & Bald. & Ioan. Rey. in d. §. præterea si inter. Mouetur Ioann. Rey. quia vbi emersit casus non decisus in iuribus feudorum, debemus sequi iura Romanorum. ca. 1. §. sterum.

tamen. in titu. de cog. feu. in vsi. feu. Ideo cùm in libello feudorum non sit iste casus decisus, debemus stare dispositionibus iurium ciuilium superius allegatorum, dicentium reconuentionem esse permissam. Limitat tamen istam opinionem procedere, nisi coram ipsis paribus laicis fieret reconuentio de causa merè spirituali, quia tunc nõ possent cognoscere. c. quanto. ex. de iud. c. causam. ext. de præscri. vel qualitas personæ aliud persuaderet, per no. in c. at si clerici. ext. de iudi. Ad rationem superius allegatam respondebitur, quòd militaret, quando ratio non suaderet oppositum. † Iuxta præ- 20
dicta quæro, nunquid fori declinatoria possit opponi, quando dominus, vel pares curiæ volunt cognoscere de causa feudali? text. in c. 1. in fi. in ti. de inuest. in ma. fac. videtur probare, quòd non. sed glo. ibi vult contrarium. Concludite ex mente Dd. maximè Io. Rey. in d. §. præterea si inter. quòd aut constat eos esse iudices competentes, & tunc nõ habet locum fori declinatoria aut in eis est incõpetentia, quòd potest contingere multis modis: & tunc poterit opponi fori declinatoria, & potest apparere de incompetentia multis modis. Primò si conuentus coram domino vel paribus curiæ neget se vasallum: nam tunc oportebit, quòd iudex ordinarius cognoscat de huiusmodi exceptione tanquam præiudiciali. §. præiudiciales. instit. de acti. & arg. cap. tuam. ext. de ordin. cog. Et si sibi constabit ipsum esse vasallum, remittet eum ad dominum, vel pares curiæ: si verò constabit ipsum non esse vasallum, ad vlteriora causæ procedet. Caueat tamen vasallus, ne scienter

neget se vasallum, vel scienter neget remesse feudalem, quia priuabitur æstimatione feudi c. vasallus. 1. et c. vasallus feudum in titu. si de feu. defunc. & c. facit. l. fin. de rei vendi. not. per innocen. in c. cæterum. ext. de iudi. Et idem est, si dominus negaret aduersarium suum esse vasallum. Non obstat huic vltimo dicto text. in c. vnico, in ti. de contro. inter vas. & Episcopū, vbi Episcopū negabatur ille esse vasallum, & tamē ibi dicitur, quòd pares curiæ cognoscunt, quia respondetur quòd licet in illo c. vnico, Episcopus negaret illum esse vasallum ratione annuæ pensionis, de qua ibi, tamen aliunde constabat eum esse vasallum de alio feudo, & ideo pares curiæ ibi cognoscunt. facit optimè text. in ca. 9. in titu. de alien. feud. pat. & text. in ca. 1. in titul. de conten. inter dominum & me de porti. frat. me defunc. Idem esset, si duo vasalli contenderent coram domino, & vnus ex his negaret se esse vasallum, vel non constaret nisi vnum esse vasallum, vel negaretur rem esse feudalem, nam istis casibus dominus vel pares curiæ non cognoscerent, sed ordinarius cognosceret, quousque sibi constaret ambos esse vasallos, vel rem esse feudalem. Et hanc opinionem teneatis, licet aliqui voluerunt, quòd dominus vel pares curiæ hoc casu possint cognoscere an eorum sit iurisdictio, vel non, per l. si quis ex aliena. ff. de iudic. Sed vos tenete præcedentem opinionem: quia dominus & pares curiæ si cognoscerent de causa in casibus prædictis, essent iudices in causa propria, secundum rubeum & nigrum. C. ne quis in sua causa iu. sib. dicat. Ad l. si quis ex aliena. respon-

respondebitis, quòd loquitur in iudice ordinario generali, nos verò hic loquimur de ordinario speciali ordinato ad cognoscendum de causa feudali. Hanc limitationem ad d. l. si quis ex aliena ponit glo. not. quæ reputatur singularis in c. vnico in tit. de inuesti. in ma. fac. faciunt optimè not. in l. de iure. ff. ad muni. Ratio diuersitatis inter casus prædictos est, quia iura communia siue generalia sunt fortiora, quàm iura specialia. l. eius militis. §. militia missus ff. de testa. mili. † Vl- 21
terius quæro, ponamus quòd dominus vel pares curiæ recusent se intromittere de causa. glossa in d. §. præterea si inter dat duo remedia. Primum, quòd habeatur recursus ad superiorem, qui compellat ipsos inferiores ad cognoscendum de causa, sicut videmus in simili, quòd superior compellit arbitros commissarios ad cognoscendum, & pronuntiandum l. 3. §. 1. ff. de arbit. Item simile videmus de testibus, qui recusant dicere veritatem in materia feudali, nam possunt compelli à superiore puta à comite vel à populo ca. 1. in titulo. quid sit inuestit. Aliud remedium est secundum glossa prædictam, scilicet, quòd reus conueniatur coram suo iudice ordinario. Et ita etiam notatur in d. cap. cæterum. Addatis tertium remedium, quia poterit in defectum iustitiæ haberi recursus ad superiorem. Nam nos habemus, quòd propter defectum iustitiæ deuoluitur iurisdictio ad superiorem. §. si verò forsan. in authen. de quæsto. colum. 6. & §. si tamen contigerit in authen. vt differ. iudi. col. 9. facit text. in ca. irrefragabili. ext. de offi. ordin. Et pro sententia prædicta est opti-

mus text. in c. 1. in fin. in ti. de mi. vasal. qui contu. est, vbi probatur, quòd quando dominus denegat iustitiam vasallo, permittitur vasallo vt accedat ad superiorem, & deinde potest dominum depredare. Et ille accessus ad superiorē potest dupliciter intelligi, prout ipse superior compellat ipsum dominum ad faciendum iustitiam vasallo, vt dixi suprà in primo remedio. & ille accessus fit eò, quia iurisdictio est deuoluta ad superiorem, vt dixi suprà in tertio remedio. potest etiam fieri accessus ad superiorē per viam querelæ. bonus est text.

22 in c. nullus. ext. de iure patro. † Verum tamen scitote, quòd si dominus vel pares curiæ deficiant in ministrando iustitiam, priuabuntur eorum iure. c. 1. §. item qui domino. in titulo, quæ sit prima causa benefic. amitten. & in ca. 1. §. dominus quoque. in titulo, de for. fide. & in c. domino committente. in titulo, si de feud. defun. fuer. controuer. & habetur in cap. 1. in titul. qual. de

23 proprie feu. priue. † Addite, quia ex præmissis videtur inferri, quod pares curiæ possunt cogi cognoscere, de causa feudali, quod est verum, si acceptauerunt cognoscere, arg. l. 2. in §. 1. ff. de arbi. Ceterum si non incepissent cognoscere de causa, nec acceptassent cognoscere de causa, dicit Iaco. de Belui. in c. 1. in fin. commen. in ti. an apud iudi. vel curi. domini. quòd non pos-

24 sint cogi. † Sed ponamus, quòd dominus agat rei vendicatione contrà vasallum ad feudum, allegando illud feudum sibi commissum & apertum, vel intentet officium iudicis contrà vasallum, vt recognoscat sibi feudum, si ipse vasallus nominat alium dominum in iudi-

cio,

cio, an ille dominus in iudicio nominatus erit iudex in causa Bald. in d. §. præterea. determinat quòd non. quia ille dominus nominatus censetur esse reus, & inter actorem, & reum, & personam iudicis dicitur esse differentia. c. forus. ext. de verborum significat. & l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. omnium iudicum. & in rubeo & nigro. C. ne quis in sua causa ius sibi dicatur per Innocen. in c. ex parte. ext. de verbo. signific.

† Sed nunquid dominus per pares curiæ seu iudex ordinarius, qui suis vicibus cognoscunt de causa feudali, teneatur seruare ordinem iudiciarium? Innocent. in ca. cæterum. ext. de iudi. quem sequuntur communiter Docto. maximè Io. Imerij. in d. §. præterea determinat quòd sic. Et ista sententia corroboratur optimo fundamento: in iuribus feudorum non reperitur istud decisum, ergo debemus stare dispositioni iuris communis. ca. 1. §. strenuus. in titu. de cog. feu. ergo oportebit coram iudicibus cognoscentibus de causa feudali offerre libellum, & litem contestari. Sed tamen non iurabitur de calumnia, quando erit quæstio inter dominum & vasallum. text. est not. in ca. sacramen. §. in quibusdam. in tit. de consuet. rec. feud. in lib. feudo. Sed ponamus quòd dominus volens & libens iurauerit de calumnia, an poterit à vasallo inuito exigere iuramentum? Iac. de Bel. in d. §. in quibusdam determinat quòd sic, quia beneficiū, quod habet dominus, non debet redundare in eius fauorem. l. si iudex circūuento. ff. de mino. Sed Bal. & Iac. Alua in d. §. in quibusdam determinant totum contrarium. mouentur,

quia istud priuilegium est acquisitum vasallo, vt non teneatur iurare de calumnia. ergo potest eo vti etiam inuito domino, ar. l. 3. ff. quod quisque iur. Secundo, quia cùm vasallo competat hoc beneficium, certè non debet esse in potestate sui aduersarij tollere illi istud beneficium. argum. l. si idem. cum eo. §. Sed & si mutua. ff. de iurisdict. om. iudi. & arg. l. ne in potestate. ff. de arbi. Tertiò, quia licet vasallo concedatur istud beneficium per quandam consequentiam, tamen etiam principaliter eo vtitur inuito domino. l. si post mortē. §. si. ff. de do. pos. contra tab. & arg. l. petenda. C. de tempo. in inte. resti. pet. Quartò, quia lege feudorum cautum est expressè, quòd vasallus nō teneatur iurare de calumnia, ergo istud ius debet seruari illibatū ipsi vasallo. Non obstat d. l. si iudex circumuento. quia nos loquimur in iure communi, quod est commune vtrique parti, & ita loquitur text. in d. §. in quibusdam. sed l. si iudex circumuento. loquitur de beneficio, quod competit soli minori, vnde in illo beneficio minor debet esse potior. † Sed videamus nunc de modo citandi. Concludite quòd vasallus citatur ad instantiam domini, vt compareat coram paribus curiæ, si trina citatione vocatus per interuallum decem vel septem dierum intra vnam citationem & aliam non compareat, dominus poterit petere se mitti in possessionem bonorum feudalium ipsius vasalli, & vasallus perdet possessionem, vt probatur in ca. 1. in titul. de mili. vasal. qui contumax est. Item si dominus citatus ad instantiam vasalli, modo quo suprà, non compareat,

26

reat, vasallus poterit eum depredare. dict. cap. 1. An autem, quando vasallus facit citari dominum debeat ante omnia petere veniam? Dicite vt per glos. & Dd. in d. ca. 1. † Sed ponamus, quòd vasallus citatus ad instantiam domini, vt veniat compariturus coram paribus curiæ responsurus petitioni fiendæ per dominū, dicatq́, in prima citatione se nolle venire, an erit vlterius citandus. glos. in cap. venerabilibus. in §. secus. extr. de senten. excommunica. libro 6. determinat quòd sic, si ita dixerit ext. iudicium. Et hanc opinio. sequutus est Pet. de Bellapert. sub dubio fortè, vt refert Cy. de Pisto. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Istam etiam sententiam sequutus fuit quidam Bartolucius de Prato, vt refert Bal. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. Mouentur prafati Doctores. quia ipse citatus mutabit propositum. item quia renunciando vni remedio, non tamen intelligitur renunciasse alteri. l. si domus. ff. de seruit. vrb. prædio. Contrariam sententiam tenuerunt in primis glo. in c. de illicit. xxiij. q. iij. qua dicit, quòd si citatus dicat se nolle venire, non est amplius citandus. Et hanc partem etiam tenuit Imo. in cap. ad petitionem. ext. de accusatio. & Barto. & Bald. & Ang. in dict. l. tres denunciationes. Et ista sententia placet Andre. de Isern. & Iaco. Alua. in præall. c. 1. in titul. de mili. vasall. qui contu. est. Mouentur, quia summa certi de animo ipsius vasalli citati, iuxta illud, Loquela tua te manifestum facit. Ideò non est opus alia citatione, ar. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligationibus. Non

27

etiam præsumitur animi mutatio.l. cùm tacitum.ff. de probatio. Item numerus citationum est inductus de benignitate.l. & post edictum.cũ duabus sequen.ff.de iudi.& c.consuluit.ext.de offi.deleg. Sed iste qui apertè dixit se nolle venire,facit se indignum & alienum ab omni benignitate, quia videtur esse in dolo.l. non potest dolo carere.ff.de regulis iuris. Vos potestis comprobare istam opinionem per text.in d.c.primo in verbo, non respondet. Nam ille tex. loquitur in ficto seu præsumpto contumace:nos verò in vero cõtumace loquimur,& maior pœna est imponenda vero contumaci,quàm ficto.text.est no.in l.apud Iulianum.§.fi. ff.ex quibus causis possea Adidem potestis adducere not.in l.contumacia.§.1.ff.de re iudi. Et hæc opinio in secreto iuris est verior. Et aduertite, quia citationes,de quibus in præallegato ca.1.debent esse tres numero per interualla,vnde non sufficeret vnica citatio cum peremptorio, dicendo hoc modo, Citamus talem vasallum compariturum intra 30.dies, quorum decem sint pro primo termino, & alij decem pro secundo,& alij decem pro tertio, & vltimo peremptorio quia tex.ille dat certam formam citationis feudæ à qua non est licitum recedere.ita vult gl.communiter approbata in d.c.faciunt optimè no.in clemẽ.1.de vita & honesta cler. Item quando vasallus est cõtumax, pares curiæ poterunt eidem denegare audientiam in 28 alijs causis magnis. † Subsequenter est videndum, vbi sedebit dominus,quando cognoscit de causa inter vasallos,& vbi debent sedere pares curiæ. Circa primã quæstionem

quæstionem concludite, quando cognoscit de causa feudali inter vasallum & vasallum dominus, quando est iudex potest sibi eligere locum tribunalis, vbi vult, salua tamẽ honestate sua & suorum maiorum.l.pe.ff. de insti.& iure. Et hoc est de mente glo. & Dd. in d.c. imperialem.§.præterea si inter.circa aliam quæstionem concludite, quòd si pares curiæ sint concordes in eligendo certum locum, ille seruabitur, dummodo sit habilis & honestus partibus litigantibus, arg.l si cùm dies.§.si arbiter.ff.de arbi. Si verò pares curiæ sint discordes, tunc debebunt eligere locum, vbi dominus consueuit sedere in cognoscendo & iudicando de causis.l.pe.ff.de insti.& iure. Si verò dominus non habet certum locum,vbi consueuit sedere, tunc pares curiæ debebunt eligere locum,in quo alias consueuit iudicari, dummodo ille locus sit habilis & conueniens partibus litigantibus si verò non esset habilis, neque conueniens,tunc dominus tanquam aignior debebit eligere, dummodo in eligendo nõ fuerit nimis onerosus nec delicatus,ita quòd non declinet ad extraneã.arg.opti.in l.si seruos.ff.de pig.actio.& in authen.de consuli. Et si vertantur in dubium,an locus electus per dominum sit conueniens vel non,relinquatur hoc arbitrio boni iudicis.l.continuus.§.cũ ita.ff.de verbo.oblig.† Quero 29 vlterius,quomodo fiet pbationes in materia feudali? Cõcludite,& aut cõtenditur de veteri inuestitura feudi,et tũc fiet pbatio p pares vel alios testes:si verò cõtendũt de noua inuestitura,tũc fiet p pares vt haberi possunt

sunt, alias fiet per alios testes, vel per breue testatum. Hæc omnia probantur in ca. 1. in tit. de feu. Guar. & in c. 1. in prin. in ti. de controuer. inuest. & in c. 1. in ti. qui est sint necess. ad no. inuest. prob. & ibi plenissimè per Bal præmissa procedunt, quando agitur de plena probatione faciendæ: ceterum si esset semiplena probatio, vel aliquæ præsumptiones essent pro aliqua parti, tunc deferretur sacramentum purgationis cum duodecim sacramentalibus, id est, duodecim paribus, vel alijs iuratis, vt habetur in c. 1. §. 1. in tit. quid sit inuesti. & in c. 1. in titu. si de inuesti. inter domi & vasal. ioria. & in c. 1. & 2. in titu. de cõtro. inter. do. & vasal. et in c. sacramentũ. in ti. de cõsue. rec. feu. in vsi. feudo. in c. si contentio. in tit. de capi. qui cur. vendi Aliquando tamen dominus poterit guarentizare in fauorem
30 possidentis c. si autem. in tit. de lege Corra. † Et dicitur guarentizare idem, quod defendere, vel aliter, dicitur guarentizare, quando sunt duo, qui contẽdunt de eodem feudo & vterque nominant eundem dominum inuestitorem &c. & conueniunt de standa dicto suo, tunc dominus attenta conuentione litigantium dicet, quòd talis, qui possidet feudum, fuit ab eo inuestitus, et hoc modo dicitur guarentizare, id est, possidentem defendere & conseruare. Hinc inoleuit practica, quòd notarij in instrumentis venditionum apponunt ista verba, Et dictus vẽditor promisit guarentizare id est, debrigare dictam rem venditam. Et idem erit si contendunt de homagio & sacramento fidelitatis, quia fiet probatio modo quo suprà. In isto tamen multum attenduntur

duntur instrumenta antiqua, vt dicit Io. Rey in d. §. præterea si inter. allegans Spec. in tit. de feu. §. quoniã. versicu. quarto quæritur. in fin. † Addite vos, quòd 31
quasi possessio fidelitatis & subiectionis probatur per instrumenta antiqua facta per ducentos annos, & vltrà. Idem dicit D. Panor. post Host. & Ioan. An. in ca. si diligenti. in 2. colum. & in c. cum olim. in 3. col. ext. de præscripti. † Dubitatur etiam, vtrum vasalli litigã- 32
tes de feudo possint dimittere dominum, & prorogare iurisdictionẽ alieni iudicis. gl. in d. §. ꝑterea si inter. ponit duas opiniões. Vna est, q̃ nullo modo possint prorogare, ne fiat præiudicium domino feudi. Alia & secunda est, quòd aut prorogant ex certa scientia, & tunc valet prorogatio: aut per errorem, tunc non valet. Videamus nunc, quæ opinio sit verior. Bald. in l. 1. in prin. ff. de iud. determinat, quòd vasalli litigãtes de feudo non possunt prorogare iurisdictionem alieni iudicis sine licentia domini: sicut dicimus in clericis, qui nõ possint prorogare iurisdictionem alieni iudicis sine licentia superioris. c. significasti. ext. de fo. compe. Idem tenuit ipse Bartol. in l. 1. §. & post operis. ff. de ope. nouinunti. Hanc eandem opi. tenuit Bal. in l. 1. §. cùm vrbem. aliàs incipit initio ff. de offic præfec. vrb. in prin. co. Idem tenuit ipse Bald. in l. si quis in conscribendo. in prima col. C. de Episco. & cleri. Idẽ tenuit ipse Bal. in auth. decernimus sacrosanct. Eccle. in d. §. præterea si inter. Sed idem Bald. in l. 1. C. si à non compe. iud. non bene firmat pedem. videtur tamen velle, quòd si vasallus haberet feudum Francum, quòd tunc posset prorogare

gare iurisdictionem alicui iudicis. Quid autem sit secundum Francum, tractaui suprà in princip. huius operis Io. de Imo. in ca. P. & G. ext. de offi. delega. in 11. col. tenet expressè eandem opi & refert dictum Bal. in d. l. 1. C. si à non compe. iud. & concludit, quòd vasalli non possunt prorogare iurisdictionem. istam sententiã tenuerunt Innoc. Host. & Ioan. Andr. & magis communiter Canonistæ, in c. ceterum ext. de iudic. Et D. Alexan. de Imol. in d. § post operis dicit, quod ista est magis communis opinio. Limitabitur tamen ista communem conclusionem, nisi esset quæstio de feudo inter dominum & vasallum, quia debet agitari coram paribus curiæ, nam tunc dominus & vasallus bene possunt consentire in alium iudicem, quia hoc casu nulla fieret iniuria domino, qui consentit. ita nota. in l. cum dominationis. C. de transac. Sed quãdo est quæstio inter duos vasallos de feudo, tunc cognitio spectat ad dominũ, nec possent ipsi feudatarij prorogare iurisdictionem alicuius iudicis, quia posset fieri collusio in præiudicũ domini, & contingeret fortè dominum habere vasallum ingratum. ista varia probatur in simili in ca. 2. in tit. de duo. fra. de no. feu. inuesti. Et ideò Ioan. Rey in d. § præterea si inter. dicit, quòd inoleuit practica in prouncia, quòd fiunt publicæ proclamata de non trãsportando iurisdictionem. Addite ad idem, quod dixi suprà de probatione fiendã, quod si ageretur de felonia cõtrà vasallum ad finem, quòd priuaretur feudo, non sufficeret probare ingratitudinem seu felloniam per duos testes, sed essent necessarij quinque, qui sint summa

summa & integræ opinionis. text. est in c. vnico. in tit. quot test. sint necessa. ad probã. feu. ingrati. Et est ratio secundum Dd. ne de facili domini priuẽt vasallos eorum feudis, quia facilis probationibus peruenitur ad sententiam. † Quæro an sententia lata super feudo cõ 33
trà vasallum, per quam sententiam declaratur feudũ ad alium pertinere, noceat agnatis ipsius vasalli succumbentis? Andr. de Iser. in ca. si vasallus de suo. in tit. si de feu. defunc. fue. controuer. post multa concludit, quòd talis sententia præiudicabit agnatis scientibus illam litem agitari, non autem ignorantibus. per l. sape. vers. sed scientibus. ff. de re iudi. Sed Bartol. in l. filius fami. in §. Diui. ff. de leg. 1. in 1. q. quæ est valde similis quæstioni præcedenti, determinat quòd talis præiudicabit solum citatis agnatis, non autem alijs, per l. in concedendo. & l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. Angel. autem & expressius Ioan. de Imo. in d. §. Diui. tenent, quòd talis sententia præiudicabit etiam non citatis & ignorantibus, quando est lata cõtra illum, ad quem ius feudi pertinebat, licet in aliquem casum illud ius transire potuisset ad alium. mouentur, quia sententia lata contra institutum præiudicat substituto & fideicommissario. l. ex contractu. & l. sape. ff. de re iudica. & l. si patroni. §. si. ff. ad Trebel. Intelligatis tamen hoc, nisi appareret de fraude vel collusione. c. 1. in ti. de controuer. inter vasal. & do. de benefi. Et ista vltima opinio videtur verior, quam etiam sequitur Alexand. de Imol. in d. l. sape. † Quæro etiam, numquid sententia 34
lata inter duos contẽdẽtes de feudo certis castri habẽt

præ-

praiudicare omnibus & vniuersitati illius castri? Bal. in l. 2. C. de liber. cau. determinat quòd non, etiamsi sciuerint causam agitari, quia cum prohibere non potuissent, eorum taciturnitas nō debet eis praiudicare: vnde consuluit ipse Bal quòd quando tractatur talis quæstio, citentur illi de vniuersitate illius castri. nonta men oportet ipsis offerre libellum, quia ipsi sunt subiecti iudici. Et Dom. Panor. in cap. quamuis. in xvij. col. ext. de re iudic. sequitur opinio. Bald. & noterin bene istam determinationem. Vlterius quaro, fertur sententia, per quam pronuntiatur talem esse vasallum Regis ratione talis feudi, virū ista sententia faciat ius quoad omnes? Videtur prima facie dicendum quod sic: quia videtur lata super statu personæ per ea, quæ habentur in l. ingenuum. ff. de statu homi. Contrarium determinat Bald. in l. 2. C. quibus res iudi. non noce. Et cum ista opinione pertranſit ibi Bald. & sequitur etiam Do. Panor. in d. c. quamuis mouentur, quia ista sententia non videtur lata super statu personæ, quia talis status est bene remouibilis à persona: nec habet causam infallibilem, nec perpetuò annexam: secus si per sententiam esset pronuntiatum quem esse ascriptitiū, vel cēsitum meum: quia talis sententia faceret ius quoad omnes, cùm sit lata super conditione & statu personæ l.
35 quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. 11. † Insuper quaro, nunquid dominus vasallo posset auferre feudum sine sententia, quoniam vasallus commisit aliquā feloniam? Concludite, quòd aut est delictum notorium actu permanens: puta, quia vasallus intrauit castrum

strum, quod notoriè debellat contrà illum dominum, quia est occupatum per hostes & inimicos domini. Et hoc casu dominus poterit absque alia sententia auferre feudum vasallo. ea. manifesta. 2. q. 1. facit c. ad nostram. ext. de iureiurando. Aut vasallus commisit delictum, quod non est actu permanens, & tunc si domino sedente pro tribunali vasal. offendat ipsum dominum, tunc etiam poterit eum priuare feudo absque sententia arg. l. nullum. C. de testi. vnde si vasallus coram populo dixerit acerbas iniurias domino, quia vbi est Princeps, ibi est tribunal, & totum ius. l. omnium. C. de testa. hoc casu poterit ipse dominus priuare vasallū feudo sine sententia. Optimè facit quòd no. Imo. in c. 1. ex parte. ext. de verb. signifi. Prædicta sunt de mente An. de Iser. in ca. 1. in titu. quo tempo. mi. inuesti. pe. debe. Sed circa præmissa dubitatur de pulchra quæstione: Princeps concedit mihi feudum, quod possidebatur per quendam vasallum, & in literis seu instrumento concessionis narrat qualiter illud feudum est ad eum deuolutum, vel propter aliam feloniam commissam per talem vasallum, an credetur opinioni Principis ita narranti? Andr. de Iser. in d. ca fin. determinat quòd non, quia agitur de commodo proprio ipsius Principis, ergo non est illi credendum. l. omnibus. C. de test. & l. nullus ff. eo tit. Est enim speciale in Papa, vt illi credatur etiam in facto proprio. Clemen. 1. & ibi notatur. ext. de proba. Sed an illa An. de Iser. sint vera, dicam vobis inf. in seq. col. ver. inquantum &c at. † Quia verò 36
lata sententia in materia feudali plerunq; contingit

appellari, videamus ad quem sit appellandum, & an debeant seruari tempora à iure commun prefixa tam ad appellandum, quàm prosequendum appellationem? Concludite ex mente Io. And. & aliorum Dd. in c. caterum. ext de iud. & ex mente Io. Rey. in d. c. imperialem. §. preterea si inter. in tit. de probi. alte. feu. per Fed. quod si agitur coram domino, vel paribus curiæ de re feudali, vel iniuria vel de causa contra fidelitatẽ commissa, & sic lis est feudalis, tunc si contingat appellari à sententia lata per dominum vel pares curiæ, erit appellandum ad proximiorem dominum superiorem illius feudi: & si ab ipso proximiore domino contingat postea appellari, erit appellandum ad magis superiorẽ, & vltimò ad Imperatorem. l. Imperatores. ff. de pac. Et ad præmissa videatis text. si, valde notandum in d. ca. fin. in ti. quo tempo. mil. Si verò ageretur coram ordinario loci de re non feudali, & de causa non feudali, & contingeret alterum ex litigantibus appellare ab illo iudice ordinario, erit appellandum ad superiorem illius iudicis, ad quem alias iure communi, vel ex vsu & consuetudine appellationes deuoluuntur. Optimè facit c. Romana. § debet. ext. de appel. li. 6. et quod habetur in c. si duobus. in fi. ex. de appel. Vnum semper notetis, quod licet vasallus sit inuestitus de feudo alicuius castri cum mero et mixto imperio, et omnimoda iurisdictione, tamen si ipsi subditi appellant à potestate vel vicario deputato per ipsum inuestitum, non erit appellandum ad ipsum feudatarium inuestitum, sed ad dominum superiorem: quia licet Princeps concedat vasal-

vasallo merum & mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco, non tamen videtur illi concessisse appellationes, nisi de eis fiat expressa mentio in concessione. Ita colligitur ex notatis per Angel. in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. Et prædicta noteris, quia quotidiana. † In- 37
quantum dixi suprà non esse credendum Principi dicenti vasallum commisisse ingratitudinem seu felloniam dignam priuatione feudi, Baldus in quodam suo consilio cccl xxviij. incipiente, in Christi nomine, quæritur si Rex Romanorum, in penultim. colum. in iij. volum. videtur velle contrarium, dum dicit, quòd Imperator asserit aliquem suum vasallum esse ingratum, & propter hoc auferat ipsi feudum, non oportet aliter probare de illa ingratitudine, cùm ipse Imperator in vasallum vitæ necisq; arbitrium habeat. ar. l. in suis. ff. de libe. & posthu. Item quia omnes homines & prouincia dicuntur peculiares esse Imperatoris, vnde possumus dicere id, quod dicitur de peculio, quod nascitur & crescit & decrescit, prout placet domino. l. peculium nascitur. ff. de pec. In isto puncto putarem sic distinguendum, quòd aut loquimur in Imperatore ita asserente, & tunc dicerem esse illi credendum, quia præsumitur moueri ex iusta causa, per ea, quæ nota. gloss. reputata singulariter in l. relegati. ff. de pœnu. & per Cyn. in l. rescripta. C. de praci. Impe. offe. Optimè faciunt not. in d. cle. 1. ext. de proba. nam deuenire in odiũ Principis, id est, Imperatoris est magna causa ingratitudinis, vt dicit Bal. in præalle. consilio, allegans l.

testamento centurio. ff. de manu. test. Aut loquitur in alio Principe inferiore: & tunc starem decisioni Andr. de Iser. quam superius allegaui per text. in cap. primo. in verbo, cognita culpa. in titul. de feud. sine culp. non amit. Nam licet Princeps de plenitudine potestatis possit parti auferre defensionem in causa ciuili seu pecuniaria, tamen in causa criminali hoc facere non potest. Cle. pastoralis. ext. de re iudi. Et ita dicit expresse Bald. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. & idem Bald. in l. prima. §. O filius. ff. ne quis in
38 ius voca. vi ex. † Nunc descendo ad materiam appellationis, & in hoc aduertite, quia nos habemus varia tempora. quoddam enim est tempus interponendæ appellationis, et istud est tempus decem dierum. authen tica. hodie. C. de appel. Et istud tempus est vtile à sui principio, quia non currit ignoranti. l. ab eo. C. quomodo & quan. Iu in progressu non est continuum, vt not. in l. annus. ff. de calum. Quoddam verò est tempus petendorum apostolorum, & de isto habetis in authent. hodie. §. apostolos. C. de appel. & in Clemen. quamuis rigor. ext. eo. titul. de appel. Quoddam verò est tempus ad se præsentandum coram superiore, à quo fuit appellatum, & istud est arbitrarium, quia debet attendi qualitas personæ et itineris distantia: vt habetur plenè per Bartol. & cæteros in l. præses. C. de appella. Et per Cano. in ca. personas. ext. de eo. de appell. Quoddam est tempus prosequendæ seu exercendæ appellationis, & istud est tempus anni. Et ex causa datur biennium. authent. ei qui. C. de tempo. appell. habetur in cap. ex ratio-

ratione & in ca. cùm sit Romana. ext. de appell. Videamus nunc, vtrum ista tempora debeant seruari, quando appellatur in causa feudali? videtur quòd non, quia text. in ca. fin. in titu. quo tempo. mil. dicit, quòd quando appellatur in causa feudali, dantur appellanti sex septimanæ. Sed vos audacter concludite, quòd imò in materia feudali debent seruari iura communia, dispontentia in materia appellationis, vt in iuribus superius allegatis: ex quo enim in iuribus feudorum non reperitur contrarium, debemus seruare iura Romanorum. cap. 1. §. strenuus. in titu. de feud. cog. Non obstat text. in ca. fin. quia respondetur, quòd ponit casum specialem, quando in materia feudali appellatur ad Imperatorem. nam appellatus post interpositam appellationem habet sex septimanas ad præparandum se ad eundum, ad præsentiam Imperatoris: quia ad faciendum tam longum iter, requiruntur multa præparamẽta, item magnæ impensæ, vt volunt Dd. maximè Andr. de Iser. & Bald. in d. ca. fin. in titu. quo tempo. miles. Item dispositio illius text. habet locum in magnis feudis: puta in feudo Regni, Ducatus, vel Marchionatus. Cæterum si appellaretur in paruis feudis, non esset necesse ire ad præsentiam Imperatoris, sed sufficeret mittere apostolos. Dicunt etiam Dd. in d. ca. fin. quòd illud tempus sex septimanarum, quod datur ad se præparandum, vt suprà, bene posset augeri, sed non diminui, per not. in l. 2. ff. de re iudica. Addite aliam specialitatem in materia feudali, quòd licet index, à quo fuit appellatum, non teneatur ire cum parte appellan-

te ad superiorem, ad quem fuit appellatum, per no. Innocen. in ca. sapè. ext. de appel. tamen in magnis feudis quando fuit appellatum, iudex, qui iudicauit in causa, de qua fuit appellatum, debet ire cum parte appellante ad præsentiam superioris, vt eleganter probatur in d. c. fi. in tit. quo tempo. mil. Secus in paruis feudis, quia iudex à quo non arctaretur dimittere suum proprium tribunal pro eundo ad Imperatorem, vt vo-
39 lunt Dd. in d. c. fi. Et hæc notetis. † Verum quia lata sententia de re, quæ transiuit in rem iudicatam, peruenitur ad executionem iudicati, videndum est qualiter fiat ista executio. Concludite, quòd si litigatum est super feudo, tunc sententia mandabitur executioni in illo feudo, de quo fuit litigatum. Et an hoc casu debeat citari vasallus, qui succubuit in causa, antequam fiat executio, videte per Bar. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. & Bald. in l. 1. C. de iu. & fac. igno. & per eundem Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pa. et per Cano. in c. ex ratione. ext. de appella. Si verò vasallus esset condēnatus in actione personali, & victor petat executionem sententia cōtra vasallū, an hoc casu feudū ipsius vasalli poterit capi in executionem iudicati? Concludite quòd sic, in defectum tamen aliorum bonorum, & non aliter. arg. l. commodis. & ibi not. ff. de re iudic. & l. stipendia. C. de execu. rei iudi. Aduertite tamen, quia tale ius captum in executionem iudicati non durabit nisi tanto tempore, quanto durabit ius vasalli, & non vltrà, quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali pēdio dicta. ff. de pig. & c. 1. § rursus. in tit. de controuer. inuesti. Limitabilis tamen hoc procedere, nisi creditū, ad quod tenebatur vasallus erga victorem sententiæ, fuisset versum in vtilitatem domini, vel agnatorum, vel esset debitū ex natura feudi, puta pro maritanda filia domini: nā hoc casu licet feudū deuoluatur ad dominū, vel agnatos, tamen durabit ius creditoris missi in possessionem rerum feudalium in executione iudicati. Prædicta sunt de mente And. de Iser. in c. 1. §. 1. in tit. de innesti. de re alie. fac. Aduertite etiam, quòd quando fieret missio in possessionem in bonis feudalibus ad instantiam alicuius creditoris, cui vasallus est obligatus, nō fit missio in substantia feudi, nec ius feudi, seu vtile dominium vasalli capitur, sed solum cōmoditas, hoc est, fructus, redditus & prouentus feudi. Ita not. dicit Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. An autem in feudo Regali, Ducali, Marchionali vel Comitali fiat missio in possessionem ad instātiam creditorum, vide tu singulariter per Bal. in authē. qui iurat in 7. co. C. de bo. auctо. iud. poss.

SVMMARIVM.

Vasallus offendens aliquem ex adhærentibus domini sui, an sit feudo priuandus. 1

Factum aliquod qualiter sit probandum factū in odium seu malam partem. 2

Pax inter Principes facta, an etiam compræhendat adhærentes. 3

4 Vasallus alicuius domini, an posit sine licentia domini confœderationem facere cum aliqua ciuitate.

5 Adhærentes qui propriè dicantur. & nu. 6.

6 Complices, participes, corporales qui dicantur.

7 Adhęrentiam faciẽs alicui superiori, de aliquibus castris an videatur conferre aliquam iurisdictionem illi superiori in illis castris.

8 Confœderatio dupliciter fieri dicitur.

9 Confœderatio an sine superioris licentia fieri posit.

10 Confœderationes ad malum finem tendentes non valent.

11 Vasallus confœderationem cum inimicis domini sui faciens, præsumitur inimicus ipsius domini.

12 Scripturæ authenticæ fidem facientes in vno loco, an etiam fidem faciant in alio.

13 Confœderationem facientes cum aliqua ciuitate an illius ciuitatis priuilegijs gaudere debeant.

14 Diffidato vno, an intelligantur & eius complices seu adhærentes diffidati.

15 Confœderati an & quando, & in quibus teneantur se inuicem iuuare.

DE adhærentibus & confœderatis. † Quæro, vasallus offendit vnum ex adhærentibus domini sui,

ni sui, an ex hoc poterit priuari feudo? Concludite q nõ, quia adhærentia nihil habet commune cum feudo. Et ista sententia probatur optima ratione, quia fratres naturali consortio sibi adinuicem adhærent. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. 1. 2. & 3. ff. de lib. causa. Et tamẽ si vasallus offendat vel occidat fratrem domini sui, ista non est iusta causa priuationis feudi. c. 1. in titu. an ille qui interfe. frat. do. sui in lib. feud. nisi fratrem domini occidisset in odiũ ipsius domini sui, alias non facturus: nam tunc benè priuaretur feud. ar. l. ossa. §. fi. ff. de relig. & sump. fun. † Et si quæras, quomodo poterit constare quòd hoc fecerit in odiũ domini? Respondetur, q 2
poterit cõstare per verba prolata per ipsum vasallum, iuxta no. per glo. ordi. in l. apud Celsum. in princi. ff. de excep. doli. Ad prædicta allego vobis Bald. in terminis consilio suo 137. incipien. in Christi nomine, nihil commune habet, in primo volu. & notetis benè istam decisionem. † Et iuxta istam materiam de adhærentibus quæro, Duo Principes habentes inter se guerram, 3
fecerunt pacem adinuicem, nunquid in illa pace intelligerentur inclusi adhærentes ipsorum Principum? Concludite quod non, nisi de ipsis in pace, & in tractatu, & conclusione pacis sit facta mentio. Ad hoc allego vobis text. not in cap. ad Apostolicæ. extr. de reiudic. lib. 6. vbi dicitur adhærentes non includi in pace, nisi hoc exprimatur, propterea commendatur multum fidelitas Romani Pontificis seu Ecclesiæ Romanæ: quia nunquam voluit facere pacem cum inimicis Ecclesiæ, nisi expressè includerentur adhærentes ipsius Ecclesiæ

Romana. & ita dicit Innocen. in d. cap. ad Apostolicæ. Addo vobis D. Panormit. ita expressè dicentem in ca. 1. circa 8. colum. in versic. ex prædictis infertur. Addo Angel. ita etiam volentem in l. quæ religiosis. ff. de rei vendi. vbi in isto puncto ita distinguit: Aut verba pacis sunt concepta in rem, & tunc benè includuntur adhærentes. argu. l. hæc verba. ff. ad l. Iul. de adulte. aut sunt concepta in personam, & tunc non includuntur adhærentes, maximè si illa pax esset stipulatione vallata, puta, quia Principes promisissent adinuicem se non offendere, quia stipulatio est stricti iuris, & non extenditur de persona in personam. l. quidquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. Et ideò dicit Ang. de more esse, quòd in pace & in capitulis pacis fiat expressa mentio de adhærentibus. subijcit quòd aliquãdo intelligerentur inclusi adhærentes, etiam si non exprimantur, scilicet quando pax non prodesset paciscenti, nisi includerentur adhærentes. Et hæc notetis. Sed ponamus, quòd Principes facientes pacem promittant adinuicem de non offendẽdo se nec terras suas, vtrum per ista verba includantur terræ adhærentes. D. Panormit. in præalleg. cap. primò. in 8. colum. determinat quòd nõ, quia in contractibus, secundum eum, non facimus interpretationem largam. cap. cùm dilecti. in fin. ext. de
4 dona. facit. l. veteribus. ff. de pact. †. Sed an vasallus vnius domini possit facere adhærentiam seu confœderationem cum aliqua ciuitate sine licẽtia domini sui? Concludite quòd sic, dummodo hoc non fiat in præiudicium domini, secundum Archi. in cap præsidentes.

exi.

ext. de hære. lib. 6. & secundum Host. in cap. fin. ext. de iudi. Caueant etiam, ne faciat adhærentiam & confœderationem cum inimicis domini, de quo plenè tractaui vobis suprà, in illo articulo, an liceat vasallo copulare amicitiam cum inimicis domini. Item licet aliquis offendat subditum confœderati, non tamen debet rumpere pacem secundum Innocent. in c. dilectis filijs. ext. de appellation. Hæc omnia vult Bartolus suo consil. ccix. incipiente, quæritur primo. † Pro maiore 5
declaratione omnium prædictorum quæro, qui propriè dicãtur adhærẽtes? Ang. in authen. de hære. & falci. in princ. in 3. col. dicit, q propriè adhærentes dicuntur illi, qui sunt eiusdem velle, cuius est ille, cui fit adhæsio. alleg. ibi præallegatum cap. ad Apostolicæ. Et ex hoc infertur ad ciuitates, quæ adinuicem habent guerram, & postea faciunt pacem, & promittunt non offendere se nec adhærentes. Nam secundum Ang. adhærentes dicuntur qui sunt subditi ciuitatis, et etiã illi, qui sunt eiusdem velle, cuius est ipsa ciuitas. † Qui autem dican- 9
tur complices, habetur in cap. conquest. ext. de senten. excom. Qui autem dicantur participes, vide per Bal. in l. vnica. C. de rect. prouin. Qui autem dicantur corporales. dicit Ange. hoc colligi ex tex. & gloss. l. 2. §. si quis non homines. ff. vi bono. rapi. in illa gl. quæ facit mentionem de Comite Alberto. Addite quòd idem Ang. in consilio. ccxxxvij. incipiente, Inter capitula pacis circa vij. col. illius consilij, dicit quòd adhærentes propriè dicuntur illi, qui intentioni & operibus alterius

terius adhærent. Et omnes eum sequuntur, & tales etiam dicuntur sequaces, allegat text. in l. inter claras. C. de sum. trinit. & fide cathol. & l. vnicam. §. fin autem in ingenuam. C. de rapt. virgi. Ad id quod dixi de adhærentibus, allegat l. fi. in verbo, adhærentibus. C. de dicusso. lib. x. & text. in dict. c. ad Apostolicæ. extr. de re iudic. lib. 6. Et ibi loquitur de quodam populo domini Lappi de Castellione ciuis Florentini, qui verbis & factis ostendit se adhærentem domini Comitis virtutum reuelando omnia secreta et omnia consilia Florentinorũ. Dicit Ang. quòd non poterat ardentius adhærere dicto Comiti. quàm quando reuelabat secreta & consilia suæ propriæ ciuitatis, oppugnando, ex quo inciderat in pœnã proditionis & falsitatis. allegat tex. cum gloss. in l. fallaciter. C. de abolitio. & l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re mili. & l. athletas. §. item prævaricator. ff. de his qui nota infa. Et vt melius intelligatis istam materiã, quæro de pulchra quæstione: Existente guerra inter Ducem Mediolani ex vna parte, & celsam communitatem Florentinorum, ex altera quidam Comes Robertus promiserat & iurauerat communitati Florentinorum, quòd non esset perpetuò deuotus & fidelis ipsius ciuitatis, & quòd eã adiuuaret, & quòd amicus dictæ communitatis haberet pro amicis, & inimicos pro inimicis, & verbis, factis, & signis ostendit se esse hostem & inimicum memorati Ducis Mediolani faciendo guerram pro Florentinis, mittendoque brauium & vexillum suum in fauorem dictæ cõmunitatis contrà præfatum Ducem:

Ducem: deinde fuit facta treuga inter præfatum Ducem & communitatem Florentinorum, & inter capitula treugæ erat vnum, in quo continebatur, quòd vnaquæque partium intra certum tempus tunc præfixũ deberet nominare sibi adhærẽtes, vt gauderent etiam beneficio treugæ: memoratus Dux Mediolani nominauit pro sibi adhærente præfatum Comitem Robertum, vnde quæritur an talis nominatio profit ipsi Comiti? Concludite quòd nõ propter impossibilitatem materiæ subiectæ: cùm enim præfatus Comes Robertus verbis, signis, & factis palàm ostenderet se hostem præfati Ducis Mediolani, non poterat dici adhærẽs: quoniam enim tollimus subiectũ, necessariò tollemus prædicamentum. l. si Mœuia mater mea. ff. de hæred. instituit. Et ideò dicimus quòd non potest fieri prædicamentum de Chimæra. l. si stipuler. ff. de verbo. obliga. & cui non adaptatur sermo, etiam non adaptatur dispositio contẽta in ipso sermone, quantumcunq; verbæ sint latissima. l. qui insulam. §. fi. ff. loca. vbi notabiliter probatur, quòd si excipio violentiam, dicẽdo quòd volo teneri de violentia ista sermo debet intelligi quòd non teneas de violentia commissa per extraneos, sed de cõmissa per domesticos & familiares benè teneor, Et notetis benè istum tex. ad illud quod dixi, quòd cui non adaptatur sermo, &c. Optimè facit. l. inquisitio. C. de sol. Et pro conclusione prædicta facit, quia præfatus D. Comes Robertus non poterat esse adhærẽs eodem tempore duorum inimicorum, quia fuisset sibi contrarius. l. pen. C. de fur. Præterea domini Florentini

tini viriſimiliter non cogitarent, nec poterãt cogitare, quòd præfatus Comes Robertus, qui palã fouebat partem communitatis Florentinæ, eſſet adhærens præfati Ducis, cuius oſtendit ſe hoſtem & inimicum. Præterea illa adhæſio, quam fecerat memorato Duci, fuerat facta clandeſtinè, & tales actus clandeſtini præſumuntur doloſe facti. Et ideò illa nominatio non debuit prodeſſe præfato Comiti. l fin. ver. iuſtum enim. C. de litigio. Hinc videmus, quòd ſi inter coniunctos contrahitur matrimonium clãdeſtinè, præſumitur fraus & dolus, ſecus ſi palã. l fin. ff. de ritu nuptia. l. 1. C. de interdict. mat. Eſt ergo concluſio, quòd memoratus Comes Robertus non poterat dici eſſe de adhærentibus Ducis Mediolani. Et ita reperio conſuluiſſe Ang. de Perufio
7 ſuo conſi. cclxi. inci. cariſſime frater. †. Subſequenter quæro de notabili quæſtione, vtrum quando aliquis facit adhærentiam alicui ſuperiori de aliquibus caſtris, videatur conferre aliquam iuriſdictionem in illum ſuperiorem in illis caſtris? Hæc quæſtio fuit de facto, quia filij magnifici Nani Marchionis Cera diuiſerunt inter ſe caſtra illius Marchionatus, deinde fecerunt adhærentiam illuſtriſſimo Duci Aurelianenſi, & dubitatum fuit, vtrum propter illam adhærentiam eſſet trãſlata aliqua iuriſdictio in memoratum Ducem. Bald. ſuper illo facto conſultus determinat quòd non, dicens quòd per ſimplicem adhærentiam, quam quis facit ſuperiori de aliquibus caſtris, ex hoc non videtur transferre iuriſdictionem in illum dominum, excepto quòd ex ipſis confœderatis maiorem ipſe ſuperior habet

bet iuriſdictionẽ, quando offenſores alterius partis reperiũtur in terra illius partis: quia ſi illi offenſores iam erant condemnati, & non reſtabat niſi in eos animaduerteret, vel eos remitteret in locum delicti, ex hoc ipſe ſuperior maiorem haberet iuriſdictionẽ. allegat ad hoc text. aureum in l. non dubito. ff. de cap. & poſt li. teuer. Limita tamen prædicta, niſi faciens adhærentiã ſubmitteret ſe iuriſdictioni ipſius ſuperioris, quod facere poſſit in ſui præiudicium. l. eſt receptum. ff. de iuriſdic. omnium iud. Subdit, quòd quando ſubmiſſio accedit contractui nominato, nõ eſt locus pertinentiæ, ſecus ſi fuiſſet ſimplex prorogatio. allega. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Et not. per Archid. in c. præſidentes. ext. de hære. ita conſuluit Bald. conſi. ſuo 293. incipiente, inter tres Marchiones. in 3. volum. † Nunc venio ad articulum confœderationũ. 8
Et debetis ſcire, quòd confœderatio ſit dupliciter. Aliquando ſit æqualiter, puta, quia duæ ciuitates, vel duo Principes promittunt adinuicem ſe adiuuare, & talis confœderatio ſit ad protectionem. aliquando verò ſit confœderatio inæqualiter, puta, quia vna ciuitas confœderando ſe alteri recognoſcit in ſuperiorẽ. Iſta ſunt de mẽte Bal. in l. de quib. ver quinto, quæro ff. de legi. vbi dat intellectum ad l. non dubito. ff. de ca. & poſtli. teuer. † Aduertite etiã, quia ciuitates vel Barones re 9
cognoſcentes ſuperiorẽ, non poſſunt facere confœderationẽ ſine licentia ſuperioris, & hoc eſt de mẽte Bar. in l. 2. in 2. col. ff. de colleg. illic. habetur p Bal. in ca. 1. §. conuenticula. in ti. de pace iura firman in. vſib. feudo.

† Item

10 † Itē quando confœderationes fiunt ad malum, puta ad homicidia perpetranda, non valent etiam cum iuramento. Ita dicit Bald. in l. si ad excludendam. C. de reb. credi. & idem Bal. in rubri. C. pro socio. Optimè facit text. in l. si à reo. §. fi. ff. de fideiuſ. §. quòd extur-
pi inſtitu. de inuti. ſtipu. Notetur etiam, quòd confœde-
11 rati præſumuntur eſſe eiuſdem intentionis. † Et ideò ſi vaſallus alicuius domini facit confœderationem cum inimicis ipſius domini, præſumitur eſſe inimicus ipſius domini. Ita formaliter dicit Bald. in l. libertini. C. de
12 inoffici. teſta. † Item ſi in aliquo loco ſint ſcripturæ authenticæ, puta, quia ſint in archio publico, tales ſcripturæ facient fidem nedum in illo loco, ſed etiam in alijs locis confœderatis. Ita elegãter determinat Bal. in rubri. C. de fide inſtrumen. circa fin. comment. &
13 eſt benè notãdum. † Item in materia repræſaliarum, vtrum homines confœderati gaudeant priuilegijs & ſtatutis illius ciuitatis, quæ fecerũt confœderationem, videte per Bald. in authen. & omninò circa vij. ſeuſ. col. in ver. quid de hominibus confœderatis. C. ne vxor pro mari. &c. Sed pone, duæ ciuitates fecerunt adinuicem ligam ſeu cõfœderationem per quinquennium, lapſo quinquennio adhuc præſtant ſibi mutuos fauores, & auxilia mutua: an ex hoc intelligatur renouata liga ſeu confœderatio? Concludite quòd non, arg. l. ſi cum Hermes. C. loca. maximè ſi prima liga ſeu confœderatio erat facta per ſtipulationem, quia ſtipulationes requirunt verba. l. 1. in princip. ff. de verbo. obligatio. Et hoc procedit, præſertim ſi primus contractus con-

confœderationis fuiſſet celebratus in ſcriptis iuxta l. contractus. C. de fide inſtrumen. Nam tunc non intelligeretur renouatus niſi intercedente ſcriptura. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. Prædicta ſunt verba Bal. in commento pacis Conſtan. in verbo, item ſocietatem. Et not. benè prædicta, quia ſæpe cõtingunt. † Item 4
diffidato vno, intelliguntur diffidati omnes eius complices, auxiliantes, adhærentes & confœderati. Secus eſt in ſententia, quia non afficit niſi illos, contrà quos nominatim formatus fuit proceſſus. Ita dicit no. Bal. in l. 2. in pen. C. ar. in verſ. & non diffidato vno. C. de ſeruit. & aqua. † Addite quòd illi, qui ſunt adinuicẽ con- 1
fœderati, tenentur ſe adinuicẽ adiuuare, præſtare arma, gentes, & amicos. Ita dicit Ange. in l. 1. altàs 2. §. excuſantur ad S. C. Sila. Itẽ non tenentur ſe adinuicẽ adiuuare in bello iniuſto, niſi in capitulis cõfœderatiõis aliter caueatur. Ita dicit Ange. in l. ſi quis in gratiã. ff. eod. titul. Addo vobis, quòd illi, qui fecerunt adinuicem ligam ſeu confœderationem, non tenentur ſe adiuuare, niſi requirantur: quia in promiſſione ſeu confœderatiõe de ſe adiuuãdo ſubintelligitur ſi vna pars requirat alteram. quod eſt notandum propter confœderationes ſeu ligas, quæ fiunt inter ciuitates ſeu Principes. Ita dicit not. Bald. in c. 1. in princ. in verbo, requiſitus. in ti. de no. for. fide. Sed quæro, vnus Princeps habet guerram contrà alium, & volunt adinuicẽ pacem facere, & confœderationem, nunquid vnus ex ipſis Principibus poſſit caſtrum ſubditi ſui dare alteri Principi pro habenda pace in ſuo territorio ſeu domi-

nio? Concludite quòd sic: quia habere pacem cõcernit bonum publicum, & propter bonum publicũ potest auferre ius priuati. l. item si verberatũ. §. 1. ff. de rei ven. & l. Lucius. ff. de euic. & l antiochensium ff. de priuileg. et l. venditor. § si constat. ff. communia prædio. notatur per Cano. in c. quæ in Ecclesiarum. ext. de constitu. Optimè facit text. in ca. nisi essent. in verbo, pro bono pacis. ext. de præbend. Et in individuo hoc vult Barto. in l. quæcunque. ad fi. col. C. de fide instrument. & iure hasis. lib. x. & Inno. in c. in nostra. ext. de iniu. & dam. da. & Bal. in l. conuentionum. ff. de pac. & idem Bal. in l. quicunque. in vlti. colum. in ver. deinde nota. C. de ser. fugi. & Ang. expressè in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscript. Nam in locis proximè allegatis dicunt prædicti Dd. quod in bono publico, & pro publica vtilitate, puta pro pace habenda possunt auferri iura priuatorum.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium ad morganaticã quare & quid dicatur.

2 Pactum an in contractu matrimoniali possit fieri ad excludendum filios primi matrimonij à feudali successione. & num. 3.

3 Filij spurij legitimati an aliquo pacto possint succedere in feudo cum vero legitimo & naturali.

4 Contrahens matrimonium cum pacto, quòd filij

filij nascituri non succedant in feudo, an poterit mutare voluntatem.

5 Cessante consuetudine, quòd filij secundi matrimonij non succedant in feudo cum primis, an poterit aliter prouideri ipsis filijs secundi matrimonij.

ETIVNVS ex dictis vasallis habens filios ex prima vxore nobili, ea mortua accepit aliam ignobilem in vxorem cum pacto, quòd filij nascituri ex ea non succederent in bonis feudalibus. † Circa huiusmodi pactum debetis scire, quod appellatur matrimonium ad morganaticam. Ita probat text. in cap. vnico. in titu. de filijs na. ex matri. contra ad morga. Et est vulgare Mediolanensibus. Et dicitur ad morganaticam quasi morganicum, id quod per mortem viri capitur. Nunc quæro an huiusmodi pactum valeat? Concludite quòd valet in locis, in quibus est ista consuetudo, vt possit fieri tale pactum, vt probatur in ca. mulier & in c. filij. in titu. si de feudo defunc. fue. controuer. Cessante autem tali consuetudine pactum non valet, quia esset pactum de non succedendo, quod non valet in iure ciuili. l. pactum dotali. C. de colla. & l. pactum quod dotali. C. de pac. † Secundò quæro, quid si istud pactum apponatur ad excludendum filios primi matrimonij, an consuetudo prædicta vigens in loco trahetur ad istum casum? & videtur quòd sic, per text. in d. ca. filij & videtur ibi intueri Bald. dum dicit, quòd talis consuetudo quandoque habet moti- 1 2

num æquitatis, pura si Marchio tenens feudum ab imperatore accipiat filiam Regis in vxorem cum pacto, quòd filij nascituri ex ea succedant in Marchionatu, non autem filij nati ex alio matrimonio. Nam filia Regis nõ fuisset aliàs nuptura dicto Marchioni, nisi cum pacto prædicto. & Ia. Alua. in d. cap. filij refert, quòd Marchio Mantuæ filiam suam legitimam & naturalem tradidit nuptui filio nõ legitimè nato Marchionis Ferrariæ cum pacto expresso, quòd ipse filius deberet succedere in Marchionatu. Et Marchio Mantuæ non fuisset aliàs traditurus filiam suam nuptui, nisi cum pacto p̃dicto. Refert etiã q̃ Marchio Ferrariæ tẽporibus suis acepit Marchionissam Salutiarum in matrimonium cum pacto expresso, quòd filij nascituri ex ea non succederẽt in Marchionatu Ferrariæ. Volunt ergo præfati Dd. quòd tale pactum valeret stãte & permittente consuetudine, de qua suprà. † Sed circumscripta seu cessante tali consuetudine, an tale pactum sit æquum & iustum? Non determinat: vnde putarem tale pactum nihil valere cessante consuetudine, per l. si quando. in §. 1. C. de inoffi. testamen. & per l. si. ff. de suis & legi. Sed præsuppositа consuetudine, bene valeret. non tamen intelligatis, quòd si talis consuetudo sit in vno loco, quòd extendatur ad alium, quia est satis iniqua consuetudo: vnde non debet extendi de loco ad locum, per ea, quæ no. in c. si. ext. de offi. Archidia. vnde non iniuriа dicit in præalleg. c. si filij, quòd illud c. non haberet locũ in bonis emphyteoticis allodialib. Subdit, q̃ ex pactis p̃dictis vidit oriri multas contentiones

tiones & inconuenientias. Et quem euentum habuerint illa pacta inter Marchionem Mantuæ, & Marchionem Ferrariæ satis audire potuistis. † Sed pone, quædam mulier dedit mihi in dotem decem milia ducatorum, sperans filios ex ea nascituros debere sibi succedere, & ex ea suscepi vnum solum filium, et cùm haberem plures spurios ex quadam meretrice, ego feci eos legitimari per Imperatorem, ita vt p̃ virili succederẽt cum illo legitimo, an talis legitimatio valeat? Bald. in præallega. c. filij. dicit, quòd si Imperator hoc faciat vnus homo, negari tamen non potest secundum eum, quin talis ligitimatio valeat per not. in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de liber. & posthu. Addit Bald. in præallega. c. filij. quòd Imperator ita faciendo non habet præ oculis iustitiam publicæ honestatis, nec considerat quòd per nuptias seruatur excellens genus humanum, vt probatur in authen. de nup. vbi dicitur in prin. quòd per iustas nuptias præstatur immortalitas humano generi. facit l. 1. ff. sol. ma. Et sentẽtiam Bal. de qua suprà, omnes posteriores sequuntur. † Sed pone, quod ille, qui accepit secundam vxorem, virtute consuetudinis, de qua suprà. fecerit pactum, quòd filij nascituri ex ipsa secunda vxore non succedant in feudis, an ipsi contrahentes potuerunt postea mutare voluntatem, & per contrarium pactum pacisci, quòd succedant vna cum liberis primi matrimonij? Iacob. Alua. in præalleg. ca. filij. determinat quòd sic, allegat not. in c. si facta. in glo. in titu. si de feud. defunc. fue. controuer. allegat etiam l. si pro parte. §. versum. ff.

Nr. 638. - 3m. - 998

6 de in rem verso. Et hoc est benè notandum. † Quero vl terius, nunquid cessante consuetudine, de qua suprà posit pater prouidere aliquo modo, quòd filij nascituri ex secundo matrimonio non succedant cum liberis primi matrimonij. Et ista quæstio sæpe contingit, quando liberi primi matrimonij sunt nati ex nobili, alij verò sunt nati ex secunda vxore ignobili. Concludit quòd in antiquo feudo non posset pater prouidere in præiudicium filiorum etiam nascidurorum: quoniam omnes tam primi, quàm secundi matrimonij succedãt æqualiter. Nec valeret prouisio paterna in contrariũ. c.1.§. & quia vidimus. in ti. qui feu. da. pos. & in ca.1. in principio. in tit. de succes. feu. & in c.1. in ti. de gra. successio. in feu. & in c.1. in ti. de natu. suc. feu. In alijs autem bonis allodialibus posset pater emancipare liberos primi matrimonij, & eis dare omnia bona sua, salua tantũ legitima filiorum secundi matrimonij. vt habetur in l.1. et 2. et in l. si totas. et in l. si liqueat. C. de inof. don. & ita expressè determinat Ia. Al. in præalle. c. filij. in ti. si de feu. defun. fue. controu. vers. feudorum.

FINIS.

INDEX MATERIARVM LOCVPLETISSIMUS.

A

Adhærentes qui propriè dicantur. in verbo, De adhærentib. Nu. 5. Fol. 314

Adhærentiam faciens alicui superiori de aliquibus castris, an videntur conferre aliquam iurisdictionem illis superiori in illis castris. in verbo, De adhærentibus. nu. 7. f. 315

Aedificare castrum vel fortilicium an alicui liceat in solo proprio. in ver. De castro. nu. 2. f. 86

Aedificare in flumine quando & cui liceat. in ver. Fluminibus. nu. 3. f. 113.

Agnatus potest alienare feudum alteri agnato proximiori, ad quẽ feudum esset peruenturum. in ver. Et cum pacto. nu. 17. f. 141.

Alienatio feudi an possit p agnatos ipsius alienatoris reuocari in ver. Et cum pacto nu. 43. f. 143.

Alienatio feudi legitimè facta, & cum licentia domini, an & quando, & à quibus possit reuocari. in verbo, Et cum pacto. nu 44. f. 153.

Allodium quid sit. in ver. Dictis, nu. 7. f. 273.

Antiqua consuetudo non est in præiudicium alterius immutanda. in ver. Et cum molendinis. nu. 5. f. 106.

Bellum quando dicatur esse iustum. in ver. Et promiserunt. nu. 9. f. 208.
Bellū an possit inferior à Principe propria auctoritate indicere. in ver. Et promiserunt. nu. 10 f. 208.
Bis investitus de eodem feudo, an renuntians vni investiturę, renuntiet alteri. in ver. Et vnus. n. 12 f. 267
Bonis viris detrahentes pessimi dicuntur. in verbo, Qui quidem. nu. 21. f. 175.

C.

Carboniana bonorum possessio, vel bonorum possessio ventris nomine an habeat locum in feudalib. in ver. Ita quod. nu. 10. f. 120.
Carcer est quadruplex. in ver. Cum mero. nu. 3. f. 95.
Carolus nomen pulchrum est & excellens. in dictione, Carolus. Et ibi quibus parentibus genitus fuit hic Carolus, de quo fit mentio in hac materia investiturę. num. 1. f. 6.
Castellanus invitatus ab inimicis an possit tractare cū ipsis ignorāte domino. in ver. De castro. n. 21. f. 92.
Castellanus, qui promisit castrum non ponere in manu inimicorum, tenetur de hoc etiam curam adhibere. in ver. De castro. nu. 22. f. 92.
Castrum, villa, & municipium in quo differant. in ver. De castro, nu. 1. f. 86.
Castrum an in dubio præsumitur feudale. in verbo, De castro, nu. 16. f. 90.
Castro commisso sub protectione an etiam censeatur commissa iurisdictio. in ver. De castro. n. 24. f. 93
Causa delegata per superiorem alicui potestati, an & quando mortua potestate transeat in vicegerentē. in dictione, vicarius, q. 3. perpetuus. nu. 13. f. 52.
Causę, propter quas vasallus veniat feudo priuandus, quę & quot sint. in ver. Dictiq; nu. 1. f. 228.
Causis, quibus pater potest exheredare filiū. et donator reuocare donatiōem, eisdē meretur vasallus perdere feudū. in ver. Dictiq;. n. 30. et 47. f. 240. et 246.
Cessante consuetudine, quòd filij secundi matrimonij non succedant in feudo cum primis, an poterit aliter prouideri ipsis filijs secundi matrimonij in ver. Et vnus. n. 6. f. 319.
Citatio quomodo debeat in causa feudali fieri. in ver. Et dicti. nu. 26 f. 300.
Clausula, ita quòd te deficiēte sine liberis, talis extraneus succedat in feudū, an aliquid operetur, vt pacisci possit pro extraneo in feudalibus. in dictione. Nobiles Agasi. n. 3. & 4. f. 60.
Clerici an sint in feudo successibiles. in ver. Et quibuscunque. n. 4. f. 73.
Clerici domestici & familiares alicuius Principis an possint cogi ad iuramentum assecurationis. in ver. Qui quidem. n. 7. f. 169.
Cognoscens de re feudali an debeat seruare ordinem iudiciarium. in ver. Et dicti. n. 25. f. 300.
Cognitio actionis possessorię de re feudali ad quem spectare dicatur. in ver. Et dicti. n. 4. f. 289.
Comes propriè quis dicatur. in ver. Comes de Villaris. nu. 1. f. 48.
Comitum filij an & qualiter possunt Comites appellari.

lari. in ver. Comes de Villariis. nu. 2. f. 48.
Comitatum quando quis emit promittens pro eo soluere cēsum singulis annis, an præsumatur feudalis, sicut est censualis. in ver. Et fœminis. nu. 7. f. 68.
Complices, participes, corporales qui dicantur. in ver. De adhærentibus. nu. 6. f. 314.
Compromissoria potestas an transeat ad successorem eius, in quem duo Duces vel Comites compromiserunt sub nomine appellatiuo. in ver. Dux. §. Addo vobis. nu. 1. f. 17.
Concessio alicuius castri an cōprehendat molendina in aquis illius castri sita. in ver. De castro. n. 7. f. 87.
Conditio à sola Principis potestate dependens an & quando non reputetur impossibilis, & ex contractibus reiici debeat. in ver. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 12. & 13. f. 33.
Confessio sine causa non præiudicat. in ver. Dictiq;. n. 26. f. 283.
Confiscatis bonis vasalli an confiscatum censeatur feudum. in ver. Dictiq;. n. 63. f. 258.
Confœderati an & quando, & in quibus teneantur se inuicem iuuare. in ver. De adhærentib. n. 15. f. 317
Confœderatio an sine superioris licentia fieri possit. in ver. De adhærentibus nu. 9. f. 316.
Confœderatio dupliciter fieri dicitur. in ver. De adhærentibus. nu. 8. f. 316.
Confœderationes ad malum finem tendentes non valent. in ver. De adhærentib. nu. 10. f. 316.
Consœderationem facientes cum aliqua ciuitate an illius mutatis priuilegijs gaudere debeant. in ver. De adhærentibus. num. 13. f. 316.
Consensus agnati de feudi alienatione an præiudicet filio ipsius alienantis. in ver. Et cum pacto. nu. 36. fol. 140.
Consensus domini requisitus ad feudi alienationem an debeat præcedere alienatiōem, aut an sufficiat post ipsam. in ver. Et cum pacto. nu. 19. f. 141.
Consuetudo infeudandi bona Ecclesiæ quantum tēpus requirat vt indicatur. in ver. In feudū. n. 37. f. 83.
Consuetudo non inducitur in ijs, quæ sunt meræ facultatis. in ver. Et cum molendinis. n. 4. f. 105.
Consuetudo permittens vasallum posse alienare feudum sine domini licentia an sit valida. in ver. Et cū pacto n. 16. f. 141.
Contrahens matrimonium cum pacto, quòd filij nascituri non succedent in feudo, an poterit mutare voluntatem. in ver. Et vnus. nu. 6. f. 319.
Contractu feudali celebrato per stipulationem an poterit vasallus refutare feudum. in ver. vnus. num. 2. f. 253.
Conuentus super feudo, negās rem esse feudalē, dignus est feudo priuari. Idem in emphyteuta, fideiussore, socio. in ver. Dictiq;. n. 34 & 35. f. 241. & 242.

D.

DAMNATVS de crimine an debeat perdere bona. in ver. Dictiq;. n. 18. f. 235.
Declinatoria fori an possit opponi casu, quo dominus, vel pares curiæ volunt cognoscere de causa feudali. in ver.

ver. Et dict. nu. 20. f. 298.
Deductio offensoris ad dominum qualiter, & ad quem finem fieri dicatur. in ver. Dictiq;. nu. 6. f. 229.
Delictum patris an in materia feudali noceat filio, & si sic, ad quem transibit feudum. in ver. Dictiq;. nu. 60. f. 256.
Delinquens in castro sibi & alij domino communi, an & quando possit à condomino suo puniri. n. 4. f. 30.
Delinquẽs in fratris sui territorio, quod ei ex paterna hæreditate cessit in sortem, an possit ab ipso puniri. in dict. Marchio. §. Dubitatur etiam. n. 3. f. 29.
Delinquens in suo territorio, in quo iurisdictionis proprietatem non habet, vt vasallus, sed solam duntaxat administrandi potestatem, an & qualiter veniat mulctandus. in dict. Marchio. §. Quæritur etiam. nu. 3. f. 32.
Delphinatus, Vicecomitatus, et Baronia dignitates an & quibus rationibus diuidi non possunt. in dictione, Dux. §. Quid si Rex. & in §. Vlterius quæro. nu. 10. f. 22.
Deterioratio feudi notabilis an sit causa sufficiens amittendi feudum. Idem in vsufruct. in ver. Dictiq;. nu. 36. f. 242.
Dicens filium priuari debere feudo ob non petitam inuestituram, quid habeat probare. in ver. Qui quidem. n. 35. f. 181.
Diffidatovno an intelligantur etiam eius complices seu adhærentes diffidati. in ver. De adhærentibus. nu. 14. f. 317.

Disci-

Discipuli tenentur subuenire doctori & magistro in alimentis, in casu necessitatis. in ver. Et dicti. nu. 7. f. 292.
Dispositio testamentaria, qua vasallus testatur de rebus feudalibus in alios, quàm in eos, ad quos feudũ erat peruenturum, an si illam dominus ratificet, sit tenenda. in ver. Et cum pacto. n. 3 f. 155.
Dispositio statuti, quòd creditor possit capere tenutam in bonis debitoris etiam feudalibus, an habeat locũ domini licentia non obtenta. in ver. Qui quidem. nu. 61 f. 192.
Dispositionem totius inducere omnes partes qualiter intelligatur. in ver. Dictiq;. n. 4. f. 272.
Diuisio facta inter duos Marchiones, alteri quorum cedit totum feudum, alteri verò totum allodium, an & quando valeat. in dict. Marchio. n. 7. f. 26.
Domini terrarum an possint prohibere piscationem in fluminibus publicis. in ver. Et cum piscationibus. n. 2. f. 112.
Domino agente rei vindicatione contrà vasallum ad feudum, allegando illud sibi commissum, vt intentet officium Iudicis, si vasallus nominet alium dominum, an ille nominatus erit iudex. in ver. Et dicti. nu. 24. f. 299.
Domino dante licentiam vasallo alienandi feudum, an remanebit saluum ius directi dominij. in ver. Et cum pacto. n. 29. f. 146.
Domino feudi bellum gerente si vasallus velit personaliter auxiliari, dominus autem petat quantitatem pecu-

pecunia, cuius erit electio. in ver. Et promiserunt. n. 26. f. 218.

Domino feudi in causa feudali agente an debeat habere pares curiæ plures, quàm sint necessarij in iudicã do vel testificando. in ver. Et dicti. nu. 13 f. 295.

Domino feudi plurib⁹ relictis hæredibus decedit, an vasallus tenebitur omnibus iurare. in ver. Qui quidem nu. 28 f. 175.

Domino inuito intrans fundum, an si capiat feras, efficiantur ipsius capientis, an domini. in ver. Et cum venationibus. nu. 3. f. 109.

Dominus alicuius loci an possit inhibere subditũ ne venentur certa animalia, aut volatilia. in ver. Et cum venationibus. nu. 1. f. 108.

Dominus alicuius loci an possit præscribere iur⁹ prohibendi venationẽ. in ver. Et cũ venationib⁹. n. 2 f. 109

Dominus alicuius loci faciens pactum cum aliqua familia de molendo vel coquendo pro tali precio, an censeatur comprehendere augmentũ familiæ in posterum. in ver. Et cum molendinis n. 6 f. 106.

Dominus an pro defensiõe patriæ suæ possit facere quæstam ab hominibus suis. in ver. Et promiserunt. nu. 23 f. 217.

Dominus an possit imponere vasallo recognitionẽ feudi sub pœna amissionis rerum, et an talis pœna possit exigi. in ver. Dictiq; n. 8. et 9. f. 273. & 274.

Dominus an semper debeat cognoscere de causa feudali inter vasallos. in ver. Et dicti. nu. 8 f. 292.

Dominus an teneatur iuuare vasallum suum. in ver. Et promiserunt. nu. 15 f. 214.

Dominus an teneatur præstare fidelitatem vasallo suo. in ver. Qui quidem. n. 16 f. 178.

Dominus an teneatur vasallo præstare auxilium in ijs, quibus tenetur vasallus domino. in ver. Et promiserunt. nu. 29 f. 219.

Dominus cui iniuria facta fuit si taceat vsque ad mortem, an censeatur remisisse, ita quòd post eius mortem iniuria nihil præiudicet vasallo. in ver. Dictiq; nu. 51 f. 239.

Dominus feudi agens contra vasallũ pro iniuria an teneatur probare locum et tempus commissæ iniuriæ. in ver. Dictiq; nu. 56 f. 251.

Dominus feudi debet habere iniuriæ suæ vltionem. in ver. Dictiq; nu. 10. f. 230.

Dominus feudi imponens pœnã vasallo, quo casu possit pœnam exigere. in ver. Dictiq;. n. 12 f. 275.

Dominus feudi promittens alicui feudum an in petitione inuestituræ poterit apponere feloniam prætẽtam. in ver. Dictiq;. n. 57 f. 252.

Dominus inuestiendo aut renouando feudum an possit pacta insolita apponere. in ver. Qui quidem. nu. 65. & 87 f. 165.

Dominus iudicans in causa vasallorum vbi debeat sedere. in ver. Et dicti. nu. 28. f. 305.

Dominus iustitiã vasallo nõ faciẽs, an ꝓpter tale feudi veniat priuãdus. in ver. Dictiq;. n. 24. f. 256.

Dominus non debet à vasallo exigere iuramentum fidelitatis. in ver. Qui quidem. nu. 2. f. 168.

Et

Domi-

Dominus non habens pares curiæ pro causæ feudalis agitatione, quos habebit iudices. in ver. Et dict. n. 16. f. 296.

Dominus non potest de primis causis ruſticorum ſe intromittere, vbi aliquem de loco inueſtiuit cum mero & mixto imperio. n. 7. f. 50.

Dominus nouam terram acquirere volens, an poſſit cogere vaſallos ſuos ad ſecum eundum. in ver. Et promiſerunt. nu. 4. f. 206.

Dominus occidens fratrem aut proditorem anſi non compareat, priuabitur proprietate feudi. in ver. Dictiq;. nu. 22. f. 235.

Dominus ſuperior an poſſit compellere vaſallum vaſalli ſui ad ſibi ſeruiendum. in verb. Ita etiam. nu. 6. f. 124.

Dominus vadens ad ſupremum Principem pro obtinendo aliquo priuilegio an poſſit exigere à ſubditis ſuis expenſas vel auxilium. in ver. Et promiſerunt. nu. 25. fo. 217.

Dominus vadens contrà Saracenos, an poterit petere auxilium ab hominibus ſuis. in ver. Et promiſerũt: nu. 22. fol. 216.

Dominus vel pares curiæ deficientes in iuſtitia, debent ſuo iure priuari. in ver. Et dicti. nu. 22. f. 299.

Dominus vel pares curiæ ſi recuſent cognitionem cauſæ feudalis, ad quem erit recurrendum. in ver. Et dicti. nu. 21. f. 399.

Domus alicui conceſſa in feudum ad habitandum an poſſit alteri locari. nu. 7. fo. 77.

Do-

Domus alicui in feudũ conceſſa ad vtendum et fruendum, an poſſit tranſire ad hæredes. in ver. In feudũ. nu. 18. f. 80.

Donatio Eccleſiæ facta an pacto poſſit reuocari. in ver. In feudum. nu. 34. f. 82.

Donatio inter virum & vxorem dicitur morte confirmari, ſi perſeueret voluntas. in ver. Dictiq;. num. 53. f. 240.

Donatio principis facta filio impoteſtate an et quãdo valeat. in dict. Princeps. §. Sed an princeps. n. 20. f. 47

Ducem an poſſit ſibi populus eligere Imperatore abſente. in dict. Dux. §. Quæro in primis. Et quid de Venetorum Duce. nu. 2. & 3. f. 7.

Duces quis creare poſſit. in dict. Dux. §. Quæro. nu. 1. fol. 27.

Ducis appellatione quis intelligatur. in dict. Dux. nu. 1. f. 6.

Duobus vnum caſtrum poſſidentibus ſi vnus expellat alium, an ille expulſus poſſit cedere omnia ſua iura alteri. in ver. De caſtro. nu. 14. f. 89.

Duorum fratrum feudum ab eodem domino tenentiũ ſi vnus deficiat, alter non, an ſatisfaciens excuſabit alium. in ver. Et promiſerunt. nu. 20. f. 216.

Duorum habẽtium feudum antiquum ſi vnus vendat partem ſuam alteri, an ille, qui acquirit, teneatur ſe facere inueſtiri intrà annum & diem. in ver. Et cum pacto. n. 40. f. 152.

E.

Ecclesia dono recipiens à Rege vel Barone, vel Du-

ce Comitatū, vel Baroniā an tenebitur ad tributa, ad quæ prius tenebatur. in ver. In feudū. n. 33. f. 82.
Ecclesia qualiter prouidere possit de feudo, quod nō potest recuperare. in ver. In feudum. n. 12. f. 78.
Ecclesia recipiens feudum an teneatur iurare fidelitatem. in ver. In feudum. n. 36. f. 82.
Emphyteota persona priuata an p cessationē triennalē cadat à iure suo. in ver. Et cum pacto. n. 5. f. 151.
Emphyteota vel censuarius an possit resutare rem emphyteoticam vel censuariam inuito domino. in ver. Qui quidem n. 31. f. 179.
Episcopus potest causam pendentem coram vicario suo generali ad se aduocare, & ipsi inhibere, ne se de ea intromittat, etiam sine causa. in dicti. Vicariumque perpetuum. nu. 3. f. 49.
Episcopus pro sua voluntatis libito potest vicarium suū generalem reuocare. in dict. vicariumq; perpetuum. nu. 4. f. 49.
Eripiens feram ab ore canis an teneatur ad restitutionem. in ver. Et cum venationib. n. 6. f. 110.
Executio sententiæ in materia feudali qualiter sit facienda. in ver. Et dicti. nu. 39. f. 311.
Expensæ factæ in rerum custodia, quo casu sunt repetē dæ vel non. in ver. De castro. nu. 15. f. 90.

F.

FActū aliquod qualiter sit probandū factū in odiū, seu malā partē. in ver. De adhærentib. nu. 2. f. 313
Famæ quempiam restituere ad quem pertineat. in dicti. Dux. §. Dubitatur etiam. nu. 4. f. 12.

Fera in laqueo detenta an sit capientis, an domini laquei. in ver. Et cum venationibus. nu. 14. f. 110.
Feudatarius non præsumitur, nisi probetur. n. 6. f. 272
Feudatarius qualiter debeat facere recognitionem domino feudi. in ver. Dictiq;. nu. 28. f. 283.
Feudo aliquo casu ad dominum reuertente, an tenebitur dominus ad debita vasalli. in ver. Qui quidem. nu. 64. f. 194.
Feudo antiquo alienato quis erit in reuocando præferendus, an filius alienatoris, an agnati. in ver. Et cū pacto. nu. 42. f. 153.
Feudo concesso per hæc verba, Concedo tibi talem rem in feudum nobile, gentile, & Francum, an vasallus & eius successores erunt astricti ad iuramentum fidelitatis. in ver. Qui quidem. numero. 74. fol. 197.
Feudorum quoddam sæculare, quoddam Ecclesiasticum. in ver. In feudum. n. 32. f. 82.
Feudum alienans cum illis verbis, Inquantum de iure possum &c. an excusetur ab amissione feudi. in ver. Et cum pacto. nu. 26. f. 145.
Feudum amissum propter delictum vasalli ad quem transire debeat. in ver. Dictiq;. n. 58. f. 253.
Feudum an computetur in legitimam debitā filio de iure naturæ. in ver. Et cum pacto. nu. 17. f. 162.
Feudum annale seu perpetuū qualiter dicatur. in ver. In feudum. nu. 28. f. 81.
Feudum an nuda renuntiatione perdatur. in ver. Et vsus. nu. 13. f. 267.

Feudum an posſit alienari in agnatum remotiorigra dus ſine conſenſu omnium proximorum. in ver. Et cum pacto.n.32.f.147.

Feudum antiquum poteſt etiam ſine licentia domini alienari in agnatum poximiorem in illo ſucceſſurũ. in ver. Et cum pacto n.32.f.157.& 147.

Feudum an veniat in petitiõe hãreditatis. in ver. Et cũ pacto.nu.7.f.157.

Feudum an veniat in reſtitutione fideicommiſſi. in ver. Et cum pacto.nu.8. vſque ad num.12 f.158.

Feudum conceſſum per hæc verba. Concedo tibi feudũ & quibuſcunque hæredibus tuis, an posſit etiam ad hæredes extraneos porrigi. in ver. Et quibuſcunq;. nu.1.f.72.

Feudum conditionatum quid ſit,& quam habeat efficaciam. in ver. In feudum.nu.15.f.79.

Feudum curſoris ſi concedatur claudo, an valeat talis conceſſio in ver. In feudum.nu.14 f.79.

Feudum diuiſibile aut indiuiſibile quale dicatur. in ver. In feudum.nu.30.f.82.

Feudum duobus fratribus conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis et fœminis,ſi vnus illorum decedat relicta fœmina, an illa veniat ab alio excludenda. in ver. Et fœminis.nu.15.f.70.

Feudum Francum quid dicatur. in ver. Et cum pacto. nu.16.f.162.

Feudum iurabile & non iurabile quale ſit.n.29.f.81.

Feudum liberum & Francum qualiter fieri dicatur. in ver. In feudum.nu.27.f.81.

Feu-

Feudum ligium & non ligium qualiter non dicantur. in ver. In feudum.nu.19.f.80.

Feudum maſculinum aut fœmininum qualiter dicantur. in ver. In feudum.n.16.f.79.

Feudum minus nobile aut mediocriter nobile quid ſit. in ver. In feudum.nu.25.f.81.

Feudum multipliciter diuidutur. in ver. In feudum.n. 5.f.76.

Feudum nobile aut ignobile qualiter dicantur. in ver. In feudum.nu.24.f.80.

Feudum non debet pecunia ſed honore acquiri. in ver. Qui quidem.nu.59.f.190.

Feudum non ligium quid ſit. in ver. In feudum.nu.21. fol.80.

Feudum non nobile ſeu burgenſe quando dicatur. nu. 26.f.81.

Feudum nouũ quid ſit. in ver. In feudum. n.10.f.77.

Feudum pactionatum non eſt vltrà pacta & conuenta exigendum. in ver. Et promiſerunt. nu.28.f.218.

Feudum paternum eſt, quod fuit acquiſitum à patre. in ver. In feudum.n.8.f.77.

Feudum per hæc verba datum, Concedo feudum Titio pro ſe & ſuis hæredibus, & cui dederit, an posſit etiam ad extraneum tranſire. in ver. Et quibuſcunque. nu.3.f.73.

Feudum propriam naturam feudi habens, et feudum quod non habet propriam naturam feudi, qualiter dicantur. in ver. In feudum.nu.13.

Feudũ quomodo deſiniatur. in ver. In feudũ.n.1.f.76.

Feudū reale aut ꝓsonale qualiter dicatur.n.17 f.79
Feudum recipiens pro se & filijs intelligitur recipere nedum pro iam natis, sed etiam pro nascituris.in dict. Præsentes.nu.14.f.66.
Feudum simplex & rectum est, quod non habet seruitia determinata.in ver.In feudum.nu.6 f.77.
Feudum sine domini licentia alienatum an aperiatur domino, aut agnatis alienantis.in ver.Et cum pacto. nu.30.f.246.
Feudum subinfeudatum an possit alienari, & cuius consensum requirat.in ver. Et cum pacto. numer. 21 f.143.
Feudū trāsitorium ad omnes hæredes quid sit, & quid non transiterium ad omnes hæredes.in ver. In feudum.nu.30 f.82.
Fideicommissio castri vel alterius proprietatis an & quando videatur facta etiam successoribus eius, cuius fides prædicta primò commissa fuerunt. in dict. Dux.§. Addo vobis nu.3 f.18.
Fideiussor, qui fideiussit pro castellano alicuius castri, an teneatur pro robaria facta per ipsum castellanum in territorio illius castri in ver. De castro. nu. 17 f.91.
Filij alienantes feudum antiquum ad debeant præferri agnatis ipsius alienatoris.in ver. Et cum pacto. n. 35.f.149.
Filij Regum, Ducum vel Comitum an possint viuentibus eorum patribus appellari Reges, Duces vel Comites.in dict. Dux.§. Dubitat etiam.nu. 1.f.6.

Filij

Filij spurij legitimati an aliquo pacto possint succedere in feudo cum vero legitimo et naturali.in ver.Et vnus.nu.4.
Filium exhæredatū posse in feudo succedere, quomodo intelligatur.in ver.Præsentes.nu.10.f.64.
Filijs, dictio in materia feudali qualiter accipienda sit, & quos comprehendat.in dict. Præsentes.num. 2.& 4 f.62.
Filius an beneficio inuentarij possit acceptare feudum & paternum, & hæreditatē patris.in ver.Ita quod. nu.8 f.119.
Filius an possit feudum paternum acceptare, & repudiare hæreditatem paternam.in ver. Ita quod.nu. 1.f.118.
Filius an succedat in feudo præscripto per patrem. in ver. Ita quod nu.14.f.121.
Filius emancipatus, an, si offendat dominum feudi, qđ tenet pater, teneatur aut præiudicet patri. in verb. Dictiꝝ nu.7 f.229.
Filius exhæredatus an & quando succedat in feudo.in dict.Præsentes.nu.9 f.64.
Filius renuntians feudo & hæreditati paternæ, an si postea illa possideat sit liber à seruitijs feudalibus, aut oneribus hæreditarijs.in verb. Ita quod num. 9.f.119.
Filius si viuente patre renuntiet hæreditati paternæ cum iuramento, an excludetur à feudo paterno.in ver. Ita quod.nu 7.f.119.
Filius vasalli an poterit propter offensam domino

factam exhæredari. in ver. Dictiq;. nu. 8. f. 230.
Filius vasalli mortuo patre immiscens se paternæ hæreditati an poterit postea refutare feudum. in ver. Et vnus. nu. 4. f. 253.
Filius vasalli offendens dominum feudi an patri præiudicet. in ver. Dictiq;. nu. 3. f. 228.
Fiscus hæres efficitur eius, qui filios aut vlteriores in gradu non habet. in dict. Præsentes. nu. 4. f. 62.
Flumen existens in confinio duarū ciuitatum seu duorum territoriorum cuius sit. in ver. fluminibus. nu. 8. f. 114.
Flumina an veniāt in concessione feudorum. in ver. fluminibus. nu. 7. f. 114.
Flumina publica quoad proprietatem sunt illius ciuitatis & populi per cuius territorium discurrunt. in ver. Fluminibus, nu. 2. f. 113.
Flumina quoad vsum cuius sint. in ver. Fluminibus. n. 4. f. 113.
in Fluminibus an sit dare iurisdictionem & imperiū. in ver. Fluminibus. nu. 10. f. 115.
Fluminum nomine an in inuestitura feudi comprehendantur non nauigabilia. in ver. Et cum venationibus. nu. 9. f. 111.
Fodere licet cuiq; in feudo proprio sine læsione superficierum. in ver. Cum argentifodinis. n. 2. f. 116.
Fœmina an admittatur ad successiōem feudi, vbi quū recipit feudum pro se & hæredib. suis masculis & fœminis. in dict. Et fœminis. n. 10. f. 68.
Fœmina an & quando regulariter succedat in feudo. in dict. Et fœminis. nu. 10. f. 67.
Fœmina an succedat fratri statim post mortem patris decedenti, si pater recepit feudum pro se & hæredibus suis masculis & fœminis. in dict. Et fœminis. nu. 11. f. 69.
Fœmina quæ per cōuentionem succedit in feudo, aliàs non, an postea superueniente masculo, ipsa excludetur à successione feudi. nu. 12. f. 69.
Fœminæ non patet locus in successione feudi, donec extat masculus. in dict. Et fœminis. nu. 13. f. 70.
Fœminæ non patet locus in successione feudi quamdiu superest masculus. in dict. Et fœminis. nu. 16. & 17. f. 70. & 71.
Fœminæ quibus rationibus in feudo succedere prohibeantur. nu. 4. f. 25.
Forēsis ne in alsena ciuitate litigare compellatur, quibus fouebitur remedijs. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 21. f. 41.
Frater an & quando fratri succedat in feudo nouo. in dict. Nobiles Agasi. & quid in feudo antiquo. nu. 1. & 2. f. 60.
Frater ex vtroque parente an et quando in successione feudali fratrem ex patre tantum excludat. in ver. Præsentes. nu. 11. f. 64.
Frater fratri absenti pacisci aut stipulari non potest in concessione feudi sibi à domino facta. in dict. Nobiles Agasi. nu. 2. f. 60.
Frater vterinus tantùm an admittatur ad successionē feudi. in dict. Præsentes. nu. 12. f. 65.

Fratrum filij an succedant in feudo per capita, an verò in stirpes. in dict. Præsentes n. 13 f. 65.

G.

GAbellas an imponere possint Ianuenses mercatoribus per maria sua transeuntibus, et eorum mercs confiscare absque Imperatoris consilio. in dict. Dux. §. Quæro in primis. nu. 5. f. 6.

Generalis bonorum obligatio an includat feudum. in ver. Et cum pacto. nu. 2 f. 135.

H.

HAEredis appellatione in materia feudali, intelligẽdum est de descendentibus masculis. in ver. Et quibuscunq; nu. 2. f. 73.

Hæres verbum in materia feudali appositum, quid cõprehendat. in dict. Præsentes. nu. 3 f. 61.

Hermaphroditus an & quando possit in bonis feudalibus succedere. in dict. Marchio. nu. 5 f. 25.

Homines subditi vasallo an teneantur præstare iuramentum fidelitatis domino principali. in ver. Qui quidem. nu. 14. f. 172.

I.

IGnorans rem esse feudalem, an, si tempore lapso non petat inuestituram, debeat priuari feudo. in verb. Qui quidem. nu. 41. f. 184.

Impubes proximus pubertati an teneatur præstare sacramentum fidelitatis. in verb. Qui quidem. num 26 f 377.

Infans non potest inuestire alium sine tutoris auctoritate. in ver. Qui quidem. nu. 49. f. 188.

Infe-

Inferior à Principe an possit propria auctoritate bellum indicere. ver. Et promiserunt. nu. 10 f. 209.

Ingressus fundum alterius illo inuito si aliquam venationem fecerit, an poterit in illo fundo detineri donec restituat venationes. in ver. Et cum venationibus nu. 4. f. 110.

Instrumentum homagij qualiter sit concipiendum. in ver. In feudum. nu. 23. f. 80.

Inuadente aliquo castrum alienum an possit Princeps confirmare ipsi inuasori in verb. De castro. numer. 10 f. 88.

Inuestiens vasallum per inuestituram abusiuam cum traditione possessionis, à qua postea ipse inuestitus cecidit, & ad manus ipsius domini peruenit, an teneatur iterum ipsam possessiõem eidem vasallo tradere. in dict. Inuestiui talem. nu. 6. f. 54.

Inuestire an & quando possit dominus aliquem de feudo, quod alius tenet ab ipso domino. in dict. Inuestiui talem. nu. 12 f. 57.

Inuestitura abusiua & propria an & quando requirãtur in traditione feudi. in ver. Inuestiui talem. nu. 11 f. 57.

Inuestitura abusiua quid operetur. in dict. Inuestiui talem. nu. 3. & 4 f. 53.

Inuestitura alicui facta de feudo eius, quem dominus credebat mortuum, an & quãdo valeat. in dict. Inuestiui talem. nu. 13 f. 51.

Inuestitura cum possessionis traditione facit secundũ, cui facta est, potiorẽ primo, quẽ dominus inuestiuit.

in

in dict. Inuestiui talem. nu. 5. f. 53.
Inuestitura de aliquo feudo si facta fuit alicui à suo domino, an præsumatur fuisse præsens ù, cui facta est inuestitura. in dict. Præsentes. nu. 1. f. 62.
Inuestitura feudali continente, quòd deficientib. masculis fœmina succedat, si plures extent fœminæ successibiles, quæ illarum succedet. in ver. Et fœminù. nu. 14. f. 70.
Inuestitura feudali facta non data licentia alienandi, an poterit taliter infeudatus subinfeudare alium sine licentia domini. in ver. Ita etiam. nu. 3. f. 123.
Inuestitura feudalis an possit recipi per procuratorem in ver. Qui quidem, nu. 54. f. 188.
Inuestitura feudalis in quorum præsentia peti debeat. in ver. Qui quidem. nu. 57. f. 189.
Inuestitura feudi acquisiti quo casu sit à domino intra annum & diem petenda. in ver. Et cum pacto. nu. 41. f. 152.
Inuestitura feudi, an intra annum & diẽ peti debeat casu quo pater instituat filium iam natũ, & postbu mum pratereat. in ver. Qui quidem. nu. 45. f. 186.
Inuestitura feudi facta cum pacto turpi & probroso, an possit retineri aut reuocari. in ver. Qui quidem. nu. 69. f. 195.
Inuestitura feudi, quòd dominus per mortẽ vasalli ea debeat vacare, cùm non per mortem, sed aliã ob causam vacaret, an valeat, si in ea non exprimatur vera vacatiõis causa. in dict. Inuestiui talẽ. n. 14. f. 59
Inuestitura propria, realis & corporalis quæ sit, & quæ im-

impropria & abusiua. in dict. Inuestiui talem. nu. 1. & 2. f. 53.
Inuestitura verba, quæ Francorũ Rex expressit Principi Tarentino de Principatu Achaiæ, an præsumãt feudi concessiõem, an verò donationem. in dict. Inuestiui talem. nu. 10. f. 55.
Inuestitus cum iurisdictione de aliquo castro. an possit facere confiscationem omnium bonorũ alicuius, aut gratiam dare condemnato ad mortem. in ver. Cum mero. nu. 8. f. 97
Inuestitus de castro cum mero imperio an possit omnia quæ sunt meri imperij. in ver. Cũ mero. n. 4. f. 96.
Inuestitus de castro cum mero imperio an poterit bannire subditum. in ver. Cum mero. nu. 5. f. 96.
Itinera seu strata locorum, vbi pedagia colliguntur, secura seruare debent domini dictorum locorũ, in dict. Marchio. §. Quæritur etiam. n. 4. f. 32.
Iudæos de suo territorio expellere, & eorum auferre bona an & quãdo liceat sine peccato Regis dignitatis domino. in dict. Dux. §. Vltimò quæro. n. 1. f. 24
Iudex ecclesiasticus an possit inquirere de titulo eorũ qui possident beneficia ecclesiastica. in verb. Dictiqúe. nu. 2. f. 279.
Iudex præcipiens alicui sub pœna, si non pareat, an & quo pacto poterit talis pœna exigi. in ver. Dictiq;. n. 10. f. 274.
Iudices in causa feudali qui esse debeant. in verb. Et dict. nu. 1. f. 286.
Iuramẽti species est triplex. in ver. Qui quidẽ. n. 1. 162

Iuramẽto fidelitatis per vasallum præstito an possit dominus illi vasallo imponere collectam. in ver. Qui quidem.nu.75.f.197.

Iuramentum assecurationis an sit præstandum post iuramentum fidelitatis etiam ratione feudi fallum. in ver. Qui quidem.nu.6 f.169.

Iuramentum assecurationis quod dicatur.in ver. Qui quidem.nu.5.f.163.

Iuramentum fidelitatis an possit per procuratorẽ præstari.in ver. Qui quidem.nu.10.f.170.

Iuramentum fidelitatis quandoq; detur ratione familiaritatis seu domesticitatis. in ver. Qui quidem. nu.3 f.163.

Iuramentum fidelitatis quandoq; detur ratione habitationis.in ver.Qui quidem.nu.8.f.169.

Iurisdictionem an & quando amittat vnus ex plurib. fratribus,si in territorio,quod sibi ex paterna hereditate prouenit, deneget iustitiam & iurisdictionẽ suis subditis administrare.in dict.Marchio.§.Quæritur etiam.nu.1.f.31.

Iurisdictionem an & quando exercere possit vnus ex tribus aut pluribus fratribus in territorio ipsis communi absque alijs.in dict. Marchio.§. Dubitatur etiam.nu.1.f.27.

Iurisdictionis cuiuspiam duo vel tres domini,si in exercendo ipsam iurisdictionem discordent, quod erit iuris remedium.in dict. Marchio. §. Dubitatur etiam.nu.5.f.30.

Iurisdictionis prouentus appellatione veniunt damna, multa

multa & pœna.in dict. Marchio.§. Dubitatur etiam num.2.f.28.

Ius accrescendi an & quando habeat locum in feudo ab Imperatore vel Rege concesso.in dict.Nobiles Agasi.nu 6.f.61.

Ius accrescendi an & quando habeat locum, vbi princeps supremus concesit in feudum rem duobus coniunctim.in ver. Princeps.§. Sed an Princeps. num. 16.f.43.

Ius piscandi in fluminibus esse commune,multis modis limitatur.in ver. Fluminib.nu.11.f.115.

Ius prohibendi piscationem in fluminibus publicis, quo casu quæratur.in ver. Et cum piscationibus.num. 3.f.112.

Ius prohibendi piscationem quanto tempore possit acquiri in ver. Fluminib.num.12 f.115.

Ius retentionis & prælationis an locum habeat in materia feudali in ver.Qui quidem.nu.60 f.191.

L.

Laudemium an debeat pro feudi inuestitura solui domino.in ver. Qui quidem.nu.58.f.190.

Legatum de re feudali Ecclesiæ vel monasterio factũ an valeat.in ver. Et cum pacto.n.5.& 6.f.155.

Legatum factum in causam profanam an et qualiter solui debeat.in ver.Et cum pacto.nu.12.f.157.

Legitimandi potestas an intelligatur translata cũ Ducatu eidem,quem Imperator Ducẽ creauit.in dict. Dux.§. Dubitatur etiam.nu.2 f.3.

Lex, Bene à Zenone,multas habet & pulchras insse limi-

limitationes. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 10. f. 40.

Lex, Si quis maior. C. de trãsact. locum habet in omni coniunctione iurata. in ver. Et cum pacto. n. 4. f. 131.

Liberum dominium non habens, non potest liberè trãs ferre rem, sed cum sua qualitate. in ver. Ita etiam. nu. 12. f. 127.

Locum tenens, locum tenentem creare vel constituere non potest. in dict. Vicarius q3 perpetuus. n. 14. f. 52.

M.

Marchio an et quãdo testari possit de Marchionatu, quem tenet in feudo ab Imperatore. in dict. Marchio. nu. 2. f. 25.

Marchio & Marchia vnde dicantur. in dict. Marchio. nu. 1. f. 25

Marchio feudum seu castrum Marchionatus alienans an præiudicet filio. in dict. Marchio. n. 6. f. 26.

Maritus an possit in feudo constituere vxori suæ donationem propter nuptias. in ver. Ita etiã. n. 19 f. 129

Masculi descendentes omnes vsq3 in infinitum succedunt in feudo. in dict. Præsentes. Et quid de collateralibus. n. 5. & 6. f. 62. & 63.

Merum habens imperiũ, in aliquo loco an debeat succedere decedentibus absq3 hærede. in ver. Cum mero. nu. 17. f. 100.

Merum habens in aliquo loco imperium an poterit p̃scribere ius colligendi pedagium in loco suo. in ver. Cum mero. nu. 19. f. 101.

Merum imperium an possit per præscriptionem aut cõ

suetudinem acquiri. in ver. Cum mero. n. 13. f. 98.

Merum imperium non potest contrà Imperatorẽ præscribi. in ver. Cum mero. nu. 14. f. 98.

Merum imperium quomodo definiatur. in ver. Cum mero. nu. 9. f. 94.

Merum mixtumq3 habens imperium & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco, an poterit imponere talias seu collectas, aut nouas pedagia. in ver. Cum mero. nu. 16. & 18. f. 99.

Miles Hierosolymitanus an sit in feudo successibilis. in ver. Dictiq3. nu. 41. f. 244.

Mora circa petitionem inuestituræ feudalis an possit purgari. in ver. Qui quidem n. 37. f. 182.

Mortuo patre infeudato an continuetur possessio feudi in filium. in ver. Ita quod. nu. 13. f. 120.

Mulier dans viro suo feudum in dotem, si vir autẽ non præstat seruitia domino, an feudum amittetur. in ver. Et promiserunt. nu. 31. f. 220.

Mulier habens feudum an possit illum marito dare in dotem. in ver. Ita etiam. nu. 18. f. 129.

Mutus, surdus, vel aliàs imperfectus non debet possidere feudum. in ver. Dictiq3. nu. 50. f. 239.

N.

Nepos repudians hæreditatem patris an possit succedere auo in feudo auito. in ver. Ita quod. nu. 11. f. 120.

Nobilis inuestitus de castro cum iurisdictione tantùm, an possit condere statuta in suo territorio. in ver. Cũ mero. nu. 7. f. 96.

Nobilis quid consequatur dum illi castrum conceditur. in ver. Cum mero. nu. 2. f. 95.

Nomine pœnæ grauissimæ intelligitur mors. in ver. Dictiq; nu. 39. f. 243.

Notarios seu tabelliones creandi potestas cui de iure competat. in dict. Dux. §. Dubitatur etiam. nuur. 5 fol. 5.

O.

OBligatus ad censum censuarium ex contractu, an abstinendo possit cadere à iure suo. in ver. Et cum pacto. nu. 2. f. 130.

P.

PActum aliquod insolitum an post instrumentum inuestituræ feudalis factum possit dominus inuito vasallo, vel vasallus inuito domino apponere. in ver. Qui quidem. nu. 70.

Pactum factum à fratre fratri recipienti pro se et suis hæredibus de non petendo feudum, intelligendū est de liberis non extraneis in ver. Et vnus. n. 5 f. 255.

Pactum impossibile vel probrosum in inuestitura feudali appositum ipsam vitiat. in verb. Qui quidem. nu. 68. f. 195.

Pactum in inuestitura feudali factum, quo dicitur, q propter quamcunque feloniam domino factam nō possit vasallus feudo priuari, an sit validum. in ver. Qui quidem. nu. 71 f. 196.

Pactum interpretandum, aptandum & declarandum est secundum veri naturam in pactum deductæ. in ver. Et vnus. nu. 6 f. 256.

Pactum, quòd pater perdat feudum propter delictum filij, an sit validum. in verb. Qui quidem. num. 72. fol. 196.

Pactum, quòd vasallus ad nullum seruitium teneatur, in inuestitura feudali appositum, an sit validum. in ver. Qui quidem. nu. 73 f. 196.

Pares curiæ an possint cogi ad iudicandum in caussa feudali. in verb. Et dicti. num. 14. f. 295.

Pares curiæ an possint in causa feudali recusare. in ver. Et dict. nu. 17. f. 296.

Pares curiæ in caussa feudali iudicaturi an possint constituere locum tenentem. in ver. Et dict. nume. 11. f. 294.

Pares curiæ iudicantes caussas feudales an debeant iurare de rectè iudicando. in ver. Et dict. numer. 12. f. 294.

Pares curiæ iudicantes in caussa feudali an debeant esse eiusdem prouinciæ, in qua lis agitatur. in verb. Et dicti. nu. 15. f. 295.

Pares curiæ qui dicantur. in ver. Et dict. nu. 9. f. 293.

Pares curiæ qui habent cognoscere de causa feudali debent esse illius qualitatis, cuius sunt vasalli litigantes. in ver. Et dicti. nu. 10. f. 293.

Pares ciuitatis vel communitatis offendens an præiudicet alteri parti. in ver. Dictiq;. nu. 54. f. 250.

Pater acquirens feudum de nouo an possit illud stipulari vni ex filijs, ita quòd alij nihil habeāt. in ver. Ita quòd. nu. 12. f. 120.

Pater an delinquendo possit præiudicare filio in feudo.

in ver. Et cum pacto. nu. 15. f. 162.

Pater an possit in testamento disponere, quòd in feudalibus primogenitus filiorum suorum succedat solus et in solidum, et sic successiuè. in ver. Et cum pacto. nu. 13. f. 157.

Pater an possit vni ex liberis assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam. in ver. Et cum pacto. nu. 14. f. 161.

Pater an possit vni filiorum assignare totum feudum. in ver. Et cum pacto. nu. 2. f. 154.

Pater debet in filium animaduertere, quamdiu est in ipsius potestate: quapropter tenetur de offensa ipsius filij. in ver. Dictiq; nu. 4. f. 229.

Pax inter Principes facta an etiam comprehendat adhærentes. in ver. De adhærentibus. nu. 3. f. 313.

Pedemontium Princeps dicitur vicarius perpetuus. n. 5. f. 50.

Pertinentia castri qualiter sint consideranda. in verb. De castro. nu. 3. f. 64.

Pluribus hæredibus feudum tenentibus obligatum domino ad seruitium aliquod, qualiter ipsi hæredes præstabunt illud seruitium. in ver. Qui quidem. n. 23. & 30. f. 176.

Pœnæ pecuniariæ an sint meri imperij. in ver. Cũ mero. nu. 6. f. 96.

Pœnæ quare præceptis adijciantur. in ver. Dictiq́e. n. 11. f. 274.

Periurium in Principe est grauius, quàm in alia persona. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. n. 18. f. 46.

Popu-

Popularium appellatione qui veniant. in dict. Dux. §. Item quæro. nu. 2. f. 24.

Possidere flumen quando quis dicatur. in ver. Fluminib. nu. 9. f. 115.

Possessionis feudi traditio duob. facta, cui præsumatur facta prius, si cui ipsorum primò tradita fuerit. in dict. Inuestiui talem. nu. 7. f. 48.

Prædones castrorum cadentes à possessione nunquam possunt vendicare. in ver. de castro. n. 18. f. 91.

Præscriptio veniens in sequelam tituli, ad quem peruenit titulus, ad eundem reuertitur ius præscriptionis. in ver. Ita etiam. nu. 7. f. 125.

Præstans censum Ecclesiæ de re sua, quæ ex antiquis instrumentis apparet sua, an censeatur transferre dominium in Ecclesiam. in ver. Dictiq;. n. 27. f. 269

Primogenitus Marchionis vel Baronis habentis quædam castra in Francia, & quædam in Lombardia, si ex testamento, quod pater in Francia condidit, institutus sit hæres simpliciter, an censebitur hæres omnium castrorum prædictorum. in dict. Marchio. §. Insuper. nu. 1. f. 32.

Primogenitus quis dicatur. in dict. Dux. §. Quid si Rex nu. 4. f. 19.

Princeps an et quando ex solo titulo donationis vel venditionis transferat dominium in aliũ. in dict. Princeps. §. Sed quæro. nu. 1. f. 34.

Princeps an & quando rem vni concessam possit alteri concedere. nu. 17. f. 44.

Princeps an ex contractu sui prædecessoris obligetur.

in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. num. 1. fol. 36.
Princeps an inuito vasallo & Prælato possit ponere armigeros vel custodes in campanili Ecclesiæ. in ver. De castro. num. 20. fol. 92.
Princeps an possit alienare ea, quæ sunt principatus. in ver. In feud. nu. 2. fol. 76.
Princeps an possit infeudare regalia. in ver. In feudū. nu. 3. f. 76.
Princeps an possit statuere ne eatur ad aliud molendinum, vel furnum, quàm quod statutum sit. in ver. Et cum molendinis. nu. 3. f. 104.
Princeps concedens alicui plena molendina, an sit intelligendus concedere etiam imperfecta. in ver. Et cum molendinis. nu. 1. f. 103.
Princeps concedens castrum cum pertinentijs an includat molendina. in verb. Et cum molendinis. nu. 7. f. 108.
Princeps concedens vel donans alicui castrum an intelligatur concedere vel donare iurisdictionem. in ver. De castro. nu. 4. f. 87.
Princeps habens in principio alicuius territorij molendinum, quod Titio concedit in feudum, an poterit postea Princeps aliud molendinum inferius adificare inuito Titio. in ver. Et cū molēdinis. n. 2. f. 104.
Princeps hæreditatem adire potest per procuratorem. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 3. f. 37.
Princeps in suo territorio potest creare nouam dignitatem. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nume. 19. f. 47.

Prin-

Princeps inuestiens vasallum de castro cum territorio, salinis, & argentifodinis, an intelligi debeat etiam de salinis & argentifodinis repertis in loco publico. in verbo. Cum argentifodinis. numero. 3. fol. 117.
Princeps obligatur ex suo contractu sicut priuatus. in dict. Princeps. nu. 4. f. 34.
Princeps potest creare Comites Palatinos cum potestate, quòd possint creare tabelliones, & illegitimos legitimare. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 11. & 14. f. 41.
Princeps potest de plenitudine potestatis supplere circa libellum. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 4. f. 37.
Princeps potest esse iudex in causa propria, non autem inferior qui superiorem recognoscit. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 15. f. 43.
Princeps quot modis sumatur. in dict. Princeps. num. 1. f. 33.
Princeps solo verbo potest quem creare Doctorem. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 7. f. 39.
Princeps vendens castrum, an & iurisdictionem vendere censeatur. in ver. De castro. nu. 5. f. 87.
Princeps vt quis merito dici possit quæ requirantur. in dict. Princeps. nu. 3. f. 32.
Principi asserenti vasallum ingratum vel aliàs culpabilem, vt feudo priuetur, an sit credendum. in dict. princeps. §. Sed an princeps. numero. 37. fol. 310.

Principibus in pupillari ætate existẽtibus dari tutores debent, per quos regantur. in dict. Carolus. n. 3. f. 6.

Principis factum vbi interpretari potest, & ad commune ius referri nunquam intelligitur dispensatum. in dict. Princeps. §. Sed quæro. nu. 2. f. 35.

Principis misericordiæ, seu benignitati, vel gratiæ se submittẽs, debet per ipsum Principem benignè tractari. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. n. 6. f. 38

Principis priuilegia quæ sint. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 2. f. 57.

Principis sententia an & quando faciat ius generale. in dict. Præsentes. nu. 8. f. 64.

Principis sententia capitalis, quam ira seu fauore ductus tulit in aliquem, non est statim executioni mandanda, sed differẽda per 30. dies. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 8. f. 40.

Principis testimonium, vbi non agitur de facto suo, est validius & efficaci testimonio notarij. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. n. 9 f. 40.

Probatio ingratitudinis seu iniuriæ factæ domino feudi quot testes requirat. in ver. Dictiq;. n. 55. f. 250.

Proditor quis dicatur. in verb. Dictiq;. nu. 17. f. 234.

Proprietas fluminum publicorum dicitur esse Cæsaris. in ver. Fluminib. nu. 1. f. 113.

Puberes effecti an & quando possint absque curatore, publica tractare negotia. in dict. Dux. §. Quid si Rex. nu. 9 f. 20.

Pupillus an teneatur iurare fidelitatem domino feudi, aut petere renouationẽ. in ver. Qui quidẽ. n. 25. 176

Pupil-

Pupillus doli capax an excusetur à petitione inuestitu re feudalis vltra tempus debitum. in ver. Qui quidem. nu. 53. f. 189.

Q.

Quasi possessio fidelitatis & subiectionis an instrumento antiquo ducentorum annorum, & vltrà probari possit. in ver. Et dict. n. 31. f. 303.

R.

Recognitio feudi facta aliter, quàm more solito, an noceat posteris ipsius recognoscentis. in verb. Dicti q;. nu. 13. f. 275.

Recognitio feudi facta per subditũ in fauorem domini ipso ignorante, an prosit domino. in ver. Dictiq;. nu. 25. f. 283.

Recognoscens castrum in feudum, an et' quando intelligatur recognoscere territorium. in ver. Dictiqúe. nu. 5 f. 271.

Recognoscens feudum prose & quibusdam. in ver. Dictiqúe. nu. 22. f. 279.

Recognoscens se tenere castrum in feudum an intelligendus sit recognoscere iurisdictionem. in ver. De castro. nu. 6. f. 87.

Recognoscens se tenere feudum animo donandi bona sua, an præiudicet liberis. in ver. Dictiqúe. nu. 24. f. 282.

Recognoscens se tenere in feudum à tali domino præter talem dominum, an videatur recognoscere iurisdictionem in homines. in ver. Dictiqúe. n. 14. f. 276

Recognoscens se tenere in feudum & emphyteosim ab

aliquo, an præiudicet sibi & hæredibus suis. in ver. Dictique. nu. 31. f. 279.

Recognoscens se tenere quoddam castrum in feudum, an per talem recognitionem videatur recognoscere territorium & iurisdictionem. in ver. Dictiq;, nu. 2. f. 269.

Reconuentio an habeat locum coram paribus curiæ. in ver. Et dict. nu. 18. f. 297.

Reconuentio augere dicitur iudicis iurisdictionem. in ver. Et dict. nu. 19. f. 297.

Rector seu Cancellarius vniuersitatis, qui Scholari roganti se ad examen admitti, id denegarunt, an ex eo priuari debeant dignitate Rectoratus, vel Cancellariæ. in dict. Marchio. §. Quæritur etiam. num. 2. fol. 31.

Refutatio feudi antiqui per vasallum domino facta an debeat præiudicare agnati ipsius refutantis. in ver. Et cum pacto. nu. 37. f. 150.

Refutatio feudi fit multis modis, multiq;, de causis. in ver. Et vnus. nu. 1. f. 253.

Regales dignitates, an & quando statuto vel consuetudine induci possit vt diuidantur. in dict. Dux. §. Vlterius quæro. nu. 2. f. 23.

Regalia quæ dicantur. in ver. In feudum. nu 4 f. 76.

Regalis dignitatis successio semper transit ad consanguineos licet reperiantur in centesimo gradu consanguinitatis. in dict. Dux. §. Quid si Rex. nume. 6. fol. 19.

Reges duo seu Duces an simul & semel in eodem Regno vel Ducatu possint dominari. in dict. Dux. §. Quid si Rex. nu. 2. f. 18.

Regiæ dignitatis domini, vt sunt Rex, Dux, Marchio, Baro, Delphinus & huiusmodi, an et quando possint expellere mercatores, vel alios in suo territorio negotiantes. in dict. Dux. §. Item quæ. n. 1. f. 23.

Regni. Ducatus, vel Marchionatus successor quis efficietur, an secundo genitus, an verò natus ex primogenito defuncto ipsius Regis, Ducis etc. in dict. Dux. §. Quid si Rex. nu. 8. f. 20.

Regnum vel Ducatus eius, qui intrauit religionem animo ibidem manendi perpetuò, an videatur transire in eandem religionem. in dict. Dux. §. Quid si Rex. nu. 1. f. 18.

Regula, quòd filius debeat acceptare feudum & hæreditatem paternam, aut vtrumq; repudiare. in ver. Ita quòd. nu. 2. f. 118.

Renuntians feudo in manibus domini, an perfectè renuntiare dicatur. in ver. Et vnus. nu. 7. f. 255.

Renuntians feudo in manibus domini sui an præiudicet filijs suis. in ver. Et vnus. nu. 8. f. 255.

Renuntiatio qualibet facta in manibus non sui iudicis non valet in ver. Et vnus. nu. 11. f. 267.

Res in feudum paternũ concessa nõ transit vltrà quartam generationem. in ver. In feudum. nu. 9. f. 77.

Rex concedens castrum cum omni iure, quod ibi habet, an censeatur ius Regium. in ver. Dictique. nu. 3 fo. 270.

Rusticus inueniens falconem alicuius domini tenantu,

tis, si apud ipsum moriatur falco, an tenebitur domino. in ver. Et cum venationib. nu. 7.

S.

Scripturæ authenticæ fidem facientes in vno loco, an etiam fidem faciant in alio. in ver. De adhærentib. nu. 12. f. 316.

Sententia lata contra vasallum, quòd feudum ad aliũ pertineat, an præiudicet agnatis vasalli succumbentis. in ver. Et dicti. nu. 33. f. 304.

Sententia lata in materia feudali, ad quem sit appellãdum. in ver. Et dicti. nu. 36. f. 309.

Sententia lata inter contendentes de feudo certi loci, an omnibus illius loci præiudicet. in ver. Et dicti. nu. 34. f. 304.

Si vasallus testetur de re feudali præsente domino & agnatis, an sibi præiudicabitur ex eorum præsentia in ver. Et cum pacto. nu. 4. f. 155.

Solennitate per statutum inducta in feudi alienatiõe, an ipsa omissa debeat feudum amitti. in ver. Et cũ pacto. nu. 28. f. 146.

Stante consuetudine Ecclesiæ infeudandi tantum vnam vel duas res, an possit infeudari plures. in ver. In feudum. nu. 39. f. 84.

Stante regula, quod filio vasalli dominum offendente vel deducatur ad dominum, vel separetur à patre, cuius erit eligere. in verb. Dictiqúe. numer. 5. fol. 229.

Stante statuto, quòd fœmina excludatur ab hæreditate paterna, si pater habeat feudũ ad fœminas transibile, an virtute talis statuti excludatur fœmina ab ipso feudo. in ver. Ita quod. nu. 6. f. 119.

Statutũ, quod prædia non possint alienari in forenses, an semper & vbique sit validum. in verb. Et dicti. nu. 5. f. 290.

Statutũ, quo permittitur vasallis alienare feudum sine licentia domini an sit validum. in verb. Et cum pacto. n. 25. f. 140.

Subditi alicuius domini se alteri domino submittere volentis, an & quando contradicere possint. in dict. Dux. §. Vlterius quæro. nu. 1. f. 23.

Subinfeudans an sibi possit aliquid de feudo retinere. in ver. Ita etiam. nu. 5. f. 124.

Subinfeudatio non durat nisi ad vitam subinfeudantis. in ver. Ita etiam. nu. 4. f. 124.

Successor feudi an teneatur idem præstare iuramentum, quod præstitit antecessor. in ver. Et promiserunt. nu. 34. f. 222.

Successorium edictum an & quando habeat locum in regalib. dignitatibus, sicut sunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus. in dict. Dux. §. Quid si Rex. Et quæ iura veniant in tali successione. numer. 36. & 5. fo. 19.

Successor regni vel alterius dignitatis regalis vter efficietur, an natus ante acquisitam ipsam dignitatem, an verò post. in dict. Dux. §. Quid si Rex. nume. 11. fo. 22.

Superior an & quando inhibere possit inferiori, ne sua vtatur

veatur iurisdictione. in dict. Vicarius q. perpetuus. nu. 6. f. 50.

Syndicus vniuersitatis an & qualiter possit præstare iuramentum fidelitatis pro ipsa vniuersitate. in verb. Qui quidem. nu. 11. f. 171.

T.

TAcitus consensus domini an sufficiat ad feudi alienationē. in ver. Et cum pacto. num. 20. f. 142.

Tempore guerræ an possit dominus superior ponere custodes in castro, quod tenetur in feudum. in ver. De castro. nu. 11. f. 88.

Tempore lapso ad petendam inuestituram feudi, si dominus recipiat inuestituram à vasallo, an videatur remisisse culpam moræ. in ver. Qui quidem. nu. 38.

Tempus in materia appellationis diuersimodè consideratur. in ver. Et dict. nu. 38 f. 310.

Tempus petendi inuestituram feudalem an locum habeat in fœmina succedente in feudo. in ver. Qui quidem. nu. 43 f. 185.

Tempus petendi renouationem feudi an possit per dominum augeri vel minui. in ver. Qui quidem. num. 35.

Tenens feudum ab Ecclesia an possit vendere cum cōsensu Prælati illius Ecclesiæ. in verb. In feudum. nu. 41. f. 85.

Tenēs feudum ab vno domino si recognoscat se tenere ab alio, an vero domino præiudicet. in ver. Dictiq. n. 23. f. 381.

Tenens rem Ecclesiæ in feudum an possit alteri infeudare. in ver. In feudum. nu. 40. f. 84.

Tenentes & possidentes prædia in territorio alicuius domini, an teneantur præstare iuramentum fidelitatis. in ver. Qui quidem. nu. 9. f. 169.

Titulus, an filius vel agnatus, qualiter sit interpretādus. in ver. Ita quod. nu. 3. f. 118.

Transactio super re feudali sine licentia domini, an debeat præiudicare agnatis ipsius vasalli transigentis. in ver. Et cum pacto. nu. 12. f. 139.

Tribus fratribus feudum antiquum habentibus si vnus det alteri partem suam, & deinde monachatur, an illa pars spectare debeat ad illum solum, an ad alios duos. in ver. Et cum pacto nu. 34. f. 146.

Tutelæ potestas an trāseat ad successores. in dict. Dux. §. Addo vobis. nu. 2. f. 18.

Tutor an possit præstare iuramentum fidelitatis pro pupillo. in ver. Qui quidem. nu. 12. f. 171.

Tutor non petens inuestituram feudi pro pupillo, an pupillus debeat amittere feudum. in ver. Qui quidem. nu. 50 f. 188.

Tutor vel curator primogeniti, an & quando curam habeat vel tutelam bonorum ipsius primogeniti effecti furiosi. in dict. Dux. §. Quid si Rex. numer. 7. fol 20.

Tutoribus Principum pupillorum sufficit exhibere quales inueniri possunt fideiussores pro suscipienda ipsa

ipsa tutela. in dict. Carolus. num. 4. f. 6.
Tyrannus an veniat appellctigne Principis. in dict. Princeps. num. 2. fol. 33.

V.

VAsalli an extrà territorium domini teneantur dominum iuuare in guerra. in verb. Et promiserunt. nu. 3. f. 206.
Vasalli an teneantur auxiliari domino pro filia monachanda. in ver. Qui quidem. nu. 80 f. 202.
Vasalli an teneantur domino præstare auxilia pro filia sua spuria maritanda. in verb. Qui quidem. nu. 79 f. 202.
Vasalli an teneantur redimere, vel auxilium dare, vt redimatur dominus à captiuitate. in verb. Qui quidem. nu. 77. f. 201.
Vasalli litigantes an possint prorogare iurisdictionem alieni iudicis. in ver. Et dict. nu. 32. f. 303.
Vasalli promittentes dominis suis præstare auxilium de suis placitis & litigijs, quid intelligantur promittere in ver. Et promiserunt. nu. 24 f. 217.
Vasalli tenentur iuuare dominum pro defensione seu recuperatione terræ propriæ, quantumcunque etiam sit remota. in ver. Et promiserunt. numer. 5. fol. 206.
Vasallo committente feloniam, propter quam debeat perdere feudum, an si dominus remittat ei feloniam, feudum remanebit amiquum, sicut prius. in ver.

ver. Dictiq;. nu. 64. f. 260.
Vasallo decedēte, relicto vnico filio infante, an ille infans tenebitur præstare iuramentum fidelitatis, an tutor eius. in ver. Qui quidem. nu. 24. f. 176.
Vasallo feudū vendere volēte si agnatus offerat iustum pretiū, extraneus aūt offerat vltrà, quis veniet præferendus. in ver. Et cum pacto. nu. 38. et 39. f. 150.
Vasallo in seruitio domini sui deficiente, an poterit dominus propria auctoritate apprehendere feudum, & absq; ordine iudiciario occupare. in verb. Et promiserunt. nu. 35. f. 223.
Vasallo intrà tempus statutum inuestitur am non petēte, an feudum transire debeat ad agnatum. in ver. Qui quidem. nu. 46. f. 136.
Vasallo relictis plurib. hæredib. decedente, an teneatur quilibet hæres ad iuramentum fidelitatis domino ratione feudi. in ver. Qui quidem. nu. 22. f. 175.
Vasallo rem feudalem apud alium constitutam inuadente, cui applicandum erit ius feudi. in ver. Dictique. nu. 65. f. 260.
Vasallo remittente suis hominibus aliquod seruitium, si feudum ad dominum reuertatur, an tenebitur stare illi remissioni. in ver. Ita etiam. n. 11. f. 127.
Vasallo vasalli feloniā cōmittēte cōtra Principē, à quō primo vasallus recognoscit feudū, cui veniet feudū applicandum. in ver. Et cum pacto. nu. 22.
Vasallum alienando feudum sine licentia domini dignum esse priuatiōe feudi, qualiter sit intelligendū. in ver. Et cum pacto. nu. 4. f. 135.

Vasallum alienantem feudum sine licètia domini debère illud perdere, qualiter sit intelligẽdum, in ver. Et cum pacto. nu. 45. f. 153.

Vasallum inuestiens de mero imperio, investituram facere debet cum traditione gladij in manibus ipsius vasalli. in ver. Inuestiui talem. nu. 9. f. 49.

Vasallus ad instantiam domini vocatus si venire recusit, an debeat iterum citari. in ver. Et dicti. nu. 27. fol. 301.

Vasallus ad quæ seruitia teneatur domino suo. in ver. Et promiserunt. nu. 1. f. 204.

Vasallus aduocans contra dominum suum an sit feudo priuandus. in ver. Dictiq; nu. 26. f. 237.

Vasallus alicuius domini an possit sine licentia domini confœderationem facere cum aliqua ciuitate. in ver. De adherentibus. nu. 4. f. 313.

Vasallus aliqua rationabili causa manum mittens in dominum, an debeat feudo priuari in ver. Dictiq; nu. 43. f. 245.

Vasallus an absq; scientia domini possit transigere super re feudali. in ver. Et cum pacto. nu. 7. f. 137.

Vasallus an absque sententia possit feudo priuari. in ver. Et dicti. nu. 35. f. 304.

Vasallus an circumscripta promissione teneatur recognoscere feudum à domino, ad ipsius domini requisitionem in ver. Dictiq; nu. 1. f. 269.

Vasallus an contra proprium dominum possit agere interdicto, vnde vi, prospoliatione. in ver. Et dicti. nu. 6. f. 270.

Vasal-

Vasallus an debeat perdere feudum, si remotionem inuestituræ infra annum & diem non petierit. num. 32. f. 179.

Vasallus an & quanto tempore possit præscribere aut acquirere ius pedagiandi. in ver. Cum mero. n. 21.

Vasallus an in re feudali possit constituere seruitutem. in ver. Ita etiam. nu. 10. f. 126.

Vasallus an per simplex compromissum factum in arbitratorem sine licentia domini possit amittere feudum. in ver. Et cum pacto. nu. 11. f. 139.

Vasallus an possit alienare feudum propter necessitatem aliquam. in ver. Et cum pacto. nu. 14. f. 140.

Vasallus an possit compromittere in arbitratorem sine licentia domini. in ver. Et cum pacto. n. 10. f. 139.

Vasallus an possit compromittere super re feudali sine licentia domini. in ver. Et cum pacto. n. 9. f. 138.

Vasallus an possit concedere annuos fructus in re feudali. in ver. Ita etiam. nu. 14. f. 128.

Vasallus an possit dominum suum accusare criminaliter, aut contra ipsum testificari. in ver. Qui quidẽ. nu. 16. f. 172.

Vasallus an possit hypothecare feudum, aut in seruitutem ponere, aut si contingat dominum illud emere, teneatur ad illam seruitutem. in ver. Qui quidem. num. 62. f. 192.

Vasallus an possit in re feudali alteri constituere vsum fructum. in ver. Ita etiam. nu. 13. f. 127.

Vasallus an possit in testamento de rebus suis feudalibus relinquere pauperibus. in verbo, Ita etiam.

num.16.f.128.
Vasallus an possit iurare prose & successoribus suis.in ver. Qui quidem.nu.36.f.182.
Vasallus an possit inuito domino refutare feudum.in ver.Qui quidem.nu.29.f.178.
Vasallus an possit rem feudalem concedere ad libellū. in ver.Ita etiam.nu.9.f.126.
Vasallus an possit sine licētia domini cōcedere rē feudā lem in emphyteusin,in ver. Ita etiam. nu.8.f.125.
Vasallus an possit sine licentia domini locare feudum ad longum seu longissimum tempus.in ver. Et cum pacto.nu.13.f.139.
Vasallus an post felonia domino facta effectus furiosus an ex culpis & felonijs precedentibus pati possit sententiam priuatiuam.in ver. Dictiq;.nu. 21.f.235.
Vasallus an profilia maritanda possit dare feudum in dotem.in ver. Ita etiam.nu.17.f.128.
Vasallus an teneatur alimentare dominum existentē in inopia.in ver.Et cum pacto.nu.1.f.132.
Vasallus an teneatur domino feudi ostēdere omnes res feudales,pro quibus est subditus.in ver.Dictiq;.nu. 15.& 19.f.276.
Vasallus an teneatur domino ostendere feudū & quātitatem feudi.in ver. Dictiq;.nu.18.f.279.
Vasallus an teneatur domino prastare seruitium intra annum & diē determinatū ad petendam inuestiturā feudalem.in ver. Qui quidem.n.44.f.186.
Vasallus an teneatur dominū iuuare etiā contra patrē & fratrem.in ver. Et promiserunt.nu.14.f.213.
Vasallus an teneatur inopem dominum alimentare.in ver.Qui quidem.nu.78.f.201.
Vasallus an teneatur dominum iuuare iniustè ladere volentem.in ver. Et promiserunt.nu.7.f.207.
Vasallus an teneatur dominum iuuare se iniustè defendentem.in ver.Et promiserunt.n.8.f.207.
Vasallus an teneatur prastare domino auxilium in dotatione filiarum.in ver.Qui quidem.nu.76.f.200.
Vasallus assaliens castrum domini sui debet perdere feudum.in ver.Dictiq;.nu.33.f.241.
Vasallus clericus an teneatur iuuare dominū temporalem in guerra.in ver.Et promiserunt.n.16.f.214.
Vasallus clericus litigās cū domino, an debeat corā patrib.curia inducta suscipere.in ver.Et dict.n.3.187.
Vasallus cognoscēs carnaliter pedissequā domini, an sit feudo priuandus.in ver.Qui quidē.n.20.f.138
Vasallus cōmiscēs se cū cōcubina domini sui, an debeat priuari feudo.in ver.Qui quidem.nu.19.f.138.
Vasallus committens domino felonia, si ipse vasallus decedat sine querela,an possit successoribus praiudicare.in ver.Dictiq;.nu.52.f.240.
Vasallus cōmittēs homicidiū in altū, quā in dominum feudi,an sit priuandus.in ver.Dictiq;.nu.62.
Vasallus committens incestum ipso iure priuatur feudo.in ver.Dictiq;.nu.31.f.240.
Vasallus confœderationem cum inimicis domini facies prasumitur inimicus ipsius domini,in ver. De adherentibus.nu.11.f.316.
Vasallus contra quos teneatur iuuare dominum sui-

in ver. Et promiserunt. nu. 13. f. 213
Vasallus contumax in causa feudali debet feudum amittere in ver. Dictiq; nu. 46. f. 245.
Vasallus debet honorificè petere inuestituram seu renouationem feudalem. in ver. Qui quidē. n. 56. f. 189
Vasallus deserens dominū in bello, an si dominum nullum incommodum sequatur, debeat perdere feudū. in ver. Et promiserunt. nu. 19. f. 216.
Vasallus dimittens dominum in bello non mortuū nec vulneratum, an veniat feudo priuandus. in ver. Et promiserunt. nu. 17. f. 214.
Vasallus effectus monachus, debet feudo priuari. in ver, Dictiq; nu. 40 f. 244.
Vasallus eleuans manum contra dominum, licet non percutiat, tenetur tamē actione iniuriarum. in ver. Dictiq; nu. 49. f. 219.
Vasallus ferens contra dominum testimonium an poterit ideò feudo priuari. in ver. Dictiq; n. 25. f. 237.
Vasallus feudum alienans irrequisito domino debet illud amittere. in ver. Dictiq; nu. 45. f. 245.
Vasallus fœdus faciens cum inimico domini venit feudo priuandus. in ver. Dictiq; nu. 14. f. 232.
Vasallus forma debita petens inuestituram si fit recusatus an sit liberatus. in ver. Qui quidē. nu. 40. f. 183.
Vasallus grauiter delinquens in alium, quàm dominum feudi, an possit feudo priuari, & in quem transire debeat feudum. in verb. Dictique. nume. 59 f. 255.
Vasallus habens plures dominos bellum gerētes quem inuā-

uabit. in ver. Et promiserunt. nu. 11. f. 210.
Vasallus ignorans dominum suum vulneratum in bello, an si eum relinquat, priuandus sit feudo. in ver. Et promiserunt. nu. 21. f. 216.
Vasal. imponens seruitutem rei feudali an mereatur illud perdere. in ver. Qui quidem. nu. 63. f. 193.
Vasal. inhoneste agens cū vxore domini sui, siue vidua, siue nondum traducta, vel cum alijs affinibus, vel cū pedissequis, venit feudo priuandus. in ver. Dictiq;. nu. 29. f. 239.
Vasal. insidians villæ domini veneno, vel aliter, an veniat feudo priuandus. in ver. Dictiq;. n. 44. f. 245.
Vasal. inuestituram non petens intra tempus debitum, debet feudo priuari. in ver. Dictiq;. nu. 2 f. 228.
Vasallus inuestitus cum ijs verbis, Cōcedo tibi feudum liberum & Francū, an teneatur seruire domino in guerra, et an suis sumptibus. in ver. Et promiserut. num. 2. f. 205.
Vasallus iudicans contra dominum suum, an debeat feudo priuari. in ver. Dictiq;. nu. 27 f. 238.
Vasal. iurans domino fidelitatem & conuentorum formalitatem an teneatur seruare contractus feudales. in ver. Et vnus. nu. 3 f. 253.
Vasallus iurans occidere dominum, non tamē occidit, an feudo priualitur. in ver. Dictiq;. nu. 42 f. 244.
Vasallus multis causis excusatur à non præstādo seruitio domino. in ver. Et promiserunt. nu. 30. f. 219.
Vasallus negans feudū, si postea conuincatur venit feudo priuandus. in ver. Dictiq;. nu. 16 f. 278.

Vasallus non faciens iustitiam domino suo, an sit priuandus feudo. in ver. Dictiq;. nu. 23. f. 236.
Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini. in ver. Et cum pacto. nu. 7. f. 134.
Vasallus nō tenetur offerre seruitium domino donec sit interpellatus, nisi sciat periculum imminere. in ver. Et cum pacto. nu. 6. f. 132.
Vasallus nullo casu repellēdus venit aut liberādus à iuramēto fidelitatis. in ver. Qui quidem. n. 47. f. 187.
Vasallus occidens consallum an priuari debeat feudo. in ver. Dictiq;. nu. 20. f. 235.
Vasallus occidēs fratrē propriū, aut fratrē domini sui, an sit feudo priuādus. in ver. Dictiq;. n. 15. 16. f. 233
Vasallus occidens seipsum an perdet feudū prosuis heredibus. in ver. Dictiq;. nu. 19. f. 235.
Vasallus offendēs aliquē ex adherentib. domini an sit feudo priuandus. in ver. De adherentib. n. 1. f. 312.
Vasallus offendēs dominū, an ipso iure priuetur, aut an requiratur sententia. in ver. Dictiq;. n. 9. f. 230.
Vasallus per lenocinium volens vxorem domini sui alteri adulterandam traducere debet feudo priuari. in ver. Dictiq;. n. 32. f. 240.
Vasallus primus cōmittens felonią, propter quā priuatur feudo an prīudicet vasallo, cui de eodē subinfeudauit, ita quius suā pdat. in ver. Dictiq;. n. 12. f. 231
Vasal. primus si post offensā restituatur an etiā secūdus recuperabit iura sua. in ver. Dictiq;. nu. 13. f. 232.
Vasallus qualiter debeat vocari in auxilium domini sui. in ver. Et promiserunt. nu. 33. f. 222.

Vasal-

Vasallus quando teneatur iuuare dominum in guerra. in ver. Et promiserunt. nu. 6. f. 206.
Vasallus quibus causis excusetur à nō petitione inuestiturę. in ver. Qui quidem. nu. 48. 51. 52. f. 188.
Vasallus, qui debebat petere renouatiōem inuestiturę, si decedat propè terminum petendi, an successores habere debeant integrum terminum ad petendum. in ver. Qui quidem. nu. 34. f. 180.
Vasallus qui iurauit domino fidelitatem, an teneatur adiuuare dominum contra patrem & fratres. in ver. Qui quidem. nu. 15. f. 172.
Vasallus reuelans secreta domini debet feudo priuari. in ver. Dictiq;. nu. 28. f. 238.
Vasallus sciens dominum suum esse inclusum vel detentum, nec curat illum liberare cùm possit, debet feudum amittere. in ver. Dictiq;. nu. 37. f. 243.
Vasallus seruiens per substitutum minus idoneum an & qualiter sit feudo priuandus. in ver. Et promiserunt. nu. 32. f. 221.
Vasallus si cōmisit cōtra dominū aliquā ex istis causis, ex quibus donator potest renocare donationem, priuari debet feudo. in ver. Dictiq;. nu. 47. f. 246.
Vasallus singulis annis ad certum censum obligatus, an triennio abstinens cadat à feudo. in ver. Et cū pacto. nu. 1. f. 130.
Vasallus si sit homo nobilis, famosus & potens, an poterit seruire domino suo in bello per substitutum. in ver. Et promiserunt. nu. 27. f. 218.
Vasallus sub qua forma debeat petere à domino inue-

 stituram

ſtituram ſeu renouationem inueſtiturę feudalũ. in ver. Qui quidem. nu. 39. f. 183.

Vaſallus tranſire poteſt cum aduerſario, dummodo ipſe vaſallus retineat feudum. in ver. Et cum pacto. nu. 8. f. 138.

Vaſallus vaſalli offendens dominum principalem venit feudo priuandus, quod venit applicandum domino immediato. in ver. Dictiq; nu. 11. f. 230.

Vaſallus vaſalli quem dominum teneatur iuuare. in ver. Et promiſerunt. nu. 12. f. 211.

Vaſallus vocans dominum in ius venia non petita, an debeat perdere feudũ. in ver. Dictiq; n. 48. f. 246.

Venatio virũ ſanctis ſemper legitur prohibita. in verb. Et cum venationibus. nu. 8. f. 111.

Vendens caſtrum an intelligantur etiam venditi vaſalli, ſi qui in illo ſint. in ver. De caſtro. nu. 9. f. 88.

Vendens caſtrum an teneatur uſq; ad illius traditionem cuſtodire. in ver. de caſtro. nu. 23. f. 93.

Vendens caſtrum reſeruata quadam domo an poterit poſtea illam domum in fortilicium ædificare. in ver. De caſtro. nu. 12. f. 88.

Vendẽs feudum cum iis verbis, Saluo honore domini, licentia non optata, an debeat feudum amittere. in ver. Et cum pacto. nu. 25. f. 145.

Vendens feudum ſub conditione, ſi domino placuerit, an excuſetur à feudi perditione. in ver. Et cum pacto. nu. 27. f. 145.

Vendito territorio an cenſeatur vendita qualibet iuriſdictio. in ver. De caſtro. nu. 8. f. 88.

Ven-

Venditio facta per hæc verba, Vendo & trado tibi tale feudum ſaluo iure domini et agnatorum meorum, an requirat domini conſenſum. in ver. Et cum pacto. nu. 23. f. 144.

Venditio feudi facta cum clauſula, Saluo iure domini, an ſine conſenſu domini ſit valida. in ver. Et cum pacto. nu. 24. f. 145.

Venetia ciuitas an ſubdita ſit in ſolidum ipſis Venetis. in dict. Dux. §. Quero inprimis. nu. 4. f. 7.

Verba, Concedimus vobis Titio & Sẽpronio, et cuilibet veſtrũ tale caſtrum in feudũ, an & quando operentur, quòd deficiẽte Titio ſine liberis Sempronius habeat totũ feudũ. in dict. Nobiles Agaſi. nu. 5. f. 60.

Verba generalia ſunt ciuiliter, et prout ratio dictat intelligenda. in ver. De caſtro. nu. 13. f. 89.

Verba iſta, Cuius dabit, in inueſtitura feudali apposita non debent alterare naturam feudi. in verb. Ita etiam. nu. 2. f. 123.

Verba iſta, Do, concedo tibi tale caſtrum cum plena iuriſdictione, an includant merum imperium. in ver. Cum mero. nu. 11. f. 97.

Verba iſta, Et cum pacto, etc. in inueſtitura feudali apposita quid operentur. in ver. Et cũ pacto. n. 1. f. 154.

Verba iſta, Et quibus concedere & alienare voluerint, quid importent. in ver. Ita etiam. nu. 1. f. 122.

Verba iſta, Indignationem Apoſtolorum Petri & Pauli &c. in literis apoſtolicis apposita quid operentur. in ver. Dictiq; nu. 38. f. 243.

Verba iſta, Omnimodã iuriſdictionem quid importẽt.

INDEX.

in ver. Cum mero. nu. 12. f. 98.
Verba ista, Talis feudatarius dedit, vendidit & tradidit talem rem feudalem Titio, & constituit se tenere & possidere nomine ipsius Titij: in venditionis instrumento apposita quid operentur. in ver. Et cum pacto. nu. 5. f. 135.
Verba sub pœna indignationis à Principe probata cuius sint efficaciæ. in dict. Princeps. §. Sed an Princeps. nu. 5. f. 38.
Verbum, Concedo, est verbum generale, & debet intelligi secundum naturam actus, super quo interponitur. in ver. Fluminibus. nu. 6. f. 114.
Verbum guarentizare quid significet. in ver. Et dicti, nu. 30. f. 302.
Verbum, inuestire quid importet. in ver. Cum argentifodinas. nu. 1. f. 116.
Verbũ, Saluo etc. in instrumẽto vẽditiõis feudalis appositũ quid operetur. in ver. Et cum pacto. n. 6. f. 136.
Vicarium vel locumtenentem Episcopi vel Principis offendens, Episcopum vel Principem offendisse dicitur. in dict. Vicariusq; perpetuus. nu. 12. f. 52.
Vicarius foraneus quis dicatur. in dict. Vicariusq; perpetuus nu. 2. f. 49.
Vicarius generalis Episcopi, ordinariam habet iurisdictionẽ. in dict. Vicariusq; perpetuus. nu. 2. f. 49.
Vicarius seu locum tenens à Rege vel Duce creatus, an & quando possit Rege vel Duce absente consensum præstare in alienatione rerum feudalium, in dict. Vicariusq; perpetuus. nu. 8. f. 51.

Vica-

Vicarius seu locum tenens Principis potest omnia, præter ea, quæ pœnam sanguinis concernunt, expedire. in dict. Vicariusq; perpetuus, & quid de Vicario Episcopi. nu. 10. f. 51.
Vicerector quem Rector constituit, an & quando gaudeat immunitate, qua Rector. in dict. Vicariusque perpetuus. nu. 11. f. 51.
Vniuersitate feudum tenente an omnes de vniuersitate teneantur ad iuramentum fidelitatis. in ver. Qui quidem. nu. 27. f. 177.
Virili membro carens per quod emittat vrinam, an & quando succedere possit in dignitate regali. in dict. Marchio. nu. 3. f. 25.
Vsque dictio, an & quando stet inclusiuè, & quando exclusiuè. in dict. Præsentes. nu. 7. f. 64.
Vsus colligendi pedagia per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, præsumitur iustus. in ver. Cum mero. nu. 20. f. 102.

FINIS.

D.

IOANNIS BAPTISTAE CACCIALVPI SANCTOSEVERINATIS V. I. DOCTORIS CLARISSIMI, DOCTA & elegans Repetitio in c. de feudi cognitione, in vsibus F. quæ iam multis annis non impressa tandem correctior cum singularum partium argumentis & summarijs emersit.

HVIC ACCESSERVNT FEVDORVM Obseruationes Practicæ, cùm in Imperiali Camera, tum in alijs iudicijs collectæ & obseruatæ.

Adiecto omnium rerum obseruatu dignarum indice nouo.



COLONIAE,
Apud Ioannem Birckmannum, & Theodorum Baumium.
Anno 1571.
Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

21091



REVERENDO IN CHRISTO, AC MVLTA VIRTVTE, PARIQVE PIETATE & doctrina claro Patri, laudatóque Domino D. Andreæ Munstero, eximij Monasterij Diui Nicolai in Brauuiler Abbati longè meritissimo, Domino suo gratioso. S. P.

QVEMADmodum Legum Romanarum trames, P. R. ita erat disturbatus, vt in infinitũ extenderetur, & contrà nihil tàm studiosum in omnib. reb. inueniretur, quàm legũ auctoritas, quæ & diuinas & humanas res benè disponeret, & oẽm iniqui-

Iustinia. in ff. cõceptione, in princ.

iniquitatẽ expelleret, primum illud D. Iustiniani principis Sacrat. studiũ fuit, à præcedentib. principibus initium sumere, & eorum cõstitutiones emendare, viæque dilucidæ, quod ante neq; sperare, neq; optare ausus est quisquam, tradere. Pari meherculè modo Consuetudinũ Feudalium trames (de cuius initio cõtrouertitur) admodum dubius, obscurus, & multiplex fuit, vt humanæ naturę capacitate cõprehendi posse nó videatur. Sed cùm & hîc nihil æquè hominũ generi sit expetẽdum, quàm Consuetudines feudales ex tanta varietate coalescere, & tanquã ex varijs fontib. in vnũ lacum, qui vsui quotidiano, hominumque necessitati inseruiret, confluere, vt sic legũ potestatem

statẽ ac auctoritatẽ oẽs omnino ligandi, quam aliàs non habent, adipiscerẽtur, & tunc demum hoc iure tam diuina q̃ humana vbiq; rectè disponantur, omnisq; prorsus iniustitia & iniquitas, quæ nonnunq̃ morib. solet admisceri, expellatur, & in posterũ arceatur. Porrò cùm feuda nihil aliud contineant q̃ beneficiũ, quod est actio beneuola tribuens gaudium capientibus, capiensq; tribuendo, vt inquit Seneca, cuius in Repub. vsus nõ est infrequẽs: nec quid ad Reip. statum conseruãdum magis confert, quàm eos, q̃ pro omniũ cõmuni salute strenuè pugnârunt, rerumq; sunt potiti, honore & beneficio affici ac ornari, atq; eos ab Imperatoribus victorib. dignitate, vectiga-

c. beneficium. in quibus ca. seu. amit. in vsibus F.

Inusit.F. in princ. et lib. Observation. 8.

vel aliquo pdio donari, (quod primum Romanos solitos fuisse, Sõsbekius, Baro, Cuiacius, & ipsa veritas testatur, & præclarissimũ exẽplum est in Horatio Coclite Romano) vt, si in

Liuius lib. 2. decad. 1.

posterum eorũ opera ac in gerendis rebus animo forti, opus esset, eos sibi obnoxios & paratos pro aris focisq; defendẽdis, haberẽt. Virtus enim & promptus militum animus absq; stipendio, & non habita gratia facilè hebescere. Deinde cùm nõ solùm ipsos beneficij susceptores, eius auctorẽ agnoscere par sit, eum quoq; domi belliq; defendere ac tueri, sed etiam ipsos successores & hæredes oẽs, quis non videt cũ maximo Reipub. detrimento, quid iuris in tanta Consue. feudalium varietate in hisce

hisce & similib. quæstionib. statuẽdum sit ignorari aut addubitari, vt non temerè Anselmũ Oberti filium quęsiuisse videamus, quo iure causæ feudal. decidãtur. Quid quæso magis dolendũ, quàm adeò fructuosam, nobilem, ac necessariã iuris partem in tanta Consuetudinũ diuersitate fluctuare? Nã, p cuiusque gẽtis morib. atq; institutis variã ac multiplicẽ Feudi cõsuetudinẽ fuisse constat. Sed quis Neptunus huiuscemodi cõsuetudinum fluctus componeret? Quis Palinurus in turbulẽtis. Oceanum se dare auderet? Suadet certè huius negotij vtilitas maxima, sed dissuadet difficultas maior. Victus tandem vtilitatis splẽdore reiq; necessitate Obertus Ortẽsius, difficultatis

c.1. de feudi cogni. & c.1. in quib. cauſ. feud. amit. in vſibus F.

terrore longius posthabito (licèt factu difficile videretur) ad immortalitatis præsidiũ respexit, summoq; numine inuocato, hosce fluctus cõponere est aggressus, & tanquã Neptunus

Virgil. 1. Aeneid.

--alto
Prospiciens, summa placidũ caput extulit vnda,
-- & dicto citius tumida aequora placat,
Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit.

vt in futurũ non fluctuans, sed placidum, non obscurũ sed clarum ius sit, quo feudales causæ decidãtur. Turpe siquidẽ existimauit, eos qui sub vna eademq; Christiani hominis appellatiõe cõprehenduntur, armisq; vnius Imperatoris tuentur atque decorãtur, eodem iure nec vti nec armari. Næ igitur oportunè huic cõpilatiõis negotio Obertus noster operã suã nauauit, atq; luctantes consuetudinum

num fluctus sedauit, vt tanquã mare tranquillũ nauigantib. vsui omnib. esse possint. Sunt tamen nonnulli, q̃ summã barbariem hosce libros sapere vocife rentur, nõnulli qui satis incõsideratè ἀταξίας condemnẽt. Sed cùm illis respõdeatur, nõ hinc Latini sermonis elegantiã discẽdam, sed apicularũ more tanq̃ ex carduis dulcissimũ succum exugẽdum, ego illud addo Terentianum, eos esse nasutulos atq; næ facere intelligendo, vt nihil, aut parum intelligant. Hisce verò dicatur, si benè res examinetur, Ober. per occupationes, causarumq; agẽdarum Miriades in ordinẽ destinatum, vt satis constat, redigere nõ potuisse, vt merito à maledicendo abstineant & quiescãt, ne agnoscant

Ex 6. t. de ijs qui feud. dar. pos. in vsib. F.

ſcāt ſua maledicta, q̄ benedicere ignorāt. Laudē igitur, quòd in tā neceſſaria ac illuſtri ſudauerit materia, promeruit, veniā quoq; q̄ iuxta animi ſui ꝓpoſitum methodicè tradere ſit impeditus, ab hoīe q̄ ſit homo cōſequetur. Et ita contigiſſe potius deplorandū eſſe, q̄ illi vitio vertēdum exiſtimauerim. Cui malo oēs ferè Iureconſulti, qui hactenus clari extiterūt, occurrere atq; remedium ſuis cōmentis adferre conati ſunt, cū huius materiæ vtilitatē maximā, ſed malę diſpoſitionis difficultate ſtudioſis eſſe p̄cluſam, viderēt. Cùm itaq; hic noſter Caccialupus bonorū exemplo ſibi id facere licere, q̄ alij prius feciſsēt, exiſtimaret, eoq; quod Baldus ait, moueretur, q̄ ſcilicet vti triſte

In proœm. D.

triſte ſit diuiti ſine hęrede diſcedere, ita miſerrimū habenti intellectus gratiā, poſteris, hoc eſt ſtudioſis, nullum ſcriptū, tanq̄ hæreditariū relinquere, quanta potuit diligentia c. hoc, De Feud. Cognit. explicare, atq; lucis aliquid adferre animum induxit. Quando illud, vt ipſe hic in principio ait, ſit multum ſolenne, clauis feudorum, & quotidianū. Quid verò in hac Repetitione præſtiterit, æquus lector, vbi ſemel atq; iterū legerit, facilè animaduertet. Hoc certè quidē illi ſine cōtrouerſia tribui debet, quòd diuiſa hac repetitione in ſeptē partes, cùm illa ſit perfectior, ferè totā feudorum materiā, ſub elegantiſs. Regulis, diffe. ac concord. quib. inter ſe ius ciuile, feudū & emphyteu-

Leui. c. 26.

phyteusis discernũtur, & lucu-
lenter & breuiter sit cõplexus,
quarum sanè cognitionem, nõ
extremã esse arbitror, cũ maior
solidiorq; vtilitas in regulis, ve
risq; doctrinis, quã in alijs spe-
cialib. minutisq; quæstionibus
existat &c. Quocirca nõ minor
Caccialupo, quàm cæteris, qui
sunt in eodẽ symbolo, laus &
honos erit habendus, q; nõ so-
lùm, dũ adhuc spiraret, docen-
do studia ꝓmouere voluerit,
Vide biblio- sed etiam hoc suæ eruditionis
thecam monumẽto, alijsq; quàmpluri
Gesneri. mis, posteritati studuerit ꝓdes-
se. Verùm cùm per incuriá cal-
cographorum & temporũ ini-
quitatem, nullæ essent distin-
ctiones interpositę, &c. & ll. falsò
allegatæ, tandem post multam
recusationẽ, mihi, à multę pro-
bitatis

bitatis viro Ioanne Birckmãno
relegẽda hæc Repetitio, est ob-
trusa. Sed cùm ego me huic mu
neri planè imparẽ libenter ag-
noscerem, nec tamen illi, cuius
in me beneficia extarent pluri-
ma, opellam meam negare, siue
subtrahere, nisi magna cũ tur-
pitudine possem, onus hoc, of-
ficij gratia, humeris meis alio-
quin impar, suscepi, atq; leges
& titulos falsò citatos, incisa,
membra, periodos & distinctio
nes, quantũ in me fuit, restitui.
Nolim tamen mihi dici, quod
Q. Mucius Seruio Sulpitio ob- *L. 2. ff. de*
iecit: Turpe esse, ius in quo ver- *origine iur.*
saretur ignorare, non ideo aũt
quod me quid ꝓfecisse aut in-
telligere ꝓdicem, sed quod me
intra mandati fines strictè cõti-
nuerim, nec vlterius, quasi su-

tor vltra crepidã, ſim progreſſus. Nihil ideoq; de ſentẽtia & mente ipſius Iuriſconſulti eſt immutatum, ſed omnia ſarta, tecta, immutatis paucis quibuſdam verbis, ſunt relicta. Sed cũ per rerum naturam comparatum ſit, omnib. omnia non placere, imò quoſdã inueniri, quibus cláculum mordere, ac conuitia parare, quàm cognoſcere atq; ignoſcere magis pulchrũ videatur, non tam auctori noſtro, quàm meæ operulæ patronum impetrãdum putaui, cuius patrocinio à maledictis vindicaretur. Diu propterea cogitanti mihi tu, P. R. omnium Mœcenatum, quem huic malo Machaona adhiberem, primus occurriſti. Nec dubito quin ſub tuá tutelá patrociniumq; clemen-

clementer ſis ſuſcepturus, cùm hoc tibi natura ſit elargita, vt omnibus benè facere velis: fortuna ampliſsima vt poſsis: doctrina vt ad eos iuuandos qui ſe illis ſcientijs, in quib. ipſe non es extremus, dedidere, ſtudium tuum & auxilium libentiſsimè conferas. Qua de cauſa facere non potui, quin tibi hanc meã opellulam, quantulacunq; eſt, vouerem & dedicarem, cùm & tibi propter feuda quæ habes acceptam fore non dubitarem, vt cũ magnifica nominis tui inſcriptiõe in vulgus remitteretur. Quod ſi gratum fore, tuaq; beneuolẽtia comprobari videro, facilior ſtudiorum meorum curſus deinceps efficietur, vt inchoata cum fructu ad felicẽ exitum perducam, et quantum profe-

profecero, id totum per te profeciſſe dicar. Hæc ſunt Mœcenas optime, quæ ad te præfari cogor, quib. meam operam tuo patrocinio: Deo aũt Opt. Max. te tuamq; dignitatem ampliſſimam planè commendem, vt eam ſemper locum ſuum obtinere faxit, qui animas noſtras ab æterna miſeria vindicauit. Vale mi Patrone, ac me inter extremos clientulorũ tuorum numerare ne dedigneris. Datũ Colonię Agrippinæ, Anno M. CCCCC. LXX. ipſis Nonis Decembris.

T. D.

Deditiſsimus
Erneſtus Steuerman
Monaſterienſis.

IOANNIS BAPTISTAE CACCIALVPI SANCTOSEVERINATIS IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, & vbique gentium celeberrimi.

c. j. de Feudi cognit. in vſibus F. repetitio doctiſſima.

SVMMARIVM.

1. Cauſa, cur ſuper hoc c. commentarium ediderit, triplex.
2. Ordo methodi quem in hac repetitione ſequendum duxerit, videbis à numer. 3. vſque ad 11.
12. Commendatio huius tractatus. 14.
13. Iura Feudalia hîc contenta etiam ad iura Emphyteutica extendi poſſe, & contrà.

REPETITIONIS D. C. I. PROOEMIum ſeu diſpoſitio.



VONIAM primum hoc Capitulũ, eſt ſolemne 1 multum, nec non totius libri huius Feudalis

clauis, quotidieq; in scholis ac iudicijs citatur, quædam super hoc ipsum, sic satis vtilia, ni fallor, quæ per Dd. nō attinguntur, mihi placuit adnotare. arg. l. legaui. in princ. vers. Quotidiana. ff. de liberat. legat. l. cùm oportet. in princ. ibi. & semper etiam in iudicijs versatur. C. de bonis quæ lib. et in l. j. in princip. ff. de app. & relat. l. iusto. in prin. ff. de. vsucap. & vsurp. l. j. in princ. ff. de diuers. tempor. præscript. 2 Hunc verò ordinem, vt rectè progrediamur, mecum statui persequi. 3 Primò igitur eui. dē talia quædam principaliter pro rubricæ declaratione ponam. 4 Secundò casum in terminis addam. 5 Tertiò notabilia quædam, quoad eius fieri potest, ad textus declarationem facientia, colligā. 6 Quartò ad glossæ apparatus expositionem decurrā. 7 Quintò ad extrà

extrà oppositā; quia maior vtilitas in regulis & veris doctrinis, quàm in singularib. consistit, regulas aliquot vobis notandas, ex quibus finaliter Feudorum veram habere cognitionē poteritis, adducam. 8 Sextò differen 8
tias particulares inter Ius ciuile & Ius Feudale, vnà cum concordantijs apponam, & in quibus casib. concordat Ius feudale cum Iure ciuili, & in quibus discordet. 9 Septimò pro ma- 9
teriæ perfectione & hoc adnectam, quòd iura feudalia sæpissimè in allegādo ad iura Emphyteutica: & è cōtrario iura loquentia de Emphyteusi ad feudalia trahuntur. 10 Ideoq; vti 10
liter satis, nisi animus me fallat, subiecturus, an & quando sit bonum argumentum de feudo ad Emphyteusim, & contrà. 11 Cui postea statim 11
particulariter omnes concordantias

et Iuris feudal. & Emphyteutici differentias, quibusq; Ius feud. cum Iure Emphyteutico conueniat, superaddam. 12 *Quæ non erunt inutilia: quia vbicunque reperias regulas in quib. ius feudale cum iure Emphyteutico cõcordat, omnia iura de Emphyteusi loquentia ad istum feudorum librum extendes. Et sic, vbi nunc habes paucos textus locupletaberis, et habebis tunc quàm plurimos. Et è contrario iura feudalia omnia, quæ in hoc libro sunt, ad iura Emphyteutica poteris extẽdere.* 13 *Et vbi habes textus & materias de Emphyteusi loquentes, illæ per omnes textus in hoc Feudorum libro positos, ampliabuntur.* 14 *Hac itaque ratione, si benè perpendas, maximam vtilitatem ex regulis infrà positis & explicatis consequeris.*

SVM-

SVMMARIVM.

1. Rubricæ huius commune initium.
2. Feudorũ liber seu tractatus à Dd. in tres principales libros diuiditur, & an rectè fiat. num. 6.
3. Liber primus vbi incipiat.
4. Liber secundus vbi incipiat.
5. Tertius liber vbi incipiat.
7. Ratio, cur lib. Feud. sit ita distributus, & quid in primo contineatur.
8. Secundus liber vnde constet, & quid contineat.
9. Obertus multas decisiones in Feudorum materia fecit. Idem quoque Gerardus Cagapist. 10.
11. Obertus omnium in hac materia Feudali consuetudines vsusq; variè dispersos in vnũ coegit, & sic huius voluminis compilator exiitit. 12.
13. Papyrius ll. sine ordine latas in vnũ cõgessit.
14. Consuetudines feud. ante compilationem in diuersis locis, particulares & sparsæ, neminem, nisi vbi vigebant, ligare poterant, nec etiam Mediolanensem, & quare. 15.
16. Post Oberti cõpilationem Consuetud. feud. in vnam consonantiã abiere, & sic liber ille ll. vim Imper. Friderico Secundo, auctore, accepit, & deinde Dd. Bonon. est transmissus. 17. 19.
18. Vgolinus Feud. libros post nouam auth. Collationem ponè posuit: & pauci sunt qui huiusmodi ordinationem habeant, cùm sit contra communem.

PARS PRIMA, QVA RVbrica præcipuè declaratur.

AD Rubricam, hanc, 1 quæ cõmuniter sic habetur, Explicit liber primus, incipit secundus, de Feudi cognitione, quod dicunt Dd. est præmittendum, & maximè quod D. Iacob. Alua. annotauit. 2 Quòd scilicet totus iste liber seu feudorum tractatus, in tres lib. principales est diuisus. 3 Quorum primus incipit in principio huius voluminis, in prima Rubrica. De iis, qui feud. dar. pos. Et durat secundum Andreã de Iser. et Nicola. de Neap. atq; etiam Iacob. de Alua. et Dd. vsq; ad rubricam nostrã, de Feud. cognit. sub qua est positum illud c. j. Obertus de Orto. & c. 4 Et hic incipit liber secundus principalis, & infra vsq; ad tertium durat, vtputa ad rubricam. In quib. caus. feud. amittatur. 5 Atq; hic tertius liber incipiens vsq; ad finẽ operis extenditur. Dicit tamẽ Nicol. de

de Neapol. in præludijs feud. sup. in secunda q. aliquos asserere quòd totus iste feudorum liber, nisi in duas tantùm partes diuidatur, 6 et sic in duos libros. Et secũdus liber, hic in Rubr. illa, de feud. cog. incipit. Sed tu dic, in tres partes, vt statim dixi, secũdum Andream de Iser. hunc tractatum rectius discerpi, atq; ita communiter in libris reperitur. 7 Et aduerte quòd in primo libro sunt Iurisperitorum & Imperatorum leges multæ, sed Imper. Lothar. intitulatæ, vel secundum quosdam in titu. Const. feud. Dom. Lothar. & vsque in finem dicti primi libri, secundum Nicolaum de Neapol. in d. ij. q. in præludijs feudorum, durantes. Sed vsque ad titul. Quemadmod. feud. ad fin. Imper. Lotharij leges, vt notant Dd. & maximè Iacob. Aluarotus. in d. rub.

8 Constitut. Feud. sese extendunt. 8 In hoc autem secundo lib. non sunt aliquæ Imperatorum leg. insertæ, sed solùm Iurisperitorum, qui in materia feudali experientiam & doctrinam
9 habuerunt. 9 Vnde Obertus de Orto Mediolanens. qui tunc erat aduocatus maximus, atque multa in causarum maximè feudaliũ frequenti disciplina viderat, quia hæ & aliæ illi cõmittebantur, multas, vt dicit ipse in hoc c. decisiones super materia feudali, vtq; patet ex c. In quib. causis feud. amitt. inf. & ex c. Si vas. de feud. ab aliq. interp. fuer. inf. & similib. fecit
10 & promulgauit. 10 Idem Gerardus Cagapist. qui etiam multas sentẽtias protulit, vt videre est in d. c. Si de feudo vasall. ab aliquo interpell. & in c. ij & iij. per totum c. inf. de capit. qui cur. vend. cũ simil. fecit. Postea verò tandem

tandem D. Obertus de Orto 11 succinctius dictas suas oẽs & Gerardi Cagap. decisiones, multasq; alias consuetudines, & vsus varios variè in diuersis locis dispersos, in vnum totum feudorum librum redegit. 12 Et sic, iuxta communem opinionem, huius voluminis seu feudorum tractatus, in reducendo omnes cõsuetudines in vnum, sicut Papyrius ll. Obertus fuit cõpilator. 13 Ille enim ll. omnes prius sine ordine latas in vnum composuit, licet de suo nihil addiderit, vt est in l. ij. in princip. ff. de origine iur. 14 Ex quo notandum, quòd ante istã Oberti compilationem, dictæ consuetudines, in hoc lib. insertæ, vt hîc in principio satis probatur in verbis, quæ quanquam. et statim dicam, erant omnino particulares, & in diuersis locis atq; curijs passim sparsæ. Atque hinc esse

quòd non omnes, ſed ſolùm illos liga-
bant, qui eo in loco, vbi dictæ conſue-
tudines erant, viuebant, arg. l. omnes
populi ff. de iuſtit. & iure, cum ſimil.
Quia vnius prouinciæ conſuetudo, nõ
poteſt ligare exteros niſi conſentiãt:
vt not. in l. j. C. de emancip. liber. Dico
etiam quòd omnes iſtæ cõſuetudines
per Obertũ factæ (vt eſt iſtud c. & c.
in quib. cauſ. feud. inf. atq; Gerardi
Cagap. deciſiones, quæ erant multæ,
vt in d. c. ij & iij. perq; totum c. de ca-
pitan. qui cur. vend. cum ſimil. quæ in
iſto libro reperiuntur, probari vide-
mus) ante huius voluminis compila-
tionem & approbationem neminem
15 ligabant, 15 & ne Mediolanenſem
quidem: quia non reperitur quòd iſti
legis condendæ poteſtatem habue-
runt, ita notant Dd. in præludijs feu-
dorum. Ergo cùm dictæ conſuetudi-
nes

nes ſuæ propriæ eſſent, vt conſilia &
ſcientia, vt probatur hic, noſtro c. in
princ. & dixi arg. l. j. C. de ſentent.
& interloc. omn. iudicum, non ex-
emplis ſed legibus iudicandum eſſe.
Sed poſt huius voluminis compilatio-
nem, quam Obertus fecit tam ex ſu-
is, quàm ex Gerardi Cagap. ac Phis
liberti Epiſcopi deciſionibus atq; ex
multis conſuetudinib. & varijs, tam
Italicis quàm Germanicis, diuerſo-
rum populorum, quæ in iudicijs &
curijs ſecundum curiarum vſum fre-
quentabantur, fuit iſta compilatio
tota Oberti de Orto. Et ſtatim iſte
liber pro ll. generalib. ab Imper. Fri-
derico ſecundo eſt approbatus. Nam,
vt dicit Odofred. in auth. Caſſa. C. de
Sacroſanct. Eccleſ. quod & Baldus
up. in ꝑlud. feud. in v. col. quòd poſtq;
facta fuit auth. caſſa ab Imperatore,
venit

venit Imperator Fridericus secũdus iunior, & misit omnes constitutiones authen. ad ciuitatem Bononiens. legũ sacrarum Doctoribus, vt eas singulis legibus sub regulis congruis adaptarent, et hoc d. Doctores ad Sanctum Petrum conuenientes, fecerunt. Postea antiquus glossator D. Vgolinus de Pratis, post Nonam authen. collationem posuit istum feudorum librũ, per Obertum compilatum, & omnes constitutiones Friderici antiqui et Iunioris Imperatoris, Item aliquas Imperatoris Corradi leges, et Decimam collationem appellauit. Sunt tamen pauci, qui ita, secundum Odofred. ordinationem in suis libris habeãt: quia feudorum liber ex quo est Decima collatio, collocari post Authenticorum librum debebat, deinde tres Codicis libri, licet communiter aliter habeantur,

tur, subsequi. Hac ratione in effectu videre licebit, quo tempore istæ consuetudines, quæ sunt in hunc librum relatæ, fuerint generales & pro ll. habitæ generalib. quia hoc non fuit nisi post Oberti compilationem, & modico etiam tempore pòst, quod benè nota, quia multa ex prædictis facient pro infrà dicendis.

SVMMARIVM.

1. Præsentis c. primi diuisio quadripartita, & quid quæque contineat. per num. 2. 3 4.
2. Secundæ partis duplex intellectus, prior aliorum, posterior auctorit,
5. Quadripartita tituli huius diuisio contra Aluarotum.
6. Secundæ partis seu Capituli huius summa, & primus intellectus quem contra Aluarotum auctor tuetur,
7. Alter secundæ partis intellectus est huius auctoris, & hunc putat esse meliorem.
8. Casu alterum, secundæ partis, intellectum illustrat,
9. Tertiæ partis declaratio quando scilicet causæ feudales secundũ ll. & consuetudines decidantur, tunc nihil impedire contrarias esse ll. Rom.
10. Limitatur tertia pars, videlicet quòd eo casu quo tantùm reperitur casus feudalis in illis constitut.

tut. feud. non deciſus, tunc iudex l. ſcripta Roma. vtetur.

11 Leges Romanorum quando vincant vſum, quando vero non, & numer. 9 præcedenti.

12. Nouus huius capituli intellectus & eius confirmatio contra communem. & 13.17.

13. Cauſæ feudales quo iure decidantur.

14. Quæ conſuetudines ſint ll. Romanorum cõtrariæ.

16. Obertus ll. & conſuetudinum feudalium peritiſsimus filium ſuum Anſelmum hac occaſione melius inſtituere in re feudali potuit.

PARS SECVNDA.

Diuidit d. c. j. in quatuor partes, & caſuum adiectione terminos illuſtrat.

PRæmiſsis ijs quæ ad rubricæ explicationẽ facere videbantur, ad caſus poſitionem decurro. vbi tamẽ prius ignorandum nõ eſt, hunc textum principaliter in 1 *quatuor partes diſsecari. prima continetur ſalutatio. In ſecunda vel ponitur reſponſio & deciſio generalis & vniuerſalis,* 2 *quo iure oẽs cauſæ non feudales ſecũdum vnum*

vnum intellectum deciduntur, quem inf. parte ij. ponã: et eſt ſecundũ Bald. & Aluarot. vel ſecundum meum intellectum (& hunc inf. ponam) ponitur reſponſio quo iure deciduntur omnes cauſæ feudales tantùm. 3 *In tertia ſubijcitur in ſpecie, quo iure oẽs cauſæ feudales, in partib. Mediolani, quando caſus reperitur expreſſus in conſuetudine vel vſu feudali, debeãt decidi.* 4 *In quarta & vltima proponitur quo iure cauſæ feudales debeant decidi, quando de ijs non reperitur aliqua conſuetudo feudalis in partibus Mediolani vel partib. quibuſuis alijs, vbi ſunt conſuetudines feudales, in quibus litigabatur (ſecundum vtrunq; intellectum) quæ conſuetudo dictam cauſam comprehendat.* 5 *Et hoc modo debet diuidi iſta litera, quidquid Aluar. hic in princip. dicat.*

Secundæ

Secunda pars incipit ibi. Causarum. Tertia ibi: Vsum: Quarta ibi: Strenuus autem. 6 *Et hoc dicit in summa secundum primum intellectum: Causæ non feudales in genere regulariter aut iure Roman. aut ll. Longobardorum aut consuetudine Regni decidũtur. Sed feudalis causa in specie secundum capitula & ll. huius libri, si reperiuntur, terminatur: aliàs si nec consuetudines nec ll. in quibus causa comprehendatur, inueniuntur, tunc illa causa siue scripta siue non scripta iure Roman. determinabitur. Hoc est quod secundum primum intellectum totum cap. dicit, quem hic, quicquid dixerit Aluar. tuebor. Vel secundum intellectum meum, qui fortassis erit omnib. melior, loquitur sic.* 7 *Omnes causæ feudales tãtum, in genere aut deciduntur Iure Roman. hoc est, cõsuetu-*

suetudine feudali Romana: aut ll. Lõgobardorum loquentibus de consuetudine feudali: aut regni consuetudine. Sed in specie in partib. nostris secundum nostras consuetudines deciduntur: licet sint contra ll. Roma. & hoc vbi consuetudo expressa reperitur: aliàs l. scripta Roma. & hoc dicit secundum intellectum meum. Casus in terminis secundum intellectum nostrum sic figuratur. 8 *Anselmus Oberti de Orto filius, quàm sæpissimè ad D. Obertum patrẽ suum, vt ipsum informaret in Iuris & maximè feudalis materia, scribebat, sic enim pbatur ex c. in quibus caus. feud. amittatur in princip. & inter cætera pater semel illi rescripsit, se sub quadã epistola cõprehensurum quo iure omnes causæ tam nõ feudales quàm feudales decidantur. Ne igitur filij pre-*

ces parui pendere & ſtudium imminēs negligere videretur (ſic enim dicit ipſe in d. c.) hanc epiſtolā ad eum, quæ incipit, Obertus de Orto. etc. exarauit, & epiſtolico more prius eum ſalutat. Deinde quæſitis partibus per filium incipit reſpondere dicens. Primò generaliter et regulariter, cauſæ quæ nobis frequēter committuntur, quas quo iure decidamus ſcire petis, aliquæ iure Rom. aliæ ll. Longobard. aliæ cōſuetudine deciduntur, quæ tamen multū varia & diuerſa propter diuerſos diuerſarum curiarum & locorū mores & cōſuetudines exiſtūt, quare in hac epiſt. nō facilè poſſent cōprehendi, & hoc vſq; ibi vsū. Ibiq; ſecundò 9 reſpōdet ad quæſitum per filium in ſpecie, dicens quòd quantum ad feudorum vſum, prout eſt mihi poſſibile tibi exponam. & hoc vſque ad

9

hæc

hæc verba textus: In iudicio enim. Hic autem orditur expoſitionem, quo iure cauſæ feudales decidi debeant, dicens: quòd illud iudicium, quod de feudis & de cauſa feudali agitur & ventilatur, poteſt & ſolet quandoque etiam contrarium. ll. noſtris, ſcilicet Roman. dici. Et ſic per conſequens dictæ cauſæ feudales ſecundum ll. ſeu conſtitutiones feudales, quādo de eis caſus incidens conſtitutionib. feud. eſt cōprehenſus, decidantur, licet, vt dictum eſt, hæ conſtitutiones ll. noſtris Roma. ſcilicet ſint cōtrariæ. Sed cùm poſſet filius dubitare, quo modo conſuet. feud. ius Rom. tollere debeāt l. ij. C. quæ ſit lōga conſuetudo. Reſpondet Obertus tollendo hanc dubitationem, cùm inquit, licet ll. Roman. non ſit vilis auctoritas, ſed magna, tamen nunquam eſt

tanta, vt & vſum & mores vincat, hoc eſt, conſuetudines feudales: ſed hæc vſque ad hæc. Strenuus autẽ,
10 *vbi præcedẽs dictũ limitat,* 10 *videlicet quòd eo caſu, quo tantùm caſus feudalis in iſtis Conſtitutionib. feud. non reperitur, tunc ſtrenuus Iuriſperitus, hoc eſt, iudex, vel conſultor poterit vti lege Romanorum ſcripta. Et hoc caſu ll. Roman. quodammodo*
11 *debẽt vſum & mores vincere.* 11 *Iſte caſus huius c. clarus eſt, qui, vt ex infrà dicendis apparebit, verus quoque videtur. Sed vide num poſſit hic alius nouus intellectus dari, quem ſup. ad*
12 *hunc textum dedi,* 12 *quòd ſcilicet totus de iure, quo decidantur tantùm cauſæ feudales loquatur, non autem agat de cauſis non feudalibus, vt ſit per filiũ Anſelmũ generaliter quæſitum quo iure tantùm cauſæ feud. diſcernan-*

cernantur, & quòd 13 *reſpondeatur* 13
per patrem, quòd aliæ iure et conſuetudine Roman. aliæ ll. Longobardor. aliæ conſuetudinib. Regni, quæ diſponunt de materia feudali, dijudicẽtur. Vnde, cùm ſint multa iura, varia & diuerſa, propter curiarum & locorũ varias & diuerſas conſuetudines, vt dixi in euidẽtialib. ſu. Ideo dicit quòd hac epiſtola comprehendi nõ poſſint. Sed benè neceſſarium duxit, quomodo in iſtis partibus decidantur, exponere. 14 *Nam inquit iſtas conſuetu-* 14
dines feudi, quæ in iſtis partibus obſeruantur, ll. ſcilicet Roma. eſſe contrarias, et ideo in cauſarum feud. deciſionibus, poſtpoſitis ll. Rom. debere obſeruari: quia in his ll. Romanarum non eſt maior aut tanta auctoritas, vt eas conſuetudines vincat. Et hoc, quando conſuetudo in iſtis partibus

ſcripta reperitur, aliàs legi Roman. ſcriptæ ſtatur, vel ſi mauis dicere quòd verſic. Strenuus, dũ dicit ſicubi, id eſt, in aliquo loco, vbi ſunt conſuetudines feudal. particulares tantùm, vt exponas, lege ſcripta ſcilicet Romana, vel Longobarda, vel alia, prout, & ſecundum quam in loco, vbi litigatur, viuitur. 15 *Atque hic eſt caſus nouus huius literæ, videlicet quòd tota in cauſis feudalibus loquatur. quodq; poſſe verum eſſe probatur: nã non eſt credibile quòd filius iſte Anſelmus petierit à patre, vt perſcriberet quo iure omnes cauſæ etiam non feudales deciderentur, cùm multa iura ciuilia ſuper hoc, quæ ipſe per ſe filius videre poterat, extent, ſed longè aliud.* 16 *Quia cùm pater ſuus in materia feudali eſſet peritiſſimus, et tam illarum conſuetudinum, quàm aliarum,*

aliarum, quæ in diuerſis curijs obſeruabantur, quod eſt perſpicuum, quando omnes conſuetudines in hoc volumen coëgit: & ſic de ijs habebat optimam notitiam, & cùm in facto potius conſiſterent, facilius eas filius ignorabat, vt in c. j. de conſuetudin. in vj. quapropter cupiebat informari quo iure omnes cauſæ feudales deciderentur. ad quod ſuprà, vbi caſum ſecundo poſui modo, reſponſum pater dedit. 17 *Et quòd Anſelmus ſolùm petierit de cauſis feudalibus, patet ex c. j. in quibus cauſis feudum amitt. in princip. vbi tantùm de cauſis feudalibus petebat informationem. Hic intellectus eſt multò verior, vti per ſuprà dicta perſpicuum eſt, & per ea, quæ infrà ad huius noſtri cap. verſic. neceſſarium duxi, dicam.* 17

Ergo secundum hũc intellectum paulò aliter erit litera huius c. exponenda, quàm secundum primum intellectum exponeretur, vt & super eod. dicetur.

SVMMARIVM.

1. Nomen agnationis Oberti Mediolanensis.
2. Anselmus filius Oberti de Orto.
3. Secunda pars tituli dupliciter intellecta & interpretata.
4. Causa quę & quando dicatur, & cui sint committendæ causæ, & sequent.
5. Cognitionis verbum.
6. Dictio frequenter.
7. Iure Romano, id est, ll. communibus, vel consuetudine Romana.
8. Ciuitas Roma, etiamsi habeat l. generales, tamen interim vtitur ll. id est, statutis & consuetudinib. particularibus, vt ciuitas quæliber.
9. Verba hæc, Legib. Longobardo. dupliciter interpretata & intellecta.
10 Leges Longobardorum constant iure scripto Longobardico.
11 Leges Longobardorum appellantur etiam libri Longobardiæ, dicuntur quoque capitulatiõs Caroli. & plura earum nomina.
12. Num istę ll. sine allegabiles & an ligẽt omnes.
13. Verba ista Regni consuetudine dupliciter intellecta & interpretata.

14. Verb

14. Verba hæc, lege scripta, quas ll. significent. Legis appellatione an ius commune in dubio veniat, aut quid?
15. Obertus in hac epistola Rhetorum more procedit.
16. Quid epistola debeat continere.
17. Quo quisq; iure viuit, secundum hoc suæ causæ decidũtur.
18. Causa simpliciter commissa quomodo sit decidenda.
Ratio mouens delegantem mouebit & delegatum.
19. Consultor interrogatus de aliqua causa quid iuris, ad quæ respondere debeat vt videatur consilium dedisse.
20. Consuetudo feudalis vincit & ius ciuile & Canonicum.
21. Dubium in feudis cuius interpretationi relinquatur.
22. Iudicium feudale non semper secundum iuris communis regulas formatur, imò contrariatur aliquando.
23. Casus in materia feudali non determinatus, secundum ius commune decidi solet.
24. In causa feudali legalibus argumentis non iudicandũ, neq; ad ea recurrendum, & quãdo secus.
25. Secundum Oberti intellectum, hic est casus vbi legis appellatione venit lex Romana. vt sup. num. 14.

PARS TERTIA.

Exponit verba c. & notabilia circa idem adfert.

AD tertium membrũ accedens scilicet ad notabilia, prius textũ in
1 hunc modum apostillo et explico. 1 Obert. de Orto. id est, de tali familia: nã hoc agnatiõis nomẽ fuit ipsius, et erat Mediolanẽsis, vt in c. j. in principio, quæ sit pri. cauſ. benef. amitt. probatur iunctõ. c. j. inf. Si vaſallus de feu. ab. aliq. fuer. inter. ſecundum Aluar.
2 hic in tex. 2 Anſelmo. qui ſic vocabatur, et filius Oberti, vt liquet ex c. j. inf. In quib. cauſ. feud. amit. Salutem.
3 ſcilicet dicit. 3 Cauſarũ. hoc ſecũdum primum intellectum expone, id eſt nõ feudaliũ, vt patet ex verſ. Vſus autẽ: vbi poſtea in ſpecie de materia feud. ponit. vel ſecundũ aliũ intellectũ exponitur, Cauſarũ ſcil. feudal. tantùm
4 generaliter. 4 Et quæ vel quãdo dicatur cauſa, vid. tex. gl. et dd. in l. cauſas vel lites. C. de tranſactionib. et l. j. ff. de

ff. de teſti. et in c. forus. ext. de verb. ſignifi. 5 Cognitio: ſcilicet tã in cauſa 5
principali, q̃ etiã executionis, arg. l. et ſi nõ cognitio. cũ gl. j. C. ſi cont. ius vel vtil. pub. et iſtæ cauſæ noſtro Ober. vt ipſe decideret, vel vt cõſuleret, cõmittebãtur, veluti dicimus, et fieri ſecundũ ſtatuta videmus, quæ volunt, cauſas cõſilio ſapiẽtis eſſe committendas. Bar. in l. j. §. ſi plures. ff. de exerc. act. et in l. j. §. fuit quæſitũ. ff. de app. et ibi plura per Imol. et per Ludo. Rõ in ru. de arbi. ff. Frequẽter. dictio frequenter 6 verificatur in duab. vicib. gl. no 6
tabilis eſt in auth. de defenſor. ciui. §. final. col. iij. et not. gl. in c. monaſteria. extra. de vita & honeſtate cler. & facit ad hoc text. in c. vna tantum. in fin. xxxviij. diſtinctione. Roman. id eſt, 7 legib. communib. Rom. quæ ſunt 7
generales. l. leges vt generales ij. C. de

de legib. & sic Aluarot. hoc exponit, idq; secundum primum intellectum. vel aliter exponere poteris iure Roman. id est cōsuetudine Rom. vt probatur in l. de quib. in fin. princip. coniuncta gl. in verbo ius, id est consuetudo. ff. de legib. 8 *Nam sciendum est ciuitatem Roman. quamuis leges generales habeat, eisq; vtatur, etiam leges, id est, statuta seu consuetudines particulares, quemadmodum quælibet ciuitas, habere. id patet ex d. l. de quibus in princ. & in Institut. de iure nat. gent. & ciuil. §. omnes populi. Ergo dum dicit text. Iure Roma. potest intelligi de generalib. & sic de ll. communib. & particularib. sic quoq; de statutis & consuetudinib. Legibus Longobardorum,* 9 *scilicet quæ disponūt in causis non feudalib. iuxta primum intellectum, vel iuxta aliū, quæ*

quæ de causis feudalib. tantùm disponebāt. eodem modo, quod infrà de Cōsuetudine Regni *dicitur, intelliges.* 10 *Adhæc dic istas ll. Lōgobardorū ex iure scripto constare, vt habetur in Longobardia: quando omnes diuersarum legū suas causas definire debeant. in l. j. & in titu. quando Roman. Pontifex interrogetur qua lege vti velit. l. j. Vnus enim quisque populus habet suas ll. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. secundū Aluar. hic.* 11 *Adde quoq; istas Longobardorū ll. librum Longobardiæ appellari, quem dicit glo. xxxiij. q. j. in princip. à Rege Carolo factum esse, vbi appellat eum gl. Caroli capitulationes. meminit eius etiam gl. xj. q. j. c. quicunq; in §. hoc si quis. facit & gl. mentionē, in c. j. §. iniuria. de pace tenenda. vbi Longobardorum ll. similes, appellat aliàs*

10

11

aliàs preces, aliàs feces Longobardorum. apponit quoq; quomodo appellãtur capitulares, adiungens quis Carolus ille fuerit qui eas condidit, & an Imperator per id tempus fuisset. vide etiam c. j. §. hoc autem notandũ, vers. legib. sup. de ijs qui feudum dare possunt. 12 Deniq; nunquid istæ ll. omnes ligent, atq; allegari possint, maximè eius ratiões, vide per Aluar. in plu. feud. q. iiij. principali. et Bald. in auth. dos data. C. de donat. ante nupt. & in l. si inuita. C. de nuptijs. 12

13 Regni consuetudine. 13. Alua. dicit primò, loci, vbi causæ ventilantur, & fortè habuit ad Italiam respectum, quæ regnum & imperium appellatur. Quia Imperator se Romanorum Regem vocat, vt probatur lxiij. dist. j. c. tibi domino. In quo quidem regno sunt diuersæ & variæ consuetu-

suetudines, vt hic sequitur, quæ ideo de facili scribi non possunt. c. j. sup. in quibus causis feudum amitt. & quod dicimus in simili de mora. l. mora. in princip. ff. de vsuris. Posset quoque fortassis hoc intelligi de libro, qui sit inscriptus, Consuetudines regni, vbi certæ consuetudines continerentur, sicuti etiam in libris Longobardorum cõprehenduntur.

Lege scripta. 14 id est, Roma. et sic ll. generalibus: quia in dubio appellatione legis, de iure communi intelligitur, ita est glos. notabil. in c. j. in verb. de lege, extr. de transactionibus, & ibi Cardinal. & Ioannes Andreæ. Ego verò vltra Dd. do tibi casum expressum. sup. in titulo de ijs qui feud. dar. pos. in. c. j. §. hoc autem notandum. vers. legib. 14

coniunct-

coniunĉta glos. quæ vult manifestè, quòd legis appellatione, Longobard. leges non veniunt. non tamẽ ignorandum leg. appellatione, municipalem legem etiam venire, vt est tex. cum glo. notabil. in l. ij. in princip. in verb. lege. ff. ne quid in loco publico. et vide circa hoc omnino Card. in c. cùm ecclesia Vulterana, in vij. et vlt. q. ext. de elect.

15 Nota primò 15 secundum Aluar. Obertum more boni Rhetoris in hac sua breui epistola, interserendo salutationem, vsum fuisse, atq; deinceps rationem & conclusionem, prout alibi in c. in quibus caus. feud. amittat. in princ. in f. facit, subiũgere. 16 Quid autem epistola cõtinere debeat, vide per Barth. in proœmio ff. sup. rubr. et per Canonist. maximè verò Ioannem And. in proœmio Sext.

16

Secundò

Secundò 17 nota, ibi, cõmittitur. quòd inter eos, qui viuunt, iure Rom. causa secundum ius Romanum decidi-tur, & inter eos, qui secundum ius & consuetudines alterius loci viuũt, causæ secundum ius et consuetudines eius loci debent decidi: de quo Bart. & Dd. in l. j. C. de sum. trin. l. j. C. de emancip. lib. 17

Tertiò 18 notandum, quòd quando simpliciter causa committitur, iudicandum esse secundum illa iura, secundum quæ committens causam iudicaturus fuisset. de quo plenè per Dd. in d. l. cunctos populos. j. C. d. ti. & c. super lit. in fine. ext. de rescriptis. vbi dicitur, quòd ratio quæ potuit mouere delegãtem, debet quoq; mouere delegatũ. 19 Et adde quòd quãdo causa alicui committitur, aut quæstio siue punctus ad cõsulendum formatur, 18 19

& in eo, quid iuris ſimpliciter petitur: conſultor ad omnia quæ ex puncto elici poſſunt, reſpondere debet: quia quæſtio cõtinet omnia capitula. l. eius qui in prouincia. ff. ſi certũ pet. vnde, niſi ſuper omnib. quæ ex puncto ſiue articulo elici poſſunt, conſilium reddat, conſilium nõ reddidiſſe videtur. arg. l. quid tamen. ff. de arbit. Ita notab. dixit Bald. in c. j. in princip. vj. col. ſup. ſi de inueſt. feud. contr. fuer. Obſeruabis igitur benè, quando tibi cauſa committitur, vt inſpicias an dicatur, quid iuris quæritur, an puncta et quæſtiones eliciantur in ſpecie.

20 Quartò, 20 notabis ſecundum Iacob. conſuetudinem in feudis vincere legem ſcriptam, & non tantùm ciuilẽ, vt hic in fine primæ gl. huius principij. verùm etiam Canonicam & de ſacramentis loquentẽ vincere poteſt. vt in

vt in c. j. an agnatus &c. Et ſic 21 nota dubium feudorũ relinqui interpretationi conſuetudinis feudorũ, iuxta gl. fin. & Iacob. de Bel. & Bal. in c. j. §. j. inf. quid ſit inueſtitura. Quod verũ eſt, ſiue ſit dubiũ iuris ſiue facti, iuxta notata in l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. et l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædilit. edict. ſecundum Bald. & Aluar. in d. §. final. quòd benè obſeruandum. 21

Quintò notatu dignum, 22 iudicium feudale non ſemper ſecundum iuris communis regulas inſtitui, immò interdum in multis contrariari, vt hic & in c. j. inf. quot teſt. ſint neceſ. ad proband. &c. & in multis alijs, de quib. latè dicam inf. in ſexta quæſtione princip. 22

Sextò, 23 memoriæ mãdanda notabilis hæc reg. quòd quãdo in materia 23

feudali est dubium de iure, nec casus in feudis determinatus, relinquitur & statur dispositioni iuris cõmunis. Ita dicit Bald. per istum text. sup. in prælud. feud. in x. col. in iij. feudorum diuisione. quod tamen exaudiendum est, secundum ea, quæ super glo. ij. notanda dicam.

24 *Septimò* 24 *aduerte aliam regulam secundum Aluarot. quòd in materia feudali, argumentis legalib. non est iudicandum, neque, stante consuetudine expressa, aut simili, vel lege scripta, ad argum. recurrendum: aliter secus. & voluit hic glos. ij. de quo, quemadmodum statim dicam super eam, respondendum. Vnde per istum tẽxtum, cum gl. dicit Bald. in suis consil. feudorũ, in vlt. rubr. in fine: Nota vnam regulam in materia feudorũ, quòd scilicet vbi consuetudinem expressam*

pressam habemus, rationes & argument. non esse requirendas, quæ regula cùm sit vtilissima, est obseruatu digna.

Octauò 25 *nota secundum meum intellectum, hic videri casum, vbi appellatione legis venit Romanorum l. de quo et sup. in vers. lege scripta, sufficienter dixi.*

SVMMARIVM.

1. L. ij. C. quæ sit long. consuet. conciliatur cum hoc nostro capitulo.
2. Consuetudo vincit legem.
3. Consuetudo mala non est seruanda.
4. Consuetudines malæ an tempore longo possint præscribi, & an item longissimo?
5. Consuetudine in materia feud. expressa an etiam ad argumenta iuris ciuilis vel feudalis, recurri possit?
6. In ll. communib. argum. ll. possunt allegari, non item in consuetudinib. feud.
7. In mater. feud. primùm inspicienda consuetudo, an sit expressa, secundò similia, tertiò leges.
8. Consuetudine in materia feud. deficiente expressa, per similem argui potest ex iure feudali.
9. An argumenta feudalia in ll. communibus allegari possint, casu iure communi expresso?

10. Liber feud. est pars iuris ciuilis, licet stricti in rit.

11. Causæ feudales consuetud. feud. non comprehensæ, iuris ciuilis arg. deciduntur.

12. Iure ciuili causæ per argumen. decidi possũt.

13. Quando lege scripta sit vtendum in feudis.

14. Verbum, comprehendo, in propria significatione intelligitur.

15. Comprehensum ll. dicitur, quod est scriptũ.

16. L. non possunt ff. de. ll. conciliata & interpretata dupliciter, & 19.

17. Vbi sententia & mens ll. manifesta est, ad similia procedere possumus.

18. Extensio ll. quando fiat.

20. Negocium sponte gestum producit act. neg. gestorum, & quid ex negocio necessariò gesto.

22. Argumenta aliqua de mente legis intrinseca fiunt, & tale est arg. à simil. lib. & ab identitate rationis. &c.

23. Aliqua arg. de mente l. extrinseca dicuntur, & quomodo fiunt.

24. Quę argument. possunt allegari.

25. Argumentum à contr. sensu sumitur ex coniectura, & ideo fit improprie. & dicitur etiam sumi indirecte, & fictè.

26. Verbum, intelligit, importat fictionem.

27. Arg. à contrar. sensu an habeat hic locum, & an possit allegari. Item arg. à simili. & identitate rationis.

28. Arg. illa à simi. à contrar. sensu, ab ident. rationis, quando dicantur de mente leg. intrinseca.

29. Secundò, in arg. decurrẽdum est ad iuris feudalis similia.

30. Argumenta similia ab homine facta nõ sunt de mente intrinseca ipsius legis.

31. Argu-

31. Argumenta omnia quæ fictionem & improprietatem non important possunt secundariò in causis feud. allegari, alia verò quæ important improp. &c. secundò allegari non possunt.

32. Argumenta quæ possunt allegari in statutis, eadem possunt & in feudis allegari, & contrà.

33. Statuta sicut & feuda intelliguntur strictè & proprie.

34. Decisurus causas feu. considerabit sex: primò an consuetudo feuda. reperiatur scripta.

35. Secundò, si non reperiatur scripta verbis, an etiam de mente & tacite. vbi subdistinguitur.

36. Tertiò, si extat l. scripta, vt ad eam decurratur.

37. Quartò, si non extet l. scripta, vt ad ll. argumenta transeat. quæ ex propria significatione veniunt, & fictionem aut improprietatem nõ important.

38. Quintò, si propria ll. argumenta non occurrant, vt tunc ad feudorum impropria descendat.

39. Sextò, si feud. impropria argum. reperiri nequeant veniendum est ad arg. iuris ciuilis impropria, quę fictionem important.

40. Lex feudalis expressa præfertur legi ciuili. sic quoque arg. non importantia fictionem, præferuntur aliis argumentis iuris ciuilis.

41. Item arg. feud. impropria, cùm propria deficiunt, tam ciuili quam feudali iure, præferuntur ciuilibus improprijs.

42. Cùm in eadem causa producuntur argumenta ex consuet. feud. & ex ll. argumentis, an iudex ex vtroque suum animum informare possit?

43. Argumenta feudal. & ex ll. ciuil. cùm sunt paria, semper indistinctè procedunt, admissis tamen prius argumentis feudalibus.

PARS QVARTA.

Expoſitionem gloſsæ circa hoc c. continet.

PErgo ad gloſ. explicationem, qua primò opponitur l.ij.C.quæ ſit longa conſuetudo.ex qua hoc noſtrum c. fuit extractũ, 1 verùm id ipſum quod attulit, pro parte ſoluit: nempe quòd hic de conſuetudine æqua & rationabili, illic autem de mala & iniqua agatur, vbi glo. benè admodum loquitur, iuxta Iacob. Ex qua tria colligũtur: 2 Primum, quòd conſuetudo vincit legem, vt notatur in gloſ. & per Dd. ad d.l.ij. & hic latè per D. Iacob. 3 Secundum, quòd malæ conſuetudines non ſunt ſeruandæ: quæ autẽ malæ conſuetudines dicantur, vide hic per eundem plenè. 4 Tertium quòd malæ conſuetudines non poſſunt lõgo tempore

tempore præſcribi. ſed an longiſſimo poſſint, gloſſa eſt hic quòd ſic. & in l. domini prædiorum C. de agri. et cenſ. li.xj. de quo ibi per Dd. & in rubrica C. quæ ſit long. conſ. & in l.j. eod. tit. & in l. de quib. ff. de ll. & in c. fin. de conſuet. & in c. de conſtitut. libr. vj. 5 Gloſſa ſecunda in verb. comprehenſum. in primis eſt notãda, quia notabile vnũ hic colligit, quod ſupr. in præcedente particula numero 23. poſui. Quòd ſcilicet in materia feudali, vbi reperitur conſuetudo expreſſa, non ſit recurrendum ad argumenta: ſed hoc de arg. iuris ciuilis, non autem de arg. iuris feudalis, per iſtum textum venit exaudiẽdum. 6 Contra hoc opponitur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militar. ſoluit gl. quòd ibi loquitur de ll. communib. in quibus argumenta allegari poſſunt, hic verò in

consuetudinibus feudalib. in quibus non possunt allegari. Rursus obstare videtur de l. non possunt. ff. de ll. vbi argumētum à simili adduci posse permittitur. gl. fatetur contrariū, dicēs: quòd licet alia arg. nō possunt allegari in materia feud. ista tamē benè possunt. Vnde ego iuxta glos. concludo 7 quòd primùm sit inspiciendum an consuetudo reperiatur expressa. Secundò similia. Tertiò leges. Ex qua glo. 8 obseruādum quòd in materia feud. consuetudine expressa deficiente, possit per consuetudinem similem argui. quod secundum Bald. & Iacob. hic, in materia consuetudinis feuda. est intelligendū: quia est materia stricti iuris. 9 attamen credere nō ita difficile possum, etiā arg. feud. in ll. communib. vbi idē casus videretur expressus, à iure communi, posse allegari.

10 Quia

10 Quia licet iste liber sit stricti iuris, est nihilominus pars iuris ciuilis, quē admodū per Dd. in plu. feud. annotatur. et dixi suprà in prima parte principali. quāuis Bal. hic contrariū dixerit. Vnde è contrà cauſ. feud. 11 nō cō prehensæ in consuetudi. feud. possunt per arg. iuris ciuil. decidi. arg. eorum quæ notātur in l. j. §. cùm patronus. ff. de officio iud. & in l. j. §. præterea. ff. de aqua quotidian. & æstiu. 12 Nec mirum, iuxta Iacobum, quia iuri ciuili causa decidi potest per argumen. l. filium. §. Sabinus, cum ibi notatis in glos. ff. ad SC. Trebell. Sed tu vltra 13 oēs Dd. animaduerte aliter hoc esse considerandū. Nā tex hic dicit tūc demū quē vti lege scripta posse quādo casus in consue. feud. nō est cōprehens. Et 14 notandū quod dicit cōprehēsº. quod à verbo cōprehēdo descēdit, vel

à com-

a complector, quod idem importat, ita est textus apertus in l.iij.ff. adle. Pompeia.de parric.& intelligitur in propria significatione, vt dicit Bart. in l.j.de verb.signific.in illa quæstione, an & quando masculinum comprehendat fœmininum, & an illud sit ex propria significatione. vt l.si quis in tantam.C. vnde vi. & probat tex.in d.l.iij.ad l.Pomp.de parr. et in l.si quis id quod.in vers.serui quoq; ff. de iurisdict.omnium iud. Nec obstat 15 *text.in l.non possunt. ff. de ll.* 15 *vbi probatur illud comprehensum legib. dici, quod ll.scriptum est, quia respon* 16 *deo verbum singillatim* 16 *in d. l. nō possunt.contrarium sibi tollere. vnde si ibi non esset illud verbum, singillatim, probaret contrarium. ergo sic facit potius pro, quàm contra. vel dicendum, d. l. non possunt. velle innuere, omnes*

omnes casus & articulos legibus non posse comprehendi, scilicet ex verbis & mente intrinseca. 17 *Sed vbi sententia & mens earū ll.manifesta est,* 17 *tunc ad similia procedendum esse. Et sic ibi loquitur de extensione l. quæ tunc demum fit,* 18 *quando verba nō* 18 *reperiuntur, vel mēs, vt notat Bart. in l.curatoris.in ij.col. C. de neg. gest. & Cy.in l.j.in ij.q.C. vti possidetis. Ex hoc ergo patet, quòd, dū dicit d.l. non possunt.* 19 *comprehēdi per ll. omnes* 19 *casus non posse, debere intelligi, nec ex verbis nec ex mēte: quia si verbis vel mente tantùm comprehenderentur, ad similia huiusmodi, vt dixi, nō recurreremus. & hoc per ista verba fit verisimile, vbi dicit: in aliquo casu sententia eorum manifesta est, quasi dicat: quòd si in vno* 20 *casu principaliter edictum prætoris de negocijs* 20 *gest.*

gest. loqueretur in sponte gerente, est mens manifesta, dari actionem neg. gest. & in alio casu mens expressa nō reperiatur principaliter, in necessario scil. gerente, vbi mens prætoris nō fuit de necessario gerente: tunc benè recurrere ad similia possumus, etiam in necessario gerēte, dato quòd istud sit extensum per Iurisconsultū, secundum Bartol. in d. l. curatoris. Vnde, cùm iste textus vtatur verbo cōprehēsum, vult dicere quòd quādo 21 casus in consuetud. feud. non reperitur expressus, id est, ex constitutionibus feudalib. expressè, vel tacitè ex significatione verbor. consuetudinis scriptæ, et ex mēte intrinseca ipsius, tūc debemus vti lege scripta & nō aliàs. hinc modò dico, quòd complura et infinita sint argumenta, quæ in iure fiunt, de quibus per Dynum Muxell. in tractatu

tractatu quodam, De arguendi modis. & plenè per Bald. in l. conuenticulam. C. de Episcop. & cler. & per Albert. in suo dictionario in verb. argumentat. & plenè per Aristotel. in Topic. 22 Quædam autem argumēta esse de mente intrinseca ipsius legis, & de verborum legis propria significatione dicuntur, & hoc per quandā extensionē passiuam. tale est aliquando argumentum à similib. Itē ab identitate rationis, Item à ratione expressiua in lege, Itē à partiū sufficienti enumeratiōe. 23 Quædam verò argu. de mente extrinseca ipsius legis dicūtur, quæ ex impropria significatione, et per quādam extensionē impropriā & actiuam sumuntur. Et omnia prima illa arg. allegari poterunt: 24 alia verò secundo loco deducta nō poterunt secundo loco allegari, postquam

non

non reperiatur casus in verbis comprehensus: vt est inter alia argumen-
25 tum à contrario sensu: 25 nam illud sumi ex cōiectura dicitur. vt est tex. cum gl. in l. apud antiquos. in verbo. coniecturam. C. de furtis. Sed id quod fit ex coniectura impropriè fieri dicitur. vt est text. singul. in d. l. j. ff. si tabul. test. nullæ extab. & facit tex. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati. Item quia argumentum à contrario sensu dicitur indirectè sumi. vt in c. cùm apostolica. in fin. de iis quæ fiunt à præl. Item dicitur sumi fictè, vt probatur in d. l. si procuratorem. in verbo intelligerem, per gloss.
26 Quia verbum 26 intelligere, importat fictionē. vt est gl. in l. hæres quandoque. ff. de acquir. hæred. & in l. qui à seruo ff. de oblig. & actionib. vnde
27 argumentum istud 27 non habet hic locum,

locum, nec allegari posset. Item nec arg. à simili, nec ex identitate rationis: 28 quia hæc argum. de mente le- 28
gis interna esse non dicuntur, nisi rationes in lege sint expressæ, vt probatur in d. l. nō possunt. idemq; vult Bar. in d. l. curatoris in princip. in ij. col. C. de negoc. gestis. Et sic patet ex his, hanc glos. minus benè dicere, dum se-
cundo loco vult attēdi similia: 29 quia 29
immò ad similia secundo loco scilicet iuris feudalis est recurrendum, vt ex ijs quæ statim subijcientur patebit. Sustineri tamen glos. potest, si de similib. legis expressis in ipsa lege intelligas. quia tunc secundariò illa argumenta benè attenduntur, tanquam lex ipsa, vbi est eadem ratio. per tex. in l. si postulauerit §. habetur. & § iubet. ff. de adul. et per l. si quis id quod. in princip. ff. de iurisd. omnium iud. &

per l. vt tantum. §. final. ff. de seruo. corr. & per legem iij. in princip. & per l. ex hac lege. ff. si quad. paup. fe. ciss. dic. & notatur in l. transigere. C. de transactio. & in l. ij. C. de patrib. qui fil. suos distr. 30. Sed argumenta similia, quæ fiunt per hominē, de mente intrinseca legis nō sunt, vt dixi. & hoc idem videtur tueri Florianus de S. Petro in l. illud quæsitum. ff. ad l. Aquil. vbi quærit an in criminal. de similib. ad similia procedi possit. quod diligenter est ibi videndum. Vnde 31 in effectu concludo, omnia illa argū. quæ fictionem vel improprietatem non important, allegari in caus. feudalibus secundo loco posse. Alia verò quæ fictionē vel improprietatem important allegari secundariò non posse. Et ista regula est non solùm vtilis & quotidiana, sed verissima, & quoq;

quoque per neminem tangitur, ex qua paucis verbis proponitur & demōstratur, quæ argum. in feudorum materia possint allegari. Sed prædicta, de argumentis ex libro feudorū sumptis sunt accipienda, non autem de iuris ciuilis argum. hic verba facimus. 32. Alia hic deinceps emergit re- 32
gula, quæ cùm sit pulcherrima, in primis notāda venit, quòd scilicet omnia illa arg. quæ in statutis, eadem & in materia feud. firmissimè procedant: & è contrar. quæ in statuis non valeant, ea nec secundo loco in materia feudorū allegari poss. 33. quia statu- 33
ta etiam propriè & strictè intelligun tur. l. ij. §. hæc verba. ff. de negocijs gest. & l. constitutionib. ff ad munic. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercitoria act. cum similibus. Verùm enimuerò vt textus hic rectè intelligatur,

quomodo ſcilicet in feudis cauſæ decidi debeant, omnes caſus qui occurrere vnquam poſſunt, comprehendo. & ex ſuperiorib. vltra glo. & omnes Dd. plenius & melius dicendum arbi
34 tror, 34 quòd ſit in primis in feudorum materia conſuetudo ſeu lex feudalis, ſi reperiatur verbis expreſsis
35 ſcripta, attendenda. 35 Secundò, ſi non reperiatur verbis feuda. ſcripta, ſed tamen de mente, et tacitè, per argumenta, quæ ex eis colligi poſſunt, conſtet, diſtinguẽdum eſt: aut illa tacita mens eſt collata per argumenta, & tunc ſecundò eſt ad ea recurrendum, quæcunque illa ſint: ſunt autem argumenta quæ ab expreſsa ratione in lege, vel à duobus æquiparatis, vel de ſimilibus ad ſimilia, fiunt: vel ad alia argumenta ſimilia, quod de ſimilibus legis, non autem hominis, vt ſtatim

tim ſuprà dixi, intelligendum: aut illa argumenta impropriè & fictè colliguntur, & tunc conſuetudine verbis expreſſa non exiſtente, nec tacita, intrinſeca & propria, tertio 36 loco ad legem verbis ſcriptã, ſi extat, 36
eſt recurrẽdũ. vt hic in fin. 37 Quartò, ſi non extat lex ſcripta, ad legum 37
argumenta, quæ Romanorum iure valida ſunt, deſcendendum. vt in l. nõ omnes. §. à barbaris. ff. de re militar. & l. j. §. item Cornelio. ff. de quæſt. & l. conſiliũ. §. Sabinus. ad Trebell. cum ſimilibus. Verùm hoc de illis argumẽtis, quæ ex propria ſignificatione veniunt, & non important improprietatem vel fictionem, venit exaudiendum: Quia ſi illa iuris ciuilis argumenta, quæ non important fictionem vel improprietatem, non inueniãtur, dico 38 prius ad feudorum argumenta 38

impropria reuertendum, fictionem et improprietatem adferẽtia, quæ quoque non veniant ex intrinseca legis mente, sed ex extrinseca, & hæc si
39 *non occurrant,* 39 *ad iuris ciuilis argumenta impropria fictionem importantia est regrediendũ. arg. l. de quib.*
40 *in princ. ff. de ll.* 40 *Nã vbi lex feud. expressis verb. extat, legi ciuili præfertur. vt hic. Et argumẽta feud. quæ non important fictionẽ, alijs argum. de iure ciuili, vt hic ait gl. præponun-*
41 *tur.* 41 *Eodem modo, quando propria arg. neq; iure ciuili, neq; iure feudali inueniũtur, arg. feudalia impropria improprijs argu. ciuilib. præferri debẽt. vnde, si sic tecum perpendas, ex his, quod hic Iacob. de Beluis. & Aluarot. dicunt, exurget: quòd scilicet vbi in eadem causa ex consuetudinibus feud. & ex ll. ciuilibus argumenta produ-*

ta producuntur, 42 *iudicem per illa,* 42
quæ vero proximiora esse cõpererit, animi sui modulum informare posse. arg. l. ob crimen. §. finali. ff. de testib. & c. licet causam. ext. de probationibus. quod tamen nõ est verum, quando arg. feudalia & ciuilia à pari non procedunt: Immò quando sunt paria, semper & indistinctè procedunt, sed prius argumenta feud. vt statim dictum est, admittuntur. hoc modo intelligo istam materiam, et quæ dicta sunt, cùm sint vtilia & quotidiana, nec à Dd. tacta, firmiter sunt obseruanda.

SVMMARIVM.

1. Ius feudale etiam hodie dicitur consuetudo, licet in scripta sit redactum. Reg. 1.
2. Substitutio pupillaris ex morib. introducta est
3. Feudũ & pupillaris substitutio iuxta Cumanum sunt hodie ll. scriptæ. sed hoc contra communem.
4. Ex contractu feudi agendum est actiõe feudi:

quia vbicunque ex consuetudine, vel statuto noui contractus inducitur, tunc actione, quæ ex illo contractu oritur, erit agendum. Reg. 2.

5. Alij dicunt oriri conditionem ex morib. ex contractu feudali.

6. Natura feudi, quemadmodum & libelli, est vt duret in perpetuum. Reg. 3.

7. Feudi contractus est stricti iuris & non bonæ fidei. Regul. 4.

8. Contractus non enumeratus in §. actionum in Instit. de act. nō sunt bonæ fidei sed iuris strict.

9. Feudum est contractus nominatus quia à consuetudine nomen, & à iuramento fidelitatis habet formam. Regul. 5.

10. Feudum cùm sit de natura contractuum, contractus potius quàm vltimæ voluntati æquiparatur. Regul. 6.

11. Ex feudi contractu nunquam oritur actio directa & contraria, sicut nec in alijs contractib. nisi in casib. expressis. Reg 7.

12. In feudis seu consuetudinib. potest procedi de similibus ad similia. Reg. 8.

13. Item in pœnalib. in materia feudorum de similibus ad similia procedere possumus. imò ad maiora.

14. Causæ quæ ad exhæredationem filiorum, ad reuocandam donationem, ad faciendum repetitiū sufficiunt, eæ quoque iustæ ad feudorum amissionem habentur. Reg. 9.

15. Tenor inuestituræ feudorum naturam coarctat. Reg. 10. ideoq; semper & in primis inspiciendus.

16. Statutum ciuitatis de lucro dotis loquens, locum in rebus feudalibus non habet. Reg. 11.

17. Contra consuetudinis præsumptionem semiplenæ

miplenæ probationis iuramentum in supplementum non recipitur. Reg. 12.

18. L. admonendi. ff. de iureiurādo limitatur hic. l. bonæ fidei. C. eo tit. c. final. ext. eod.

19. Sine hærede, in feud. materia, interpretatur sine masculo. Reg. 13.

20. Si in inuestitura facta verbum, liberis, inueniatur, de filio tantùm est intelligendum.

21. Hæredis masculi appellatio in feudis intelligitur de filio.

22. In feudorum seu statutorum materia, non facta mentione doli, an dolus requiratur: & distinguitur. Reg. 14.

23. Si nō apparet diuersitatis ratio, vbi pars prædiorum feudalis seu Emphyteutica est, tota præsumitur talis. Reg. 15.

24. Quod in omnibus alijs alienationibus dicitur, alienantem à iure suo cadere, rei qualitatem scientem scilicet non autem ignorantem: Idem & in feudis singulariter obseruatur. Reg. 16.

25. Quantum ad feudi successionem in Regalibus semper est consuetudo seruanda. Reg. 17.

26. Nulla defuncti ordinatio in feudo, etiam inter filios, valet aut manet. Reg. 18.

27. Vasallus non potest vni filiorum totum feudum assignare.

28. Coram paribus curiæ habet locum reconuentio etiam super re non feudali. Reg 19.

29. Feudum non venit in petitione hæreditatis: si autem filius sit hæres, tāquam ius hæreditati annexum venit. Reg. 20.

30. In generali alienatione non venit feudum, nec in venditione hæreditatis intelliguntur vendita feuda. Reg. 21.

31. Alluuio in feudo meris terminis demōstrato

locum habet, cùm natura terminorum non sit impedire futuras accessiones. secus in natura tractus. Reg. 22.

32. Ius accrescendi sicut in contractibus exterit, ita nec habet locum in feudis propriè. Reg. 23.

33. Feudum in iure accrescendi cum contractib. potius quàm cum vltimis voluntatibus conuenit.

34. Sui appellatione venit in feudis dominus directè, & dominus vtiliter. Reg. 24.

35. Feudi dominus habet in vasallos iurisdictionem ordinariam. Reg. 25.

36. Feudi domini iurisdictio, respectu consimilis causæ, potest prorogari.

37. De taxatione tèporum, quæ in causis feudalibus dantur, nulla reddi ratio potest. Reg. 26.

38. Feudum æquiparatur seruituti. Reg. 27.

39. Feudum aliquando castrensi, aliquando adueutitio peculio æquiparatur. Reg. 28.

40. Ex duabus inuestituris à domino factis prior prævaler. Reg. 29.

41. Si Imp. vel Papa dicat: Confirmamus tibi omnia castella quæ possides, intelligitur de ijs quæ iuste possider. Idem in generali inuestitura. Imperator enim iustitiam subuertere non cogitat. Regula 30.

42. Feuda non sunt tam rigorosa, sicuti alij contractus: quia ex gratia constituitur, & conseruatur. Reg. 31.

43. Argumentum in prohibitis de emphyteusi vel alio contractu qui non nititur ex gratia, ad feudum, sed contrà ad emphyteusim à feudo, valet.

44. Lex vel c. loquens de feudo, communeq; ius continens, ad emphyteusim extenditur. Reg. 32.

45. De feudo ad libellum, & de feudatario ad emphyteuticum, si non sit vbiq; eadem ratio, non

est regulare argumentum bonum. Reg. 33.

46. In feudis vbicunq; fit mètio de feudi amissione, culpa, iudiciario ordine coniuncto intelligitur, cùm nemo inauditus sit condèmandus. Reg. 34.

47. Si Capitula aliqua sint, quæ in paucis feudorum libris leguntur, illa in dubio non sunt tenenda. Reg. 35.

48. Capitula, quæ raro inueniuntur tum in libris feudorum, tum in alijs, & quæ cõmuniter non habentur, si in iudiciis allegantur, fides ijs non adhibenda.

PARS QVINTA.

Adfert regulas in feud. materia in primis notandas.

REgulas iã extrinsecus aliquas in hac feu. materia adducem⁹. 1 Et Primò vltra alias prædictas regulæ primæ loco sit, hodie adhuc feudũ consuetudinẽ seu morem dici & haberi, licet in scripta sit redacta. vt est glo. in l. de quib. in pr. ff. de ll. & ibi not. et ita etiam Pau. Castr. in l. j. C. de ll. tenet, sicut diximus de substitutione pupill. 2 quæ dicitur nunc introducta

ex

ex moribus id est ex consuetudine. vt est tex. & ibi glo. Bart. Bald. Angelus & Imolens. in l. ij. statim in princ. ff. de vulg. & pupillar. & in Instit. de pupillar. substitutio. in fine princip. et ibi omnino vide Angel. in verb. moribus. licet Raphael Cumanus in d. l. ij.

3 *contrariũ tenuerit, scilicet quòd hodie feudum & pupillaris substitutio sint leges scriptæ. Sed pro opinione cõmuni ego do casum contra Cumanũ, in Instit. de iur. nat. gent. & ciuili. §. fine scripto. in verb. in duas species, quod intelligitur scilicet scriptæ & non scriptæ, coniuncto §. præcedente & sequente. Pro ista quoque opiniõe vide quæ scribit Bar. in l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud. vbi ponit an et quando affirmans videatur dare. & ex eius dictis solutio nostræ quæstionis colligitur. Idem latius vltrà omnes*

mnes per Aluar. in tit. de ijs qui feud. dar. pos. sup.

Secunda regula est, 4 *quòd ex cõtractu feudi agendum est actione ex feudo, seu feudi: et est ratio, quia vbicunque ex consuetudine, seu statuto nouus aliquis cõtractus introducitur, tunc actione, quæ ex illo contractu oritur, esse agendum asserit Bart. in l. j. ff. de cond. ex lege. circa fin. ij. col. & ibi ponitur per Dd.* 5 *Quidam tamen, condictionem ex moribus oriri, dicunt. Sed circa hoc latius esset videndum, quæ vid. actio contra vasallum detur domino, et rursus quæ vasallo cõtra dominum in casu omni. verùm de hoc plenè per Nicol. de Neap. in prælud. feud. in nona & penultima quæstio. princip. & plenè per Aluar. in c. j. §. sed nec alia. versi. queritur ab extrà. inf. quæ fuit prima causa ben. amit-*

4

5

amittend.

6 Tertia, 6 feudi natura est, vt in perpetuum duret. ita est tex. notabil. in c. j. §. illud. ver. in perpetuum pertineat. in tit. in quib. caus. feudum amittatur. sicut etiam de libello dicimus, & emphyteusi, quod idem in effectu est. c. j. in versi. ex natura perpetui libelli. sup. in ti. de alien. feud. vbi hoc per Iacob. de Bel. notatur, et per Aluarot. et est tex. in c. j. §. donare. vers. perpetuò concedatur. qualiter olim feu. alie. pot. De iure etiam nostro, est textus in authent. de non alie. §. alienationis. in vers. in perpetuum extensam emphyteusim. col. ij. & glos. ibidē. vide quoque Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua. versic. septimò quæritur. vbi videndum an emphyteusis ecclesiæ vel priuati possit in perpetuum concedi.

Quarta.

Quarta, 7 quòd feudi contractus est stricti iuris & non bonæfidei, vt dixit Bal. in c. j. §. fin. sup. Si de inuestit. feud. controuers. allegat. §. actionum. in Inst. de actio. idemq; ipse dicit in hoc c. in fine. & quoq; Aluar. quod diligēter perquiras. et ratio est: 8 quia oēs contractus qui non enumerantur in §. actionum. in glo. c. venerabilis. de except. & ibi per Dd. sunt stricti iur. Sed contractus feudal. ibi non numeratur. ergo est stricti iuris. 7 8

Quinta est, 9 quod feudum est cōtractus nominatus: quia à consuetudine nomen habet, et à iuramento fidelitatis et inuestitu. formā. c. j. inf. de forma fidel. inf. de noua forma fidelitatis. & xxij. q. v. c. de forma. ita dicit Bar. in l. iurisgent. §. quinimo. in vj. col. ff. de pactis. vers. Quæro de consuetudine vel iuramento. 9

Sexta.

Sexta, 10 *quòd feudum sit de cõtractuũ natura: & sic potius contractui quàm vltimæ voluntati æquiparatur. quemadmodum Bald. per illũ textum in c.j. in ti. notabiliter, dixit. ad idem facit c.j. vers. laici. sup. qui succes. teneant. et pro hoc facit etiã quod inf. in regula xxiij. dicam. Item facit quod dicitur in l. centesimis §. fina. ff. de verb. oblig.*

11 *Septima,* 11 *Ex feudi contractu nunquam oriri actionem directam et contrariã, veluti nec ex alio contractu, nisi in casibus iure expressis, vt Bal notabiliter dicit in c.j. §. j. in fin. Quid de b. præced. inuest. an fid. atque addit doctrinã de hoc esse notabilem in l. omnino, per gl. et Dd. ff. de impẽs. in rebus dotal. fact. & de ea nullibi mentionem fieri. dices tamen esse gl. tertiam circa mediũ. licet ego aliam adferã,*

adferam, quæ ponit hanc doctrinam in Instit. de actionib. in §. præiudicial. vers. sed quidam dixerunt. in verb. quòd nulla l. cautum inuenitur. &c. vide etiam glo. ordinariam, & quod ibi notat Bar. in l. consensu. ff. de obligat. & actio. sed plenius in l. curatoris. C. de neg. gest. & ex hac regula secũdum Bald. colligitur vna iur. ciuil. & feudalis concordantia.

Octaua, 12 *in feudis seu consuetudinib. potest de similib. ad similia procedi. ita est tex. vbi not. gl. et Dd. c.j. in fine. sup. de feudo March. gl. in hoc quoque c. in fine. vbi & ego dixi.* 13 12 13 *Hisce addes in pœnalibus in feudorũ materia etiam de similib. ad similia procedi posse, imò ad maiora, vt est casus valde notabilis. in c.ij. §. prædictis modis. inf. quæ fuit. prima causa benef. amitten. & ibi not. Bal. dicens*

ipſum textum eſſe de iure meliorem. cui adde optimum textum in c. ſuper quodam. in fine, ibiq; gl. de ſta. mon.

14 Nona. 14 Perpetuò notandum in feudorũ materia, quòd quæcũq; ſunt iuſtæ cauſæ ad filiorũ exheredationẽ, de quib. in auth. non licet. C. de lib. præter. & per gl. & Dd. in c. quinta Vallis. ext. de iureiuran. & quæcunq; ad donationem reuocandam ſunt ſufficientes, de quib. in l. final. C. de reuocand. donat. quæque ſunt ſatis iuſtæ ad repudium faciendum, de quib. in l. conſenſu. C. de repu. & in toto tit. ff. & Cod. eo. Illæ etiam ſunt ad feudorum perditionem & amiſſionem iuſtæ & idoneæ. vt ſingulariter Bald. dixit in c. i. in vltima colum. in fine princip. in titul. in quib. cau. feud. amitt. & ad hoc allegat text. in tit. quæ ſuit pri. cauſ. ben. amit. quod apprimè

primè notandum & obſeruandum.

Decima. 15 Inueſtituræ tenor & ſemper, & omni feudorum naturæ derogat: quare vbiq; diligenter inſpiciendus. & huiuſmodi caſus eſt ad literam in c. i. infrà de duobus frat. à cap. inueſt. & ſic Bald. notat hoc cir. pri. hic. per intellect. text. facit c. porrò. ext. de priuilegijs. 15

Vndecima. 16 Statutum ciuitatis de lucro dot. loquẽs in reb. feud. datis in dotem, locũ non habet, vti notab. dixit Bal. in c. i. per illum textum, in tit. an marit. ſuæ vx. ſucced. in cauſ. cui adde c. i. §. i. de inueſtit. de re alie. fact. & idẽ tenet Bal. in c. i. in v. col. in verſ. quæro an de cõſuetudine. inf. de prohibita feud. alien. per Frider. et vide infr. latiùs quæ in iuris ciuilis et feudal. differentijs dicam in ſecunda & quarta differentia. 16

17 *Duodecima,* 17 *Contra præſumptionem cõſuetudinis iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis non recipitur. Item quando pacta ſunt extranea non præſumitur ſuper ijs, nec iuramentum eſt deferendum, ſicuti apertus & notabilis textus docet in c. j. §. fin. verſ. omni facultate probãdi domino adempta. in tit. quid ſit inueſtitura. & ibi Bald. prim. not. dicens hoc non reperiri alibi, quare*

18 *cordi tenẽdum. verùm hic* 18 *notandum diligenter l. admonendi ff. de iureiurand. limitari, nec non quod habetur in l. bonæfidei. C. eod. tit. et in c. fina. ext. eodem. Hæc regula in effectu vnam differentiam inter Ius ciuile & feudale continere videtur.*

19 *Decimatertia eſt,* 19 *verbum, ſine hærede, in feudo interpretari, ſine maſculo. caſus eſt melior, iuxta Bal. hic*

hic in c. j. §. & ſi clientulus. inf. de feud. alienat. Præterea 20 *ſi inueſtitura facta de feudo reperiatur verbum, liberis, intelligitur de filio tant. de hoc datur caſus in c. j. §. ſimiliter. in tit. de lege Corrad. quem attentius vide, & de materia bonum textum in l. ex facto. §. final. & ibi Dy. Bar. & Dd. ff. ad SC. Trebell. & aduerte, nam dict. §. & ſi clientulus non videtur id probare cuius gratia allegatur, cùm ibi dicatur,* 21 *in feudis appellationem heredis maſculi, intelligi de filio, non autem appellatiõe hæredis tantùm, ſolummodo filium maſculum comprehendi, quod & optimè in d. § ſimiliter probatur.* 20 21

Decimaquarta, 22 *doli mentiõe in materia feudorum & ſtatutorum nõ facta, vtrum requiratur dolus nẽcne dubitatur. & diſtinguitur: ſi fuit* 22

craſsus & ſupinus, ab hoc nemo excuſatur, ſin autem probabilis excuſationem admittit. vt dicit glo. in c.j. in princip. infrà tit. quib. modis feud. vbi etiam not. Bald. in vl. col. et in c.i. §. ij. in princip. in tit. de ijs qui feud. dare poſſunt.

23 *Decimaquinta.* 23 *Si de latitudine prædiorum totáne feudalia vel emphyteutica ſint an eorũ pars tãtũ dubitetur, præſumitur eiuſdẽ qualitatis eſſe totum cuius & pars: & ſic tota feudalia, ſi nõ appareat diuerſitatis nota, habebuntur. vt notab. dicit Bal. in c.j. §. cùm autem. in ij. col. in fine. tit. ſi de inueſtitur. feudi contr. fuer.*

24 *Decimaſexta.* 24 *In omnib. alienationib. feudalib. illud quod dicitur, alienantem à ſuo iure cadere, intelligi debet de ſciẽte, ſecus de ignorante rei*

rei qualitatem. caſus eſt valde ſingular. iuxta Bald. ibi in c.j. in fine. de cõtrouer. inter dominum et empt. feud. cui ad de c. ſi vaſallus. in tit. ſi de feud. defuncti content. ſit int. do. & agnatos vaſalli. Similis diſtinctio fit in l. final. §. fina. de leg. ij. latiùs videbis ea quæ inſ. in ſeptima & vltima parte principal. in quarta concordantia dicam iuris emphyteutici.

Decimaſeptima. 25 *In regalibus quantum ad feudi ſucceſsionem ſemper eſt conſuetudo ſeruanda. Bal. in c.j. de feud. marcb. in princ. ij. col. per tex. in c.j. §. final. de aliena. feud. idq; firmiter cordi tenendum monet. quia frequens mors dominorũ & regum.* 25

Decimaoctaua. 26 *Nulla ordinatio teſtam. facta per vaſallum, etiam inter filios, ſecundum feudorum conſuetudinem valet. quemadmodum ca-* 26

ſus eſt notab. in c.j. in fine princip. de ſucceſ. feud. vbi Bal. & Dd. & Bald. in c.j. §. donare eum. ij. col. in ti. qualiter olim feu. pot. alien. & notat idem Bal. in l. fin. C. de pactis. in ver. extra glo. pro declaratione. quod tamen intellige, vt inf. in ſexta principali parte in xix. concordantia dicã, vbi plenius videbis. 27 *Ex quo ſequitur, vaſallum totũ feudum vni ex filijs ſuis conſentientibus aſſignare non poſſe, ita primò in c.j. ſup. de alien. feud. deinde tenet hoc Andreas de Iſer. Bal. Aluarot. in d.c.j. in princ. ad finem v. col. de prohibita feud. alien. per Frid. licet idem Bald. malè contrarium tenuerit in c.j. §. & quia videmus. in ij. col. ſup. de ijs qui feudum dar. poſ.*

28 *Decimanona.* 28 *Coram paribus curtis ſeu curiæ recõuentio locum habet, etiam ſuper re feudali glo. eſt ordinaria*

dinaria in c. de contro. feud. apud par. cur. determi. & ibi Bal. & idem not. in c.j. §. final. in col. iij. de prob. feud. alien. per Frid. facit quoque. quod habetur in c. certum. de iudicijs. vnde liquet, in hoc cum iure ciuili concordare, per notata in l. cùm Papinian. coniuncta auth. & conſequenter. C. de ſentent. & idem inf. in ſexta parte principali in ſexta concordantia latiùs explicabo.

Vigeſima. 29 *In petitiõe hæreditatis non venit feudum, quãdo agnatus eſt hæres, ſecus ſi filius ſit hæres, non quòd ſit liberum hæreditatis corpus, ſed tãquam ius quoddam annexum, quod in hæreditate reperitur, vt notatur per gl. & Dd. in l. itẽ videndum. §. final. ff de petit. hæredi. ita dix. Bal. in c.j. an agnatus vel fil. in iij. col. in fin. ſed ſecundum prædi-* 29

Eta intellige Bald. in c. ij. in ij. col. de succes. feud. qui dicit indistinctè feud. petitione hæred. venire. & hisce adiũge quod in reg. sequen. dicitur.

30 *Vigesima prima.* 30 *In generali alienatione feudum non venire. Item vendita hæreditate, feuda vendita non intelliguntur, quæ intra curiam alijs erant concessa, nec ipsum ius vasallorum. vti est casus in c. j. de cap. qui cur. vend. vbi vide Bald. in principio, & per totum adiunctis ibi quoque Dd. vide etiã text. in c. si de generali. si de feud. fuer. cont. & Dd. ibi. cũ ijs quæ hic precedenti regula dicta sunt.*

Vigesima secunda. 31 *An in feudis alluuio locum habeat? si meris terminis demonstratum est locum* 31 *habet: quia terminorum natura non est, futuras accessiones impedire. secus autem in taxationis natura. ita Bal.*

Bal. in c. j. §. si quis de manso. in vers. conclude quòd feud. mensura taxatũ. in titul. si de inuest. feu. contr. fuer.

Vigesima tertia. 32 *In feudis, sicut in cæteris contractib. ius accrescendi propriè locũ non habet. l. si quis à Titio. ff. de verb. obligat. de quo latè per Baldum in c. j. §. & quia vidimus. supra. de ijs qui feud. dar. pos. in ij. col. in fine. vers. sed hic quæro vtrũ frat. vsq; ad vers. quærit glo. pone. & ibi etiam hoc latè per Iacob. Alua. in vltima col. & per Bal. in cõclusionib. feud. in rubr. de feudo March. In* 33 *hoc cum contractibus potiùs, quàm cum vltim. voluntatibus, in quibus habet locum ius accrescendi, feudum concordat. l. re coniunctì. ff. de leg. ij. Quæ est vna concordantia cum iure communi & feud. quod & superiùs in sexta regula videre licet.*

32 33

Vige-

34 *Vigesima quarta.* 34 *Appellatione sui in materia feudali, non solùm dominus directè, sed etiam dominus vtiliter, veluti feudatarius et emphyteuta, venit. glos. notab. est cum text. in l. j. in ver. suis. de thesau. libr. x. & in Inst. de rerum diuisio. §. thesaurus, in ver. suo loco. de feudatario do casum in c. i. de contentio. inter dominũ. et vasal. de inuestitura. el. ij. ver. quod suum beneficium. De significatione autem verbi, suus, vide gl. in l. si fœmina. C. ad Turpill. vbi Angel. not. in gl. ij. in versic. ipsi sunt. & l. ij. C. in quib. cauſ. colo. cens. lib. xi. & gl. in c. pro illorum. de præbend. quod & notat Bart. & Dd. in rub. ff. de noui operis nunciatione.*

35 *Vigesimaquinta.* 35 *Feudi dominus in vasallos, ordinariam, respectu feudi, iurisdictionem habet. facit c. i. de for. comp. et est ratio quæ ibi à l. datur. vt Innocentius in c. cùm ab ecclesiarum. de off. ord. Ex* 36 *quo colligitur & infertur, eius iurisdictionem respectu consimilis causæ posse prorogari, secus verò si causa non esset feudalis, de quo videndum quod Cynus notat in l. testamentum. C. de testament. & glo. in c. i. hi qui. de præbend. in sex. in c. speciali. de priui. & Bal. in l. i. in pen. col. C. de epiſ. & cler. & in d. l. testamentum. facit etiã nõnihil quod in x. concordantia Iuris ciuilis & feudor. dicam.*

36

Vigesimasexta. 37 *De taxatione temporum, quæ in causis feudalibus dantur, vt in c. i. & §. sancimus. sup. quo tẽp. mil. inuest. pet. deb. habetur, item in c. i. post principium. si de inuestitur. inter do. & vas. lis oriatur, nulla reddi ratio potest, nisi, quia sic placuit*

37

cuit legislatori. Sic gl. dicit in d.c.i. si de inuestitura inter dom. & vas. & in vers. vsque ad annum. vbi gl. rationem, inquit, is quē mundi labor exagitat, inquirat. i. propheta. vt dicit gl. Ioan. Andr. in arb. affinitat. in principio. Ita similiter dicit Bald. in vlt. suis con. feu. Idem de taxatione ipsorum iuris ciuilis, quia nec in illis vera ratio reddi potest, cùm lege dicatur dispositiua iussit. & sic quia ita legislat. placuit, veluti dicit gl. in l. i. §. puerit iā. de postulan. in verb. ratus. habes aliam iuris ciuilis & feud. concord.

38 *Vigesimaseptima.* 38 Feudū seruituti æquiparatur. l. si anus. in princ. ff. de vsufruct. c. an mutus vel aliàs imperfe. etc. in fin. et hoc voluit Bald. in c. i. inf. si de feud. fuer. contr. et in c. si facta in princip. vlt. col. eod. titul.

39 *Vigesimaoctaua.* 39 Feudum aliquando

quando castrēsi peculio aliquādo aduētitio æquiparatur. de quo per Bald. in c. ij. inf. de frat. de no. benefi. inuest. vers. sed quæro vtrum feudum sit castrense. Quando feudum dicatur Castrense, quando vero aduentitiū vide gl. ordinar. in Inst. per quas personas nob. acqui. in princ. & in l. cū oportet. in princ. et ibi not. C. de bo. quæ liber.

Vigesima. 40 Dominus quando duas fecit inuestituras, semper prior præualet. vt est casus in c. i. qui succes. ten. quod ibi notat Bald. in cō. sed hoc est verum quādo primus realiter fuit inuestitus: secus si prior fuit inuestitus verbaliter, alter verò realiter: quia secūdus est potior. arg. l. quoties. C. de rei vend. primo aūt tenetur dominus ad interesse. Ita notabiliter ait Bal. in conclus. feud. in vers. si de feu. fuerit controuersia, quod obseruandum.

40

Trige-

41 *Trigesima.* 41 *Si papa vel Imp. dicat, confirmamus tibi omnia castella quæ possides, hoc de ijs quæ iustè possides intelligitur. Quod & in generali inuestitura procedit, cùm nō sit verisimile principem voluisse iustitiam subuertere. Idem si locum proprio nomine exprimat, nisi qualitatem possessionis exprimat. vti singulariter Bald. ait in concluſ. feud. in tit. per quos fiat inuest. pro quo facit. c. si grauis. in fin. de reſcriptis. in ſex. & not. Cynus in d. l. cùm oportet. in princip. vide Iacob. Aluarot. in c. 1. in princip. in titu. per quos fiat inueſt. & quod not. Ang. & Salicetus in l. ij. C. ne rei do. Bart. & Salicet. in l. auctorem. C. vnde vi. copioſiùs quoque dicit Bald. in l. decernimus. in princip. ij col. C. de ſacroſanct. eccl. quòd Imperator expreſsè & ſalua iuſtitia non poteſt in deci-*

decidentib. caſtella vel ciuitates pertinentes ad iuſtos dominos, concedere. vbi omnino vide. quod nota. pro rege Ciciliæ.

Trigesimaprima. 42 *Ius conſuetudinarium, hoc eſt, feuda, non ſunt tam rigoroſa, ſicut cōtractus Emphyteuticus et alij. Feuda ſi quidē ex gratia oriuntur & acquiruntur, et regulariter per gratiam conſeruantur. quod, quia facit ad multa alia argumenta, ſcitu dignum eſt. caſus eſt in c. i. inf. in quibus cauſ. feud. amittat. & in c. i. in fine. de feud. dat. in vicem. legis commiſ. Sed cōtractus emphyteuticus, & alij non ſimiliter, ideo non eſt eadem ratio prohibendi vnum ſicut aliud. quam regulā tradit notab. Bal. in c. i. in princ. in v. col. ſup. de ijs qui feud. dar. poſ. vnde ſingulariter notandum* 43 *non eſſe bonum argu-* 42 43

mentum in prohibitis de emphyteusi, vel alio contractu, qui nō nititur gratia, ad feudum. sed è contra de feudo ad emphyteusim valebit. ex quo videmus in præmissis, esse regulariter bonum argu. de feudo ad emphyteusim, & ad alios contractus, sed non è contra ab emphyteusi ad feudū, quod singulariter notādum, vt ex his iuris ciuilis & feud. et iuris emphyteutici vnam habeas differentiam.

44 Trigesimasecunda. 44 Lex vele. cùm loquitur de feudo atque ius commune continet, ad emphyteusim extendi potest. & tunc de feudo ad emphyteusim argui potest. vt not. Bal. singulariter in c.j. §. quid ergo. in tit. de inuest. de re alien. fact. Idem Bar. in l. iurisiurādi. §. si liberi. in princ. ff. de oper. lib. sentit. vnde rursus aliam feudi et emphyteusis, feudi et iuris cō munis

munis concordantiam habes. & vide inf. eo in vij. parte principali, et in decima feudi et emphyteusis differētia.

Trigesimatertia. 45 De feudo ad libellum, & feudatario ad emphyteutam, regulare non est bonum argumēntum, quādo eadem ratio non militat in vtroque. gl. est in c.j. inf. de vasallo qui cont. Loth. const. feud. alie. & est tex. in c. ij. & iij. inf. si de feud. fuerit contr. vbi habetur quòd in libello succedit filia fœmina, quod nō est in feudo. vt in c.j. §. hoc autem notandum. sup. qui feud. dar pos. & in c.j. §. filiæ. de succes. feud. licet gl. in c.i. an agnatus vel filius. & c. in vers. in vtranq;. in fine dicat contrariuin. sed Bal. ibi in vj. col. ver. sed caue tibi. tenet contrarium. de quo etiam vide ibi per Aluarot. 45

Trigesimaquarta. 46 Vbicunq; 46

in feudis fit mentio de amissione feudi, intelligitur culpa, coniuncto ordine iudiciario, vt in c. quicunq; inf. de pace tenenda. Nemo enim inauditus priuandus vel spoliandus est. l. ij. §. si ad diem. ff. de re militar. ij. q. i. in primis. ita singulariter dix. Bal. in c. certum. in iij. col. in principio. ext. de iudic. & in d. c. quicunq; in fine.

47 *Trigesimaquinta.* 47 *Quãdo sunt allqua capitula quæ in paucis feudorum libris inueniuntur, glossa notabilis dubitat, an sint tenenda. & in dubio minimè esse tenëda notabiliter docet Bald. in c. i. §. & quia vidimus. in secunda col. de ijs qui feud. dar. po. all. gl. in c. i. inf. qui test. sint necess. ad proba. vasal. ing. estq; gl. in c. i. §. si noluerit. de cap. qui cur. vend. pro quo etiã facit quod Bald. notat in c. i. in fine. de vasal. decrep. ætat. Hoc idem sentit*

tit Ludouicus Ponta. in cxviij. singulari. quod incipit: tu habes feuda. licet istas glo. non alleget. 48 *Ergo si tibi* 48
ista capitula, quæ rarò inueniũtur in libris etiã alijs quàm feudi, sicut sunt multa Extrauagant. quæ communiter non habentur, in scholis & præcipuè in iudicijs allegarentur, fidem ijs minimè adhibebis. Quod in primis notãdum. Circa hoc tamen vide textum, & quæ per Dd. ibi not. in c. pastoralis. de fide instrum. & glo. xxix. distinct. in summa. Multæ præterea regulæ adduci huc potuissẽt, quæ consultò breuitatis ergò omittuntur.

SVMMARIVM.

1. Circa duo versatur hoc caput. circa Concordantias & Differentias, & primum de concordantijs iuris ciuilis & feudalis.
2. Pactum defuncti simpliciter factum quemadmodum prodest hæredibus, licet de his mẽtio non fiat, ita & inuestitura simpliciter facta & recepta, pro filijs masculis recepta intelligitur. conc. prima.

3. Mulierem siue fœminam regulariter testem esse admittitur.

4. Mulier in solenni testamento testis esse nequit, ita nec in feudis. concord. 2.

5. Iure tam ciuili, quàm feudali, dictum testis nó valet, nisi prius iurauerit. concord. 3.

6. Quemadmodum ad probandam inuestiturã duo testes sufficiunt, ita etiam cùm quid venit iure ciuili probandum. concord. 4.

7. Iure tam ciuili quàm feud. appellatione portionis venit pars dimidia. concord. 5.

8. Reconuentio coram eodem iudice & iure ciuili & feudali locum habet. concord. 6.

9. Præscriptio triginta annorum currit in ciuilibus & in feudalibus causis contra ignorantem. concord. 7.

10. Bonorum possess. Carbo. & quæ ventris nomine datur, habet etiam locum in feudis. concord 8.

11. Plures hæredes instituti & alienare prohibiti tam iure ciuili quàm feud. possunt inter se & agnatos alienare. concord. 9.

12. Iudices coram quib. criminaliter agitur occasione feudi, de causa ciuili cognoscere non possunt, cùm sint diuersa & separata iudicia. conc. 10.

13. Iure ciuili nihil interest cuius precio res empta sit, ita quoque in feudis est casus. concord. 11.

14. Lex commissoria iure ciuili in pignore, est reprobata, quemadmodum & in feud. concor. 12.

15. Præscriptio xxx. annorum cùm habeat locũ in feudo, proderit quoque ei qui nunquam fuit inuestitus, sese tanquam feudatarium gesserit. concord. 13.

16. Quemadmodum miles priuandus militia prius exauctoratur, sic etiam vasallus feudo exuendus prius exauctoratur, aut si inuestitus non fuit, deannu-

dеannulatur. & num. 18. concord 14.

17. Sacerdoti, qui degradatur, insignia sacerdotalia detrahuntur, quia in dignitate non debet mori.

19. Vasallus tenetur alere dominum pauperem & è contra, sicut filius patrem, & è diuerso. cui additur discipulum alere debere doctorem, quemadmodum patronum vergentem ad inopiam alet ecclesia. Item patronum libertus & contrà. num. 20. & 21. concord. 15.

22. Duplex bonorum possess. in allodialibus tam iure ciuili quàm feud. licet hodie non sit decretalis necessaria, tenetur. concord. 16.

23. Edictalis siue decretali nihil operatur, & sic est filio statutus, annus vel mensis, vel dies ad parendum.

24. Iure ciuili fratrum filij ad successiones patrui vel aui succedunt in stirpes, similiter etiam in feudis. concord. 17.

25. Gradus successionis in feud. metimur secundum ius ciuile non autem canonicum, vbi quælibet persona à capite descendens dempta vna facit gradum. & num. 26. concord. 18.

27. In bonis aduentitijs, quorum vsumfructum pater non habet, testari nequit, idem in feudo filij erit, quando esset aduentitium. concord. 19.

28. Feudum aliquando peculium castrense aliquando aduentitium dicitur.

29. Si filij æqualiter cum vniuersitate bonorum instituantur, institutio patris valet hoc casu, si verò inæqualiter non valebit, quia non solùm filiusfamil. sed nec paterfamilias de feudo testari potest.

30. Sicuti filius in bonis allodialib. patris dominus, etiam viuente patre dicitur, ita quoque in bonis feudalibus.

31. Filius in feudis ad bona propria dicitur venire, & nihil de nouo acquirere.

PARS SEXTA.

Enumerat concordantias & differentias iuris ciuilis & feudalis particulares.

AD *sextum principale, videlicet ad iuris ciuilis & feudalis* 1 *concordantias & differentias descendo, & primò ad concordantias. Est igitur prima:* 2 *quemadmodum pactum defuncti factum simpliciter prodest hæredibus, licet de ijs facta mentio non sit in pacto de iure ciuili. l. pactum ff. de probationib. Ita etiã inuestitura facta & recepta simpliciter, intelligitur recepta pro filijs masculis, licet in ea non sit facta mentio de filio. ita text. est in c. j. de duo. fratr. à capita. inuest. glos. quoq; in c. j. quib. mod. feu. constitui pot. et ibi Bal. hoc adnot. extendens*

tendens d. gl. ad emphyteusim, quodque seruandum menti perpetuò admonet.

Secunda concord. 3 *Mulier siue fœmina licet regulariter admittatur in testem, vti probatur in l. 18. in fin. ff. de testib. et in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamentis. & qui testat. fac. pos. Item quando pater testatur minùs solenniter inter liberos. gl. est nota. in authen. quod sine. C. de testam. et gl. in authent. de test. imperf. in §. i. col. viij. nec nõ in codicillis. gl. est no. in §. fin. C. de codic. quam ibi Bar. sequitur.* 4 *attamẽ in solenni test. mulier testis esse nequit. d. §. mulier. vbi plenè per Dd. ita nec etiam in feud. c. j. qui testes sint necessa. ad no. inuest. proband. & per Bald.* 3 4

Tertia. 5 *Sicut de iure ciuili testis dictum non valet, nisi primò iurauerit.* 5

rit. Vti casus est in l. iurisiurandi. C. de testibus. idemque de iure canonico. vt in c. tuis. & in c. nuper. de test. Ita etiã in causa feudali, testes, nisi prius iurauerint, non admittuntur. talis est casus in c. i. si de inuest. inter do. & vasal. lis oriat. & sic no. Bald.

6 Quarta. 6 Ad nouam inuestituram probandam duo testes sufficiunt. c. si quis se. vbi hoc. no. gl. & Dd. in d. tit. si de inuestitur. & c. eodem modo si aliquid probari debet iure ciuili, satis est id duobus testib. probari. l. vbi numerus. ff. de test. l. fina. ff. ad SC. Trebellia. idem probatur in c. cùm omnes & in c. relatum de test. cum similibus.

7 Quinta. 7 Iure ciuili appellatione portionis in dubio dimidia venit. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. significat. l. etiam partis. de vsufruct. & est glo. 78. dist. c. priusquam. c. statutum.

tutum. de decimis in sex. Ita in materia feud. text est in c. i. & ibi Bald. de alienat. feud.

Sexta. 8 Quemadmodum ab aliquo conuenior coram vno iudice, ita ipsum coram eodem possum reconuenire. l. cum Papinianus & auth. Et consequenter. C. de sententijs & interloc. om. iud. & in c. i. de mut. pet. Ita etiam in feudo habet locum reconuentio. vt est gl. ord. in c. i. de contr. inuest. apud par. termin. & ibi Bal. in ij. col. & in c. i. §. fin. infr. ij. col. de prohib. feud. alien. per Frider. idem dixi suprà regula nona. 8

Septima. 9 Sicut currit xxx. an. p̃scriptio etiã in ciuilib. cõtra ignorantem. l. sicut in rẽ. in fin. C. de præscrip. xxx. an. Ita in causis feud. vt in c. i. §. porrò ver. præscri. qual. ol. feu. pot. al. 9

Octaua. 10 Bonorum pos. Carbo. et bon. 10

bon. poſ. quæ datur ventris nomine, locum habet etiã in feudis, veluti not. Bal. in c. j. in fin. v. col. inf. an agna. vel fil. per text. in ratione ſui, in fin. l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid.

11 *Nona.* 11 *Iure ciuili quando plures ſunt inſtituti hæredes et prohibiti alienare, poſſunt inter ſe & agnatos alienare. l. voluntas. C. de fideicomiſſ. l. pater. § quindecim. ff. de leg. iij. cum ſimilib. Ita de iure quoq; feudali. tex. eſt in c. i. de alie. feud. & ibi Bald. & in c. i. §. fratres. de alien. feud. & in c. i. vbi eſt caſus. infrà per quos fiat inueſtitura.*

12 *Decima.* 12 *Si partes citatæ in cauſis feudorum, de quibus dicitur in c. i. ſup. apud quem contr. feud. term. & in c. i. §. ſi autem inter pares duos. de lege Corradi. & in c. i. an apud iudicẽ quæſt. feud. debeat term. & in c. imperialem.*

imperialem. §. fina. de prohib. feud. alien. per Frider. & ibi gl. & habetur in c. cæterùm de iudicijs. agãt coram iudicibus criminaliter occaſione feudi, de cauſa ciuili hi iudices cognoſcere non poſſunt: quia ſeparatum eſt iudicium criminale à ciuili per leg. ſolemus. §. finali. ff. de iudicijs. & ſic regula illius §. final. locum quoque in feudis habet, vt ſentit Bald. inf. d. c. i. apud quem vel quos &c. in fine. quod & ſup. in prima regula dixi.

Vndecima. 13 *Singulariter et regulariter non refert cuius precio res empta ſit, quia acquiritur emẽti. l. ſi ex ea. l. ſi vt proponis. C. de rei vendi. cum ſimilib. ita etiam in feudis. caſus eſt, & ibi gl. Bart. & Dd. in c. i. apud quem vel quos cont. feudi definiat.* 13

Duodecima. 14 *Sicut de iure ciuili lex commiſſoria in pignore eſt prohibita* 14

hibita & reprobata, vt in toto tit. C. de pact. pig. sic etiam in feud. c. i. & ibi gl. & Bald. sup. de feud. dat. in vicem l. commissoriæ.

15 *Decimatertia.* 15 *Præscriptio triginta annorum etiam habet locum in feudis. quod pro eo est notandum, qui nunquam fuit inuestitus, sed tamen habuit se tanquam feudatarium. vt in c. si quis per triginta annos, & ibi per Dd. si de feud. fuer. contro. & c. c. final. & ibi Bald. sup. de feud. dat. in vicem leg. com. sicut dicimus in l. cùm de in rem verso. de vsuris. et in l. si certis annis. C. de pactis. cum simil. de iure ciuili.*

17 *Decimaquarta.* 17 *Sicut miles militia priuandus propter delictum, prius est exauctorandus. vt est in l. ij. §. ignominiæ causa. ff. de his qui notant. infam. l. i. C. de mulierib. qui se proprijs seruis coniunx. & in l. si excepta. C. de mathema. & item in authēt. presbyteri. C. de episcop. et cler. & in l. ij. C. de sportul. & in auth. de sanctissimis episcop. §. si verò. & sic sacerdoti* 17 *qui degradatur insignia sacerdotalia detrahuntur. vt in c. degradatio. de pœnis in sext. & est ratio, quia nemo debet in dignitate mori. ita est glo. in l. omnes. C. de episc. & clericis. Sic etiam vasallus feudo priuandus, priùs debet exauctorari.* 18 *vnde si à nullo sibi facta sit inuestitura, deannulabitur. ita Bald. in c. nulla. per quos fiat inuestitura.* 17 18

Decimaquinta. 19 *Vasallus tenetur alere dominum pauperem & è contrario, sicut filius patrem, et è diuerso. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de agnosc. & alend. liber.* 19

Ita

Ita dicit Bart. in l. alimenta. eod. & Ioan. Faber. et Angel. in Inſt. de actu. in §. Item ſi. verſ. ſed & ſi quis. adde

20 *tu & ſicut diſcipulus tenetur alere doctorem. l. ij. ſub finem. & Dynus ibi. ſed plurimum ſuſtentaretur à ſuis diſcipulis. ff. de orig. iur. Ludouic. Rō. in cxxxvj ſing. & Imol. in c. i. de magiſt.* 21 *Et ſicut patronus eccleſiæ, ſi vergit ad inopiam, debet ali ab eadē. c. nobiſ. de iure patronat. Item & libertus patronū. l. final. de lib. agnoſc. & l. libertus qui. de op. libert. quia etiam è contrario. l. ſi patronus. de op. liber. Ex quo etiā poteſt inferri quòd dominus tenetur alere vaſallum inopem, vt dixi arg. c. i. §. fin. de forma fidel. & c. domino. ſi de feud. fuerit controuerſ.*

22 *Decima ſexta.* 22 *Quemadmodum eſt duplex bonorum poſſeſſ. in allodialibus*

libus iure ciuili: ſcilicet Edictalis & Decretalis, quæ eadē ſunt in ſubſtantia. l. i. §. decretalis. de ſucceſſiōe edict. licet hodiè non ſit neceſſaria decretalis, per l. fi. C. qui admit. ita quoque eſt duplex bon. poſſeſſ. in feudalib. nempe edictalis: qua filius ſuccedit in feudo. decretalis qua debet dominum infra certum tempus agnoſcere, & fidelitatem præſtare. c. i. ſup. quo temp. mil. inueſtit. pet. debeat. 23 *Et ſicut edictalis nihil operatur ſine decretali,* 23 *ſic eſt filio ad parēdum ſtatutus dies, menſis & annus. d. c. i. Ita dicit ſpeculator in tit. de feud. §. quanquam. verſic. & ſuprà. ſed Bald. in c. i. in princ. de conſuetud. rectī feud. videtur aliter ſentire, dicendum eſt igitur quod ibi tenet.*

Decima ſeptima. 24 *Non ſecus ac* 24 *filij fratrum iure ciuili ad ſucceſſiōes*

patrui vel aui, secundum communem opinionem in stirpes et non in capita, succedunt. de quo videndus Bart. in l. post consanguineos. de suis & legitimis. & gl. & Dd. in auth. cessante. C. de legit. hæred. sic etiam in feudum. de quo Bald. vidend. in c. i. circa prin. de successio. feud. et c. i. §. i. circa prin. sup. de ijs qui feud. dar. pos. & in c. i. post medium, de grad. succes. in feud.

25 Decima octaua. 25 Gradus successionis in feudorum materia secũdum ius ciuile intelligitur, inducendo excipientem seu primam personã in numero graduum, vti eleganter dixit Bald. in c. i. §. & quia vidimus. de ijs qui feud. dare possunt. Imò dico quòd intelligitur secundum ius ciuile, et nõ
26 secũdum canonicũ. 26 videlicet, quòd quælibet persona à capite descẽdens, vna dempta, gradũ faciat. quod probatur

batur in d. c. i. §. hoc quoque. de succes. feud. Et huc facit quòd hic liber est pars iuris ciuilis, iuxta Dd. in prælud. feudorum. Ergo secundum ius ciuile graduum cõputatio debet fieri.

Decimanona. 27 Communis gl. et Dd. opinio est, quòd in bonis aduentitijs, in quib. patri non quæritur vsusfructus, non possit testari l. penult. in fine C. qui testa. fac. pos. & in Inst. de test. milit. §. final. & in auth. vt liceat ma. vel auiæ. in princip. col. viij. & est gl. ordinaria. in l. qui in pot. & in li. §. si filio. ad Trebel. & in l. fin. §. filijs. de bo. quæ liber. Idem erit in feudo filij quando esset aduentitium & patri vsusfructus non quæreretur. 27

28 Quia feudum aliquando dicitur castrense peculium, aliquando aduẽtitium. vt dixi suprà in xxviij. regula. et nullo casu acquiritur patri vsus- 28

 fructus,

fructus, vt dicam in x. differentia iu-
29 ris ciuilis et feudalis. 29 Et intellige, quando filius vel filij vel alij venientes instituerentur æqualiter cum vniuersitate bonorũ, quo casu institutio benè valebit, veluti elegãter vult Bal. in c.i. in princ. ij. col. inf. versic. de succes. feud. & ibi Iacob. Aluarot. idem tenet in vltima oppositio. in fine. aliàs autem si institutio de feudo non fieret cum vniuersitate & inæqualiter, non habet dubium quin non valeret:
30 30 Quia non solum filius familias, sed nec pater famil. potest de feudo testari. vt est casus notabil. in c.i. in princ. de succes. feud. & dixi suprà. in xvij. Regul.

31 Vigesima & vlt. 31 Quemadmodum filius in bonis allodialib. patris, dicitur dominus etiam viuente patre. l. in suis. ff. de lib. & posthu. & in Inst. de

de hæredum qualitate et differ. §. sui. sic etiam in bonis feudalib. vnde 32 32
filius in feudis, post patris mortem, dicitur potiùs ad bona propria venire, quàm aliquid de nouo acquirere, iuxta glo. notabilem. inf. eodem in §. sciendum in fine. quæ extendit l. in suis. Multæ plures concordantiæ potuissent adduci, quas breuitatis causa omitto. vnam tamen adde quæ colligitur ex sexta regula, & alteram quæ ex xxv. regula colligitur, tertiam ex xxxj. regula.

SVMMARIVM DIFFERENTIARUM.

1. Ascendentes non succedunt in feudo descendentis: secus in hereditate iure ciuili. Differ. 1.
2. Vxori succedit maritus iure coniugij, in feudis verò non item. Differentia 2.
3. Authent. præterea. C. vnde vir & vxor. non habet locum in feudis, vt coniunx superstes pauper. possit retinere tertiam vel quartam de feudo. Differentia 3.
4. Vir ex statuti forma mortua vxore in matrimo-

nio, partem dotis vel totam lucratur: secus in feudis. Differentia 4.

5. Fratres ex vtroq; parente in successione ab intestato excludunt fratrem ex vno parente tantùm iure ciuili: secus in feudis. Differentia 5.

6. Frater, qui est solùm ex parte patris, dicitur esse agnatus. Differentia 6.

7. Feudum nõ defertur iure hæreditario sed beneficio domini.

8. Agnatus de iure ciuili est genus, qui est suus: sed non contrà, omnis agnatus est suus: iure feudali suus hæres non dicitur agnatus. Dif. 6.

9. Filius in potestate patris iure ciuili hæreditatem repudiare non potest, dissimiliter in feudis. Dif. 7.

10. Ius sanguinis iure ciuili repudiari nec absorberi potest.

11. Feudum cùm annexum est hæreditati si filius vult repudiare feudum, potest simul & hæreditatem.

12. De iure quoque ciuili filius hæreditatem patris poterit repudiare, quod est singulare.

13. Feudum regulariter transmittitur ad hæredũ filios, quod fallit in feudo non cum debita solennitate acquisito, id est, non recto. Dif. 8.

14. Iure ciuili fœmina sicut masculus in successione pari passu ambulant: secus in feudo, nisi sit dictum. Dif. 9.

15. Pater licet in bonis aduenticijs vsumfructum habeat, tamen in feudis, quod etiam aliquãdo aduentitium dicitur, vsumfructũ non habet. Dif. 10.

16. L. ij. C. de rescin. vend. licet regulariter habeat locum in omni contractu, in feudo tamen locum non habet. & quid de emphyteusi. Dif. 11.

17. Iure communi delictum patris filio non nocet,

cet, aliter in feudis. Dif. 12.

18. Patre delinquente vt priuetur feudo, ipse quoque filius indistinctè priuatur.

19. Iure ciuili vna citatio pro tribus potest fieri peremptoriè, in feudis autem non. Dif. 13.

20. Citatus coram iudice ordinario, si nõ sit sub eius iurisdictione, nihilominus tenetur comparere, vt cognoscatur an etiam sit sub eius iurisdict. in feud. non item. Dif. 14.

21. Ciuiliter partes possunt procedere in iurisdictionem iudicis non sui, secus in feudis. Dif. 15.

22. Iure ciuili semper iuratur de calũnia ex parte actoris & rei: in feudali causa nunquam. Dif. 16.

23. Solennitas ratione instrumenti iure ciuili nõ præsumitur, in materia autem feudorum præsumitur solennitas, scilicet seruatis seruandis. Dif. 17.

24. Auctoritas domini innestientis habet vim decreti.

25. Testes de domo aduersarij produci possunt, vt pares curtis, i. cum vasalli ipsius vasalli, qui feudum recognoscunt ab eodem domino, quod iure ciuili non procedit. Dif. 18.

26. Solet distingui in venditione cui alluuio acquiratur: verùm in feudis si reseruauit sibi dominus aliquid in curte, indistinctè domino acquiritur, & non vasallo. Dif. 19.

27. In contractib. vbi plenum ius tradens transfert, accipienti adijcit alluuio, sed cùm in feu. trades penes se directum dominium retineat, alluuio ei soli prodest.

28. Possessio in materia feudorum nunquã inducit probationem pro vasallo, nisi possedit per annum pacificè & sciente domino nec contradicente: iure autem ciuili simplex solaque possessio præsumptionem inducit. Dif. 20.

29. Ex possessione sola titulus, nisi ex longo tempore consueta præstatione, non præsumitur, specialiter autem in feudis possess. vnius anni domino sciente & non contradicente titulus inuestiturę factæ à domino præsumetur. Dif. 21.

30. Communi diuidundo, familiæ herciscundæ iure communi præscrib. spacio triginta annorum. communi diuidundo iudicium quod feudatario contra feudatarium datur non finitur nisi 40. annorum spacio. Dif. 22.

31. Præscriptio longi temporis regulariter dicitur odiosa, quia tamen in odium non petentis est introducta. sed hæc in feudis fauorabilior & vel saltem non odiosa. Dif. 23.

32. Vbi constat de vera causa, nisi allegetur alius titulus, ex tempore etiam largo modo titulus non præsumitur seu probatur. sed hoc fallit in feudo. Dif. 24.

33. Feudatario, Emphyteuta, Libellario, de possessione expulso, dominus proprius ab expulsore recuperare volens, nequit, dummodo recognoscatur dominium directum ab ipso expulsore: secus in vsufructuario expulso. Dif. 25.

34. Rem alienam inuito domino reddere meliorem non possumus: vasallus tamen potest. Dif. 26.

35. Feudatarius rem alienam scilicet feud. melius inuito domino reddere potest, quia ius perpetuum habet, vsufructuarius vero non item, quia morte eius finitur.

36. In ciuilib. in possessorio non appellatur: in feudis in feudi possessorio appellatur. sed illa non est vera appellatio. Dif. 27.

37. Ciuiliter pro anima legari potest: in feud. nō potest. Dif. 28.

38. Vasallus licet mandet omnia sua bona dari pro

pro anima, tamen non debent dari.

39. Omnia bona crimen læsæ maiestatis committentis confiscantur: sed non feudum. Dif. 29.

40. Paciscendo alteri per alterum acquiri nō potest iure ciuili: secus iure feudi. Dif. 30.

41. Non expedit apponere in concessione feudi illa verba inflexa: concessit tali recipienti nomine & vice talis, tanquam gestorio nomine.

42. Causa fluctuante coram principe, illi qui tulerunt sententiam (si sit feudum magnum) debent adesse, secus in alijs causis, vbi sufficit mittere apostolos. Dif. 31.

43. Iudex propriū tribunal non facilè relinquit.

SEQVVNTVR DIFFERENtiæ. Iur. Ciui. & Feud.

Vlsis & absolutis concordantijs iuris ciuil. et feudalis, de differētijs inter vtrunque, nunc videbimus.

1 *Primò igitur differunt, quia ascendentes in descendentis feudū non succedunt, vt est casus in c. i. de natura succes. feud. & ibi per Bar. et Aluar. Quæ verò sit ratio, vide per eundem Aluar. c. i. §. hoc quoque. in penul. col. de his qui feudum dare pos. licet secus* 1

sit in hæreditate iure iure ciuil. l. nam etsi parentib. ff. de inofficioso testam. & in auth. de hæred. ab inteſt. §. i. col. viij. cum ſimil.

2 *Secundò.* 2 *Quia, quamuis de iure communi maritus vxori, non extantibus alijs propinquis, ſuccedat. l. i. C. vnde vir & vxor, tamen in feudo nō ſuccedit. caſus eſt in c. i. an maritus ſuccedat vxori in feudo. quod in primis notandum.*

3 *Tertiò.* 3 *Authent. præterea. C. vnde vir et vxor. quæ loquitur de tertia & quarta quæ debetur coniugi ſuperſtiti & pauperi, ſiue marito ſiue vxori, non habet locum in feudo, vt coniunx ſuperſtes poſſit retinere tertiam vel quartam de feudo. caſus eſt & ibi gl. & Dd. in c. fin. de inueſt. in re alien. fa.*

4 *Quarta.* 4 *Licet ex forma ſtatuti mortua*

mortua vxore in matrimonio vir lucretur partem dotis, vel totam: tamē non habebit illam partem in feudis. de quo etiam ſup. in xj. regula vide plura.

Quintò. 5 *Fratres ex vtroque parente in ſucceſsione ab inteſtato, fratrem ex vno parente tantùm excludunt. auth. ceſſante. & ſequent. C. de legit. hæred. In feudis verò ſecus, nā in his nō ſuccedit ex eo quòd ſit cognatus, ſed ex eo quia ſit agnatus.* 6 *Frater enim, qui eſt ſolùm ex parte patris dicitur eſſe agnatus. l. iuriſconſultus. §. inter agnatos. ff. de gradibus et affinibus. l. i. C. de legit. hæred.* 7 *Item feudum non defertur iure hæreditario, ſed beneficio domini. l. ſi quis. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. xij. & in c. i. an agnatus vel fil. pro hoc etiam videndus textus in c. i. §. his verò. de ſucceſsione fratris*

5 6 7

fratris vel gradib. ſucceſ. in feud. & ibi Bald. & Iacob. Ardizo, in ſumma de ſucceſ. feud. Aluar. quoque ibi. col. v. in fine.

8 *Sextò.* 8 *Agnatus de iure ciuili eſt genus qui eſt ſuus, ſed nõ è contrario omnis agnatus eſt ſuus. l. inter. agnatos. v. ff. vnde legitimi. & in Inſt. §. i. de legit. ag. tutel. & §. i. in princip. Inſt. de legi. ag. ſucceſ. Sed de iure feu. ſuus hæres non dicitur agnatus, ſed tranſuerſales nati ex linea maſculina. ita Bald. notabil. in c. i. in 1. col. an agnat. vel filius. & eſt caſus. c. i. §. filius. de capita. qui curiam vend.*

9 *Septimò.* 9 *Quamuis iure ciuili filius in poteſtate patris, hæreditatem ſui patris nõ poſſit repudiare propter ſuitatem, quæ iuri ſanguinis eſt connexa. in Inſtit. de hæredum qualitate et differentia. §. ſin autem. cum ſimil.*

10 *Quòd*

10 *Quòd ius ſanguinis nec repudiari* 10
nec abſorberi poteſt. vt not. gl. in l. i. C. quando non petent. par. petent. accreſ. l. iura ſang. ff. de reg. iur. De iure tamen cõſuetudinario feudorum hæred. repudiare poteſt. & ſic etiam de iure ciuili, cùm iſtæ cõſuetudines ſint de iure ciuili. vt in Inſt. de iur. nat. §. ſine ſcripto. Eſt enim caſus ſingularis in quo poteſt, ſcilicet 11 *quãdo hæ-* 11
reditati eſt annexum feudum, & filius vult repudiare hæreditatem & feudum, nam non poteſt de iure conſuetudinario feudorũ. caſus eſt ſing. ſecũdum Bald. in c. i. inf. an ag. vel fil. Sed huic caſum alium addes in materia feudorum. c. i. §. filius non. de cap. qui. cur. vend. 12 *Item de iure ciuili* 12
alius caſus occurrit quo filius hæreditatem patris repudiare poteſt. & ille caſus eſt in l. cùm antiquior ib. verſ. et ſi qui-

si quidem. et hoc ibi not. Flor. C. de in re deliber.

13 *Octauo.* 13 *Feudũ regulariter trãsmittitur ad hæredis filios. c. j. §. j. & §. cùm verò Corradus. de his qui feud. dar. pos. cum simil. & sic etiam hæreditas. l. apud hostes. C. de suis & legit. l. j. C. de his qui ant. apert. tab. Attamẽ hoc fallit in feud. non recto, id est non cum debita forma acquisito. tex. est in c. j. & ibi Bald. in princ. quibus mod. feud. constitui pos.*

14 *Nono.* 14 *Licet iuxta leges ciuiles pari ratione masculus & fœmina succedant. l. maximum vitium. C. de lib. præter. & l. lex duodecim tabul. C. de suis & legit. veruntamen secus est in feudis, in quib. filia fœmina non succedit, nisi sit dictum. casus est in c. j. §. hoc autem notandum. suprà de ijs qui feud. dar. pos. Idem habetur in c. i.*

c. i. §. quin etiam si quis. sup. episcopum vel abbatem. &c. & in c. i. §. final. de succes. feud. cum simil.

Decimo. 15 *Etsi pater vsumfructum in bonis filij aduentitijs habeat. l. cùm oportet. C. de bo. quæ liber. Mater tamen in feudo filij quod aliquando aduentitium dicitur (vt sup. dictũ est in reg. xxviij.) licet pater non habeat, vsumfructum habet: quia filio datur vt domino seruire possit. pro quo facit l. ij. §. si quis minori filio. versic. sed si. ff. de minorib. ita quoq; not. dicit Bald. in c. i. de fratrib. de no. benefi. inuest. versic. sed quæro vtrum feudum sit peculium castrense. secundum Iacob. de Beluiso. & Nicolaum de Neapol. & Andream de Iser. ibid. in c. i. post princ. de his qui feud. dare pos. licet Iacob. Aluarot. in dict. c. ij. versicul. quæro ab extrà, distinguat,* 15

distinguat, & benè, de quo dicendum est idem quod ipse dicit in c. i. de natur. succes. feud. & Bald. in l. i. C. de bon. quæ liber. & in l. si vxore. in fine C. de cond. insert.

16 Vndecimò. 16 Lex ij. C. de rescind. vend. licet regulariter in omni cõtractu habeat locum, minimè tamen in feudo, iuxta Specul. in tit. de empt. & vend. §. sed nunc dicendum. vers. sed numquid locum habeat in feudi concessione. pro qua est casus singul. iuxta glo. in versic. enorme. c. ad nostram. de reb. eccles. non alienan. secundum Ludo. Ponta. in l. si quis cùm aliter. ff. de verb. obligatio. verùm illa glo. relata ad textum cõtrarium potiùs probatur. Paulus etiã Castrensis contrarium in d. l. ij. C. de rescind. vend. tenet col. antepenult. vers. est dubiũ, quid de contractu Emphyteu. vide

vide quæ dicentur in vij. parte princ. in vij. concordan. feud. et emphyteus.

Duodecimò. 17 Quanquam iure communi delictum patris filio nõ noceat. l. adoptiuum. ff. de in ius vocand. l. emancipatum. & l. filiam. ff. de senato. cum simil. Iure tamen feudor. consuetudinario delictũ & culpa patris, in feudo filio nocet. 18 vnde si pater delinquat, priuatur & ipse filius feudo indistinctè. vt in c. si vasall. culpam. si de feudo fuer. cont. & in c. i. si vasallus feu. priue. licet gl. in d. l. emãcipatum & in d. l. adoptiuum. dixerit contrarium. de quo tamen vide latiùs per Bar. in l. ij. ff. de interdict. & releg. & Cyn. in l. ij. C. de liber. & eor. lib. in v col. & Dyn. in c non debet. de reg. iur. in sext. & Bal. in l. filium. ff. de liberal. cau. & in c. j. §. j. si vasall. feud. priuet. & Spec. de feud. §. nunc 17 18

dicamus. vers. i. & per Hostiens. in summa de feud. vers. fi. quibus modis feud. amitt. in fine. et per Petrum de Anch. in repet. c. eum qui. de regu. iur. in sex.

19 *Decimotertiò.* 19 *Licet iure ciuili vna citatio possit fieri pro trib. peremptoriè. l. & consentaneum. C. quomodo & quando iudex. &c. l. nonnunquam ff. de iudicijs. & not. in Cle. j. de dolo & contumac. in feudis tamẽ hoc fieri nequit. glo. est sing. in c. j. de milit. vasal. qui cont. est. & ibi quod Bald. & Dd. dicunt, tene.*

20 *Decimoquartò.* 20 *Licet corã iudice ordinario citatus non sit sub eius iurisdictione, tamen tenetur de iure ciuili comparere, vt cognoscatur, an eius iurisdictiõi sit subiectus. l. si quis ex aliena. ff. de iud l. ij ff. si quis in ius voc. non ierit. hoc tamen in iudice feudali*

dali non obtinet, qui iudex est inter paucos. gl. est notab. in c. i. in vers. non potest trahere. de inuestitur. in mar. fact pleniùs ad hæc vide ibi per Bar. & Dd.

Decimoquintò. 21 *In causis ciuilib.* 21
partes se iurisdictioni & iudici non suo subijcere & ad eã procedere possunt l i. & ij. ff. de iudic. & in c. penul. et gl. de off. deleg. verùm in feudis vasallus hoc non potest secundum Bald. in c. nuper. §. fin. de probib. feud. alie. per Frid. ver. quæro an vasal. vbi videbis latissimè.

Decimosextò. 22 *In causa ciuili sem* 22
per est iurandum de calumnia, tam ex parte actoris quàm rei. l. ij. C. de iuram. cal. sed in causa feudali nec vasallus nec dominus de calumnia tenetur iurare. casus est in c. sacramẽtum. §. in quibus dã. et gl. ibi cum Bal. inf. de

consuet. recti feudi.

23 Decimoseptimò. 23 Etiamsi ratione instrumenti non præsumatur de iure ciuili solennitas. l. i. & ibi not. C. de vsur. l. sciendum xxx. de verb. obligat. et in l. Theopompus de dot. præleg. cum simil. tamen in feudorum materia solennitas præsumitur, scilicet

24 seruatis seruandis. 24 quia, hæc enim ratio est, domini inuestientis auctoritas vim decreti, pro quo præsumitur, habet. gl. est notab. in l. i. C. de fide instrument. & iure hast. fisc. & de addict. lib. x. C. cùm ibi notat. & in l. actor. ff. rem ratam hab. & iste casus est in c. i. in princ. in verb. solenniter fieri debet. inf. quid sit inuestitur. & ibi hoc tenet Bald. in princ. vl. colum.

25 Decimooctauò. 25 Speciale est in feudis, vt testes de domo aduersarij produci possint vt pares curtis, id est, cùm

cùm vasalli ipsius vasalli, qui feudum ab eodem domino recognoscunt. vt in c. ij. in principio. & ibi Bald. si de inuestitura inter do. & vas. lis or. & in c. i. post princip. de consuetudine recti feu. quod secus est in ll. ciuil. l. parētes. l. etiam. et l. omnib. C. de test. cū simil.

Decimononò. 26 Distingui solet in venditione, cui alluuio acquirat, l. 26
Iulianus. §. si Titius. ff. de actionib. empt. & vend. In feudis tamē, quando sibi dominus quid in curte reseruauit, indistinctè domino & non vasallo acquiritur. ita notab. Bald. dicit in c. i. §. si quis de manso. de controuer. inuest. in vers. oppono. & videtur distinguendū, vbi adducit istā rationē. d. §. si Titius, 27 loqui in contractib. 27
in quib. tradentis ius totum transfertur. sed simile in feudis non est: quia penes dominū cōcedentem directum

remanet dominiũ, quod aliquid operari debet.

2 *Vigesimò.* 28 *Possessio in feud. materia nunquam probationem pro vasallo inducit, nisi pacificè per annum sciente domino & non contradicente possedit. casus est sing. in c. ij. in fine. si de inuestitur. inter do. & vasal. lis oriat. sed ibi similem allegat Iac. Alua. in c. si Titius. in fine. si de feud. fuerit contro. cùm textus ille non multùm faciat: quia loquitur in alio casu, scilicet quando aliquis vendidit. & sic cõcurrebant ibi venditio, titulus, possessio & domini patientia. sed in c. eccles. solùm concurrebat patientia cum possessione. Ego autem addo textum apertiorem in c. final. de consuetudine recti feu. cũ expositione Baldi. ibi super verb. longa. vt exponas scilicet annum. aliàs autem de iure*

ciuili, simplex solaq; possessio præsumptionem inducit. l. is qui destinauit. de rei vend. et in Institut. de interdictis. §. commodum. cum simil.

Vigesimoprimò. 29 *Regulariter ex sola possessione nisi ex præstatione longo tempore consueta, titulus non præsumitur, notat. in l. de in rem verso. ff. de vsuris. & in l. si certis annis. C. de pactis. & not. gl. in Inst. de act. §. præiudiciales. in gl. iij. in fine. Attamen in feudis istud est speciale, vt ex possessione vnius anni domino sciente & non contradicente titulus inuestituræ factus præsumatur à domino. tex. est notab. in d. c. ij. ad finem. si de inuestit. inter do. & vasal. lis oriat. et ibi not. hoc Bald.* 29

Vigesimosecundò. 30 *Actioni cõmuni diuidũdo, familiæ herciscundæ, spacio xxx. annorum præscribitur,* 30

notat. per gl. et Dd. in l. i. ff. fami. herciscundæ. Verùm iudicium communi diuidendo quod datur feudatario cõtra feudatarium non nisi ſpatio xl. annorum finitur, quod eſt ſpeciale in feudis. ita notabiliter loquitur textus in c. item ſciendum. de notis feud. vbi hoc notãt Pet. de Corne. et Bald.

31 Vigeſimotertiò. 31 Quanquã longi tẽporis præſcriptio ſit odioſa, quia in odium non petentis tantùm eſt introducta. gl. & Dd. in l. fi. C. de edict. diui Hadrian. toll. & Bar. & Dd. in l. final. ff. de eo per quem factum erit. et not. in l. moræ litis. C. de rei vendicatione. In feudis tamen Bald. putat talem præſcriptionẽ fauorabiliorem, vel ſaltem non odioſam. in c. i. §. ſi quis de manſo. ſi de inueſtitura controuer. fuerit. ad finem iij. col. quod eſt valde ſingulare, ſi modò tutum, de quo in dubio

dubio verſor.

Vigeſimoquartò. 32 Regula per Dd. traditur in l. ſi certis annis. C. de pactis. & in l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur. Quòd ſi conſtat de cauſa vera, niſi allegetur alius titulus, ex tempore etiam largo modo titulus non præſumitur, ſeu probatur. verùm hæc reg. fallit in feud. caſ. eſt in c. fi. & ibi Bald. omnino vide. de feud. dat. in vicem leg. commiſ. reprob. 32

Vigeſimoquintò. 33 Si feudatarius, Emphyteuta, atque Libellarius, qui habent dominium vtile, expellantur de poſſeſſiõe, dominus habẽs proprietatem, ab expulſore recuperare volens nõ poteſt, dummodò recognoſcatur dominium directũ ab ipſo expulſore. Secus autem in vſufructuario expulſo: quia tunc expellens de iure tertij, ſcilicet vſufructuarij, domi- 33

no directo excipere non potest, cùm non sit excluſiuum iuris agentis in totum. gl. est sing. in l. indebiti. §. sed si numi. in vers. cum re mea. & ibi singulariter hoc notat Bart. in vlt. col. Paul. Castr. & Dd. ff. de condictione indebit.

34 *Vigesimosexto.* 34 Licet nemo possit inuito domino rem alienam meliorare. vt notat. in l. mulieris. ff. de verbor. sig. nec vsufructuarius potest. l. hactenus. §. final. l. æquissimum. §. i. & l. sed & si quis. §. peti. ff. de vsufruct. vasallus tamen hoc facere potest. casus est not. in c. i. §. à contrario. & ibi Bald. inf. de inuestitura de re aliena fac. Et est ratio, quia est quasi dominus. sed ista ratio posset etiam locum in vsufructuario habere. l. iiij. ff. de vsufructu. & in l. rectè dicimus. ff. de

35 verbor. signif. 35 Melior igitur ratio potest

potest esse, quia feudatarius ius habet perpetuum, vt sup. in iij. reg. dictũ est, sed fructuarius non item, nam vsusfru. morte eius finitur. l. corruptionem. C. de vsufructu & habitat. & minister. seruor.

Vigesimoseptimò. 36 Quanquam 36
in causis ciuilib. in possessorio non possit appellari regulariter. vt est in l. i. C. si de momẽtanea pos. fuer. appel. In feudal. autem in possessorio feudi appellari potest: quia isto casu non est propriè appellatio, sed ad officium iudicis quidam recursus, quod fuit misericorditer imploratum. ita Bald. in vlt. c. quo tẽp. miles inuest. pet. debeat.

Vigesimooctauò 37 Etsi quis pos- 37
sit legare maximè pro anima, vt in tot. tit. C. & ff. de legat. ij. cum simil. l. illud. l. id quod pauperib. & l. nulli. C. de episc. & cler. In feudis tamen hoc

fieri

fieri nequit, in quib. legatum pro a-
38 nima non valet. 38 vnde licet vasal-
lus omnia sua bona pro anima dari
mandet, feuda tamen dari non de-
bent. casus est not. in c. i. §. donare. &
ibi Dd. qualiter olim feud. po. alien. et
Bald. not. in conclusionib. suis eod. tit.

39 Vigesimononò. 39 Dicimus omnia
bona crimen læsæ maiestatis commit
tentis confiscentur. l. quisquis. C. ad l.
Iul. maiest. feudum tamen non confi-
scatur secundum Bal. in ij. concluſ. in
tit. de prohib. feud. alien. per Frider.
per illum tex. in princ. & per text. in
l. i. C. de bon. quæ liber. vbi vide Bald.
singul. et Dd. et Specul. in tit. de feud.
§. quoniam. vers. iiij. et vide Bart. latè
in l. si finita. §. de vectigalib. in ij. col.
vers. quærit glo. quid in feudis. ff. de
damno infect. vbi etiã explicat quid
de emphyteus. in vers. ij. quæro. &

Petrus

Petrus de Anch. in repeti. c. ea quæ.
de reg. iur. in vj. vide etiã notata in c.
pastoralis de re iudicata. & Paul. de
Castr. in duobus consilijs. in vers. etsi
confisc.

Trigesimò. 40 Paciscendo alteri 40
per alterum acquiri non posse ex na-
tura contractus de iure ciuili tene-
mus. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver
bor. oblig. & in Institut. de inutilib.
stipulat. §. alteri. sed fallit in feudo. et
hoc operatur beneficiũ domini. vt in
c. i. §. cùm verò Corradus. vers. cùm au
tẽ vnus, in verb. nisi hoc nominatim.
sup. de his qui feu. dar. pos. ita Odofr.
in sua summa. 41 adijciens non expe- 41
dire in feud. concessione verba illa in-
flexa apponere, videlicet concessit ta
li recipienti nomine & vice tali, tan-
quam gestorio nomine illius, sed, con-
cessit tali castrum, dicere sufficit, ita

vt

vt ipse & frater eius habeant in feudum, quemadmodum dicunt Bald. et alij in l. fin. C. res inter alios act. vel iud. ne al. noc.

42 *Trigesimoprimò.* 42 *Quando appellationis causa vertitur coram principe, tunc illi qui sententiam tulerunt, debent adesse, verùm hoc est speciale in feudis magnis. text. est in c. fi. quo tempore miles inuest. pet. deb. Secus in alijs causis, nam tunc sufficit apo-*
43 *stolos misisse.* 43 *durum siquidem esset & fatuum, iudicem propria tribunalia deserere debere, & se ad lites insequendas transferre. ita Bald. in d. c. fin. vers. sed quæro nunquid in stud tempus. facit huc quod not. Innocentius in c. nostra. de procurator. & ibi per Dd. & in c. cùm speciali. de procurator. Multas præterea alias differentias adducere posſem, verùm*

rùm ne quid longius fiat, studio eas omitto. Possunt tamen addi duæ quæ colliguntur ex x. & xj. regula. Item vna quæ elicitur ex concordantia tertia, & aliæ quæ ex differentijs depromuntur, quas inter ius feudale & emphyteuticum in vij. parte principali ponam.

SVMMARIVM.

1. Pars septima membris trib. absoluitur. & primò agitur de argumentis à feud. ad emphyteusim & contrà, quæ certis regulis subijciuntur.
2. Prima, secunda, tertia, quarta, quinta, partim in regulis sup. partim inf. in differentijs feud. & emphyteusis positæ sunt.
3. Doctores passim tradunt, quando à feudo ad emphyteusin & contrà procedat argumentario.
4. Dominus vasallo concedens feudum, si nihil in curia retineat, omne incrementum videtur concessisse, secus in vsufructu, vbi solùm latens incrementum sit vsufructuarij.
5. Feudatarius plus iuris habet in re feudali quã vsufructuarius in re vsufructuaria,

6. Emphy-

6. Emphyteuta vtile dominium, quemadmodũ & feudatarius haber.

7. Quod in vasallo respectu vtilis dom. procedit, idem & in emphyteuta admittendum. Reg. 6.

8. Feudum & emphyteusis quando æquiparantur, quidquid in vno casu statuitur indiuiduo, per quem fit æquiparario, idem statuendum in alio, argument. igitur hinc inde procedit. Reg 7.

9. Emphyteusis ecclesiæ non transit ad extraneos hæredes, nec item feudum. Reg. 8.

10. Emphyteutæ bonis publicatis, emphyteusis ecclesiæ non publicatur, quia ad extraneos non transit.

PARS SEPTIMA.

Argumenta de feud. ad emphyteusin, deinde concordantias & differentias feudor. & emphy. subiungit.

PErgo denique ad septimum & vltimum principale, videlicet ad re-
1 gulas quasdã. 1 ex quibus, an et quãdo sit bonum argumentum de feudis ad emphyteusin et contrà, colligitur. deinde ad ipsorum concordantias & differentias progredior. Sed ex ordine de arg. à feud. ad emph. et cõtrà. primùm

primùm dicam: verùm cùm harũ regularum bona pars recidat in concordantias & differentias, ibi eas enumerauí.

Primò 2 igitur vna singularis re- 2
gula & infallibilis, posita in xxx. regula iur. feu. Secũda in regula xxxj. Tertia in regula xxxij. Quarta quæ ponitur in x. differentia iuris feudalis & emphyteut. & Quinta in xv. differentia. 3 De hac materia, an & 3
quando sit bonum argumentum de feudo ad emphyteusin, et è cõtrario, vide Spec. de feudis. §. quoniam. vers. iij. & Ioan. Imol. in c. potuit. de locat. vbi tenet quòd sic. per Aluarot. in c. quib. mo. feud. constit. pos. latiùs in c. j. an agnatus vel fil. per Bar. in l. vt inrisiuran. §. si liber. ff de op. liber. & in l. quod dicitur. ff. de verb. obligat. per Bald. in auth. si quas ruinas. C. de sa-

4 crosanct. eccles. Huic 4 adde regulã notabilem, quòd dominus concedendo feudum vasallo, & nihil sibi retinendo in curia, videtur omne incrementum etiam latens concedere, secus si aliquid in curia sibi reseruauit, nam tunc nullum incrementum videtur concedere. casus est secundum istum intell. Petr. de Corne. & Bald. ibi in c.i. §. si quis de mans. si de inuest. fuer. controuer. quod secus est in vsufructu, quia indistinctè solùm incrementum latens ipsius vsufructua. efficitur, & nunquam incrementum non latens. l. item si fund. §. i. ff. de vsufruct. et dictum est sup. in xviij. differ. est autẽ ratio secundum Bald.

5 in d. §. si quis de manso. 5 quia plus iuris habet feudatarius, cùm habeat vtile dominium, quàm vsufructuarius, qui non habet, & ideò Bald. ibi refert,

fert, 6 emphyteutam quoque vtile dominium habere. l. i. ff. si ager vectig. vel emph. petatur. & habetur per gl. in l. si vt certo. §. si duob. ff. cõmodat. & gl. in c. cùm Bertold. de re iudicata. idem igitur erit in eo, quod est in feudatario. Ex quo not. (vti Bald. sentit) vnam regulam, 7 quòd scilicet in his quæ causantur et procedunt respectu vtilis dominij, quod habet ipse vasallus, sit idẽ dicendum de ipso emphyteuta, cùm ille quoque habeat vtile dominium. sit bonum argumentũ de vasallo ad emphyteutam, quando aliquid in eum respectu vtilis dominj statuitur. quæ regula est notabilis & verissima, attamen à nullo tacta. Idẽ crederem in omni casu quo feudum et emphyteusis æquiparantur. 8 quia id quod statuitur in vno casu individuo, per quem fit æquiparatio, locũ in alio

habet. arg. l. si quis seruo. cum gl. fin. C. de fur. coniuncta l. vt tãtum. §. i. ff. de ser. corrup. pone vnum casum exẽ-
9 *pligratia, 9 emphyteus. eccleſiaſt. nõ transit ad hæredes extraneos, in auth. de non alienan. §. emphyteuſim. & habetur in l etiam. ff. ſolut. matr. c. in præſentia. de probationib. ita etiam feudum regulariter. vt in c. i. §. cũ verò Corradus. ſup. de his qui feu. dar. Modò illud quod in emphyteuſi ſta-*
10 *tueretur, 10 vt publicatis bonis emphyteutæ non publicetur emphyteuſis eccleſiæ, ex eo quia non trãſit ad extraneos, quæ eadem omnino prohibẽdi ratio eſt. ita Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dãno infect. dixi. ſup. in xxix. diff. quod ſingulariter menti tenendum eſt. quib. adde quod inf. in x. differentia in fine, dicam.*

SVM

SVMMARIVM CONCORdantiarum Feudi & Emphyteuſis.

1. Feudum regulariter non conſiſtit in rebus mobilib. ita nec emphyteuſis. concord. 1.
2. Inueſtitura in feud. eſt duplex: propria & impropria. propria incipit à traditione, impropria fit per aliquod ſignum, veluti haſtam, annulum.
3. Plenum ius in feud. non acquiritur niſi poſſeſſionis intercedat realis traditio.
4. Dominus ad traditionem cõpelli poteſt, nec liberatur, licet præſtaturum ſe intereſſe promittat.
5. Quidquid hic dicitur de inueſtitura in feudis, idem conuenire videtur in emphyteuſi. concor. 2.
6. Sicut feudum ſine conſenſu domini non poteſt annulari, ita nec emphyteuſis. conc. 3.
7. Vaſallus alienans feudum ſcienter cadit ſuo iure & feudum reuertitur ad dominum, & idem dicitur in emphyteuta. concor. 4.
8. Si verò ignoranter vaſallus vel emphyteuta alienauerit non cadit ſuo iure. quando illa ignorantia eſt facti, quòd ſcilicet ignorauerit rem eſſe emphyteuticam. & num 9.
10. Errans in iure, ſcilicet ſi ſciuit rem eſſe emphyteuticam, ignorauit autem licitum nõ eſſe ſibi alienare, benè priuatur, etiam ſi ſit miles vel ruſticus. &c.
11. Feudum ſimpliciter receptum, nulla hæredis mentione in inueſtitura facta, pro ſe & filijs maſculis intelligitur. Idem quoque dicendum in emphyteuſi. concordant. 5.
12. Quemadmodum filius non ſuccedit in feu-

do, nisi patris hereditatem acceptet, ita filius emphyteuta in emphyteusi nisi paternam acceptet hæreditatem, concor. 6.

13. Dispositio l. rem maioris. ij. C. de rescindenda vend. habet locum tam in emphyteusi quàm in feudis, concord. 7.

FEVDVM ET EMPHYSIS in quibus concordent.

ACcedo *ad secundum membrum septimæ partis scilicet ad feud. et emphyteus. concordan. quarum* 1 *Prima est, feudum regulariter non consistere nisi in reb. immobilib. c. fi. inf. eod. in pecunia autem regulariter nō consistit, de quo latiùs per gl. in vers. in feudatario in c. i. si vasall. ab aliquo fuer. interpell. ita etiā in emphyteusi: quia non datur nisi in re immobili. l. ij. C. de iure emphyteut. & l. i. cum sequ. ff. si ager vectig. vel emphyteut. petat. & in Institu. locat. §. adeò.*

2 *Secunda.* 2 *Duplex inuestitura fit in*

in feudo. propria scilicet & impropria. propria est quæ à possessiōis traditione & tituli inuestitura incipit. Impropria est quæ mediante aliquo signo perficitur, puta, ense, hasta, baculo, annulo in manu ipsius vasalli posito inuestituræ nomine. quo modo principes vtūtur. casus est in c. i. quid sit inuestitura, sicq; omni casu probatur iura tradentis ad hoc capta, esse necessaria, nec enim nuda traditio ad hoc sufficeret, vt in c. i. quib. mo. feud. consti. pos. l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. domi. 3 *Imò ad plenum acquirendi feudi ius, non sufficit, nisi realis possessionis traditio sequatur.* 4 *ad quam traditionē dominus præcisè compellendus est, nec promittens se præstaturum interesse, liberatur. c. si facta. si de feudo fuer. contro. & in c. i. in fin. de no form. fidelit. et not.*

3

4

5 *in c.i.ſi de inueſtitura cõtro.fuer.* 5 *et hoc videtur cum cõtractu emphyteutico conuenire. vt l.fi. C. de iure emp.*

6 *Tertia.* 6 *Sicuti feudum ſine conſenſu domini annulari non poteſt. vt in c.i. de prohib.feud.alienat. per Fridericita quoque nec emphyteuſis l.final.C.de iure emphyt.*

7 *Quarta.* 7 *Iura feudalia quæ volũt alienantem ſuo iure cadere, atq; feudum reuerti ad dominum, habent locum in vaſallo alienante ſcienter, ſe-*

8 *cus* 8 *verò ſi ignoranter. caſus eſt not. in c.i. in fine. de content. inter dominum & empt. feud. & in c. vaſallus feudum. ſi de feud. fuer. contro. habẽt etiam prædicta iura locum in emphyteuta alienante, vt tamen diſtinguatur an ſciens vel ignorans fecerit. ſecundum Bald. in d.c.i. per illũ tex. & in d.c. ſi vaſallus. vbi hoc tenet Iacob. Aluarot. & eſt caſus in d.c. in fine. in*

ver. in omnib. alienatio. ſimilis diſtinctio fit in l. fin. in § fina. de leg. ij. Sed diligentius conſiderandum eſt quod dixi de ignorantia, nam de ignorantia facti intelligendum eſt, 9 *puta,* 9
quia neſciebat rem eſſe emphyteuticam. 10 *Secus autem ſi in iure erraſſet, puta qui benè ſciuerit rem eſſe em-* 10
phyteuticam, ſed an licitum eſſet alienare neſciuerit. quo caſu ſi alienat iure ſuo ritè priuatur. iuxta gl. et Dd. in d.c.j. de content. inter dominum et empt. feud. etiamſi eſſet fœmina vel miles qui ignoraſſet, hoc caſu eſt idẽ ſecũdum Baldum hic. quod in primis eſt notandum. Adde in ruſtico fortè idem obſeruari. arg. eorum quæ dicuntur in l. iuris ignorantiam. C. qui admitti ad bonor. poſſeſ. poſ.

Quinta. 11 *Feudum ſimpliciter re-* 11
ceptum, pro ſe & filijs ſuis maſculis

intelligitur, licet in inuestitura de nullo hærede facta sit mētio. tex. est in c. i. de duob. fra. à cap. inuestit. et est gl. nota. in c. i. quib. mo. feu. constit. pos. et dixi sup. in cōcord. iuris ciuilis et feu. Idem etiam in emphyteusi, secundum Bald. in d. c. i. quod tene menti perpetuo, dicendum est. & illud quoq; regulariter de iure communi obtinet. l. si pactum ff. de probation. et præsumpt.

12 Sexta 12 Sicut filius regulariter non potest succedere in feudo, nisi patris hæreditatē acceptet. tex. est in c. i. et ibi Aluar. inf. an agnat. vel filius. ita etiā filius emphyteuta, in emphyteusi nō succedit, nisi patris hæreditatem acceptet. auth. de nō aliena. §. emphyteus. Quemadmodū dicit etiā Bal. in l. vt iusiurand. §. si liber. ff. de oper. liber. de quo etiā per Bar. & Bald. in auth. si quis ruinas. C. de sacros. eccles. &

& Aluar. in d. c. i. vers. quæro cum gl.

Septima. 13 Iuxta Specul. in titul. 13
de empt. & vend. §. nunc dicendum. vers. quid de concessione, neq; in feudo neque in emphyteusi dispositio l. ij. C. de rescindenda vend. locum habet. Sunt tamen qui dicāt in hoc feudum ab emphyteusi discordare, cùm d. l. ij. non habeat in feudo locum, & est casus singularis iunctā glos. in c. ad nostram. de reb. eccles. non alien. & secundum Ludou. Ro. in l. si quis cùm aliter. ff. de verb. oblig. verùm secus dixi. sup. in xj. iuris ciuil. et feuda. differentia. erit igitur, vt ibi, dicēdum. in emphyteusi tamen habet benè locū vt in d. c. ad nostrā arg. de feu. ad emphyteus. ita etiam tenet Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua. ver. ix. & ista ratione fuit sibi ipsi contrarius in eo, quod dixit in tit. de emp. & vend. sic

quoque

quoque tenet Castrens. in d.l.ij.in antepenul.col.vers. est dubiū de contractu emphyteut. & Ro.in d.l.si quis cū aliter.in viij.col.in princip.

SVMMARIVM DIFFERENTIARVM iuris feudalis & emphyteutici.

1. Contractus feudalis est de iure consuetudinario, sed contractus emphy. est secundum communem opinionem de iure ciuili. Differentia 1.
2. Feudum datur communiter gratis & liberè ob reuerentiam, quantum ad pecuniæ præstationem: emphyteusis autem ad certam pecuniæ præstationem & pensionem datur. Dif.2.
3. Vasallus cum intrat obligat se ad multa quæ narrantur, Emphyteuta secus. Dif.3.
4. Vasallus tenetur ad homagium & fidelitatē, emphyteuta ad mercedis solutionē tenetur. Dif.4.
5. Emphyteuta non soluens triennio laico, suo iure cadit. vasallus verò non, si ex feudo debeat aliquid solui. Dif.5.
6. Vasallus si quid debet, poterit se offerre quando est necesse, immò si decennio seruitia domino non offerret feudo non priuatur, sed à domino potest interpellari.
7. Emphyteusis est rigorosior quàm feudum.
8. Nulla causa iustior perdendi feudi, quàm si non seruetur causa propter quam datum est, quamdiu hoc procedat.
9. Inuestitura feudalis per specialem procuratorem fieri potest, & per consequens missio in feudi possess. sed in emphyteusi minimè. Dif.6.
10. Feudum paternum vel antiquum, si vasallus irrequisito domino alienet, vel etiam prohibente, feudum tam iure nouo quàm veteri, ad agnatos domino excluso, reuertitur. res emphyteut. autem sic alienata cæteris exclusis reuertitur ad dominū. Dif.7.
11. Feudatarius donare feudum indistinctè nequit, emphyteuta potest rem emphyteuticam alienare, fisco ratione pensionis salua. Dif.8.
12. Emphyteuta potest oppignorare rē emphyteuticam, vasallus autem feudū non potest. Dif.9.
13. Vasallus quando in dominum delinquit, feudo priuatur cum descendentibus in infinitum, & collaterales agnati ad quartum gradum, & hoc est contra ius ciuile, non ergo trahendum ad emphyteusim. Dif.10.
14. Argumentum à feud. ad emphyteus. negatiue, cùm in feudis aliquid disponitur contra ius ciuile, non procedit.
15. Multis in causis vasallus feudum amittit, in quibus omnibus emphyteuta non amittit. Dif.11.
16. Vasallus, si statim post alienationem feudum recuperet, non perdit (hodie secus) Emphyteuta si emphyteusim intra duos mensses recuperet, non perdit. Dif.12.
17. Emphyteuta in suo testamento de iure emphyteu. disponere potest, vasallus aūt non. Dif.13.
18. Fœmina in feudo non succedit nisi in inuestitura dictum sit, & à domino redemit precio vel gratiis in emphyteusi vel libello succedūt indistinctè. Dif.14.
19. Emphyteuticaret in dotem dari potest, feudum

dum verò minimè. Dif.15.

20. Mutus, surdus, cęcus, & aliter imperfectus nō succedunt in feudis & maximè nouis, secus in emphyteusi. Dif.16.

21. Vbicunque statuitur aliquid in feudis propter seruitia, quæ ipse vasallus præstat, tunc non habet locum in emphyteusi, in qua illud seruitiū non præstatur.

IVRIS FEVDALIS ET EMphyteutici differentiæ.

SVccedit nunc tertium et vltimum membrum septimæ partis principalis, quo iuris feudalis & emphyteutici differentiæ exponuntur. & harū

1 *Prima 1 est, Contractus feud. esse de iure consuetudinario, in tit. de ijs qui feud. dare pos. contractum verò emphyteuticum esse de iure ciuili. not. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.*

2 *Secunda. 2 Feudum communiter gratis et liberè ob reuerentiā, quantum ad pecuniæ præstationē, datur. vt in c.i. in fine. de feud. dat. in vicem leg. commis. et in c.i. in prin. quib. mo. feud.*

feud amitt. et in c.i. de noua for. fidel. In emphyteusi verò plerunque certa præstatio vel pensio pecuniæ vel alterius quantitatis ponderalis vel mensuralis interuenit. vt in l.ij. C. de iure emph. & in c. potuit. de locat. cum simil. Ita tenet Specul. in vers. de locat. §. nunc aliqua vers. quæritur in fine.

Tertia. 3 Vasallus cùm intrat, obligat se ad multa, quæ narrantur c.i. de for. fidel. et in c.i. de noua for. fidel. in emphyteusi autem secus. 3.

Quarta. 4 Vasallus tenetur ad homagium & fidelitatem. vt in d.c. de for. fid. & in d. c.i. de no. for. fid. emphyteuta verò tantū ad mercedis solutionem tenetur. Instit. locat. §. adeò. & l. ij. cum seq. ff. si ager vectig. vel emphyteuti. pet. & in l. ij. C. de iure emphyteutico. 4

Quinta. 5. Emphyteuta iure suo 5

cadit

cadit, si per triennium laico nō soluit. d. l. ij. vel per biennium, circa d. c. potuit. verum vasallus nō soluens, si ex feudo debet aliquid solui, vt quia est conditionatum vt aliquid soluatur, iure suo non cadit. ita Speculat. in d. ver. de locat. §. nūc aliqua ver. lxxxv.

6 sufficit 6 etiā vasallo offerre si quando est necesse & vtile. vt in d. c. i. de for. fidelit. Immò si staret per decennium et vltrà, non offerendo seruitia domino, non per hoc iure suo priuaretur. debet enim à domino interpellari si fortasse sit pecunia præstanda omni anno. licet non debeat expectare vt à domino interpelletur. arg. l. magnam. C. de contrah. & commit. stipulat. & d. l. ij. C. de iure emphyt. tamen si non solueret, priuandus non esset feudo. Nec obstat d. l. ij. quia lo-

7 quitur in emphyteusi, 7 quæ est rigorosa.

rosa. hinc est quòd locum in feudo nō habeat. ex quo non reperitur expressum, per ea quæ sup. in xxx. reg. iur. ciuil. et feudal. dixi singulariter, vbi vide. & quæ inf. in xi. dif. dicam. Sed in contrarium, quòd priuetur facit. c. j. §. sed non alia. inf. quæ fuit pri. ca. benef. amitt. 8 vbi dicitur nullam perdendi feudi iustiorem esse causam, quàm illud nō seruare, propter quod est datum. hoc tamen nihil facit cùm ibi loquatur, quando ex illa causa tantùm datur, secus si promittatur fidelitas, et vltra hoc pensio: quia tunc nō datur propter pensionem, sed est tanquam causa impulsiua, ita notabiliter Card. Zabarell. in d. c. potuit. de loca. dixit. et ita se dic. sæpe cōsuluisse. ego quoq; sæpe interrogatus idem respondi, cùm in practica viderem obseruari. Sic intellige quod Hostiens. in Sum- 8

ma. de feudis. §. quibus. in verſ. quid ſi opus notauit. & vide gloſ. notabilē. in c. conſtitutus. de relig. dom. cū ibi not.

9 Sexta. 9 Inueſtitura feudalis per procuratorem ſpecialem fieri poteſt, & per cōſequens ipſius rei in feudum datæ miſsio in poſſeſsionē. c. j. §. final. per quos fiat inueſtitur. quod in emphyteuſi perpetua fieri nequit, in qua debet ſolus dominus non per procuratorem in poſſeſsionem mitti. caſus eſt notabil. in l. final. C. de iure emphy.

10 Septima. 10 Si vaſallus feudū antiquum vel paternum, irrequiſito domino vel prohibente, alienet, feudum ad agnatos, excluſo domino, tam de iure veteri, quā nouo, reuertitur. vti plenè per gl. & Iaco. de Beluiſ. et Dd. in c. j. §. hoc quoq;. de ſucceſ. feud. Res autē emphyteutica taliter alienata, excluſis alijs, ad dominū reuertitur. l. fin.

l fin. C. de iure emphy. Sed quātum ad primum, de feudo ſcilicet, multi dicūt cōtrarium, & ego cum iſtis, videlicet feudū antiquū alienatū, excluſis agnatis, ad dominū pertrāſire. & ſecūdū hāc opinionē concordat cū emphy.

Octaua. 11 Feudatarius feudum indiſtinctè donare non poteſt. §. donare. inf. qualiter olim feud. alie. pot. emphy. verò, qui tenet rem in emphyteuſim etiā à fiſco, poteſt rem alienare, ſalua fiſco penſionis ratione. l. j. C. de reb. pat. lib. x. ita dicit gl. in d. §. donare. quam Bald. videtur ibi ſequi. et in c. j. §. denique. quæ fuerit prima cauſa benef. amittend. ita tenet gloſ. in l. fin. C. de iur. emphy. communiterq; ita ſeruatur, licet Bald. ibi contrarium videatur tenere. de quo vide Bald. Angel. Raph. Imol. in l. ſi domus. §. final. ff. de leg. i. & etiam Baldum 11

& Salic. in d.l.fi.C.de iure emph.

12 Nona. 12 Emphyteuta rem emphy. pignori dare potest. l.fi. C. de iur. emph. & in Inst. locat. §. adeò. et l. tutor. §. fin. cum l. seq. ff. de pignor. vasallus autem nō potest. vt c.i. de prohib. feud. alie. per Frider.

13 Decima. 13 Vasallus delinquens in dominū priuatur feudo & descendentes in infinitū. Collaterales agnati vsque ad quartum gradum, & vlteriores admittuntur. tex. est & ibi Bald. in c.i. si vasall. feudo priuet. cui deferat. & in c. si vasallus culpa. si de feud. fuer. contr. & dixi in vj. differ. iuris communis & feudal. & hæc distinctio confundit successorij ordinē, cùm successio ista à posteriori, quod est singulare, incipiat, & cùm sit contra iuris ciuilis regulas, nō idcirco ad emphyteusim trahēdum. l. quod verò. ff. de

ff. de ll. Ita dicit Bal. in d.c.i. si vasall. feud. priuet. & c. Ex quo notanda regula argumentabilis 14 de feudo ad 14
emphyteusim negatiuè, quòd vbicunque aliquid disponitur in feudo quod sit contra ius ciuile, id nunquam esse trahendum ad emphyteusin, nisi in iure expressum reperiatur. facit quod dixi sup. in v. differ. vbi vide, & quod singulariter in v. parte princip. xxxi. rez. adnotaui.

Vndecima. 15 In plurimis causis 15
vasallus amittit feudum. de quib. in toto titu. Quib. mod. feud. amit. & in c.1. hic potest esse tit. quib. mod. & etiam in c.i. per totum. quæ fuit prim. ca. benef. amit. in quibus omnib. emphyteuta non amittit.

Duodecima. 16 Si vasallus feudum 16
alienauerit licet statim recuperauerit, penes eū remanet. c.j. Quid iuris,

si post alien. feu. vas. id recup. et ibi gl. in fine. Hodie verò secus est cùm statim post alienationem sit domino acquisitum. c. j. §. hoc quoque. de succes. feud. & ibi Iacob. Aluar. licet teneat contrarium, & malè. in c. j. quid iuris si post alien. &c. & nisi remisisset de cõsensu domini. Secus in emphyt. si infra duos mẽses recuperat. c. potuit. de locat. et ibi Dd. et Io. Andr. in Nouel. & Bald. in conclusionib. feud. in titu. de prohib. feud. alien. per Friderictũ.

Decimatertia. 17 *Emphyteuta in* 17
suo testamento de iure emphyteutico disponere potest. l. in conuentionalib. ff. de verb. obl. Sed vasallus de suo feudo nihil. vt in c. j. de succes. feud. quod etiã tuetur Alu. in c. j. in iij. colũ. an agnatus vel filius. dixi quoq; in decimaseptima iuris ciuilis regul. sup.

Decimaquarta. 18 *Fœmina nõ suc-* 18
cedit in feudum, nisi in inuestitura sit dictum. c. j. §. hoc autem notãdum est. de ijs qui feud. da. pos. & in c. j. §. filia. de succes. feud. vel nisi à domino precio vel gratia redemit. vt in c. j. quemadmodũ feud. ad fil. pert. Sed in emphyteusi vel libello, indistinctè succedunt. c ij. & ibi Bald. si de feud. fuer. controu. & in auth. de non alienan. §. emphyteusin. immò hæredes etiam extranei succedunt. l. ij. C. de iure emphyt. & in l. viam veritatis. C. loca. & melius in l. etiam. ff. solut. matrimo. & in c. in præsentia. de probationibus.

Decimaquinta. 19 *Res emphyteu-* 19
tica licet in dotem dari possit, feudũ tamen minimè potest. Spec. in titu. de loc. in §. nunc aliqua. vers. ccxcij. et in c. j. §. donare. qual. olim feud. alie. &c.

Decimasexta. 20 *Mutus, surdus, et* 20
aliter

aliter imperfectus, regulariter in feudo, & maximè nouo, non succedunt, quia domino seruire non possunt. vt in c. i. an mutus vel aliter imperfectus. in emphyteusi autem succedunt benè. Quia nō tantùm ad seruitia domino tenetur. de quo per Ludou. Ro. in singulari clxxviij. quod incipit: hodie fœmina. sed ad quendam censum, puta pecuniarum, vel frumenti, vel par caponum, vel aliquid simile. Ita Bald. in titulo de pace Constantiæ. in xxvj. col. vers. & adde Spec. dicentē, (vbi tamen in hoc dicit Bald. contra Spec.) quòd sit differentia inter feudum & emphyteusim. licet ipse Spec. dixerit contrarium, scilicet non esse differentiam in effectu, sed in nomine. sic ergo dic vt ibi, quia Bald. videtur dicere melius. Hinc 21 *nota mā regulam argumentabilem de feudo ad*

ad emphyteusim, Quod vbicunque in feudis statuitur aliquid propter seruitia, quæ ipse vasallus præstat, puta quando in seruitio est industria personæ electa, vel quid simile, tunc illud nō habere locū in emphyteusi, in qua illud seruitium non præstatur. quod benè obserua, & adiunge suprà dicta in principio huius septimæ partis in prima reg. de alijs differentijs. vide Iacob. Aluar. in prælud. feud. vlt. quæst. & Bald. in l. j. C. de iur. emphyt. et per Dd. in c. potuit. de locat.

Finis Repetitionis.

PRACTICAE OBSERVATIONES FEVDORVM, PARTIM IN AMPLISSIMO IMPERIALIS Cameræ Iudicio, & in alijs collectæ & obseruatæ.

SVMMARIVM.

1. Vasallus, siue concedens sciuerit siue ignorauerit rem concessam alienam, quæ cùm à proprietario est euicta, ad cõcedentem regressum habet.
2. Vasallus si sciat rem concessam alienam, hæc vbi fuerit euicta, ad concedentem regressum non habet.
3. Vasallus ignorans rem alienam regressum habet.

Feudum reialienæ. I.

SI aliquis cõcedit alicui rem aliquam in feudum, quæ alterius est, tunc non consideratur, 1 *an talis concedens sciuerit rem esse alienam, vel non, quo ad hoc vt si talis res fuerit euicta à vasallo, cui*

cui cõcessit, per verum proprietarium, quòd ipse possit habere regressum cõtra concedentem, vel non: 2 *sed consideratur, an ille, cui talis res concessa est in feudum, sciuerit, vel ignorauerit eam esse alienam. Nam si sciuit, et res ab eo per verum proprietarium fuerit euicta, tunc non habet regressum contra concedentẽ:* 3 *si verò ignorauit eam esse alienam, tũc habet regressum contra concedentem, qui tenebitur sibi aliud in simili valore concedere: text. est, & ibi Doct. in c. j. de inuestit. de re alie. fac. & in c. j. si vasal. de feud interpel. sue. in vsi. feud.*

SVMMARIVM.

1. Feudum Cameræ vel cauenæ quid? & in quib. consistat.
2. Feudum Cameræ non datur nisi ex camera soluatur.
3. Euacuata Camera vel cauena, expectandum donec ex ea solui possit, & quando possit.
4. Casus pulcher de feudo Cameræ.

5. Perdito

5. Perdito loco, ex quo reditus dandus, cessat feudi præstatio.

Feudum camerę, seu cauenę. II.

1 FEudum camerę, vel cauenę, dicitur reditus, quem quis de camera, vel cauena alicuius cõmunis, recipit tantũ annuatim. Vnde si aliquis princeps mihi concedit, vt annuatim ex eius camera, vel cauena habeam, vel recipiam reditus l. aureorum, xxx. corbes frumenti, vel xxx. plaustra vini, hoc dicitur feudum camerę, seu cauenę, c. ij de feudi cog. ita declarat Iacob. de Alua. in proœmio, seu prælu-
2 dio feudorum, diuisione xvij. 2 Et notandum est, quòd tale feudum non debet dari, nisi cùm sit in camera, vel cauena tali, vnde solui debebat tan-
3 tùm, quod præstari poterat: 3 vel si ita euacuata est camera, vel cauena, sine culpa promissoris, expectandum est,

est, donec iterũ de camera, vel cauena, possit solui. Dominus feudi autem dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. Ita est tex. in c. j. de not. feud. 4 Et hæc quæstio fuit practicata inter illustriss. principem Ludouicum comitem Palatinum Rheni, ducem Bauariæ, imperij electorem, & quendam nobilem Theodoricum Roder de Rodeck, cui à palatinatu in feudum fuerãt concessi reditus xxv. aureorum, percipiendi super et de bonis, fructibus, seu reditib. districtus & dominij Mortenaw / seu Ortenaw / quod dominium comes palatinus cum omnibus bonis, prouẽtibus, fructibus, et vtilitatibus sua culpa amiserat. Vnde videbatur dicendum, quòd non teneatur, quia in literis feudalibus dicebatur, quòd de & super reditib. seu prouentib. in Ortenaw singulis 4

singulis annis haberet xxv. in feudū. Et sic illa verba denotant locum, ex quo percipi & solui debeant, & sunt
§ *adiecta causa taxationis.* 5 *Ergo tantùm de dicto loco fieri debet solutio: quo perdito, cessat feudi præstatio. Secus autem, vbi locus esset adiectus causa solutionis tantùm, quod non erat factum: ita latè habetur in locis superiùs allegat. & maximè per Bald. Andr. de Iser. Præpos. & Alex. in c. j. de not. feud. qui hoc ita declarant. Vnde pares curiæ, vasalli dicti illustrissimi domini comitis Palatini desuper congregati, cùm super hac quæstione coram ipsis lis vētilaretur, senserunt pro parte illustrissimi comitis Palatini, licet super ea nulla lata fuit sententia: quia causa inter partes fuit aliàs amicabiliter concordata.*

SVM-

SVMMARIVM.

1. Frater, empto communibus bonis feudo, & domino sciente fratribus simul stantibus succedit ementi fratri sine filijs decedenti.
2. Item quando frater vtriusque nomine emit, licet non communibus bonis.
3. Filia an in empto feudo succedat, sicut masculus. & numero 5.
4. Qui soluit, non recipit beneficium.
6. Diuesticus de feudo empto nō perdit preciū.

Feudum emptum. III.

SI frater de nouo emit feudum à domino, & decedit sine filijs, frater suus sibi non succedit, 1 *nisi feudum* 1
de communib. bonis fuerit emptum, & domino sciente, fratribus stantibus simul: quia tria tunc copulatiuè requiruntur: 2 *vel si feudum non est* 2
emptum de communibus bonis, sed frater emit nomine vtriusque de sua propria pecunia, & fratres stent domino sciente, &c. c. j. de benefi. frat. 3 *Item filia non succedit etiam* 3

in feudo empto à domino: quia seruire non potest, prout refert Io. de monte Fer. iuris doctor, in scriptis & notatis suis super tit. qui feud. da. pos. voluisse Andr. de Iser. & quosdam alios. Odofredus verò, prout refert Bald. in c. & quia. in iij. & vlt. col. in d. tit. qui feud. da. pos. voluit, quòd in feudo empto à domino, succedit filia, sicut masculus: 4 *quia nullum beneficium recipit à domino, qui tantundem soluit. idem voluit Io. de monte Ferra. ibi, & Bald. in l. si qua. C. de oper. liber. & Alex. in l. vtrùm. ff. de verb.* 5 *oblig. Et dicit Bald. ibi,* 5 *quòd hoc verum est, quando tunc feudum datum & concessum est ad nullum seruitiũ: aliâs secus, si datum est ad seruitium præstandum: idem voluit Roma. in* 6 *cons. suo. cccl xvij. in vlt. col.* 6 *Item eo casu, quo vasallus amittit feudum, et diuesti-*

uestitur per dominum, non tamen perdit precium, quod pro dicto feudo exbursauit: ita est tex. glos. & Doct. maximè Iac. de Aluar. in c. j. de natura feudi.

SVMMARIVM.

1. Filia dicens prædium allodiale est in possessionem mittenda, licet feudale esse dubitetur.

Feudum non præsumitur. IIII.

DEfuncto vasallo filia prædium dicit esse allodiale, vt in eo defuncto succedat: agnati, seu alij verò, aut dominus, dicit ipsum feudale: 1 *filia interim in possessionẽ prædij est mittenda, & tuenda, donec de eo iudicetur, an sit feudale, vel allodiale: c. j. §. inter filiam. & §. defuncto. si controuers. sit de feud. inter dom. & agnat. vasal. in vsibus feud.*

SVMMARIVM.

1. Culpa seu alienatio patris an noceat filijs in feudo nouo. Item an agnatis.
2. Alienatio in feudo antiquo filijs & agnatis nõ nocet.
3. Alienato feudo antiquo non legitimè, si quid ex patris hæreditate ad filium peruenit, agnati filijs in reuocando præferuntur.
4. Agnati non consentientes in alienationẽ feudi antiqui ius reuocandi habent.
5. Alienatio facta domino nõ consentiente quis reuocet & quando.
6. Reuocans quid restituet emptori.
7. Agnatus vasallo alienanti consentiens, suo filio non præiudicat, quin possit reuocare, fallit, vt numero 8.
9. Quando patris culpa noceat filio in succedẽdo in feudo.
10. Inter agnatos successores in feudo, quomodo & quando alienatio fieri possit, ne reuocetur.
11. Triginta anni ad reuocandam alienationem regulariter dantur.
12. Proximior vel cui præiudicat alienatio tacẽs per annum, ex quo sciuit factam alienationem, vel alioquin consentiens alienationi in gradu remotiorem, vlterius non auditur.
13. Domino consentiente vasallus in remotioré gradu potest alienare, vel si plures sint, poterit in vnum ex affectione vt reuocari non possit.

Feudi alienatio, & reuocatio. V.

Culpa,

CVlpa, 1 *seu alienatio patris in feudo nouo, regulariter nocet filijs & agnatis, nisi esset feudum concessum patri cum clausula, Et filijs suis: tunc enim filijs non nocet.* 2 *In feudo autem antiquo, etiamsi fiat alienatio legitimè cum consensu domini, non nocet filijs, neque agnatis: imò in reuocando præferuntur filij omnibus agnatis.* 3 *Si autem facta est alienatio de feudo antiquo non legitimè, & ex hæreditate patris aliquid ad filium peruenit, vel peruenire potuit, tunc reuocare non potest: imò agnati tunc præferuntur filijs: aliàs autem reuocant filij, et tunc agnati in reuocando non præferuntur.* 4 *Et quando ita fit alienatio feudi antiqui, tunc agnati non consentientes habent ius reuocandi.* 5 *Et quãdo alienatio non fit domino consen-*

tiente, tunc per filios, vel agnatos ſta tim, etiam in vita alienantis, poteſt reuocatio fieri. Si autem fit alienatio legitimè, per filios reuocatur ſtatim, etiam in vita alienantis: ſed per agna tos demum poſt mortem alienantis.

6 *Et filius reuocans reſtituat precium, deductis tunc fructibus & vtilitatibus ex fundo perceptis per filium ab eo cui facta eſt alienatio. Agnatus autem iſto caſu precium nō tenetur reſtituere emptori, ſed et ipſe emptor fructus interim perceptos, ſuos facit.* 7 *Item agnatus cōſentiens vaſſallo alienanti, non præiudicat filio ſuo, quin reuocare poſſit alienationē: quia tunc non dicitur facere cōtra factum patris, qui ruditer conſentit.* 8 *Sed ſi pater etiam obligaſſet, tunc filius non reuocat: quia veniret cōtra factum patris.* 9 *Item culpa patris no cet*

cet filio, ſuccedendo in feudo, ſi filius contrahit culpam patris poſt mortem aui, vt quia auus moritur ante mortem patris: ſecus, ſi contraheret culpam patris, viuo auo: vt ſi pater moritur adhuc viuo auo, tunc filio non nocet culpa patris in ſucceſſione feudi.

10 *Item inter agnatos ſucceſſores in feudo, poteſt fieri alienatio, etiam domino non conſentiente, quantum ad hoc, vt non dicatur fieri præiudiciū domino, quia dominus ex hoc non dicitur contemni. Tamen ſi plures eſſēt agnati, et fieret alienatio vni in præiudicium aliorum, vel vni in gradu remotiori in præiudicium aliorū proximiorum, tūc tales, in quorum præiudicium fit, poſſūt reuocare alienationem.* 11 *Et licet aliàs regulariter filio ſtatim poſt alienationem factam, & agnatis poſt mortem alienātis demum,*

mum, dentur triginta anni ad reuocandum alienationem factam in ex-

12 *traneum,* 12 *tamen quando vasallus alienat feudum in agnatum remotiorẽ, in gradu proximiore agnato, ad quem primò feudum erat recasurũ, excluso, vel in præiudicium alterius, ad quem feudum etiam succedendo spectabat, et talis, in cuius præiudicium fit alienatio, consentit alienationi, vel à tempore, quo sciuit alienationem factam, tacuit per annum, tunc vlteriùs ad reuocãdum non auditur: quia per hoc videtur tacitè*

13 *consentire in alienationem.* 13 *Tamen, secundum aliquos, domino consentiente, potest vasallus feudum suum in agnatum remotiorem in gradu, excluſis proximioribus, transferre: vel, cùm habet plures successores in feudo, potest cum consensu domini*

mini in vnum ex affectione tale feudum transferre, adeò quòd talem alienationem proximiores reuocare nõ possint. Et hoc fuit practicatum inter illustrissimum principem Philippum comitem Palatinum, imperij electorem, & Alexandrum ducem Bauariæ. Ita voluit text. glos. Bald. Iacob. de Aluar. & alij Doctor. quæ fuit pri. caus. benefi. amitt. Bald. in c. j. de succes. feud. text. glos. & Aluar. in §. Titius. si de feud. fue. controuer. tex. & Aluar. in c. j. de ali. feud. pater. ita de vltimo dicto voluit Bal. cons. suo cccxcvij. incip. quòd cõsentiente. in j. parte consil. suorum.

SVMMARIVM.

1. Fratres duo inuestiti de beneficio alter alterius sine hærede mortui portionem non accipit.
2. Tenor inuestituræ in successione obseruandus.
3. Hæredibus quisque prospexisse videtur.

Feudum conceditur duob. fratribus. VI.

1 SI duo 1 *fratres de nouo sunt inuestiti de beneficio non paterno, seu antiquo, tunc vno sine hærede mortuo, ad alterum non pertinet eius beneficij portio, nisi inuestitura fuerit*
2 *eo pacto facta:* 2 *& si ita sunt inuestiti, vt quandiu ipsi, seu eorum hæredes masculi viuerēt, & masculis deficientibus fœminæ si supereſſent, feudum haberent, tūc si vnus ex fratribus decedit, relicta tātùm filia, tunc*
3 *eius portio filiæ acquiritur.* 3 *Vnusquisque enim sibi suisq; hæredibus videtur prospexisse. Ita est tex. in c. j. de frat. de no. benef. inuesti. et in c. de duobus fratrib. à capit. inuesti. in vsibus feud.*

De feudo inuestitur procurator. VII.

Iuramen-

Vramentum fidelitatis præstari potest per procuratorem: tex. est, & ibi Doct. maximè Iacob. Alua. in c. j. §. sed vtrùm. in ti. per quos fiat inuestit. et Iac. Alua. in c. omnes. si de feu. fuer. controuer. in vsib. feu. licet Bald. in l. i. ff. de rer. diuis. videatur tenere contrarium, in quæst. lvj.

SVMMARIVM.

1. Emens bona fide feudum sine cōsensu domini, non potest cogere venditorem vasallum ad traditionem, sed agit contra eum ad restitutionem precij & ad interesse.
2. Quare emptor agat contra vasallum vendentem, cùm contractus sit nullus.
3. Emptori datur actio personalis ad interesse.

Feudi emptor agit. VIII.

1 *ILle,* 1 *qui emit bona fide feudum à vasallo, ad quam vēditionem dominus feudi nullum dedit consensum, si petit à vasallo vēditore traditionem eiusdem feudi, ad quam vasallus præ-*

cisè non tenetur, ſed agitur contra venditorem ad recuperationem precij dati, vel ad intereſſe: non obſtat, ſi vaſallus dicat, quòd contractus ſit
2 *nullus, 2 quia non poterat vendere feudum, & igitur ei emptori non debeat oriri actio ad intereſſe, etc. quia hoc eſt verum, quantum ad translationem rei, ſed quantum ad præiudicium ipſius vendentis vaſalli, cenſetur contractus aliquis, vt ipſi emptori bonæ fidei naſcatur*
3 *actio perſonalis ex empto cõtra ipſum venditorem, quo ad intereſſe, arg. l. empti actio. C. de euict. ita voluit Iaco. de Alua. in c. j. de prohi. feud. alie. per Frid. in fi. iiij. col. in vſib. feud.*

SVMMARIVM.

1. Agnatis vaſalli, ſi feudum ad dominum reuerſum ſit, fit iniuria ſi extraneo concedatur.
2. Quod anteceſſores mei habuerũt, ego id quoque habere debere videor.
3. Feudum reuerſum ad dominum, faciliùs filiabus, quàm extraneo concedendum.

Emphy-

4. Emphyteuſis ad certam generationem data, ea finita, potiùs ijs qui ſunt agnati concedenda.

Feudum fœminabus conceditur. IX.

SI feudum reuerſum fuerit, 1 *videtur quodã modo dominus agnatis vaſalli facere iniuriam, ſi eis nõ concedit, dato quòd eis concedere nõ teneatur, quia de iure fuit ad dominum reuerſum:* 2 *quia quoties, cæteris paribus, non cõceditur mihi illud, quod anteceſſores mei habuerunt, licet de iure non pertineat ad me, neque dominus illud mihi conferre teneatur, tamen mihi iniuria fit, ſi non concedatur, cũ aliâs alijs eſſet concedendũ.* 3 *Vnde feudũ reuerſum ad dominũ, faciliùs eſt concedendum filiab. illius genealogiæ, in qua ſũt, quã extraneæ agnationi: et ſi non fit, videtur eis iniuria inferri.* 4 *Vnde ſi aliquis alicui*

vſque

Vsque in tertiam generationem concesserit emphyteusin, finita illa generatione potiùs illis de eadem agnatione est cōcedendum, quàm extraneis, l.i.§.permittitur. & ibi glos. & Bart. ff.de aqua quot. & æsti. gl.in c. bonæ memoriæ.el ij.in gl.fi. & ibi Abb. de postul.prælat.Corse. in repertorio suo in verb. iniuria.

SVMMARIVM.

1. Dominus abusiuè inuestiens si promisit vasallo effectiuam possessionē, quid præstare debeat.
2. Donator & venditor si rem habent, erit tradenda: sin minus, interesse præstabunt.
3. Vasallus vendens rem feudi, non tenetur ad traditionem, si nesciat dominus, idem in alienare prohibito.
4. Vasallus vendens sciente domino, tenetur ad rei traditionem.

Tradere an quis teneatur? X.

1 *FActa à domino* 1 *abusiua inuestitura de feudo, promittendo vasallo, qui fidelitatis iuramentum præstitit,*

tit, realem et effectiuam possessionē, cogitur dominus vasallum mittere in possessionem, nec liberatur præstando interesse. Vt autem præcisè non cogatur, cautela est, quòd dominus vendat et tradat alteri. 2 *Idem est in* 2
donatore, & , secundum communiorē opinionem, in venditore, si habet facultatem tradendi: aliâs autem tenetur, sed liberatur præstando interesse: & ista procedunt in vēditore proprietario: 3 *secus autem est in vasallo* 3
vendente feudum sine consensu domini, quia non tenetur tradere possessionem præcisè, quia non potest de iure, sed tenetur emptori ad interesse. Et idem est in quolibet vendente, cui prohibita est alienatio. Secus 4 *autem est, si vasallus vendat sciente domino: quia emptor tūc succedit in feudo ex persona domini, & tradere* 4

præcisè

præcisè tenetur vaſallus. Ita voluit Bald. Præpoſ. Alexan. Iac. de Alua. in c. ſi facta. ſi de feu. fuer. contro. in vſib. feud. aliàs incipit tit. ſi de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. vaſal. habetur in l. i. ff. de act. empt. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1. Feudum ſibi ſuiſq; acquiſitum, quemadmodũ & antiquũ & paternũ, nõ eſt conferendũ. & nu. 1.

Feudum an conferatur? XI.

FEudum acquiſitũ per patrẽ filio in vita ipſius patris, adeò quòd filius viuo patre incepit illud habere, venit conferendũ. 1 *Sed ſi pater quæſiuiſſet ſibi & ſuis, vnde incepit eſſe filiorum poſt mortẽ patris, nõ eſt conferẽdum. Multo minùs eſt conferendũ feudum antiquũ, vel paternũ.* 2 *Et idẽ dicẽdũ eſt in emphyteuſi. Ita voluit Bart. in l. j. §. nec caſtrẽſe. in ij. col. ff. de col. bon.*

SVM-

SVMMARIVM.

1. Qui remittit petitionem hereditatis, feudi petitionem & emphyteuſeos minimè remittit.
2. Feuda non petuntur tanquam bona ex hæreditate paterna.

Feudum an ſuper hæreditate comprehendatur? XII.

SI frater facit fratri quietationem, ſeu liberationem 1 *generalem de omni eo, quod poſsit petere de hæreditate paterna, per hoc non impeditur petere feuda, ſicuti nec bona emphyteutica:* 2 *quia non petuntur, tanquam ex hæreditate paterna, nec hæreditaria ſunt: ita dicit Bartol. in l. item veniunt. §. fin. ff. de petit. hæred. & dicit ibi Dyn. in conſ. ſuis ſe ita conſuluiſſe: idem voluit Bald. & Angel. ibi, vide Ioan. Andr. in addi. ad Speculat. tit. de feud. §. quoniam. Bald. in authent. ſi quis ruinas. C. de ſacroſan. eccleſ. vide Alber. in l. tres fratres.*

fratres.ff.de pact. qui refert formaliter pulchrum consilium Dyn. quod vide omni modo: ita etiam tenet & refert do.Iason in l. iij. C. de iure emphyt.in vsib.feud.fol.ccxvi.

SVMMARIVM.

1. Feudum acquisitum ære patris filio, viuo patre, computatur in legitimam.
2. Feudum antiquum & paternum non computatur in legitimam.

Feudum an in quartam computetur? XIII.

Vtrùm bona feudalia in legitimã computentur? est magna altercatio Doctorũ: & videtur secundum opinionem Guil.de Cun.Bal.Alex.et communiter Doctor. quòd feudum
2 *1 acquisitũ facto, seu pecunia patris filio, viuo patre, vel quod filius post mortem eius habeat, computetur in*
2 *legitimam: 2 secus, si esset feudum anti-*

quum, vel auitũ: ita voluit Bald. in l. omnino.§. imputari. C.de inoffic. testã. Doct. in l. si patroni. vbi Alex opiniones omnium aliorum Doct.circa hoc refert in ij.col.ff.ad Trebel.

SVMMARIVM.

1. Si filius est hæres feudum venit petitione hæred.
2. Secus si agnatus, nisi agatur aduersus habentẽ ius in re.

Feudum an veniat in petitione hæreditatis? XIIII.

IN petitiõe hæreditatis, quæ est verbalis, veniunt etiam feuda relicta: glo. est Litem videndum.§. fin. ff. de peti.hæred.Bald.in c.i. de succes.feudi, in prin. iij.col. Bart. in d.§.fi. 1 dicit, hoc verum est in filio, si filius est
1
hæres. 2 secus in agnato: vide Bart.
2
in l.si patroni.ff.ad Trebel.qui tenet cum glo. nisi ageretur aduersus eum,

qui habet ius in re, vt filius est, &c. Idem tenet Bald. in c. j. an agnat. vel fil. defunct. in fin. iiij. col. in vsib. feud. vide dom. Iasonem in l. iij. C. de iure emphy. in fol. ccxv. qui multa allegãdo indistinctè tenet cum glos. sup. allegat. & Bart. in d. l. si patroni.

SVMMARIVM.

1. Controuersia est, an præscriptionis triginta annorum exceptio obstet domino vendicaturo feudum.
2. Præscribi pati species est alienationis.
3. Quorundam opinio est non obstare.
4. Communior verò quod prosit.
5. Item vasallo præscriptio xxx. annorum currit cõtra dominum, vt nequeat ab eo auocare feuda.
6. Res possessa xxx. annis vt feudalis, & ex ea præstitis seruitijs censetur feudalis.
7. Responsio ad iura primæ opinionis duplex, quæ videbantur communiori obstare.

Feudum præscribitur. XV.

1 *MAxima inter glo. et Docto.* 1 *est disputatio, seu altercatio, an exceptio præscriptionis xxx. annorum obstet domino volenti vendicare bona feu-*

na feudalia alienata per vasallum, vel aliàs per ipsum vasallum nõ plus possessa? putà, si vasallus patiatur bona feudalia per tertium præscribi, 2 *quod etiã est species alienationis, l.* 2 *alienatiõis verbo. ff. de verb. sig.* 3 *Et* 3 *quorundam est opinio, quòd non, per text. in §. j. de probib. feud. alien. per Frid. item per text. in §. præterea. de capit. Conrad. ita tenent Pil. Iacob. Ard. And. de Iser. in d. §. præterea.* 4 *Alij volunt, quòd præscriptio xxx.* 4 *annorum locum habet, per text. in §. porrò. qualiter olim feud. pot. alien. ita voluit glos. in d. §. præterea. Bald. Nicola. de Neapol. Iacob. de Beluis. Iacob. de Aluar. Cardina. Alexand. ibi, & Ioan. Andr. in addit. Specul. sub rubr. de feud. vers. vicesimooctauò quæritur. & Dyn. consil. xliij. Et ista videtur magis communis opinio.*

5 5 *Sic etiam contra dominum currit præscriptio xxx. annorum in fauorē vasalli, qui possedit feudum, etiamsi non petijt feudum infra annum & diem, vt non possit auocare à vasallo bona feudalia: ita consuluit Iacob. de Alua. in lib. suo feud. circa fi. cons. suo*

6 *v. 6 Sic etiam videmus, si res est possessa, tanquā feudalis, p annos xxx. & ex ea, tanquam feudali, sunt præstita seruitia, censetur feudalis, dato quòd non appareat alia inuestitura. §. si quis per triginta. si de feud. fuer.*

7 *contro. 7 Et contra communiorem opinionem superiùs positam non obstat tex. in §. j. & in §. prætereà. allegat. quia respondetur, quòd illa iura, quæ vidētur velle, quòd in feudis nulla habeat obstare præscriptio, procedunt & intelliguntur de præscriptione x. vel xx. annorum, nō autem de præ-*

præscriptione xxx. annorum: ita cōmuniter soluitur. Alij autem dicunt, & soluunt hoc modo: Aut dominus fuit sciens, & tunc sibi obstat exceptio præscriptionis: aut fuit ignorās, & tunc nulla obstat exceptio, etiam xxx. annorum. Sed ista solutio est cōtra tex. in d. §. porrò. & communiter reprobatur. Vnde dicendum est, vt sup. in secunda opinione cōclusum est. Ista omnia habentur per tex. glos. & Doctor. in §. prætereà. de capit. Conrad. in vsib. feud.

Feudum transit in collaterales. XVI.

FEudum transit ad collaterales, si est feudum paternum, seu antiquū: hoc est, si tales collaterales sint de linea illius, à quo incepit illud feudum, c. j. de grad. succes. in feud.

SVMMARIVM.

1. Regula est fœminam in feudo empto succedere.
2. Hodie fœmina in feudo empto non succedit, nisi ad mercedem pro nullis seruitijs sit datum.
3. Fœmina in dato feudo ad nullum seruitium succedit non existente masculo. Idem dicitur in iure emptionis quæsito, sed tunc magis ex natura contractus.
4. Feudum francum & liberum transit ad fœminas.
5. Feudum emptum iuxta Hostiens. & alios est feud. francum & liberum.
6. Feuda ex pacto & causa onerosa, sunt magis irreuocabilia, contraq; naturam recti feudi.
7. Recta feuda ex gratia conceduntur, non propter pecuniam.
8. Quando ab alio quàm à domino feudum fuerit emptum, tunc rationes tenentium, feudum ad filiam & descendentes deuolui, cessant.
9. Fundamentum l. adigere. §. quamuis. cessat in empto feudo.
10. Feudum nihilominùs dicitur beneuola actio, quo ad dominum, licet Cancellariæ & scribis quid detur.
11. Filia ab empto feudo excluditur, si de agnatione aliquis existat alius.
12. Baldus de dicto Odofredi hæsitauit & varie retulit: quod est de successione fœminarum in feudo empto.
13. Curtius defendit sententiam Odofredi, quæ est communiter Doctorum.
14. Martinus Laudens. & Andreas de Isernia contra

contra Odofred. tenent, fœminam in feudo non succedere.
15. Odofredi dictum procedit cùm precium datum æquiualet feudo empto sine alio seruitio: si pars detur, secus.
16. Non recipit seruitium, qui tantundem soluit.

Fœmina an in feudo empto succedat? XVII.

ET *si aliâs dicatur et ponatur* 1 *regula in materia feudali, quòd in feudo empto etiam filiæ, seu fœminæ succedant, prout refert se consuluisse Rō. sin. suo clxxxiiij. aliàs est clxxvij incip. hodie fœmina. vbi per expressū dicit, quòd hodie fœmina nō succedit in feudo.* 2 *Fallit, si feudum sit concessum pro nullis seruitijs, sed ad mercedem: subijciens se in hoc casu consuluisse, quòd sic succedat fœmina, secundum Bald. in c. decedēti. qui feud. dar. pos. dicentem esse casum in c. si cui militi. in tit. de capit. extraordi.* 1 2

Conrad. quæ rubr. in paucis libris reperitur. Bald. in lectura mea ponit ista in §. et quia vidimus. in vij. col. ver.
8 quæro, si feudum. 3 Si feudum est datum ad nullum seruitium, vtrùm succedat fœmina non existēte masculo? Text. secundum eum, dicit, quòd sic: allegat d. c. si cui. & in sequenti, dum dicit, idem, quòd in feudo iure emptionis quæsito: et refert dicere Odofredum in Summa sua, quòd fœmina succedit magis ex natura contractus, quam ex natura feudi: & in Summa
4 sua in rub. qui pos. succe. in feudo: 4 sicut etiam videmus, quòd feudum liberum & francũ ab omni seruitio præstando, transit ad fœminas, vt in c. j. ad fin. quibus mod feud. amit. 5 quod est feudum emptum, secundum Hostiens & Ioan. And. in c. final. de reb. eccles. non alien. & sequitur Bald. in authen.

authent. nisi rogati. in fin. C. ad Trebel. vbi dixit, ita intelligendum esse text. in c. inter dilectos. extrà, de fide instru. Idem voluit Alex. de Imola in cons. suo xxx. in j. vol. benè facit, quod notat Bald. in l. si quam. C. de oper. libert. & l. qui se patris. xij. col. vers. et hæc scias. C. vnde libe. glos. & Iac: de Bellouis. & communiter Doct. in c. j. de benefi. frat. Bald. de pace Const. in verb. libello. vbi loquuntur in feudo dato ex pacto, vel causa onerosa:
6 quia tunc magis esset irreuocabile, 6
nec regulariter secundum naturam recti feudi: 7 quia recta feuda ex gra 7
tia conceduntur, & non per pecuniã acquiruntur, secundum Innoc. in c. ij. de feud. Bald. in Margarita sua, in verb. feuda. & facit text. in c. j. §. in primis. in tit. quib. mod. feud amit. & ibi expressè Andr. de Iser. & sentit

Bald. in præludijs feud. in definitione feudi, post Iacob. de Bellouis. & idem Bald. in addit. Specul. in titu. de locat. in iij. col. & in rubr. de iure emphyteuti. & clariùs Andr. de Isern. summus feudista, in principio, in iij. char. & Roman. etiam in plerisque suis consilijs, xxxiij. & quibusdam alijs, quæ breuitatis causa omitto.

8 *Tamen omnia superiùs dicta possunt esse vera, & procedunt, nisi quando ab alio, quàm à domino, feudum ipsum fuisset emptum: quo casu cessant rationes tenentium tunc feudum ad filiam & descendentes deuolui.* 9 *Vnde cessabit fundamentum ipsum legis, adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron.* 10 *quia nihilo minùs dicitur beneuola actio, & gratis datum, quo ad dominum: nec dicetur precium, quod cancellariæ, seu scribis datur,*

datur, etiam hoc casu, quia nihil ad dominum. Præterea, quod superiùs dictum est per Doctor. allegatos, est intelligendum, 11 *quando non essent alij de agnatione: aliàs enim filia in feudo empto excluderetur, secundum præfatos Doctor. Et, vt superiùs dicta vnico verbo reijciantur, dicendum est, quòd Bald. infideliter à Rom. refert: quia ipsemet Bald.* 12 *de hoc dicto Odofredi hæsitauit, dum bis de eo mentionem facit. Nam in iij. col. refert Bald. istud dictum Odofredi, & habet quòd debeat intelligi de feudo empto, quod pro nullis seruitijs datum est: aliàs autem secus, secundum eum: in vltima colu. refert simpliciter illud dictum, & subijcit, quòd est notabile, si verum esset. Et licet Baldus illud etiam referat in c. significauit. in ij. colum. de rescript.*

& in

& in pace Conſt. in verb. libellarium. in l. liberti. poſt Cyn. de oper. libert. et communiter Doctor. in c. j. de feud. in
13 *verb. leg. commiſſo.* 13 *& ſequitur etiam Franciſ. Curti. in d. ſuo tractat. in iij. parte, ſub tit. quomodo ſucced. fœmi. in feud. in q. v. dicens, illam eſſe veriſſimam de iure, allegando Rom. conſ. cccl xvij. in vlt. col. & quædam*
14 *alia, de quibus ibi per eum,* 14 *tamen contrarium firmauit Andr. de Iſern. in c. j. §. cùm verò Conradus. & ipſum ſequitur Marti. Laudēſ. in §. & quia vidimus. & Iacob. de ſanc. Georgio in præalleg. ſuo tract. dixit, in quæſtiõe facti ſe vidiſſe iudicari contra opinionem Odofredi, & ſatis videtur illã ſequi ibi, licet ſaluet in vno caſu: de quo nihil ad rem noſtrã, quia non ſumus in illo. Prætereà tenentes dictũ*
15 *Odofredi,* 15 *intelligunt illud verum*

&

& procedere, quando integro precio feudum eſt emptum, hoc eſt, quòd eſt datum precium tale, quod æquiualet feudo ſine alio ſeruitio: ſecus autem, ſi pars precij data eſſet, & pro parte ſeruitium præſtaretur. Ita videtur velle Bald. in d. §. & quia vidimus. in iiij. col. dum refert dictum Odofredi, et loquitur, quando integro precio eſt datum, & allegat rationem, 16 *quia* 16
nullum ſeruitium recipit, qui tantundem ſoluit: quod verbum ſingulariſſimè notandum eſt in propoſito, ſecundum Franciſ. Curtium in d. loco.

SVMMARIVM.

1. Vaſallus irrequiſito domino feudum alienare non poterit, ſi impetrauit vendendi poteſtatem, & dominus poſteà non cõſentiat, nec ipſe emere velit, nihilominus alienare poterit.
2. Vaſallus debet feudum vendere homini paris conditionis, vel melioris.
3. Dominus non tenetur viliorem vaſallum recipere, maximè cùm feudum eſt nobile.
4. Vaſallus quãdo ſubrogat ſibi viliorem ab hominio

minio seu homagio non liberatur.

5. Feudo viliori personæ à vasallo vendito, dominus electionem petendi feudum, vel habēdi vasallum vendentem pro hominio obligatum, vt sit precium loco rei feudalis venditę, habet potestatem.

6. Dominus si feudum emere nolit, stricto iure eo inuito illud alienari nequit à vasallo.

7. Feudi emptor in hominium subrogatur, cùm res ad eum vnà cum onere transeat.

Feudum venditur, vel alienatur. XVIII.

1 *LIcet feudū à vasallo,* 1 *domino irrequisito, alienari, vel vendi non possit, tamē si vasallus dominū super hoc requirit vt concedat sibi potestatem vendendi, vel quòd ipse dominus emat, & post requisitionem nō emit, nec consentit in alienationem, &c. tunc vasallus poterit alteri vendere,*

2 *qui accipiat in feudū à domino,* 2 *dū tamen vēdat homini suæ conditiōis, vel melioris: vt, si sit nobilis, vendat nobili: si non, vendat burgensi, vel alteri*

teri melioris conditionis. 3 *Aliàs autem dominus non tenetur recipere viliorem vasallum, maximè quando feudum est nobile: imò tunc poterit petere occupari feudum, vel eligere venditorem adhuc esse vasallum suū.*

4 *Nam quando vasallus subrogat sibi viliorem, tunc ab homagio non dicitur liberatus: imò precium tūc succedit in locū rei, & efficitur feudale,* 4

5 *adeò quòd dominus potest eligere, vtrùm velit petere feudū venditum, vel habere vēditorem vasallū adhuc obligatū pro homagio, et habere precium loco rei feudalis venditæ: & sic in plerisq; locis seruari videmus, & ita seruatur in Franconia, vt audiui: de quo vide, quod dicit Bart. et Ang. in l. murileguli. C. de murileg. lib. xj.* 5

6 *De rigore tamē iuris videtur, quòd inuito domino, etiam emere nolente,* 6

non

non posſit feudum alienari per vaſallum. Si enim hoc poſſet per cõtractus, poſſet homagium ſubrogare: 7 *quia emptor feudi in homagium ſubrogatur, cùm res ad eum tranſeat cum onere ſuo: ita voluit Spec. in tit. de feu. §. quoniã ſuper. in verſ. triceſimò quæritur. & Ioan. Andr. in addit. ibi, §. in hoc. verſ. in feudis pacta.*

7

SVMMARIVM.

1. Alienatio feudi inuito domino facta reuocatur iuxta conſuetudinem.
2. Secundus vaſallus ſi ſubire velit onus omne quod præſtitit primus, & ei ſit par, dominusq; requiſitus emere noluerit, ſecundus tuetur.
3. Alienatio in quodam caſu inuito domino fieri poteſt.

Feudi alienatio quando valeat? XIX.

QVidam nobilis venit ad iuriſconſultum quẽdam, & conquerebatur, quòd dominus cuiuſdam feudi, quod

quod emerat à quodam vaſallo, non vult conſentire in venditionem, quia feudum non poteſt alienari à vaſallo inuito domino, 1 *& igitur venditionem factam vult reuocare iuxta diſpoſitionem totius tituli, de alie. feud. & de prohib. alien. feud. per Frid. in vſib. feud. et petebat conſiliũ: reſpondit ille, ſi dominus ſuper hoc eſt requiſitus,* 2 *et ipſe emere noluit, ſi vis ſubire omne onus, quod præſtitit primus vaſallus, qui tibi vendidit feudum, et es æqualis cum eo, qui tibi vendidit, credo quòd tunc poſſis te in tali feudo contra dominũ tueri: et ita dedit conſilium, quòd offerat ſe domino ad omne onus, quod præſtitit primus vaſallus ei, quia tunc eum priuare non poſſit:* 3 *quia quando emptor feudi vult ſubire omne onus, quod præſtitit primus feudatarius, & eſt æqualis*

1

2

3

cum primo vasallo, tunc feudum potest alienari inuito domino: et hoc est magnum dictum, si est verum: ita allegauit decisionem singularem Bart. in l. murileguli. in fi. C. de murileg. lib. xj. ita voluit Anto. Corset. in sing. suo incip. licet feudum non possit. & ita obseruatur inter nobiles vasallos in ducatu Franconiæ, & eorum dominos feudatarios, vt ferunt.

SVMMARIVM.

1. Vasallus feudum suum alienare potest.
2. Agnatus vel dominus illud redimere potest, sed agnatus domino præfertur.
3. Redemptio fit eodem precio, infra annum.

Feudi alienatio redimitur. XX.

1 *SI ante constitutione, statuto, 1 vel consuetudine, quòd vasallus feudū*
2 *suum possit alienare, 2 tamen hoc potest redimere agnatus, vel dominus: quia hoc ius, seu priuilegium, videtur eis tacitè reseruatum, ex quo non est expressè*

pressè ademptum: et in hoc scilicet redimēdo, agnatus præfertur domino,
3 *& debet fieri redēptio eodem precio infra annum à tempore scientiæ.* 3
Ita est glos. et Iac. de Bellouis. in §. porrò. qualiter olim feud. alien. poter. & Bald. ibi notanter circa fi. ij. col.

Feudum impignorans quando priuetur. XXI.

ILlud, quod dicitur, impignorans feudum suum, illo priuatur, hoc verum est, quando ipsum feudum post impignorationem tradidit, & alium realem possessorem fecit: aliàs nuda impignoratio eum non priuat. Ita est text. & ibi Bald. in j. col. de prohib. feud. alien. per Frider. in c. j. in vsib. feud. & Bald. in l. ij. C. vt in poss. legat. ita Alua. in c. j. præterea. de capit. Conrad.

SVMMARIVM.

1. Pater feudum in dotem dare nequit.
2. Mulier feud. dat in dotem, nisi præiudicet domino.
3. Mulier non facit pactum marito pro lucranda dote.

Feudum in dotem. XXII.

1 DAto quòd 1 *pater nō habeat, nisi bona feudalia, tunc nō potest feudum dare in dotem pro filia sine con-*
2 *sensu domini:* 2 *mulier tamen habens feudum, pro se dare potest in dotem, si super hoc non fiat præiudicium do-*
3 *mino,* 3 *quia non facit pactum marito pro lucranda dote, vel aliquod simile: tex. est, & ibi glos. & Doct. maximè Iacob. de Aluar. in c. j. §. donare. qualiter olim feu. alie. in vsib. feud. Abb. in c. nuper. de donat. inter virum & vxor. glos. & Canonistæ in c. ij. de feu. Ias. in authen. res, quæ. in viij. col. C. communia de leg.*

SVM-

SVMMARIVM.

1. Præscriptionis exceptio non opponitur agnatis alienationem reuocantibus.
2. Feudum antiquum, quod semper transit ad agnatos, an possit in eorum præiudiciũ præscribi.
3. Præscriptio longissima, quæ currit contra vasallum, nocet domino, & viuente vasallo alienatore incipit currere.
4. Vasallus alienans feudum sine consensu domini illud perdit.
5. Quando actio competit domino, si tacet, contra eum currit præscriptio.
6. Agnatis & filijs, cùm feudi alienationem reuocare possint, nec faciunt, præscriptio currit & nocet.

Præscriptio in feudalibus. XXIII.

I*Acob. de Aluar. in §. hoc quoque. in princip. vj. col. de succes. feud. dicit,* 1 *quòd præscriptionis exceptio cõtra possidentes res feudales, non potest opponi, seu locum non habet contra agnatos reuocantes alienationẽ feudi, factam per prædecessorem, allegans l. alienationis. ff. de verbor. sig.* 1

2 2. *Istam quæstionem, an feudum antiquum, quod habet semper & in perpetuum transire ad agnatos, possit præscribi in præiudicium agnatorũ, tangit Iacob. de Aluar. etiam in §. si quis per xxx. circa finem, iij. col. si de feud. fuer. controuers. & se remittit ad ea, quæ dixit in §. hoc quoq;. Præpos. Alexand. in §. præterea. de capi.*

3 *Conrad. in vlt. quæst. dicit, 3 præsupposito quòd præscriptio longissima, quæ currit contra vasallum alienantem feudum, noceat domino, tunc talis præscriptio incipit currere etiam*

4 *viuẽte alienatore vasallo: 4 quia vasallus alienans feudum sine consensu*

5 *domini, statim illud perdit. 5 Ergo actio statim competit domino: & per consequens, contra eum locum habet*

6 *præscriptio. Item filius, 6 vel agnatus vasalli statim alienationem ita factam,*

ctam, viuẽte alienatore, reuocare potest, vt notatur in §. denique. quæ fuit pri. causa benefic. amit. in xxvij. conclus. Ergo præscriptio ipsis etiam nocet, & contra ipsos statim incipit: idẽ voluit Andr. de Iser. in d. §. præterea.

SVMMARIVM.

1. Dominus se semper habẽs vt feudi dominus, si tertius quis præscribat contra vasallum, ipse nihilominùs rei vendicationem intentat.
2. Domino vtenti iure suo nõ nocet præscriptio tertij.
3. Dominus auocans feudum à tertio non tenetur id restituere vasallo.
4. Dominus auocans feudum à præscribente, non potest petere fructus perceptos.

Feudi præscriptio contra vasallum. XXIIII.

1 DAto 1 *quòd aliquis tertius præscripserit rem feudalem contra vasallum, tamen nihilo minùs dominus, qui illud ignorauit, & cui non potest imputari aliqua negligentia, sed*

ſemper reſpectu eiuſdem feudi ſe habuit, vt dominus feudi, poteſt illud à præſcribēte vendicare: quia præſcriptio, 2 quæ currit contra vaſallum reſpectu tertij, non præiudicat domino, qui vſus eſt iure ſuo, & in eo non 3 *fuit negligens. Et ſi dominus, 3 ita à præſcribēte auocauit rem feudalem, non tenetur illud vaſallo reſtituere.* 4 *Dominus tamen auocando ita feudum, non poteſt petere fructus præteritos perceptos à præſcribente: ita voluit Ioan Andr. in addit. Specul. in tit. de feudis, ſub rub. quæſt. xxviij. ita voluit Iacob. de Aluar. in c. ſi quis per triginta. verſ. quæro, ab extraneo. ſi de feudo fuer. contro. in ij. col. in verbo, feud.*

SVMMARIVM.

1. Præſcriptio xxx. annorum facit dominum amittere rem feudalem.
2. Res poſſeſſa vt feudalis xxx. annis, licet non appareat de titulo aut inueſtitura, cenſetur feudalis.

Præſcriptio contra dominum feudi. XXV.

CONtra dominū feudi 1 currit præſcriptio xxx. annorū, vt res deſinat eſſe feudalis, & dominus eam amittat. ita Bald. & alij Doct. in c. j. §. præterea. de capit. Conrad. & in §. j. de prohib. feu. alien. per Frid. ita Iac. de Alua. in lib. ſuo feu. in fin. in v. cōſ. ſuo. Item ſi res eſt poſſeſſa, 2 tanquā feudalis, per annos xxx. & ex ea, tanquam feudali, præſtita ſunt ſeruitia, cenſetur feudalis, dato quòd non appareat inueſtitura alia, & dato quòd poſſidēs aliàs nullum habeat titulum: ita eſt tex. & ibi Iacob. de Aluar. in c. j. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuer. controuerſ. 1 2

SVMMARIVM.

1. Fructus, ſi moriatur vaſallus poſt Kalendas Martias

Martias, & ante Kalend. Augusti, spectant ad eius hæredes.

2. Vasallo moriente post Kal. Augusti, & ante Kalend. Martias, futuri fructus ad dominũ spectãt.

3. Si vasallus moriatur in Augusto aut Septembri, fructus coquẽdi & maturi ad hæredes eius spectant, ab ijsq; colliguntur.

Fructus feudi reuersuri. XXVI.

1 *SI feudum 1 post mortẽ vasalli est reuersurum ad dominum, & vasallus moriatur post calendas Martij, & ante calend. Augusti, tunc fructus pendentes spectabũt ad eius hæredes: 2 si autem moriatur post calendas Augusti, & ante calendas Martij, tunc fructus anni futuri spectabunt ad dominum feudi. Et hoc verum est de fructibus anni futuri, non autem de fructibus coquendis iam, aut statim maturis: 3 quia si vasallus moritur in Augusto, aut Septẽbri, tũc nihilominùs fructus colligendi,*

di, erunt eius hæredum: secus est de fructibus in futuro anno nascituris. Ita est tex. quem ita Iac. de Alua. declarat, §. his consequenter. hic finitur lex, incip. consuetud. in vsib. feud.

SVMMARIVM.

1. Fructus pendentes, re vendita, sunt emptoris.
2. Fructus pendentes pars fundi sunt.
3. Qui concedit in feudum, seu donat fundum, fructus quoque donat & concedit.

Fructus rei venditæ, donatæ, seu in feudum concessæ. XXVII.

1 FRuctus 1 pendentes, vendita re, *in dubio fiunt emptoris, l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. empt. Bart. in l. fin. de iure fisci. Ita Iacob. de Aluar. in d. §. his consequenter. Et ratio est, 2 quia fructus pendentes pars fundi sunt, l. fructus pendentes. ff. de rei vendic. & in l. fin. §. pen. ff. quæ*

2

in

3 *in fraud. credit.* 3 *Et qui concedit alicui fundum in feudum, seu donat alicui fundum, videtur etiam concessisse & donasse fructus pendentes: l. fi. §. pen. ff. quæ in fraud. patro. Bald. in l. j. ff. de rerum diuis. in quæst. xiij. ita Alua. in c. j. §. his consequenter. in tit. hic fini. lex, incip. consuetudines.*

Feudi confinia sunt demonstranda. XXVIII.

VAsallus inuestitus de feudo, in quo nõ sunt specificata bona feudalia, quantitas feudi, seu confinia, potest compellere dominum, vt sibi ostendat feudum, fines, et in quantum protenditur: text. est in l. Titius hæres. ff. de act. emp. Aluar. de prohib. feud. alien. per Frid. in §. illud quoq;. in penul. col.

SVMMARIVM.

1. Vasallus alienãs priuatur vtili dominio, vt dominus

minus proprietate.
2. Dominus non potest vasallum inuitum alteri delegare, nisi ex necessitate.

Dominus feudum alienat. XXIX.

DOminus alienando feudum in aliũ, priuatur proprietate, 1 *sicut vasallus vtili dominio priuatur, si alienat feudum,* 2 *nec potest vasallum inuitum alteri delegare, nisi necessitate ei imminente. Ita text. Iacob. de Aluar. & alij, in c. 1. §. ex eadem lege. de leg. Conrad.* 1 2

Dominus non vult inuestire vasallum. XXX.

SI vasallus infra debitum tempus à domino petat feudum, & debito modo, dominus autem eum inuestire non vult, tunc dominus est pr iudus proprietate feudi. Ita Iacob. de Alua. in c.

in c.j.in v. col. in tit. quo tempore miles. in vsib. feud.

SVMMARIVM.

1. Si vasallus recognoscit à domino feudum sine controuersia, è vestigio in aliud, de quo est cõtentio, est inuestiendus.
2. Vasallus non habens aliud sine contentione, licet verbaliter inuestiatur, non tamen cogit dominum, vt ad fidelitatem recipiatur.

Inuestitura verbalis tantùm. XXXI.

SI est contentio inter dominum & vasallum de inuestitura, quòd dominus dicit, feudum non spectare ad vasallum, vasallus verò dicit, quòd sic, tũc si vasallus 1 *recognoscit à domino eodem sine controuersia aliud feudum, quàm illud, super quo versatur quæstio, tunc debet in continenti de illo feudo, super quo mota est contentio, ea non obstante, inuestiri, & ad fidelitatem recipi, si constat esse feu-*

feudum rectum: 2 *secus autem est, si aliud feudum à domino non habet sine controuersia, quia tunc licet inuestiatur verbaliter, & ad hoc dominus cogi possit, de iure tamen ad fidelitatem non recipitur: ita est tex. & Doct. c. si inter dominum. de alie. feudi pater.*

SVMMARIVM.

1. Possessor, licet non sit dominus, potest dare inuestituram.
2. A petitore possessionis potest peti inuestitura cum protestatione.
3. Inuestitura potest etiam differri, donec decidatur quis verus sit dominus.
4. Vasallus ex hisce trib. vno remedio vtens nõ priuatur feudo.

Domini discordes an impediant inuestituram? XXXII.

SI duo contendunt de aliquo territorio, vel dominio, sub quo sunt multa feuda, si vnus est possessor illius dominij, vel territorij, 1 *ab eo peti potest*

poteſt inueſtitura, & recipi, & etiã
2 *ab alio 2 competitore cum proteſtatione, vt per hoc non velit præiudicare ei, ad quem illud de iure ſpectabit.*
3 *3 Vel poteſt vaſallus differre inueſtituram ab vtroq;, donec vnus eorum obtinebit, cum proteſtatione tamen quòd per eum non ſtet, quia dubitatur, & ſuper hoc contentio eſt, quis ſit verus dominus, & ad quem territorium, & ius inueſtituræ ſpectet: quòd ſi hoc ſciret, eſſet paratus ab eo*
4 *recipere inueſtituram. 4 Et ex iſtis tribus remedijs ſi vaſallus vnam ſequitur viam, feudo poſteà ab vno, vel ab alio priuari non poteſt, dato quòd mandato fuerit inobediẽs: ita voluit Præpoſ. in c. j. in fi. ix. col. & ibi Iaco. de Aluar. in fi. v. col. quo temp. miles inueſtit. pet. deb. in vſib. feud. & Oldrad. in cõſ. ſuo xxij. incip. ad quæſtionem,*

nem, quando quæritur.

SVMMARIVM.

1. Domino non reuocante feudum ob feloniã aut ingratitudinem, hæres eius reuocare nõ poteſt.
2. Si dominus non habuit tempus ſufficiens, & ſciuit, hæres reuocat.

Hæredes domini feudi. XXXIII.

SI vaſallus 1 domini commiſit feloniam, vel aliàs contra dominum ingratus fuit, quapropter eum feudo priuare poſſet dominus, et in vita ſua dominus feudum non reuocauit, tunc nec hæres eius reuocare poteſt ob eã cauſam: quod verum eſt, ſi dominus ſciens fuit, et tempus ſufficiens ad reuocandum habuit, & non reuocauit: 1
2 aliàs hæres eius reuocare poſſet. Ita 2
vult Cyn. in l. j. per illum tex. in ſimili, ſuper verb. non licebit. C. de inoffic. teſtam.

SVMMARIVM.

1. Omnibus hęredibus domini iurat vasallus: si ex ijs sit vnus ei tantùm iurat.
2. Vasallus non cogitur plures habere dominos.
3. Dominus ius pro parte in præiudicium vasalli transferre nequit in alium.

Vasallus iurabit. XXXIIII.

SI dominus decesſit relictis plurib.
1 *hæredibus, & iſtud feudum deuenit ad vnum tantùm ex hæredib. domini, fortè ex diuiſione, ſeu diſpoſitione defuncti, tunc illi tantùm iurabit vaſallus: ſi verò ad omnes, tunc omnibus eſt iurandum, & ab omnibus eſt vaſallus inueſtiendus. Ita Iac. de Aluar. in c. j. §. omnes. ſi de feud. fuer. controuerſ. in vſibus feud. Non obſtat text. in c. imperialem. §. ſi finita. vbi dicitur* 2 *quòd vaſallus non cogitur plures dominos habere: quia*
3 *loquitur de domino, qui ius* 3 *feudi in alium*

alium pro parte transfert, quod non poteſt fieri in præiudicium vaſalli, vt ita plures dominos habeat. Et illud, quod ſuperiùs dicitur de pluribus dominis, habet locum etiam in pluribus hæredibus ſuccedentibus vni vaſallo: ita eſt tex. & ita Iacob. de Alua. in d. c. omnes.

SVMMARIVM.

1. Vasallus agit pro vtili dominio, & quidquid ex hoc iudicio conſequetur validum eſt.
2. Si vasallus agat, non hoc præiudicat domino quantum ad dominium directum.

Vasallus agit, & defendit feudum. XXXV.

VAſallus habet legitimam perſo-
nam comparendi in iudicio 1 *pro* 1
re feudali, et in agendo, & defendẽdo pro iure ſuo vtili: et tale iudicium, & ſententia inde ſecuta, erunt valida, nedum in præiudicium vaſalli, ſed etiam domini, ſiue fuerit ſciens,

siue ignorans, dummodò non interceſsit fraus aliqua. 2 *Non tamen ex hoc fit præiudicium ipſi domino circa directum dominium. Ita eſt tex. & ibi Iac. de Aluar. & alij Doct. in c. j. de controuerſ. inter vaſal. & alium de benefic. textus eſt in c. ſi vaſallus de beneficio ſuo. ſi de feu. controuerſ. fuer. inter dom. et ag. vaſal. tex. eſt in §. j. de inueſtit. de re alie. fact.*

2

SVMMARIVM.

1. Feudum nouum, non petita tempore inueſtitura, reuertitur ad dominum.
2. Feudum antiquum reuertitur ad filios vel agnatos.
3. Mora tempore lapſo an purgetur?

Vaſallus non petens inueſtituram. XXXVI.

1 *SI vaſallus infra legitimum* 1 *tempus non petit inueſtituram à domino, tunc, ſi feudum eſt nouum, reuertitur*

uertitur ad dominum, etiamſi vaſallus filios reliquerit: ſi autem eſt 2 *antiquum, tunc reuertitur ad filios, vel agnatos, ſi extant. Ita Doct. in c. i. in vi. col. quo tempore miles.* 3 *Vtrùm autem vaſallus poſt tempus lapſum moram purgare poſsit, habetur per Bald. & Iacob. in c. i. quæ fuit prima cauſa benef. amit.*

2

3

SVMMARIVM.

1. Pro guerra iuſta, dubia, vel iniuſta tenetur dominum adiuuare vaſallus, vel non.
2. Dubium quando ſit.
3. Vaſallus tenetur ſequi dominum extra territorium pro bello iuſto, & recuperanda terra antè acquiſita.
4. Si acquirere voluerit terram de nouo, non tenetur exire territorium, niſi parum extrà.

Vaſallus quando, & quomodo domino ſeruire tenetur? XXXVII.

SI certum eſt, 1 *quòd dominus habet iuſtam guerram, tunc vaſallus*

1

tenetur eũ adiuuare ad defendẽdum et offendendũ: si aũt est certum, quòd habet iniustam, tunc ad defensionem tenetur eum adiuuare, non autem ad offensionẽ: aut dubitatur, vtrùm iustè, vel iniustè, & tunc tenetur adiuuare eum in defendendo et offendendo, quia in dubio debet parere domino. 2 *Dicitur autem dubiũ esse, quando à suis consiliarijs dominus habuit consilium.* 3 *Item vasallus tenetur etiam sequi dominum pro iusto bello extra territorium suum, etiam in loco remoto, pro defensione, seu recuperatione terræ priùs per dominum acquisitæ:* 4 *sed pro acquirenda terra de nouo, licet etiam parum extra terram domini vasallus dominũ sequi teneatur, non tamen extra terram in locum multùm remotum pro acquirenda aliqua terra de nouo, sequi*

qui tenetur. Ita voluit tex. glos. Iser. Aluar. & alij, in princ. quibus mod. feud. amit. & in prin. hic finitur lex: deinde incip. consuetud.

SVMMARIVM.

1. Vasallus si habet feudum sufficiens ad seruitium, suis impensis domino tenetur seruire, aliàs secus.
2. Si dominus terram patriã vellet exire, & propriam, indistinctè vasallo præstat impensas.
3. Vasallus Imperij vel vasalli Imperij vasallus non veniens cum domino pro suscipienda imperij corona perdit feudum, & ad dominum redit.

Vasallus suis expensis dominũ sequitur. XXXVIII.

VTrùm vasallus eo casu, quo domino seruire debet, vt superiùs dictum est, debeat hoc facere suis expensis, in istis quid agendum, ante omnia inspicienda est inuestituræ forma: 1 *si autem hoc ex ea non apparet, tunc si vasallus habet feudum*

sufficiens ad tale seruitium, ad quod per dominum vocatur, tunc ex suis proprijs expensis seruire tenetur: si autem ad hoc non est sufficiens, tunc
2 *debet seruire expensis domini.* 2 *Si autem dominus vellet exire patriam & terram propriam, tunc indistinctè debet vasallo præstare expensas. Ita declarat Iacob. Aluar. in fi. prin.*
3 *de noua for. fidelit.* 3 *Item si vasallus imperij, vel vasallus vasalli imperij, nō associauerit dominū suum in exercitu pro suscipienda corona imperij, vel stipendia debita nō contribuerit, & super hoc à domino legitimè vocatus & admonitus fuit, tunc feudum ad dominū reuertitur, §. fin. de allod. in vsib. feud. de quo tamen maximè consideratur consuetudo cuiuslibet curiæ.*

Vasal-

Vasallus feudum alienans, eo priuatur. XXXIX.

ADhoc, vt vasallus ppter alienationem feudi eo priuetur, requiritur, quòd ipsam alienationem secuta fuerit traditio in eū cui facta est. Ita voluit Iacob. de Alua. in c. fin. circa fin. quæ fuit pri. caus. benefic. amit. & in c. j. quid iuris, si post alien. feud. vasal. illud recuper. in vsibus feud.

Vasallus vni ex filijs feudum non relinquit. XL.

PAter vasallus in testamento, seu alia sua dispositione, non potest vni ex filijs assignare feudum alijs exclusis, vel aliàs contra naturam feudi disponere. De feudis enim non potest aliquo modo in testamentis disponi. Tex. est, & ibi glos. & Doct. in

princ. de succes. & in §. oēs. si de feud. fuer. contro. per Iac. de Alua. ibi, vers. Sed quid si vasallus. §. donare. qualiter olim feud. po. alie et de prohib. feu. alie. per Frid. in prin. & c. j. de præben.

Vasallus non concedit in emphyteusin. XLI.

ABsq; domini voluntate vasallus eius suum feudale in emphyteusin perpetuā dare non potest: ita est glos. Bald. Iacob. de Alua. & alij Doct. in princ. de prohib. feud. alien. per Frid. in vsib. feu. etiam si fuisset appositum pactum, vt ex tali cōtractu non trāseat vtile dominium, quod videtur esse factum in fraudem legis: ita vult Bald. & Iacob. de Alua. in loco præallegato.

Vasallus clericus factus perdit feudum. XLII.

Vasallus

VAsallus sacros ordines maiores assumens, item factus monachus, item si assumpsit minores ordines, & obtinet, vel impetrauit beneficium, tunc perdit feudum: ita text. Bald. & alij Doct. in c. j. §. qui clericus. si de feud. fuer controuer. in vsib. feud.

SVMMARIVM.

1. Venditio intelligitur facta sine præiudicio iuris alieni.
2. Vasalli non coguntur habere pro domino emptorem.

Vasalli non alienantur. XLIII.

IN generali alienatione non continentur vasalli, nisi nominatim sit actum: verbi gratia, dominus habet quoddam castrum, & de possessionibus dicti castri facit quasdam singulares inuestituras quibusdam, deinde vendidit castrum: illa 1 venditio intelli- 1

intelligitur sine præiudicio iuris alieni: 2 *vnde vasalli non coguntur habere pro domino ipsum emptorem, et ideo remanent vasalli ipsius venditoris, c. in generali. si de feud. fuer. controuers. c. j. de capit. qui cur. vend. in vsib. feud. Bald. in l. in testamento C. de lege Falcid.*

SVMMARIVM.

1. Filij pro indiuiso feudum possidentes omnes fidelitatem præstabunt.
2. Vnus ex filijs accipiens, solus præstabit.

Vasalli omnes præstabunt fidelitatem. XLIIII.

SI vasallus plures filios reliquerit, 1 *omnes fidelitatem præstare debebunt domino, si omnes pro indiuiso feudum habere voluerint, licet consuetudo Germaniæ contrarium habeat:* 2 *sed si feudum ad vnum tantùm peruenerit ex diuisione, ille tantùm*

tùm iurabit fidelitatem, ad quẽ feudum peruenit, §. omnes filij. si de feu. fuer. contro. inter dom. & agnat. vasal. in vsib. feud. & ibi Doct.

SVMMARIVM.

1. Delinquente vasallo in personam domini, reuertitur feudum ad dominum exclusis filijs & descendentibus in infinitum.
2. Vasallus insidians, & cũ inimicis domini conspirans, feudo priuatur.
3. Filius ex delicto patris priuatur feudo, si dominus viuente patre agere inceperit, vel actionem adminùs præpararit, vel crimen commissum ignorarit.
4. Dominus sciens deliquisse vasallum, si non agat in vita ipsius, non potest contra hæredem eius feloniam proponere.
5. Felonia, per quã vasallus sententia feudo priuatur, debet viuente vasallo proponi.
6. Vasallus delictum committens, quo ipso iure priuatur feudo, trahit secum executionem in hæredem, licet dominus nesciuerit commissum, nec agere præparauerit &c.
7. Quod non fecit in querela feloniæ dominus dum viueret, nec id potest eius hæres.
8. Feloniæ quæstio, quæ contra hæredem delinquentis proponitur, si altiorem indaginem requirit, hęres summatim petit inuestituram.

Vasallo

Vasallo priuato, cui feudum applicatur? XLV.

1 DIcitur aliàs, 1 *si vasallus cõmittit delictum in personã domini, tunc reuertitur feudum ad dominũ, exclusis filijs, & omnibus descendentibus: de quo latè habetur per Docto. maximè per Iacob. de Alua. qui in ista materia, an & quando vasallus propter ingratitudinem delicti, vel contractus, amittat feudum, et quãdo tale delictum noceat descendentibus, et agnatis, ponit xlvij. conclusiones, in §. denique. quæ fuit prima causa benefic. amit.* 2 *Et si vasallus insidiatus est domino, vel conspirat cum inimicis domini contra dominum, tunc priuatur feudo: §. porrò. & ibi Iacob. de Aluar. in eod. titu. Dicit tamen Bald. in §. insuper. de prohib. feu. alien.*

alien. per Frid. quẽ sequitur ibi And. de Iser. Alua. & Præpos. ad hoc, 3 *vt filius priuetur feudo propter delictũ patris, & contra eum proponere possit dominus exceptionem, requiritur, quòd dominus, viuẽte patre delinquẽte, incipiat contra patrem agere querulari de felonia commissa: vel quòd viuente patre delinquente ignorauerit dominus delictum commissum: vel ad minùs quòd præparauerit se ad agendum contra patrem, et quòd præuentus fuit morte delinquentis, adeò quòd in patris vita non potuit agere. Secus* 4 *autem est, si dominus scivit, & potuit agere in vita patris delinquentis vasalli, & non fecit: quia tunc non potest dominus placidare hæredem, vel contra hæredem talem feloniã proponere, vt sibi noceat.* 5 *Et hoc procedit in felonia, per quã vasallus*

3 4 5

6 *vasallus non ipso iure, sed per sententiam feudo priuatur: secus 6 est in delicto per vasallum cõmisso, per quod ipso iure feudo priuatur: quia tunc secum trahit executionem, etiã in hæredem, dato quòd dominus sciat delictum commissum, & contra vasallũ delinquentem mortuum non incepisset agere, nec præparasset se ad agẽdum, vel vt ageret, non fuisset morte præuentus. Vnde si esset felonia commissa alienãdo, vel esset alia felonia, in qua esset appositum pactum quòd vasallus caderet à feudo ipso iure, si eam committeret, tunc tale præiudicium transiret ad hæredem, etiam querela non præparata. Idem etiam*

7 *est de hæredib. domini: 7 quia si ipse contra delinquentem in vita sua non querelatur de felonia, non potest hoc facere eius hæres, arg. c. fi. de donat. & l.*

fi. C. de don. reuoc. 8 Si autẽ ista 8 *quæstio feloniæ, quæ cõtra hæredem delinquentis per dominum proponitur, requirit altiorẽ indaginem, tunc ipse hæres potest petere, vt summatim inuestiatur, & posteà cognoscatur de felonia, etc. Ita dicũt Doctor. in locis sup. allegatis.*

SVMMARIVM.

1. Dominus & tertius si inter se habeant controuersiam, ordinarius de ea cognoscit.
2. Item quæstio inter vasallum & tertium apud ordinarium terminatur.
3. Si quæstio est inter vasallum & vasallum, siue super feudo vel natura feudi, siue non, tractatur coram ordinario.
4. Vasalli inter quos est quæstio, si prætendunt vnum & eundem inuestitorem, tũc dominus cognoscit.
5. Si vnus vasallus vult docere titulum, & alius titulum non ostendit, ordinarius cognoscit.
6. Si contentio est inter dominum & vasallum non super feudo, ordinarius cognoscit.
7. Quæstio inter dominum & vasallum de feudo, vel eius naturam tangens, apud pares curiæ terminanda.
8. Omnia quæ de iudicib. dicta sunt, sunt vera in petitorio, & itẽ in possessorio iudicio super feudo.

Feudalis quæstio vbi ventilanda. XLVI.

1 SI est quæstio inter 1 dominum feudi & tertium, qui dicit dominum sibi obligatum ad infeudandum, vel aliud simile, tunc super hoc ordinarius ipsius rei est adeundus. Si autem
2 quæstio est inter 2 vasallum & tertium, de eo cōstat, quòd cognoscit or-
3 dinarius. 3 Si quæstio est inter vasallum & vasallum, et non super feudo, seu natura feudi, tūc ordinarius cognoscit: si verò quæstio tangit naturā feudi seu feudum, & vasalli prætendunt diuersos inuestitores, tunc cau-
4 sa tractabitur coram ordinario: 4 si verò prætendunt vnum & eundem inuestitorem, & quilibet vult ostendere de iure suo, tunc dominus super
5 eo cognoscit. 5 Si verò vnus vult docere de titulo, & alius nullum titulū ostendit,

ostendit, tunc ordinarius cognoscit.
6 Si contentio est inter dominum & 6
vasallum, non super feudo, tunc ordinarius cognoscit. 7 Si verò quæstio 7
feudalis inter eos est, seu tangēs feudi naturam, tunc inter pares curiæ est terminanda causa. possunt tamen etiam, si volunt, coram alio litigare, paribus curiæ etiam non consentientib. 8 Et ista omnia sunt vera in pe- 8
titorio. Idem est in possessorio iudicio super feudo: quia illud debet coram ordinario tractari, nisi agēs esset miserabilis persona Ita distinguit Abb. c. cæterùm. iiij. col. de iudic. Vbi etiam glossa, & est glos. et ibi Doctores, c. imperialem. §. prætereà. el. iij. de prohibita feu. alien. per Frideric. in vsib. feud.

Finis.

INDEX COPIOSVS, VBI prior numerus paginam, posterior notas in margine politas, significat.

A

Actio directa vel contraria ex feudo nõ nascitur. pag. 64. numero 11.

Actio negotiorum gestorũ tàm necessario quàm sponte gerenti competit 45.20

Actioni communi diuid. famil. ercisc. xxx. annis præscribitur, secus verò si detur de rebus feudalibus 119.30

Actio qualis ex contractu feudorũ detur, & qua dicatur 61.4.5

Agnatis potiùs concedendum feudum quàm extraneis. 171. 1. idem in Emphyteusi 171.4

Alienans scienter cadit suo iure, ignoranter secus 136. 7.8. & pag. 70.24

Alienans feudum cadit suo iure, licet recuperet, secus dicendum de emphyteusi 150.16

Alienatio feudi per patrem facta, an noceat filijs 163.1

Alienatio feudi redimitur 194.20

Alienatio feudi quando valeat 192.19

Alluuio an in feudis locum habeat 74.31

Alluuio cui acquirat 117.26. & 27

Amissionis

Amissionis facta mentione, culpa præcedere, vel adesse intelligitur 83.46

Argumentum à contrario sensu 48.25

Argumentum à contrario sensu, à simili ab idẽtitate rationis &c. de mente legis interna esse non dicuntur 49.28

Argumentum à simili fit de mente legis intrinseca & per extensionem passiuam 47.22

Argumenta à simili quando attendãtur, & qua illa sint 49.29.50.30

Arg. de feudo ad emphy. non valet, vbi in feudo quid disponitur contra ius ciuile. 149.14

Argumẽtum de feudo ad libellum, & à feudatario ad emphyteutam non valet 83.45

Argumenta de mente legis extrinseca sunt impropria. 47.23

Argumenta feudalia an à iure communi allegari possint. 42.9. & an contra arg. iuris ciuilis in feud. 43.11

Argumentum in prohibitis ab emphyteusi, vel alio contractu ad feudum nõ valet, sed è contrà 81.43

Argumentis legalibus in feudorum materia non est iudicandum 36.24

Argumenta quæ fictionem & impropriet atem non important secundo loco in feud. allegari possunt. 50.31

Argumenta quæ valent in statutis, eadem valẽt & in feudis, & contrà 51.32

Arguendi rationes seu modos de feudis ad emphyteusin & contrà, vide pag. 128. 1. vsq; ad 132. num. 10

Appellatiõis causa pendente coram principe, iudex qui sententiam antè tulit debet adesse 126.42

Appellatione Sui, quid veniat in feudis 74.34

Auctoritas inuestientis vim decreti habet 116.24

B

Bonorum possessio Carboniana, & vẽtris nomine in feudis etiam locum habet 92.10

Bonorum possessio duplex, & iure ciuili & iure feudali 97.22

C

Casus in feudis non determinatus, iuxta ius commune determinatur 36.23

Capitulum de feud. cognitione est solenne, quotidianum, & totius libri feudalis clauis 1.1

Causa commissa secundum iura committentis iudicanda est 33.18

Causa feudalis quo iure decidatur 16.6.& 7

Causæ consilio sapientis decidendæ tradi debent 27.5

Causa quæ iustæ ad perditionem feudi habeãtur 66.14

Causæ secundum consuetudinem loci sunt decidendæ 35.17

Causæ secundum ll. quas quis habet, sunt decidẽdæ 29.10

Citatio vna an sufficiat pro tribus 114.19

Citatus coram iudice ordinario, licet eius iurisdictioni non subsit, an teneatur comparere 114.20

Ciuitas quæque statuta & proprias consuetudines habet 28.8

Collaterales etiam ad feudum perueniunt 181.16

Communi diuidũdo actio etiam in feudis locum habet, & quando præscribatur 119.30

Confinia feudi an sint demonstranda 204.28

Consuetudo vnius prouincia non ligat aliam 10.14

Consuetudo in argumentando an extet priùs est inspiciendum, deinde ad similia, tertiò ad ll. &c. currendum 42.7

Consuetudo vincit legem ciuilem & Canonicam 34.20

Consultor ad omnia quæ ex quæstione elici possunt

sunt respondere, debet, alioquin cõsilium non videtur datum 34.19
Consuetudines ante compilationem Oberti erãt particulares omnes non ligantes 9.14
Consuetudines ante compilationem neminem ligabant 10.15
Consuetudines feudi cùm secũdum eas causa deciduntur, sunt II. contraria Romanis 18.9
Consuetudine expressa non decurritur ad argumenta 41.5.36.24
Consuetudines malæ non sunt seruanda, nec longo tempore præscribuntur, an autem longissimo dubitatur 40.3.4
Consuetudine deficiente per simile iudicandum 42.8
Consuetudine expressa rationes & argumenta non sunt requirenda 37.24
Consuetudine non existente II. Romanis vtendum 20.10.
In Consuetudine de similibus ad similia procedi potest etiam in pœnalibus 65.12.13
Contractus feudi est de iure consuetudinario, Emphyteusis non 142.1
Contractus stricti iuris qui sunt 63.8
Crimen læsa maiestatis committentis, an omnia bona confiscentur 124.39

D.

D

Decima Collatio feudorũ liber dicitur 12.18
Delictum patris an noceat filio iure ciuili & feudali 113.17
Deuestitus de feudo empto non perdit precium 160.6
Discipulus alet doctorem 96.20
Diuisio huius c. quadripartita, contra Aluarotũ 14. & 15. *à* 1. *vsque ad* 6
Dolus an veniat in feudum & statuta 70.22
Dominium debet aliquid operari 117.27
Domini iurisdictio an possit prorogari 77.36
Dominus concedens feudum, si nihil in curia retinuerit, omne latens incrementum concessisse videtur 130.4
Dominus, si expulsor recognoscat directũ dominium, ab expulsore an possit recuperare 121.33
Dominus alienans, proprietatem amittit, nec vasallus inuitus alteri delegatur 205.29
Dominus inuestire nolens proprietate priuatur 205.30
Dominus feudi ordinariam in feudatarium iurisdictionem habet 76.35
Dominorum discordia, deq; territorio contentio an impediat inuestituram 207.32.
Donator rem tradere præcisè tenetur 173.2
Dubium in feud. interpretationi consuetudinis

feud. relinquitur 35.21

E

Ed dictalis bono. poſſeſſ. ſine decretali nihil operatur 97.23
Emphyteuta à iure ſuo cadit non ſoluens triennio, vaſallus non item 144.5
Emphyteuta rem emph. pignori dare poteſt, non autem vaſallus feud. 141.12
Emphyteutam ipſe dominus in poſſeſſionem debet mittere 146.9
Emphyteuta teſtari de emphyteuſi poteſt, vaſall. de feudo non 150.17
Emphyteuſis eſt rigoroſa 144.7
Emphyteuſis in dotem dari poteſt, feud. minime 151.19
Emph. & feud. concordãtias vide in litera feud. & emph. 134
Emptares alieno precio nihilominus ementi acquiritur 93.13
Empto à fratribus feudo communibus bonis, vel communi nomine quis ſuccedat 159.1.2.3.5
Emptor feudi an, & qua actione vtatur, & ad quid agat 169.1.170.2.3
Exemplis non eſt iudicandum 11.15
Extenſio legum quando fiat 45.18

F

Fœmina an in feudo empto ſuccedat 183.17
Fœmina an in feudo & emphyteuſi ſuccedat 150.18
Fœminis feudum conceditur 171.9
Feudatarius ius habet perpetuum 122.35
Feudatarius nõ poteſt donare rem feudalem, emphyteuta donare poteſt 147.11
Feuda ex gratia oriuntur 81.42
Feuda an ſub hæreditate comprehendantur 175.12
Feudi alienatio & reuocatio 162.5
Feudi contractus eſt ſtricti iuris 63.7
Feudi, emphyteuſis & libelli natura eſt, vt perpetuum duret 62.6
Feudi inueſtitura per procuratorem fieri poteſt 146.9
Feudi perdendi cauſa iuſtior non eſt, quàm non facere propter quod eſt datum 145.8
Feudo duobus fratribus conceſſo inuicem ſibi ſuccedunt 161.6
Feudum adhuc dicitur conſuetudo 59.1
Feudum aliquando Caſtrenſi, aliquando aduentitio peculio æquiparatur 79.39.99.28
Feudum an quartæ imputetur 176.13
Feudum an in petitione hæreditatis veniat 73.29

Feudum an in dotem detur 196.22
Feudum an sit conferendum 174.1.2
Feudum Cameræ seu cauenæ quid? vnde præstetur? & an euacuata camera p̃stetur? 156.1.2.3
Feud. consistit in reb. immobilibus 134.1
Feudum & emphyteusis in quibus conueniant 134.1.2. & 136.5.6.7.8. 137.11. 138.12.
Feudum emptum 139.3
Feudum est contractus nominatus 63.9
Feudum gratis datur, emphyteusis non 142.2
Feudum in generali alienatione non venit 74.30
Feudum iure hæreditario non defertur 107.7
Feudum non præsumitur 161.4
Feudum oppignorans quando eo priuetur 105.21
Feudum pro anima non legatur 124.31
Feudum si alienæ rei detur 154.1
Feudum seruituti æquiparatur 78.38
Feudum vlt. voluntati æquiparatur 64.10
Fidelitas ab omnibus vasallis præstanda 220.44
Filius an hæreditatem patris possit repudiare 108.9. & 109.11.12
Filius in bo. allod. etiam patre viuente dicitur dominus 100.31
Filio hærede feudum petitione hæreditatis venit 73.29
Filius repudians hæreditatem an in feudo succedere possit 138.12

Frater

Frater ex parte patris tantùm dicitur agnatus 107.6
Fratrum filij patruo vel auo in stirpes, non in capita succedunt 97.24
Fridericus secundus approbauit consuetudines feudorum, & sic pro ll. sunt habitæ 11.16
Fructus feudi ad quem reuertantur moriente vasallo, & quomodo considerentur 202.26
Fructus rei venditæ, donatæ, in feudum conceßæ cuius sint?

G

Gerardus Cagap. etiam decisiones fecit in materia feudali 8.19
Gloßa reprehenditur propter errorem in arg. à simili 49.29
Gradus succeßionis in feudis iuxta ius ciuile computantur 98.25

H

HAEredes alienare prohibiti, inter se & agnatos, possunt alienare 92.11
Hæredes domini feudi commißi felonia à vasallo an reuocent feudũ, si dominus non reuocauit 209.33.1.2

Hæres

Hæres feudum repudiare potest 109.10
Hæreditatis petitione an feudum veniat 177.14
Hæreditatis petitione non venit feudum 73.29
Hæreditatis petitionẽ remittens feudum & emphyteusin non remittit 175.1
Hæredibus suis quisque consuluisse videtur 168.3

I

IGnorantia facti alienantem feudum excusat, iuris non 137.9.10
Imperator Rex Romanorum appellatur 30.13
In feudis an iuretur de calumnia 115.22
Inuestitura duplex est 134.2
Inuestitura prior an præualeat posteriori 79.40
Inuestitura verbalis quid operetur 206.2
Inuestitura vt probetur, duo testes sufficiunt 90.6
Inuestituræ tenor omni feudorum naturæ derogat 67.15
In regalibus, quò ad successionem, consuetudo est seruanda 71.25
Intelligere verbum 42.26
Intellectus huius c. duplex, pag. 16. & 17.6.7.8. & 20.12
Intellectus l. non possunt ff. de ll. 44.16. & 45.19

Iudex criminalis de causa ciuili nõ potest cognoscere 93.12
Iudex tribunal proprium non debet deserere 126.43
Iudici non suo an se quis subijcere possit 115.21
Iudicium feudale iuxta ius commune non formatur aliquando 35.22
Iuramentum in supplementum semiplenæ probationis contra præsumptionem consuetudinis non recipitur 68.17
Iure quo quis viuit eo iudicatur 33.17
Ius accrescendi an in feudis locum habeat 74.32
Ius ciuile & feudale quo ad successionẽ differunt 105.1.2.& 106.3.4.& 107.5.6.110.13.14
Ius commune casum in feudis non determinatũ decidit 36.23
Ius consuetudinarium non ita rigorosum vt contractus cæteri 81.42
Ius plenum quomodo in feudis acquiratur 135.5
Ius sanguinis non potest absorberi 109.10
Iustitiam princeps subuertere non cogitat 80.41

L

LAEsæ maiestatis rei bona an confiscentur 124.39.
Legare pro anima 123.37

L. admonendi. ff. de iureiuran. limitatur 61.18
L. bonæ fidei. C. de iureiuran. limitatur 61.18
Lex Commissoria vt in pignore, ita & in feud. prohibita 93.14
Lex siue cap. si loquens de feudo ius commune cõtinet ad emphyteuf. potest extendi 82.44
Legis appellatione quid contineatur 31.14
Leges non vincunt consuetudinem pag. 19.9. in fine
L. ij. C. de rescind. vend. an habeat locum in feud. vt in alijs contract. 112.16. *& quid in emphyteusi* 139.13
L. ij. C. quæsit long. conf. cum hoc c. conciliatur 40.1
Legibus quid dicatur comprehensum 44.15
Liber feudorum diuiditur in tres partes 6.3
Liber feud. decima collatio dicitur à quibusdam 12.18
Liber feudi est pars iuris ciuilis 43.10
Liberis verbum in inuestitura quid significet 69.20
Libri feud. paulò post Oberti compilationẽ sunt habiti 13.18

M

Mater in feudo filij aduentitio vsumfructũ habet 111.15
Mora tempore lapso an purgetur 213.3
Mulier an testis esse possit 89.3
Mutus, surdus, vel alioquin imperfectus, an in feudo vel emphyteusi succedant 152.20

N

NEmo debet in dignitate mori, qui scelus cõmisit 95.15
Nouus intellectus c. huius 22.15.16.17

O

OBertus Ortensius consuetudines feudales compilauit 9.11
Obertus multas quæstiones in materia feudorum decidit in curia Mediolanensi 3.9

P

PAciſci tertio non possumus. an idem obtineat in feudis 125.40
Pacta si sint extranea, non præsumitur super ijs, nec iuramentum defertur 68.17
Pactum defuncti vt prodest hæredi, it a inuestitura filio 88.2

Papyrius ll. ciuiles conscripsit 9.12
Pars præsumitur talu, quale est totum 70.23
Pater delinquens priuatur feudo cum filijs 113.18
Pater cùm in bonis aduentitijs vsumfructum nõ habet, testari nequit 99.27
Partes an se iudici non suo subijcere possint 115.21
Persona quælibet facit gradum 98.26
Portionis appellatione quid veniat 90.7
In Possessorio an appellari possit 123.36
Possessio an probationem pro vasallo introducat 118.28
Præscriptio contra vasallum an noceat 199.24
Præscriptio feudi an procedat 178.15
Præscriptio in feudalibus quando currat, & cur eius exceptio non opponatur, quibus nocet 197.1. *vsque in finem*
Præscriptio longi temporis odiosa est, in feudis autem fauorabilior 120.31
Præscriptio xxx. annorum contra dominum an currat 201.25
Præscriptio xxx. annorum contra ignorantem iure ciuili & feudali currit 91.9
Præscriptio xxx. annorum prodest non inuestito 94.15
Princeps iustitiam subuertere velle non præsumitur 80.41
Procurator inuestiri potest 169.7
Pupil.

Pupillaris substitutio an sit inscriptum 60.2.3

Q

Quæstiones feud. vide causæ feudales

R

Ratio mouens delegantem, mouebit etiam delegatum 33.18
Reconuētio an etiam locum habeat super re feudali 72.28
Reconuentio in feudo, vt iure ciuili habet locum 91.8
Rem alienam an inuito domino meliorare possimus 122.34
Recta feuda ex gratia conceduntur 182.7
Regularum vsus & vtilitas est maxima 2.3.7
Regulæ perfectißimæ iuxta quas omnes causæ feudales decidantur 52.34. *vsque ad finem*

S

Sacerdoti puniendo insignia sacerdotalia detrahuntur 95.17
Sapientes causas decidere debent 27.5
Seruitium non recipit, qui tantundem soluit 189.

189.16
Seruituti æquiparatur feudum 78.38
Sine hærede, quid? 68.19
Solennitas an ratione instrumenti præsumatur 116.23
Soluens non recipit beneficium 160.4
Statutum ciuitatis loquens de dote, non habet locum de feudo in dotem dato 67.16
Statuta propriè & strictè intelliguntur 51.33
Suus hæres aliter in feudis, aliter iure ciuili dicitur 108

T

TEmporis taxationis, quod in causis feudalibus datur, ratio reddi nequit 77.37
Testamentum vasalli inter filios de feudo, non valet 71.26
Testes an de domo aduersarij producantur 116.25
Testes duo, vt quid probetur, sufficiunt 90.6
Testis dictum non valet, neque iure ciuili, neque feudali, nisi prius iuranerit 89.5
Titulus an ex longa possessione præsumatur 119.29
Titulus ex largo modo an præsumatur, si constet de causa vera, & alius non allegatur 121.32

V

VAsalli omnes præstabunt fidelitatem 220.44
Vasalli non alienantur vendito feudo 219.43
Vasallo alienante feudum antiquum vel paternum ad quem reuertatur 146.10
Vasallo non petente inuestituram, ad quem reuertatur feudum 212.36
Vasallo priuato feudo, cui applicetur 222.45
Vasallus agere pro feudo, & ita defendere potest 211.35
Vasallus an suis expensis teneatur dominum sequi, & ei inseruire 215.38
Vasallus clericus factus perdit feudum 218.42
Vasallus decennio non soluens iure suo non priuatur 144.6
Vasallus de feudo testari nequit 71.26
Vasallus delinquens cum descendentibus in infinitum, cum collateralibus ad 4. gradum priuatur feudo 148.13
Vasallus feudum alienans, eo priuatur 217.39
Vasallus feudo priuandus prius exauctoratur, vt miles à militia. 59.18
Vasallus iurat vni hæredi, qui tantùm est hæres, aut, si plures, omnibus 210.34
Vasallus nõ cogitur plures habere dominos 210.2
Vasallus non concedit in emphyteusin 218.41

Vasallus tenetur ad hominium seu homagium, Emphyteuta ad mercedem 143.4
Vasallus tenetur alere dominum, quēadmodum filius patrem, & contrà 95.19.20.21
Vasallus quomodo tenetur domino seruire 213.37
Vasallus recognoscens feudum à domino sine cō-trouersia, in aliud controuersum statim est inuestiendus 206.1
Vasallus vendens feudum, an teneatur ad traditionem 173.3.4
Vasallus vni ex filijs feudum assignare nequit 72.27.217.4
Venditor rem venditam tenetur tradere 173.1
Vendi ac alienari feudum potest 190.18
Vsufructuarius habet incrementum latens in re 130.4

Finis indicis

INTER RELEGENDVM occurrerunt in primis hæ mendæ, quas sic emendabis.

Pagina 45. linea 16. redundat particula non.
Pagina 124. linea 8. pro dicimus leges, quamuis.

M. 20 - 1498 = 1578

Zdezyt. 19